Qualiter quis in congregatione ſe regere debeat to.1.86.a
Quales ſecum domeſticos debet habere papa ſeu bonus quicūꝙ prælatus, & qui ſunt, qui in beneficijs & dignitatibus præfici debeant to.2.143.a b
Quantitas animæ, de mēſura charitatis æſtimatur to.1.285.b
Quantum deo diſplicet peccatorum impudentia, tantum uerecundia placet to.1.248.a
Quantum fecit deus, & pro quibus to.1.33.a
Quantum quis creſcit in gratiam, tantum & in fiduciam dilatatur to.1.248.a
Quare Chriſtus apoſtolis dixerit: Niſi ego abiero, paracletus non ueniet ad uos to.1.82.b
Quarta tentatio in Chriſtū, quæ fuerit, cum tantum in tribus tentatum fuiſſe à diabolo legatur to.1.158.a
Quater anima deuota exhortatur reuerti, nō ſine myſterio. t.1.58.a
Quater luctat⁹ eſt Iacob. t.1.239.b
Quatuor genera hominum regnum cœlorum poſsidentium to.1.233.a.239.b
Quatuor modi diligendi. t.1.233.a
Quatuor ſunt, quæ confeſsionem impediunt to.1.234.a
Quatuor ſunt genera uoluntatis humanæ to.1.235.b
Quatuor ſunt, quorum obſequijs in hac uita deſeruimus. t.1.236.a
Quatuor ſunt, quæ adaugent deuotionem Ibidem.b
Quatuor ſunt genera, quorum nō eſt, qui faciat bonum, niſi unum to.1.222.a
Quatuor ſunt ſpecies curruum. to.1.239.b
Quatuor ſunt tempora Ibidē
Quatuor uirgines, quibus nubere debemus Ibidē
Quatuor fontes irrigant hortum dei to.1.240.b
Quatuor animalibus, quatuor pēnæ ſunt Ibidem
Quatuor ſunt cantica fidelium tom.1.241.a
Quatuor ſpecies herbarū in horto dei ſunt Ibidem
Quatuor ſunt arma, quibus principaliter cōmunnitur Ibidē.b
Quatuor ſunt, quibus anima captiuatur Ibidem
Quatuor ſunt pallia, quibus noſtra nuditas operitur Ibidem
Quatuor modi diligēdi. t.1.242.a
Quatuor dies, quibus Lazarus fœtens in monumento iacuit, quid ſignificent to.1.99.a
Quatuor gradibus diſtinguitur omnis electorum profectus to.1.233.b
Quatuor gradus deſcenſionum in peccatum to.1.154.a
Quatuor ſunt genera ſpirituum to.1.249.a
Quatuor habemus creditores, qbus totam uitam noſtram debemus to.1.181.b
Quatuor tentationes, quibus circundamur to.1.144.a
Quæ habemus à deo, ſine eo ſeruare non poſſumus. to.1.141.a
Quem deus humiliat, quomodo prę̨ſumit exaltari to.1.202.a b
Quem deus negligit, nemo poteſt corrigere to.2.53.a
Quæri à deo to.1.369.a
Quæri à deo, eſt ad reditum ſuaderi, inueniri autem perſuaderi eſt ibidem.b
Quærit anima uerbum propter cōmoditates ſeptem ibidem
Quærite, cum dictum ſit, & inuenietis: cur igitur ſpōſa dilectum, quem tam diligēter quæſierit, nec tamen inuenerit, tres aſsignātur cauſæ to.1.356.b
Quęrere deum to.1.369.b
Quęrere deum, cunctis animę bonis & donis antefertur ibidem
Quærere deum non poteſt anima niſi præueniatur, ut ḡrat. ibi.
Quærēdi deum fiducia, uolūtas, & poteſtas ab ipſo eſt ibidē.a
Quærendi deum, modus laudabilis to.1.197.a
Quęrēdi dei, tria obſeruāda ſunt, tempus, modus, locus. t.1.356.b
Quærendi deum, utilis & ſaluberrimus modus to.1.167.a b
Quærite dominum to.1.48 a
Quærendus eſt deus, dum inueniri poteſt to.1.356.b
Quærendus eſt deus ardenter & infatigabiliter to.1.354.b
Quærimonia in recidiuātes, tam cito in peccata poſt reſurrectionem to.1.66.b
Quærimonia eccleſiæ iuſta. Amici mei, & proximi mei, &c. necad ullam inſtantius, quam ad noſtram referenda ætatē. t.1.360.a
Quærere quæſtum propriū, non profectum de ſubditis, deiecti animi eſt to.2.140.a
Quærere quæ ſua ſunt, peſsimum to.2.195.a
Quæri, quomodo debeat dominus to.1.358.b
Quærenti ſe deus, non ſtatim, adeſt, ut deſiderium ſui augeat to.1.356.b
Quæſitus eſt fruſtra Chriſtus in lectulo poſt reſurrectionem. to. 1.357.b
Quæſtio utiliſsima, cur deus religioſis modernis, non tantā confert gratiā, quantam antiquis patribus, nec eorum exaudiat orationes, quomodo antiquorum patrum to.1.186.b
Qui adhæret dæmoni, unus cum eo efficitur dæmon to.1.52.a
Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qualiter intelligitur to.1.72.b
Qui ex deo eſt, uerba dei audit to.1.44.b
Qui gloriatur, in domino glorietur exponitur to.1.169.a
Qui mihi miniſtrat, me ſequatur:

exponitur to.1.218.b
Qui natus eſt ex deo, non peccat to.1.44.b
Qui peccatum non fecit, non dedignatus eſt ſe peccatorem reputari: nos & eſſe uolumus, & reputari nolumus to.1.31.b
Quid diligas metuas, gaudeas, ſeu contriſteris ſi conſideres, inuenies animum ſecularem & peruerſum to.1.47.a
Qui ſibi nequam, cui bonus erit? to.1.154.b
Qui uult uenire poſt me: exponitur to.1.218.b
Quicquid es, quicquid potes, debes, creanti, redimenti, uocanti to.1.179.b
Quid facitis, ô Magi? ibi deuota collocutio ad Magos. to.1.35.a
Quies contẽplationis pro fructu bonorum operum libenter interrumpenda eſt to.1.319.b
Quies perpetua ab omni ſtrepitu ſecularium perſonarum, & iuge ſilentium cogunt cœleſtia meditari to.2.42.b
Quis aſcendet in montem domini: exponitur to.1.218.a
Quis ueſtrum habet amicum: exponitur to.1.72.a
Quinque ſunt torrentes. t.1.239.a
Quinquepartitus amor, quinq; ſenſibus adaptatur to.1.172.a
Quod infirmũ eſt Dei, fortius eſt hominibus: exponitur. to.1 203a
RAchel quid interpretetur. to. 2.408.b
Radix quilibet Chriſtianus, qui, ſi ſine fructu inuentus fuerit, à ſecuri tutus minime eſt. t.1.360.b
Radicibus, quot arbor innititur, tot ramis decoratur to.1.52.a
Radici reſpondeat proceritas ramorum, generoſitas florum, fœcunditas fructuum to.1.332.b
Raptus animæ deuotæ, & cubiculũ ſpõſi regis tractatur. t.1.278.a
Rara auis in terris, aut ſanctitatẽ nõ perdere, aut humilitatẽ ſanctimonia nõ excludi to.1.311.b
Rara uirtus eſt, alienæ non inuidere uirtuti, nedum gaudere ad illam to.1.317.b
Rara uirtus, magna licet operantẽ magnũ ſe neſcire mirabilẽ apparere, & ſe contemptibilem reputare, mirabilius eſt ipſis uirtutibus to.1.260.a
Rationalis creatura ad hoc ſe debet diligere, ut beata ſit, & Deũ, per quem ſolum beatificari poſſit to.1.236.a
Ratio inuincibilis aduerſus eos, qui dicunt diuinitatem non eſſe deũ, & huiuſmodi to.1.364.a
Ratio, quãuis libera, quodammodo captiua to.1.366.a
Ratiocinatio utilis de miſeria uoluntatis humanæ, quæ ancilla tenetur etiam libera ibidem
Rebellionis malum to.2.185.a
Recapitulatio de nonnullis præcedẽtibus uiſionibus. t.1.294.ab
Recedit deus ad tempus à ſanctis to.1.326.b
Recidendi terminus, reſurrectio domini (proh dolor) facta eſt to.1.66.b
Recidere, ſeu recidiuum pati longe deterius eſt, quam incidere t o.1.325.a
Recolens ſe alieno debito teneri periculo mortis inſtante, an ei, ſi deſit unde perſoluat, ſola pœnitẽtia, ne dãnetur, ſufficiat. t.2.39b
Recompenſatio iuſtitiæ pro pecunia, bona eſt to.2.18.a
Reconciliari debemus ribus, hominibus, angelis, deo to.1.232.b
Reconciliauit deus homines in tribus to.1.56.a
Reconciliatio dulciſsima, ſatisfactio ſuauiſsima to.1.35.a
Reconciliãtur homines ex tribus, timore, pietate, ſcientia. to.1.56.a
Recordari debemus dolorũ Chriſti to.1.62.b
Recordare in beneficio reparationis modũ & fructum. to.1.257.a
Recordatio iniuriæ magis inſtigat iniurias, quã mitiget. t.2.2.a
Recordatio paſsionis Chriſti conſolatur eccleſiam to.1.335.a
Recordatio paſsionum Chriſti in proſperis reprimit, & in aduerſis erigit to.1.309.b
Recordatio peccatorum, recordatione beneficiorum miſceatur to.1.256.b
Recordatio uulnerũ Chriſti medicamentum efficax. t.1.334.a b
Rectores, qualiter ſubditos regere debẽt. to.1 218 b.255.a b
Rectorum quorundam crudelitas to.1.255.b
Rectitudo actionis non ualet ſine uera fide to.1.279.b
Rectitudo ad uiam, latitudo ad planitiem patet to.1.162.b
Rectitudo animę, fides, & actio to.1.279.b
Rectitudo corporis arguit curuitatem animæ Ibidem
Rectitudo hominis, in qua creatus eſt Ibidem.a
Rectitudo hominis ſecundũ animã, quæ ſit Ibidem
Rectitudo, ſiue uita fidei Ibid.b
Rectitudinẽ ſpiritus ſeruare monet rectitudo corporis. Ibid.a.b
Rectitudinem ſuã anima perdere poteſt, ſed non ſuam magnitudinem to.1 363.b
Rectus dominus, rectum fecit hominem to.1.279.a
Recta facere, & inutilem ſe reputare, apud paucos reperitur. t.2.69a
Rectas faciamus uias noſtras. to. 1. 280.a
Rectus homo, quis ſit. to.1.279.b
Rectus oblator eſſe noli, & prauus diuiſor Ibidem
Recti ſi nos diligũt, odiũ iniquorũ cõtemnamus to.1.278.b
Redde ſuperiori, inferiori, æquali, cuique quod debes to.1.4.a
Redemptio apud Deum copioſa to.1.276.b
Redemit Deus etiam angelos. to. 1.274.a
Redemptionis & creationis, pulcra cõparatio to.1.270.a
Redemptionis noſtræ fructus & modus to.1 257.a
Redẽptionis opus ab omnibus præcipuæ recolẽdũ eſt Ibidẽ
Redemptionis opus Chriſtũ amabilẽ pręcipue facit to.1.270.a
Redeundi ad deũ, quidã motus primi hoĩs caſui oppoſitꝰ t.1.233b
Redire ad cor, quàm utile. tom.1 206.a
Redite præuaricatores ad cor. to. 1.67.a
Refugium impiorũ, eſt triforme to.1.239.a
Refugium in tentationibus to.1. 152. a
Refugij ſex ſunt ciuitates tom.1. 241.b
Reges & ſacerdotes ſunt omnes electi, & eos oportet oleo unctionis inungi to.1.237.b
Regem non habere, niſi Ieſum, & ibi deuota contemplatio tom. 1. 15. a
Regeneratio animæ to.2.198.b
Regentes animas prælati bene to.1.255.a
Reges tres Chriſtum adorantes, non horruerunt ſtabuli fœtorẽ, nec Chriſti paupertatem to.1. 35.a b
Regnum cœlorum differẽter poſſident quatuor hominum genera to.1.239.b
Regnum Dei conceditur, promittitur, oſtenditur, percipitur to. 1.180.b
Regnum Dei non eſt eſca & potus, ampliſſ.me exponitur to.1. 178.a b
Regnum Dei non eſt in ſermone, ſed to.2.324.b
Regni cœlorum uia arcta eſt, nec recipit niſi paruos t.2.354.a
Regnare, qualiter dicatur dominus in domo Iacob, & ſedere ſuper ſedem Dauid to.1.15.a
Regnare ſuper terram, quid prodeſt, & regno cœlorum carere to.2.91.b
Religio unde to.2.339.a
Religio munda, ſecundum baptiſma eſt to.1.173.a & to.2.168.a
Religionis ſub habitu, ſi conſideres quid diligas, qd metuas, unde gaudeas, uel contriſteris, inuenies animũ ſecularem, & cor peruerſum to.1.47.a
Religioſi mores, & econuerſo referuntur to.2.90.b
Religioſi non debent prælatorũ, uel ambire gloriam, uel exceſſus temere iudicare to.1.259.a
Relinquere certa pro dubijs, tutũ non eſt to.2.167.a b
Relinquere omnia, quàm relinqui melius eſt to.2.192.b
Reliquiæ cogitationis, diem feſtũ agunt Deo to.1.335.b
Remedij conſideratione, periculi æſtimatur quantitas to.1.29.a
Remedia quinque contra ſuperbiam to.1.213.b
Remedium ſalubre per manſuetudinem mitigare efferos uoluntatis motus to.1.207.a
Remedia utilia aduerſus tentationes to.1.188.a
Remiſſionem peccatorum, ſpiritus ſanctus operatur to.1.80.b
Remuneratio bonorum, non ſolum eſt iuſti lætitia, ſed ipſa etiã expectatio to.1.344.a
Renaſci in gratia to.1.33.b
Renouatio interior rectitudo intentionis, puritas affectionis, recordatio bonæ operationis to. 2.159.a
Renouamur tribus modis to. 1. 239. a
Replebimur Deo quantum ad rationem, uoluntatem, & memoriam to.1.257 a
Reprehendere nos acriter debemus de receptione uanarum cogitationum: quanto magis perniciosarum? to.1.190.b
Reprobi ſunt ſicut fumus, puluis & terra to.1.238.b
Reprobantur exemptiones to.2. 28.a 140.b
Reprobi tria ſperare dicuntur to. 1. 238.b
Repugnandum ſtudioſius &c. to.1.145.b
Repulſa deuota ſponſi ad ſponſam inueſtigantem, ubi ſponſus cubet in meridie, & paſcat to. 1. 304. a
Requies ſeu ſeſſio duplex, corporis ſcilicet & animæ in futuro to. 2.199. a
Rerum plenitudo, cum ĩ Chriſto ſit ſine numero, & ſine modo, non eſt requirendus compoſitionis modus, uel ſpecierum numerus unguenti to.1. 275.a
Res pauperum non pauperibus dare, par ſacrilegij crimen eſſe dignoſcitur to.2.196.a
Rei amatæ ſubtractio, augmentat daſiderium to.1.319.a
Rei deſideratæ, pertinax & diuturna fraudatio, tædiorum nutrix, ſuſpicionum fomes &c. to. 1.356.b
Reſiſtere, qualiter debeamus tentationibus to.1.49.a
Reſiſtere uiriliter debemus contra tentationes diaboli, mundi, & carnis to.1. 370.b
Reſpicientis domini, quis ſit oculus to.1.368.a
Reſpicit Deus, & alloquitur, quos ſine indignatione diligit to. 1. 327. a
Reſpectus domini uariatur pro meritis eorũ, quos reſpicit Ibi.b
Reſpirare feſtinemus à conſpiratione antiqua, carnẽ ſcilicet crucifigendo cum uitijs & concupiſcentijs to.1.352.b
Reſponde uerbum, & ſuſcipe uerbum to.1.16.b
Reſurrectio domini duplici priuilegio cæteris præeminet reſurrectionibus to.1.65.a b
Reſurrectio noſtra futura eſt glorioſior, quàm prima conditio to.1.152.b
Reſurrectio ſaluatoris, facta eſt terminus recidendi t.1.66.b
Reſurrectio, tranſitus, & tranſmigratio Ibid.
Retinet rem proximi, qui dono eloquentiæ præditus, aut ſcientiæ, damnabili tamen ſilentio ligat to.1.267.b
Retribuere domino, quid tenemur pro tantis bonis nobis ab eo illatis to.1. 44.a
Retributionis quatuor ſunt genera to.1.238.a
Reuelata facie ſpeculari gloriam dei non datur, niſi mente & corpore mundis to.1.344.a
Reuelatio per ſpiritum ſanctum facta, & ad cognitionem illuſtrat, & ad amorem inflammat to.1.253.a
Reuerendus eſt Chriſtus in præſepio, in patibulo, in ſepulcro, & in illis ſuſcipiendus to.1.30.a
Reuerentia eſt duplex t.1.4.a
Reuertendum eſt ad quatuor to. 1.227.a
Reuerti poteſt ad Deum, qui rece

dere ab eo potuit t.1.367.b
Reuertere, reuertere Sunamitis t.1.58.a.227.a
Reuertere, filis eſto capreæ. Sponſa typum primitiuæ gerebat eccleſię t.1.353.ab
Reuocantia nos à propoſito noſtro, duo ſunt to.1.241.b
Rei ueniam habent à Maria. to.1.242.a
Riuuli quatuor deſcẽdẽtes à Chriſto fonte to.1.274.a
Riuuli ſalutis tres fluxerunt à corpore Ieſu. to.1.240.b
Ructatores ſancti, in medium adducuntur. to.1.343.b
Ructus fuit ſponſę, ſeu ebullitum uerbum, dilectus meus mihi, & ego Ibidem.
Ructus Hieremiæ, ſuaue redolet. Bonum eſt inquit, præſtolari cũ ſilentio ſalutare dñi Ibidem.
Ructus non habet iuncturas orationum Ibidem.
Ructus pro contrarijs qualitatibus, è quibus educitur, odorem portat, uel malum, uel bonum: ſponſa autem eructauit uerbum bonum, & redolens ructum. Ib idem.
Sabbati diem cur tota eccleſia in laudem. B. Virginis celebret to.2.344.a
Sacerdotale officium, quadripartitum eſt. to.1.240.a
Sacerdotũ ſuperfluus habitus reprehenditur. to.2.23.a b.
Sacramentum abſque ſpiritu, ad iudicium ſumitur: & caro non prodeſt quicquã: litera occidit, & fides mortua eſt, ſed ſpiritus eſt, qui uiuificat. to.1.296.a b.
Sacramenta ad q̃d inſtituta ſunt. to.1.63.b
Sacramentum altaris duo facit, ſenſum minuit, & in grauioribus tollit conſenſum to.1.64.a
Sacramentum baptiſmi in nube & mari deſignatum eſt tom.1.316.a
Sacramentum magnum Chriſti & eccleſiæ, id eſt, noſtræ redemptionis opus ſimul operantur Deus, angelus, homo to.1.361.a
Sacra fames dominandi in præla-
tione culpatur to.2.27.a b
Sacra ſcriptura habet eruditionẽ, admonitionem, conſolationem to.1.153.a
Sacra ſcriptura tria habet: ortum, ſimplicem hiſtoriam: cellarium, moralem ſenſum: cubiculum, arcanum theoricæ contemplationis to.1.276.a
Sacræ hiſtoriæ hortus Ibid.
Sacræ ſcripturæ intellectus to.1.353.a
Sacrificia tria ſunt to.1.241.b
Sacrilego non abſimilis, qui res pauperum non illis diſtribuit to.2.196.a
Sagittis tribus hoſtes ſuos dominus ſauciat to.1.236.b
Sagittæ tres, quib. dominus hos allicit, quos ad ſe trahere uult to.1.237.a
Sagitta triplici caro configenda eſt, timore, ſermone, & amore Dei to.1.290.a
Sagitta uolans in tenebris, quæ ſit to.1.144.b
Sal cum fame ad omne condimẽtum ſufficiens eſt to.2.4.a
Salit Chriſtus in montibus, & trãſilit colles, id eſt ſuperat, & uincit alacritate miniſtrandi, & tranſilijt Gabrielem præueniens ad uirginem to.1.323.b
Saliens in montibus, tranſiliens colles Ibidem.a
Saltus ſponſi Chriſti ad ſibi dilectæ eccleſiæ uenientis amplexus to.1.322.b
Salomon eccleſiæ ſponſus, non ille rex mortalis, ſed Chriſtus Dei ſapientia to.1.284.a b
Salomõ ait: Fili mi, ne pereffluas: & apoſtolus propterea, inquit, debemus intendere his, quæ dicuntur, ne forte pereffluamus to.3.268.a
Salomon, cum diceret ſponſam pulcrã, ſicut pelles Salomonis: non de ſe Salomone loquebatur, ſed de Salomone Chriſto to.1.284.a b
Salomonis libri tres primi, quid doceant to.1.245.a
Salomon noſter Chriſtus, non ſolum pacificus, ſed apoſtolo te-
ſte pax noſtra to.1.284.b
Salomonem uidere in diademate &c. deducitur to.1.118.a
Salubre conſilium ad corpus to.1.6.b
Salutatio deuota ad ſanctam Hieruſalem, & terram promiſſionis to.1.201 a
Salutis integritas in quatuor uirtutibus to.1.54.a
Salus noſtra in duobus conſiſtit, in iuſtificatione, & glorificatione to.1.234.b
Salutem noſtram operando tria Deus ſibi propria uendicat, prędeſtinationem, creationem, & inſpirationem to.1.361.a
Salutem noſtram maxime deſiderant ſancti in cœlis to.1.19.a
Salutis noſtrę opus tria habet, formam humilitatis, menſuram charitatis, & ſacramentum redẽptionis to.2.87.a b
Salutis noſtrę opus tres ſimul cooperantur, Deus, angelus, homo to.1.361.a
Salutis ſpiritualis receptæ ſigna ſeptem to.1.264.b
Salutis teſtimonia to.1.32.a
Salutem animarum impedire, eſt perſequi Chriſtum t.1.37.a 41.a
Saluatur nemo abſq; cognitione ſui to.1.302.a
Saluatur nemo abſque timore, & amore Dei Ibid.
Saluus factus es pro nihilo, non tamen de nihilo to.1.158.a
Sanctus aliquis dicitur, quamuis non ſecundum meritum, ſed ſecundum propoſitum, & affectũ to.1.197.b & to.2.150.b
Sanctorum dolor triformis eſt to.1.238.a
Sancti & angeli nos deſiderant ad perfectionem ſuæ beatitudinis to.1.19.a b
Sanctum facit affectio ſancta to.1.197.b & to.2.150.b
Sanctorum feſta præcipua uotiuis præuenienda ſunt ieiunijs to.1.129.b
Sanctorum exempla ad emendationem fide multum proſunt to.2.391.b
Sanctorum caſus & reparationes

cur literis mandentur Ibid.
Sanctorum feſtiuitatibus, plures amplius de uanitate, quàm de feſtiuitate gaudent to.1.246.a
Sanctorum genus triplex tom.1.116.b
Sancti habent pro peccatis exorare, ut de miſericordia ſalui fiant, propriæ iuſtitiæ nõ fidentes to.1.353.b
Sancti in terra poſiti in multa poterunt, nunquid nõ plura in cœlo to.1.120.a
Sanctos patres non latuit, ab antiquo Deum ſuper genus humanum cogitare cogitationes pacis to.1.246.b
Sanctis q̃uo omnia cooperantur in bonum to.1.197.b
Sanctorum triplex gaudium, ante mortem, ante iudicium, poſt iudicium. Et de multiplici eorũ gloria to.1.113.b
Sancti uidebunt retributionem malorum ad cumulum gratiarum, & econtra de malis to.1.149.b
Sancti uigiles ſunt circa ſuos to.1.360.a
Sanctæ uitæ forma to.1.133.a
Sanctificatio bona eſt to.1.161.a
Sanctificatio duplex, manſuetudinis, & lenitatis to.1.24.a
Sanctificationis modus t.1.287.b
Sanctificatio perfecta to.1.24.a
Sanguis Chriſti clamat contra diſperſores to.2.10.b
Sanguinis effuſiones Chriſti ſeptem & quæ to.2.367.b
Sanguis Chriſti multus ad ignoſcendum to.2.87.a
Sanguiſugæ iterum, id eſt, uoluntatis propriæ duæ ſunt filiæ clamantes, affer, affer, quæ nunquã dicunt ſufficit to.2.193.b
Sanitas capitis redundat in membris to.2.71.a
Sanitas corporis facit & ad uoluptatẽ tranſit, ſed ſicut ſolicite ſeruanda eſt corporis ſanitas, ita imo ſollicitius ſeruanda eſt cordis puritas to.1.176.a
Sanitatem corpori, duritatem cordi, pacem fratri, imitationẽ ſanctis, compaſſionem mortuis de-
bemus, & auxilium ab angelo prætereunte à deo poſtulemus Ibidem.
Sapere ad ſobriettatem monet Apoſtolus to.1.175.b
Sapere ad ſobrietatem, quid ſit to.1.301.a
Sapere in alto non altum, nil deo charius, nil rarius hominibus to.2.62.a
Sapientia acie ordinata procedit contra ſeptem gradus peccati to.1.174.a
Sapientia attingit, & cætera Ibid. to.1.319.a
Sapientia deus eſt, propterea non ſolum dulciter, ſed & ſapienter uult diligi to.1.270.a
Sapientia dei per oculos carnis nõ trahitur to.1.287.b
Sapientia ædificauit ſibi domũ: exponitur to.1.4.b
Sapientia eſt, per quam quæq; res ſapiunt, prout ſunt tom.1.318.b 319.a
Sapiens eſt, cui res ſapiunt prout ſunt to.1.318.b
Sapiens permanet ut ſol, q̃uo intelligatur to.1.83.b
Sapientis & optimi uiri conditiones Ibid.
Sapientes huius ſeculi, uirtutes ueras non habuerunt to.1.275.a
Sapientia gubernatrix triſtium to.2.67.b
Sapientiam inueniſti, mel inueniſti, tantum ne multum comedas, ne ſatiatus euomas illud. Euomit ſapientiam, qui inde ſuperbit to.1.175.a 224.a 259.b
Sapientia non inuenitur in terra ſuauiter uiuentium to.1.175.a
Sapientia odium mali, & ſapor boni to.1.371.a
Sapientiæ opus continentia, patientia, obedientia t.1.171.b
Sapientia, quæ obedientiæ & patientiæ iungitur, triplex eſt to.1.164.b
Sapientia, quæ ſurſum eſt & cætera to.1.69.b
Sapientiam, quia fecit diabolus ſuam, ideo illam perdidit to.1.356.a
Sapientia quid ſit, in quo à uirtu-
te differat, & quod ſit opus eius to.1.370.b
Sapientia qualiter quęratur, & ubi inueniatur to.1.171.a
Sapientia qualiter quæratur Ibi.b
Sapiẽtia dei, quaſi perdix fouet filios ſuos, quos non peperit to.1.238.a
Sapientia ſalutaris, pudica, pacifica to.1.27 a
Sapientia ſobria eſt in pœnitudine peccatorum, ita contemptu mundanorum, in deſiderio futurorum to.2.175.b
Sapientia ſobria inuenitur, ſi beatitudinem concupiſcamus Ibid.
Sapientia triplex, carnis, huius mũdi, & q̃ deſurſum eſt to.1.214.b
Sapientia triplex eſt, iuſtitia in intentione, charitas in affectione, humilitas in reputatione to.1.164.b
Sapientia uera cognitionem cum dilectione complectitur tom.1.253.a
Sapientia uera in uoluptate minime conſiſtit t.1.301.a
Sapientia uera, quæ ſit to.2.18.b
Sapientia & diuitiæ nihil ſunt, ſi in corde non redundauerit, qui tranſuadari non poteſt, fluuius charitatis to.2.322.a
Sapientia unde to.2.336.a
Sapientia principum huius mundi per omnia ſupernæ ſapientiæ eſt contraria to.2.338.a
Sapientia dei quid Ibid. b
Sapientia uictrix, ſingula uitia eradicat, & ſingulas inſerit uirtutes to.1.175.a
Sapientia uincit malitiam, ſeptem uitia impugnãdo, & uirtutes inſerendo to.1.174.a
Sapit deus iuſtitiam per timorẽ, & miſericordiam per amorem to.1.222.a
Saporem boni perdidimus ĩ Eua to.1.371.a
Sapores dei diuerſẽ ſumimus to.1.222.a
Sapores diuerſi to.1.318.b 319.a
Satan regnum accepit ſuper oẽs filios ſuperbiæ, factus princeps tenebrarum harum to.1.267.a
Satisfaciendum eſt humiliter his,

qui aliquid habent aduerſum nos to.1.248.b
Satisfactionis modus Ibid.
Sauciat dominus tribus ſagittis eos, quos ad deguſtandum dulcedinem ſuæ dilectionis inuitat to.1.237.a
Scala clauſtralium incipit tom.2.248.b
Scalæ latera uilitas, & aſperitas to.2.199.b
Scala quam uidit Iacob ſtantem ſuper terram &c. quid ſignificet to.2.408.a
Scandalum quomodo caueri debeat to.1.109.b & to.2.44.a
Scandalum melius oriri, quàm ueritatem relinqui to.2.43.b
Scandalum tolerabilius & magis uenia dignum, quod fit mente proficiendi in melius to.2.167.b
Scandalum ſcandalo non bene reſarciri Ibidem
Sciendi modus potius quærendus, quàm ſcientia to.1.301.b
Sciendi triplex modus Ibid.a
Scienda neſciuntur aut ſciendi incuria, aut diſcendi deſidia, aut uerecundia inquirendi t.2.38.b
Scientia abutuntur multi tom.1.301.b
Scientiarum alia eſt inflans, alia eſt dolorem afferens Ibid.a
Scientia bona in ſe, ſi tamen ueritate ſubnixa ſit Ibid.
Scientia carnis, & ſcientia mundi, quid utraque docet to.1.180.b
Scientia dei & ſui, neceſſaria homini eſt ad ſalutem to.1.304.a
Scienti & non facienti, peccatum eſt to.1.301.b
Sciens & non operans, torſiones conſcientiæ patitur Ibid.
Scientia illa non inflat, quæ ſcientiæ dei, & ſui ſuperuenit tom.1.302.b
Scientia inflans contriſtans to.1.301.a
Scientia literarum bona, ſcientia propriæ infirmitatis melior Ibi.
Scientia literarum minime contēnenda to.1.302.a
Scientia literarum reprehendenda non eſt, quæ eccleſię non mediocriter prodeſt, ſed tamen legitur, ſcientia inflat to.1.301.a
Scientia propriæ infirmitatis, præſtet ſcientiæ literarum Ibid.
Scientiæ fructns in modo ſciendi conſiſtit Ibid.
Scientiæ lumine quo illuminari debemus to.1.20.a
Scientiæ lumen operatur pœnitudinem, correptionem, & ſolicitudinem Ibid.b
Scientiæ lumen, iuſtitiæ germen præcedere debet to.2.57.a
Scientiæ malorum comparatio ad patrem, & matrem t.1.180.b
Scientia mundi docet uanitatē, ſcientia carnis uoluptatem to.1.180.b
Scientia minime contemnenda to.1.69.b
Scientia, prophetias linguæ, & huiuſmodi inter groſſos reputari poſſunt to.1.333.b
Scientia, quæ inflat, non eſt ab oſculo to.1.253.a
Scientia, quæ inflat, quomodo pnicioſa eſt t.1.301.a b
Scientia, quæ uicinius ſaluti appropiat, magis, & prius quærenda eſt to.1.301.a
Scientia ſanctorum, & ſcientia malorum, quomodo differant to.1.180.b
Scientia ſine operibus cibo indigeſto comparatur to.1.301.b
Scientia ſui, timorem Dei in anima generat: ſcientia Dei, eius amorem to.1.302.a
Scientia ſubripi, & zelum dormire, non eſt paris periculi tom.2.112.b
Scire benefacere ſi non detur uelle, nihil prodeſt, ſed quid ſi uelis, ſed minime poſſis? to.1.356.a
Scire primo ſeipſum poſtulat ratio ordinis, & dignitatis tom.1.301.b
Scire ſeipſum, præcipua cauſa eſt humilitatis Ibid.
Scire uolunt diuerſi, ob fines diuerſos Ibid.
Scindere corda, & non ueſtimēta quid ſit t.1.47.b
Scripturæ ſacræ intellectus, à ſolo Deo ſperandus eſt to.1.246.a
Scrutabitur deus omnia in iudicio to 1.327.a
Scrutatio diuinæ maieſtatis formidanda eſt, uoluntatis tuta & pia to.1.336.a
Scrutatores maieſtatis irruptores dicuntur: & ideo opprimuntur à gloria: igitur ſcrutatio maieſtatis formidoloſa, uoluntatis uero tam tuta, quàm pia Ibidem & 293.a
Scrutinio ſemper indiget anima noſtra t.1.330.a
Scrutemur uias noſtras Ibid.
Scuto circundari ne à ſagitta uolante timeamus, quid ſit to.1.145.b
Scutum gratia dinina t.1.144.a
Seculares à religioſis nec irrideri nec iudicari debent to.1.259.a
Secularibus deſiderijs præoccupatum, delectatio ſancta declinat to.1.79.a
Seculum præſens Aegyptij uocabulo nuncupatur t.1.237.a
Seculum præſens, nequam to.1.160.b
Seculi prioris homines & philoſophi ſentiebant, & apprehendebant diuina beneficia, ſed nō beneficum to.1.250.a b
Securitas non eſt in cœlo, neq; in paradiſo, multo minus in mūdo to.1.189.a
Sedere ſub umbra deſiderata to.1.316.a
Sedente Ieſu in monte, cor ſoli diſcipuli ad eum acceſſiſſe leguntur to.1.111.a
Seductori dat manū, qui dare diſſimulat præceptori t.1.367.b
Semel locutus eſt Deus, qualiter intelligi debeat to.1.167.b
Semen ueritatis iuſtitiæ, triforme eſt to.1.238.a
Semine de modico, copioſa exurgit meſſis ſiue bona, ſiue mala to.1.208.a
Seminum tria genera ſunt to.1.302.b
Seminare ad iuſtitiam Ibid.
Seminare nos ipſos debemus to.1.51.b
in Senario numero quid figuretur to.2.321.a
Senior frater extra manens, & inuidens

uidēs minori, populus eſt Iudaicus to.1.353.b
Senſus triplex ſacræ ſcripturæ to.1.205.a
Senſus omnes hominis, diuinę uoci reſiſtunt to.1.206.b
Senſus quinque animæ, qui ſint, & qualiter alter alteri præſtet to.1.172.b
Senſuum repugnantia in eum, qui emendare uitam cupiens, à uitijs nititur abſtinere to.1.206.b
Sententiæ plures ſancti Bernardi incipiunt to.1.232.b
Sententiæ ualde utiles, quòd de meritis non ſit præſumendum, & nihilominus in Deo ſperandū to.1.345.b
Sentire de nobis debemus in humilitate, & de domino in bonitate to.1.257.a
Separatus à bonorum conſortio, ſpiritualiter dominū uidere non poteſt to.1.79.b
Separatio charitatis, mors fidei to.1.278.b
Septem columnæ, quæ ſint, quas ſibi ſapientia excidit to.1.4.b
Septem dona Spiritus ſancti, contra ſeptem uitia to.1.174.a
Septem miſericordiæ aſſignantur to.1.90.b
Septem panes dum frangerentur, multa inde ceciderunt fragmenta to.1.91.a
Septem panes quibus reficiamur to.1.90.a
Septem ſignacula, quæ ſoluit agnus to.1.64.b
Sepulcrum Chriſti deſcribitur to.1.202.a
Sepulcrum inter ſancta loca obtinet principatum Ibid.
Sequamur caput noſtrum, & qd ſit t.1.65.b
Sequi Chriſtum per uiam humilitatis to.1.9.a
Sequi Chriſtū, hoc eſt trahi poſt Chriſtum to.1.272.a b
Sequentium pacem, tria ſunt genera to.1.242.a
Seraphim ſex alæ ſunt t.1.240.b
Sermones Bernardi de tempore aduentus, & ſanctis incipiunt to.1.1.a
Sermones eiuſdem ſeu Homiliæ ſuper euangelium, Miſſus eſt, incipiunt to.1.7.b
Sermones eius in dedicatione eccleſiæ incipiunt to.1.134.b
Sermones eius ſuper pſalmū, Qui habitat, incipiunt t.141 b
Sermones eius de diuerſis, incipiunt to.1.162.b
Sermones eius, qui parui ſermones uocantur, incipiunt to.1.212.b
Sermones uarij utiles, & fructuoſi ſancto Bernardo adſcripti incipiunt to.2.254.a
Sermones Gilleberti ſuper Cantica Canticorum incipiunt immediate to.2.314.
Sermonē Dei, qualiter ſeruare debeamus to.1.6.a
Sermones dei ſeruādi ſunt in corde, quemadmodum cibus corporalis in corpore Ibid.
Sermo Dei ueritas eſt, & ipſe ſponſus. is cū auditur, & minime obeditur illi, uacuus & ieiunus remanet to.1.350.b
Sermo diuinus aqua eſt, potans, lauans, & coquens to.1.273.b
Sermo uiuus, & efficax exemplū operis eſt to.1.52.a 70.b
Sermo qualis oſtenditur, talis anima comprobatur to.2.401.a
Seruire debet in timore anima in carne to.1.315.b
Serpentis æneí exaltatio quid figuret to.2.378.b
Seruire noſtrum domino, nihil aliud eſt quam à Deo ſaluari to.2.328.b
Serpentis caput quando conteratur to.2.401.b
Sex alæ animalibus nouæ legis to.1.240.b
Sex alæ uni, & ſex alæ alteri, quid ſignificat to.1.122.b
Sex annis ſeruies, in ſeptimo liber egredieris: quomodo intelligitur to.1.178.b
Sex hydriæ ſunt poſitę his, q poſt baptiſmum in peccata labuntur to.1.40.a
Sex ſunt refugij ciuitates tom.1.241.b
Si quæritis, quærite, exponitur to.1.197.a
Sic nos exiſtimet homo, exponitur to.1.220.a
Sicut initium ſapientię timor domini, ſic initium omnis peccati ſuperbia to.1.303.a
Sicut in corporum medicina &c. ſic medicus Chriſtus t.1.68.b
Sicut lilium inter ſpinas t.1.108.a
Sicut portauimus imaginem terreni hominis exponitur tom.1.220.b
Sicut uita corporis, ſic uita fidei to.1.67.a
Sigilli diuini quod in nobis erat fractio, quanta nobis mala irrogauerit to.1.28.a
Signacula ſeptem to.1.216.b
Signa aduentus Chriſti filij in animam, & ſigna aduentus patris utiliter habentur to.1.347.a
Signum, cui contradictum eſt, Chriſtus to.1.247.a
Signum is habet à Deo diligi, qui Deum ardenter diligit t.1.347.
Signum magnum apparuit to.1.102.b
Signum pacis, quod eſt oſculum, patres antiqui flagitabant to.1.246.b
Signum paſtoribus Chriſti inueniendi præſepium fuit, & panniculorum inuolutio to.1.247.a
Signum pijs humilibúſq; promiſſum Chriſtus Ibidem
Signa, quę ſunt quęrenti Deum to.1.167.a
Signum quid ſit to.1.63.b
Signa quibus quodammodo, qs coniecturam aſſumere poterit, an de numero electorum ſeu reproborum fuerit to.1.44.a 71.b
Signa quibus Chriſtus utrunque infixerit pedem, timor iudicij, & ſpes miſericordię to.1.250.b
Signa quibus, quis bonam ſpem habet ſalutis to.1.265.a
Silentium irreprehenſibile, immo & laudabile to.1.107.0
Silentium commendatur to.2.401.a
Silentio non ſemper ſtudendum to.2.359.a
Silentiū, quàm utile ſit to.2.224.b
Silentiſ quies to.2.184.b

Similitudo animę ad Deum, per peccatum non deleta, ſed obſcurata eſt to.1. 366.b
Similitudinem Dei animam retinere monſtrant tria, ſimplicitas, immortalitas, & libertas Ibid.
Similitudo de Pharaone, & exercitu eius, & dominico equitatu, & alijs huiuſmodi to.1. 304.b
Similis eſt dilectus meus capreæ hinnuloq; ceruorum, duo bona ſponſi, miſericordia, ſcilicet & iudicium in his duobus animantibus commendantur to.1. 325.b
Similitudo eſt inter oleum, & nomen ſponſi. Oleum enim lucet, paſcit, ungit, fouet ignem, nutrit carnem, lenit dolorem t.1.263.b
Similitudo in primo homine pijt ſed non imago to.1.54.b
Similitudo ratio eſt uidendi, diſſimilitudo non uidendi t.1. 293.a
Similem ſe eſſe Deo, peccator inique exiſtimat to.1.367.b
Similis ſit Deo neceſſe eſt, q Deũ, ſicuti eſt, uidere mereatur to.1. 293. a
Similes ſtudeamus fieri hominib. expectantibus dñm to.1. 38.b
Simplicitas animæ, duplicitate doloſitatis humanæ tecta eſt to.1. 366. b
Simplicitas candor eſt animæ, & operationis eius to.1.349.b
Simplicitas Dei declaratur to. 1. 364. a
Simplicitas mera ſiue intentio, in gratiarum actione to.1.260.a
Simplicitas uera ſiue intentio in confeſſione to.1.266.a
Singularitas, & abſtinentia ultra regulam, culpantur to.1.269.b
Singularitas & inobedientia to. 1. 313. b
Singularitas pernicioſa to.1.338.b
Singularitas tractatur to.2.184.b
Singularitas monachi pernicioſa to.1. 297. b
Singularitas ſeu ſolitudo ſuperborum utiliter declaratur to.1. 86. b 162.b
Siniſtra Chriſti, quid nobis repræſentet to.1.23.a
Si recte offers, & recte non diuidis, peccaſti to.1.279.b
Si humilis ad petendam ueniam, facilis ad dandam, & ſic membra erunt in pace to.1.178.b
Siue ad auſtrum ſiue ad aquilonẽ arbor ceciderit, ibi erit tom. 1. 224. b
Sobrietas duplex to.1.215.b
Socialis & pacifica conuerſatio, pulcrè laudatur to.1. 276.b
Societatem deſerens amittit conuentorum ſolatia t.1. 239. a
Socij laboris, & mercedis participes erunt to.2.37.a
Sola humilitas eſt læſæ charitatis reparatio to.1.28.b
Sola ſtudeat eſſe anima, cupiens eſſe Chriſti ſponſa to.1.306.a b
Solet dici, Bonum caſtellum cuſtodit, qui corpus ſuum cuſtodit to.1.223.b
Solitarius incedere curans, cæteris eſt moleſtus to.1.43.b
Solitaria uita denotatur tom. 1. 306 . b
Solitudo ſuperborum eſt, quia ſolos ſe reputant, & appetunt reputari to.1.162.b
Solus poteſt eſſe quis inter multos exiſtens: & cum ſolus eſt, inter multos eſſe to.1.306.a b
Sol nõ oẽs, quibus lucet, etiam calefacit to.1.277.b
Sol oriens in Chriſti reſurrectione to.2.296.b
Vt ſole ſublato non luceſcit: ſic ſublata Maria nil, niſi denſiſſimę tenebræ, relinquuntur t.1.106.b
Sole decolorari qualiter accipiendum ſit to.1.288.b
Solennibus diebus, quæ ad ſolennitatem ſpectant, præcipue ueniunt tractanda to.36.b
Solium altiſſimi quale ſit t.1.121.a
Solia duo Deus habet t.1.240.b
Solicitus eſt Deus de his, qui de ipſo ſunt ſoliciti to.1.347.a b
Solicitudo officium prælati, non celſitudo t.2.132.a b
Solicitudo pro ſingulis to.1.48.a
Soliciti ſimus conſiderare non quod habemus, ſed quod nobis adhuc deeſt, toto mẽtis affectu acquirere ſtudeamus to.1.196.a
Somnus multiplex to.1.321.a
Somnus, quem dominus miſit in Adam, qualis fuit to.1.45.a
Somnia diuerſo modo fiunt to. 2. 416. b
Somnijs fidem facile non eſſe adhibendam quamuis quædam uera ſint Ibid.
ſomnia obſeruantes ita deceptoria arte decipiunt dæmones, ut non aliter eueniant quam ipſi dicunt Ibid.
ſomnijs quare fides non ſit adhibenda Ibidem
ſopor ſponſæ ſenſum interiorem illuminat, & morte propulſata uitam tribuit ſempiternam to. 1. 321. a
ſordidis cur indutus ueſtib. Chriſtus fuerit, cum altercaretur cũ diabolo to.1.29.b
ſordibus nouis non ſuperuenientibus, poterunt uetuſtæ expurgari to.1.206.b
ſpecies malæ, uitandæ ſunt to.2. 140.b
ſpecie tua & pulcritudine tua. unde ſpecies & pulcritudo? ex lilijs to.1.348.a
ſpectaculum facti ſumus mũdo, angelis & hominibus t.1.220.b
ſpelunce in libris reperiuntur to. 1.241.b
ſperare à Chriſto uirtutes: cuius doctrina ſeminarium prudentiæ, cuius miſericordia opus iuſtitiæ, cuius uita ſpeculum temperantiæ, cuius mors inſigne eſt fortitudinis to.1.275.a b
ſperare deſuper in ſpirituali exercitio duplex auxilium debemus, correptionem & cõſolationem to.1.273.a
ſperare in Chriſto in proſperis & aduerſis debemus to.1.272.b
ſperare in Deum, & ipſum eſſe ſpẽ noſtram, qualiter differant to. 1. 151. b
ſperare in Deo ſolum to.1.160.a
ſperare in domino, perfectiſſimũ eſt, & ipſe tota ratio noſtræ expectationis to.1.151.a
ſperare in domino, quàm bonũ ſit & efficax to.1.152.a
ſperare nil niſi à Deo, ſed nil quærere niſi Deum, ſingularis perfectionis eſt to.1.151.b

ſperant multi in multis, mihi autẽ adhærere Deo, bonum eſt to.1. 151.a
ſpes & timor tractantur tom.1. 320.a b
ſpe & formidine omnis iuſtus nititur to.2.383.b
ſpe gaudere poſt lacrymas to.1. 302.b
ſpes gloriæ in tribulatione to.1. 161. b
ſpes inter timorem, & ſecuritatẽ collocatur to.1.320.b
ſpes miſerorum Deus to.1.159.b
ſpem noſtram triplex ratio diſcutit, & roborat to.1.239.b
ſpes reſurrectionis to.1.148.b
ſpes ſola apud Deum miſerationis obtinet locum to.1.57.a
ſpes ſuos ſeu etiam alienos conuertendi, multos decepit monachos to.1.338.a
ſpes uana, quę ſit to.1.141.a
ſpes uitæ æternæ lætitiam facit to.1.302. b
ſpes tractatur to.1.58.a 145.b 151.a
ſpecies terrę quadriformis to. 1. 239 a
ſpeluncæ tres ſunt to.1.241.b
ſpinę multiplices to.1.315.a
ſpina pœna eſt, ſpina culpa, ſpina falſus frater, ſpina uicinus malus eſt Ibid. b
ſpinas ſolus hominum Chriſtus non habet to.1.349.a
ſpiraculum uitæ quare infuderit ĩ nobis deus & in eius quaſi quadam arce uim memorialem collocauerit to.2.331.b
ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram to.1.144.a
ſpiritu ambulantes, nec in uno ſtatu, nec eadem ſemper facilitate proficere poſſunt t.1.272.b
ſpiritus angelicus ſiue partim ſit corporalis, ſiue mere ſpiritualis, animę illabi non poteſt tom.1. 249. b
ſpiritus ante faciem noſtram xp̃s dominus &c. to.1.294. a
ſpiritus beati, uiſione ſatiantur, dulcedine debriantur, charitate ſatiantur to.1.237.b 238.b
ſpirituum bonorum, & malorum diſcretio to.1.182.b
ſpiritus carnis mollia loquens, ſpiritus mundi uana ſuggerens, ſpiritus malignus amaritudines immittens, andiendi non ſunt to. 1 183. a
ſpiritus cœleſtes diuerſimode deũ diligunt, ſicut & capiunt to. 1. 269. b
ſpirituum diuerſa genera tom. 1. 182. b
ſpiritus diuinus per ſe aut per angelum: oppoſita horum, quę agunt, ſpiritus humanus atq; malignus agit in nobis to.1.182.b
ſpiritum domini permanere in homine in ęternum, qualiter accipiendum ſit to.1.300.a
ſpiritum duplicem in Eliſęo haberi quid eſt to.1.74.b
ſpiritus nequitię & aſtutię, qualiter cognoſcantur t.1.181.b
ſpiritus omnes pręter diuinum, corporibus egent to.1.249.a
ſpiritus quadruplex, pecoris, hominis, angelicus, diuinus Ibid.
ſpiritus qualiter peti debeat to.1. 132 . b
ſpiritus quãdo ueniat aut uadat, periculoſe ignoratur to.1.266.b
ſpiritus reprobi uigent induſtria natutali to.2.41.b
ſpiritus ſuperbię, eſt dęmoniũ meridianum to.1.133.a
ſpiritus ſunt adminiſtratorij, qui curam habent ſalutis noſtrę to. 1. 238.b
ſpiritus ſummus & incircunſcriptus, qui deus eſt. Et ibi quomodo miſericordia, & iudicium ſunt pedes domini to.1.250.a
ſpiritus timoris non prodeſt, ubi non eſt ſpiritus charitatis to.1. 265. b
ſpiritus tria ſortiuntur nomina to.1.238.b
ſpiritus tres maligni, id eſt ſpiritus nequitię, ſpiritus carnis, & ſpiritus huius mundi to.1.182.b
ſpiritus malignos occurrere, & inſtare demigrãti, ut patet de xp̃o & diuo Martino to.1.145.b
ſpiritus mendax eſt, qui alicui ſuggerit, ut exeat de concilio iuſtorum & congregatione t.1. 181.b
in Spiritu ueritatis non eſſe, eſt & non Ibid.
ſpiritus malignos in nos nihil poſſe aliud, quàm quod à deo permittitur to.1.224.a
ſpiritus triplex deſignatur per pſalmiſtam cum dicit, Ne proijcias me à facie tua &c. to.1.83.a
ſpiritus ſanctus adiuuat infirmitatem noſtram to.1.132.a
ſpiritus ſanctus arguit mundum de peccato, iuſtitia, & iudicio to.1.218.b
ſpiritus ſanctus cur domino uiuẽte non uenerit ſuper apoſtolos to.1.74.b 79.b
ſpiritus ſancti doctrina non curioſitatem acuit, ſed charitatem accendit to.1.253.a
ſpiritus ſanctus geminę ſuę operationis experimentum tribuit to. 1.266.b
ſpiritus ſancti gratia indigemus, ut cuſtodiat corda & intelligentias: ne forte cum nõ aderit, adeſſe putemus Ibid.
ſpiritus ſanctus in tribus punctis docet nos omnia t.1.81.b
ſpiritus ſancti multiplicitas tom. 1. 83. a
ſpiritus ſanctus nõ ſemper eſt eodem modo in uiris ſpiritualibus to.1.272.a
ſpiritus ſancti operationes duę, infuſio & effuſio to.1.267.b
ſpiritui ſancto pręparare nos debemus to.1.266.b
ſpiritus ſanctus quem repleuerit, ſanctificat to.2.77.a
ſpiritus ſanctus quomodo procedit, ſpirat, inhabitat, replet & glorificat to.1.218.b
ſpiritus ſanctus quos repleuerit, cognoſcere facit eos à miſericordia præuentos fuiſſe to.1.82.a
ſpiritus ſanctus ſcrutatur etiam interiora Dei to.1.266.b
ſpiritus quatuor in cordibus humanis t.2.421.a
ſpiritus ſanctus ſpecialiter dicitur ſpiritus, cuius opus multiplex to.1.80.a 82.b
ſpiritus ſanctus ſuperueniet in te: quomodo intelligitur to.1.15.b
ſpiritus ſanctus ſignificatur oſculo oris dei: quem ſpiritum ec-

cleſia ſpōſa petit ſibi dari ad noſtitiam trinitatis to.1.254.b
ſpiritus ſanctus tria operatur in nobis ad declinandum à malo to.1. 80.b
ſpiritus ſanctus tria, æque in nobis operatur ad faciendum bonum Ibid.
ſpiritualis medela, ad omnes infirmitates ſpirituales docetur to.1 183. b
ſpiritualis medicus oleo manſuetudinis,& uino zeli medetur to.1.310.b
ſpiritualis circuncifio, quæ ſit to.1.33.b
ſpirituali in matrimonio, duo ſunt genera pariendi to.1.371.b
ſponſa nos ſumus omnes uocati ad nuptias, Chriſtus uero ſponſus to.1.39.b
ſponſa Chriſti ciuitas,templū & domus, pro eodem accipiuntur to.1.138.a
ſponſa & ſanctorum patrum nemo dicere præſumpſerunt: Oſculetur me ore ſuo, ſed, oſculetur me oſculo oris ſui t.1.245.b
ſponſa magna à magno petens, non utitur blanditijs ſeu exordio, ſed ex abundantia cordis frontoſe prorumpens ait, Oſculetur me &c. to.1.251.b
ſponſa angelos tanquam domeſticos ſponſi alloqui creditur, cū dicit: Oſculetur me &c. t.1.252.a
ſponſa petens oſculum, non exprimit à quo cupiat oſculari, ſed more Mariæ Magdalenes quærit & petit Ibid.
ſpōſa de omni uirtute ſua uel gratia non audet ſibi quidquam arrogare: quanto minus nos adoleſcētulæ forte quæ nos ſumus? to.1.261.a
ſponſa una de angelis & hominibus, & unus ſponſus Chriſtus to.1.285.a
ſponſa eccleſia ſatagit formæ ſuę, quæ de cœlo uenit, conformari Ibidem.
ſponſa i ſe habet humilitatem, & ſublimitatem, & terrenum habitaculum, cœleſte palatium to.1.286.a b
ſponſa nō negat nigredinem, ſed excuſat Ibid.b
ſpōſa, id eſt eccleſia ſe trahi optat poſt ſponſum ſuum Chriſtum to.1.271.b
ſponſa familiarius à Chriſto, tanquam à ſpōſo trahi petit, quàm à patre: quamuis quos trahit filius, trahit & pater to.1.272.a
ſponſa interim recipit magnam conſolationem de contemplatione diuinæ claritatis, antequā perueniat ad eius ſpeciem futuram to.1.308.b
ſponſa quæ dixit ſe uulneratam a filijs matris ſuę. Id etiam in bonā partem ſumi poſſe to.1.290.a
ſponſa ſe ab illis promotam fuiſſe fatetur, a quib. & paſſam Ibid.b
ſponſa libentius ſponſi humilia, q̄ ſublimia rememorat tom.1. 347. b
ſponſa quonam pacto ſe dicat poſitam cuſtodem in uineis, quum ſuam ipſius uineam non cuſtodierit to.1.291.a b
ſponſa ſynagoga fuit, ſed fatua 344.a b
ſponſa dilectum attollens, & malo comparans, quomodo intelligatur tò.1.315.b
ſponſa umbram Chriſti maxime deſiderabat to.1.316.a
ſponſa ſe ebriam non negat, ſed amore ſpirituali, non uino Ibi.b
ſponſa eccleſia petit ſibi accumulari fructus bonorum operum cum floribus & odoramentis fidei: & ibi de ſpe & timore. to.1. 319.a
Sponſa inquiens: Dilectus meus mihi, & ego illi, erupit in amoris ructum. to.1.343.b.
ſponſa cur ſe fuſcam dixerit. to.1. 288.b
ſponſa quare peculiariter de filijs matris ſuæ, id eſt de Iudæis ſynagogæ filijs cōqueritur. to.1.289.a
ſponſa myſterij conſcia cum dilectū paſci inter lilia proſpexiſſet, conſtituit terminum: Donec, inquit, aſpiret dies. to.1.351.b
ſpōſa cur, Quē diligit anima mea & nō Quem diligo, dixerit. to.1. 357.b
ſponſa quem quærebat, non repta eſt ab his, quos nō quærebat to.1.360.b
ſponſa, id eſt eccleſia electorum, prædeſtinata eſt a Deo ante ſecula, & præuenta ab eo, ut quæreret eum & conuerteretur to.1. 361.a
ſponſa cur dixerit ſe cuſtodes ciuitatis pertranſiſſe to.1.362.a
ſponſæ nitenti ad contemplationis quietem, labor prædicationis imponitur: & ſitienti ſponſi præſentiam, filiorum ſponſi pariendorum alendorúmq; ſolicitudo iniungitur to.1.307.a
ſponſa nulla occaſione potuit ſeparari a charitate, quę eſt in Chriſto Ieſu to.1.362.b
ſponſa uerbum quęrit uerecūde: quia in lectulo: quia per noctes: ſed hęc uerecundia gloriam habet, non peccatum to.1.372.a
ſponſę, id eſt eccleſię nigredo, & formoſitas to.1.280.a
ſponſę manſuetudo aduerſus detrahentium linguas Ibid.
ſponſę ornatus: & quo pacto q̄libet anima ſancta cœlū dicatur to.1.284.a
ſponſę ſi unguenta precioſa ſint: qualia putas ſint ipſius ſponſi to.1.2 73.b
ſponſę magna fiducia: quę dominum ſabaoth dilectū ſuum nominat to.1.345.a
ſponſę humilitas commendatur, cum dicitur: Oculi tui columbarum to.1.311.b
ſponſę ſomnus, non corporis dormitio eſt to.1.321.a
ſponſę prudentia & profunditas apparet to.1. 309.a
ſponſam eſſe formoſam ſicut pellas Salomonis, de quo Salomone intelligatur to.1.284.a b
ſponſam xp̄i fatuam eſſe nūc nō decet, ſicut aliquando fuit ſynagoga to.1.346.b
ſponſam ſub umbra Chriſti ſediſſe, plus eſt, q̄ prophetam ſub ipſa uixiſſe to.1.316.b
ſponſam ſe nigram, ſed formoſam dicentem, quid ſignificet to.1.280.a

ſponſus ſponſę dicens: ſi te ignoras, egredere, quid deſignet. to.1 298.b
ſponſus ſponſam pulcram omnimode dicit: ſed pulcrā inter mulieres to.1.303.b
ſponſus laudans ſponſam, cur dixerit: pulcræ ſunt genæ tuæ pluraliter, & non facies tua pulcra to.1.305.b
ſponſus Chriſtus cur nunc per ſeipſum ſponſam conſolatur, & obiurgat: nūc uero per alios increpare, & conſolari procurat tom.1.307.b
ſponſus ut hinnulus apparuit: qppe qui paruulus natus eſt nobis to.1.325.b
ſponſus hortatur ſponſam, id eſt perfectos uiros ad regimen imperfectorum to.1.329.b
ſponſus adiurat filias Ieruſalem, ne dilectam ſuſcitent, & fere eodē momento ipſemet dicit: ſurge, propera amica mea Ibidē
ſponſus ſponſam uocans ad ſe uenire in foraminibus petræ & cauernis maceriæ, prætendit ſe uerecundum, qui ſponſa frui uerearur, niſi in abſcondito. to.1.333.b
ſponſus ad horam ſe ſubtrahit, ut auidius reuocetur, mordicus retineatur to.1.355.a
ſponſi claritas, in qua coæqualis eſt patri, ſedet à dextris. &c. to.1 358.a
ſponſi ſecreti & circūſpecti ſaltus, à nobis apprime obſeruādi ſunt tom.1.324. a
ſponſi nigredo & formoſitas. tom.1.286.b
ſponſi nomen tribus de cauſis oleo comparatur to.1.262.b
ſpōſi cubiculum, quod eſt, et ubi eſt to.1.277.a b
ſponſum ſe exhibet Chriſtus animę ſibi deuotæ to.1.272.a
ſtabulū in ſua natiuitate cur Chriſtus elegerit to.1.29.a
ſtadium quid to.2.321.a
ſtandum in humilitate to.1.51.b
ſtare non poteſt homo, niſi uerbo dei innitatur to.1.370.b
ſtare Seraphim cur dicantur. to.1 121.b
ſtetit in carne Chriſtus ſolus. to.1 326.a b
ſtatus animarum ſunt tres. tom.1 114.b
ſtatus triplex coniugatorum, prælatorum, monachorum, per tres uiros. Noe, Daniel, & Iob intellectus, triplicem & differentem tenentes uiam ad paradiſum. to.1 194.b
ſtatus animæ tres: in corpore, poſito corpore, recepto corpore tom.1.235.a
ſtercoribus boum lapidabitur piger to.1.86.b.224.b
ſtudendum magis amari, quàm metui to.1.278.a
ſtudijs ſanctioribus proficientiū uirtutes cōtrariæ ſeſe aperte opponere nō audent, ſed ſolent in occulto inſidiari, quaſi uulpeculæ fraudulentæ, ſpecie uirtutes, re autem uitia to.1.338.a
ſtudium bonæ actionis, ociū contemplationis, lacryma pœnitētis, extra Bethaniam Chriſto accepta eſſe nō poterūt. to.1.204.a
ſtudium non tam fuit Bernardi exponendi uerba, qnàm imbuēdi corda to.1.264.b
ſtultus, qui ciſtellæ labiorum alterius gloriam ſuam credit, & cœperit mendicare ab eo, quia cū eam habere uoluerit. t.1.260.b
ſtulto non eſſe uinea ſicut nec uita: nam quod uiuit, mortem potius cenſeas, quàm uitam. tom.1 337. a
ſubeſſe, coeſſe, præeſſe, moralis diſciplina docet to.1.276.a
ſubiectionem triplicem deo debemus to.1.185.b
ſubtractio rei, quam amas, augmentatio deſiderij eſt. to.1.329.a
ſuccidenda ſunt continuo uitiorū naſcentium capita to.1.330.b
ſudor Chriſti ſanguineus quid ſignificabat to.2.368.a
ſufficit opinio bonorum cum proprio teſtimonio cōſcientię aduerſus os loquentium iniqua to.1.278.b
ſuggeſtio triplex, carnis, ſpiritus, & dęmonis: quibus tanquam ex ſingulis numis tria emuntur tom.1.221.a b
ſuperbia quadruplex to.1.213.b
ſuperbia Luciferi deteſtatur. to.1 121.b
ſuperbia unde naſcatur. to.1.301.b 302.b
ſuperbia radix eſt malorū omniū tom.2.402.a
ſuperbia quam ſit deteſtabilis. Ibi.
ſuperbia prima miſeriarum, & ęrumnarum parens mater mortis to.1.267.a
ſuperbia etiam diaboli humilibus prodeſt Ibidem
ſuperbia tolerabilior in diuite, quā in paupere to.1.324.b
ſuperbia ſub pannis humilitatis Ieſu culpatur to.2.187.a
ſuperbiæ duæ ſpecies: & ibi definitio ſuperbiæ to.2.25.b
ſuperbiæ uitium deſignatur in ſuperbo Goliath to.1.91.a
ſuperbientibus angelis ſi non pepercerit Deus, quāto magis nec tibi putredini parcet to.1.1.a
ſuperbos tranſilit Deus tranſiens ad humiles to.1.324.a
ſuperfluitas bonorum eccleſię periculoſa, & magnopere cauenda to.1.277.a
ſuperfluitas exterior, interioris uanitatis indicium to.2.191.a
ſuperiora, ut ſunt æterna, frequenter affectu præferimus, effectu inferiora præferentes to.1.318.b
ſurge, propera amica mea. Fœlix conſcientia, quæ de ſe talia audire meretur to.1.328.b
ſurſum caput habere, & cor deorſum, magna confuſio. to.1.173.a
ſynagoga quidem Chriſtum peperit, ſed officio matris, non autem affectu to.1.26.a
ſynagoga pacto cōuentionis egit cum Deo: eccleſia uero beneplacito uolūtatis innititur. t.1.262.a
ſynagoga fortis: non curat onus lene nec iugum ſuaue: ſana eſt, non ei opus medicis to.1.261.b
ſynagoga hœdum foris cum amicis ſuis dæmonibus mauult comedere, quàm uitulum ſaginatum in domo paterna. to.1.262.a
ſynagoga iudicium quærit, eccleſia miſericordiam: accipiat utra-

que quod petit to.1.261.b
ſynagoga oleum habet, ſed nõ efſuſum, ſed reconditum habet in codicibus, ſed non in cordibus, Ibidem
ſynagoga adhuc in tenebris eſt, & fame laborat to.1.264.a
ſynagogæ olim dicebatur: Ego ſum dominus, eccleſia uero dicit: Pater noſter: & merito. to.1 263.a
TAbernacula, atria, domus, declarantur to.1.323.a
Tabernaculum corpus. to.1.152.a
Tabernaculum noſtri corporis, non ciuis mãſio, ſeu domus indigenæ, ſed uel tabernaculum militantis, uel ſtabulum uiatoris to.1.281.b
Taciturnitas domini nobis ad exemplum facta eſt. to.1.36.a
Tacebat in paſsione Chriſtus tom.1.369.b
Tactus manus corporis Chriſti omnes languores ſanabat. to.1 250.b
Talis apparuit Chriſtus, qui merito amaretur to.1.348.a
Tantæ efficaciæ oſculum diuinũ eſt, ut ex ipſo mox ſponſa concipiat to.1.254.b
Tarditatem inſcientiæ noſtræ erudit dominus tribus modis. to.1 236.b
Tardus nemo aut ſegnis eſſe debet in gratiã referendo. t.1.320.a
Temetipſum attende, ut alijs noueris compati to.1.67.b
Temperantiæ eſt, proſpera declinare, & aduerſa uiriliter tolerare to.1.60.a
Templi decor eſt, pia habitantiũ religioſitas to.1.200.b
Tẽpli dedicatio, in cuius ſeu quorum honorem fiat, declaratur to.1.137.a
Templum Dei facit is, cuius non eſt decepta ratio, uoluntas peruerſa, inquinata memoria. to.1 136.a
Templum Dei, quod ſumus, ne forte uacillet, curemus lignis fortibus ſuſtentare to.1.313.b
Templum Ieroſolymitanũ deſcribitur: & pulcra ſalutatio ad ſanctam ciuitatẽ Ieruſalem, & terrã promiſsionis to.1.200.b
Templum honorare fraterna dilectione, deuota ſubiectione, uoluntaria paupertate Ibidẽ
Templum, quibus replebatur benedictionibus cum dicitur, Ea quæ ſub ipſo erant, replebant tẽplum to.1.124.a
Audiuimus ex libro Regum. Ser-

mo Ibidem. b
De euangelio ſeptem panum.
Miſereor ſuper turbam Sermo i. to.1. 89. b
Miſericordias domini Sermo ij. to.1. 90. b
Scitis quid fecerim Sermo iij. to. 1.91.a
victoris uita, Sermo j. to.1.92.a
Gaudete in domino, eiuſdem Sermo ij. Ibidem b
Hodie miſericordia to.1.93.b
In aſſumptione B.Mariæ.
virgo hodie glorioſa Sermo j. to. 1. 95. b
Intrauit Ieſus, &c. Opportune Sermo ij. to.1. 96.a
Intrauit Ieſus, &c. Quid eſt Sermo iij to.1.97.b
Tempus loquendi Sermo iiij. to. 1.99.a
Intrauit Ieſus. Quod dominus Sermo v. to.1.100.a
Aue gratia plena Sermo vj. to. 1. 102. b
Item de S. Maria.
Signum magnum, Sermo ibid.
In Natiuitate B.Mariæ.
Fœcundæ Mariæ uirginis Sermo to.1.105.b
In ſolennitate S.Michaelis.
Angelorum hodie, Sermo j. to. 1.108.b
Audiſtis fratres, Sermo ij. to.1. 109.b
In ſolennitate omnium ſanctorum.
Feſtiuitatem hodiernam ſanctorum omnium Sermo j. t.1.110.a
Quia ſanctorum omnium Sermo ij to.1.113.a
Aduertiſtis ni fallor Sermo iij. to. 1. 114.b
Cum de altari Sermo iiij. to. 1. 115. b
Feſtiua nobis Sermo v. t.1.116.a
De S. Malachia epo.
De cœlo uobis hodie, Sermo j. to.1.118.b
Religioſis fratribus. epiſtola to. 1.120.a
De uerbis Eſaiæ: vidi dominum ſedentem ſuper ſoliū.
vidi dominum Sermo j. Ibid.b
Plena erat Sermo ij. to.1.121.a
Non uobis arbitror Sermo iij. to. 1. 122.a
Cum dixiſſet propheta Sermo iiij. to.1. 123.a
Commendant nobis ſacræ literę Sermo v. to.1. 123.b
De S. Martino.
Puto ſermonem, Sermo t.1.125.b
De S. Clemente.
Precioſa in conſpectu domini Sermo to.1.138.b
In uigilia S. Andreæ.
Sanctorū feſta Sermo to.1.129.b
In die apoſtoli Andreæ.
Celebrantes hodie Sermo j. to. 1.130.a
B. Andreæ Sermo ij to 1.131.b
Item de S. Andrea ſermo. Et quietum ſtudium to.2.310.a
In feſto S. Nicolai epi, ſermo. Nicolaus iſte to.2. 312. a
In obitu Humberti monachi.
Humbertus famulus Sermo to. 1. 133. a
In dedicatione eccleſiæ.
Feſtiuitas hodierna Sermo j. to. 1.134.b
Olim rex glorioſus Sermo ij. to. 1. 135. b
Domus hæc Sermo iij. t.1.136.a
votiuis laudibus Sermo iiii. to. 1.137.a
Etiam hodie Sermo v. to.1.138.a
Domeſtica nobis Sermo vj. to. 1.140.a
Tituli ſermonum in pſalmum. Qui habitat.
Conſidero laborem. Præfatio in explanationem pſalmi. Qui habitat to.1.140.b
Qui habitat Sermo i. Ibid.
Qui habitat Sermo ii. t.1.141.b
Deus meus Sermo iii. t.1.142.a
Scapulis ſuis Sermo iiii. t.1.143.a
Scuto circundabit Sermo v. Ibi.b
Solet in diuinis Sermo vi. to.1. 144.a
In ſpe uiuimus Sermo vii. to.1. 145.b
Breuius quidem Sermo viii. to. 1.148.a
Etiam fratres hodie Sermo ix. to. 1. 150. b
Nec noſtra eſt Sermo x. to.1.152.a
Scriptum eſt Sermo xi. t.1.153.a
Si meminiſtis Sermo xii. t.1.155.a
Poſſumus hunc uerſum Sermo xiii to.1.156.b
Agamus gratias fratres Sermo xiiii. to.1.157.b
venite ad me Sermo xv. t.1.159.a
Clamauit ad me Sermo xvi. to. 1.160.a
Bene nobiſcum Sermo xvii. to. 1.161. a
Tituli ſermonum de diuerſis.
De nimia quadam fallacia præſentis uitæ. vera oino: t.1.162.b
De obedientia, patientia, & ſapientia. Obſecro to.1. 164.a
De cantico Ezechiæ, Ego dixi. viri to.1.163.a
De triplici cohærentia uinculorū, clauorum, & glutinorum. Non hic ſtamus to.1.167.a
De uerbis Habacuc prophetæ.
Super cuſtodiam meam ſtabo.
Legimus ibid.b
De cute, carne, & oſſibus animæ.
Beatus Dauid to.1.168.b
De uerbis apoſtoli, Qui gloriatur.
Qui gloriatur to.1.169.a
De diuerſis affectionibus animæ, & diuerſis nominibus ſecūdum eas. Quod diuerſis to.1.170.a
De uerbis pſalmi. Audiam quid loquitur. Inuiſibilia to.1.171.a
De uita & quinque ſenſibus animæ. Magna eſt to.1.172.a
De duplici baptiſmo. Scitis fratres ibidem. b
De primordiis, mediis & nouiſſimis noſtris. Fili memorare to.1. 173.a
De triplici miſericordia, & quatuor miſerationib. Miſerere mei ibidem. b
De ſeptem donis ſpiritus ſancti cōtra ſeptem uitia. Sapientia uincit to.1.174.a
De eo, quod ſcriptum eſt. Beatus qui inuenit ſapientiam. Quid in hoc mundo t.1.175.a
De triplici genere bonorum, & uigilantia ſuper cogitationibus. Et propenſius ibid.b
De triplici cuſtodia, manus, linguæ & cordis. Omnes nobis to.1.177.a
De uerbis apoſtoli. Non eſt regnū

dei eſca & potus. Non eſt regnū to.1.178.a
De eiſdem uerbis apoſtoli. Solet apoſtolus to.1.179.a
De uerbis domini. Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Omnis q ſe to.1.180.a
De uerbis libri ſapientiæ. Iuſtum deduxit dominus per. Iuſtū deduxit Ibidem. b
De quadruplici debito. In uia eſtis to.1.181.a
De ſeptem ſpiritibus. Magiſter gentium to.1.182.b
De multiplici utilitate uerbi dei. Tenetis credo to.1.183.b
De quatuor modis orandi. Quatuor mihi to.1.184.a
Quomodo uoluntas noſtra diuinæ uolūtati tripliciter ſubijci debeat. Audiſtis nunc to.1.185.a
Contra peſſimum uitium ingratitudinis. Magna eſt ſuper to. 1. 186. a
De eo, quod in Iob legitur. In ſex tribulationibus liberabit te. Dignum ualde to 1.187.b
De diligendo deo. Nolite diligere to.1.188.b
De ligno, fœno & ſtipula. Nuſquā eſt ſecuritas to.1.189.a
De triplici genere cogitationum. Admonet nos Ibid. b
De triplici iudicio, uidelicet proprio, humano, & diuino. Sic nos exiſtimet to.1.190.a
De uerbis pſalmi. Quis aſcendet Ibidem. b
De uerbis Origenis. Nocere poſſunt to.1. 192.a
Parabola de filio regis. Rex diues to.1. 193.a
De tribus ordinibus eccleſiæ ad patres in capitulo factis. Hoc mare to.1.194.b
Sermones exhortatorij ad fratres.
De eo quod nuperrime Sermo j. 195. b
Hæc eſt generatio Sermo ij. to. 1.196.a
Pauperes quidem uidentur Sermo iij. to1.197.b
Laboriſte fratres Sermo iiii. to. 1.198.a
Exhortatio ad milites templi complectens xiii. capitula.
Nouum militiæ genus to.1.198.b
Sermo exhortatorius ad clericos xxxi. continens capitula.
Ad audiendum to.1.204.b
Eiuſdem Bernardi parui ſermones, numero lxvi. quorum primus incipit.
Beata illa & ſempiterna t.1.212.b
De donis Spiritus ſancti ſermo continens ſeptem capitula: quorum primum incipit.
Prima gratia to.1.231.a
Deinde plures morales & utiles ſententiæ eiuſdem Bernardi, num. ccxiii. quarum prima incipit.
Factus eſt, in pace to.1.232.b
Inſuper eiuſdem Bernardi ſermones ſuper Cantica Canticorū numero lxxxvi. quorū primus īcipit.
vobis fratres to.1.245.a
Poſtmodum epiſtolæ eius numero cccli. quarum prima incipit.
Satis & pluſquam ſatis to.2.2.a
Cum aliis operibus & tractatib. ſuperius in primo huius uoluminis folio numeratis.

FINIS.

INDEX EPISTOLARVM

Diui Bernardi, ad ordinem alphabeticum diſpoſitus

In tomo 2.

Abbati Alpenſi nomine Garino. Reuerendo patri 108.b
Abbati Aqſcinti. Aluiſo abbati 33
Abbati Aremaren. pro monacho fugitiuo. Lator 118
Eidem & monachis ſuis. venerabili 121
Abbati valernen. Bucardo. Ignitum 70
Abbati Belliloci Odoni. Fratri 130
Abbati Bonęuallis Carnoten. Arnoldo. Suſcepimus 121
Abbas Caſemarii Bernardo. Dilecto 126
Abbatibus Ciſtercio congregatis. In multa 70
Abbati Cluniacen. Domino & patri Ibid.
Eidem. Domino Petro 71
Eidem. Quam nolim Ibi.
Eidem. Itáne 97
Eidem. Quid facis 111
Eidem. Domino & patri 121
Eidem. Filius ueſter 112
Abbas Cluniacen. Petrus ad Bernardum. Forti 111
Abbati cuidam nomine Bernardo. Dilecto patri 127
Abbati cuidam. Super fratre 53
Abbati de Buzeio. Filio chariſſimo 98
Abbati de Claraualle. Recte 115
Abbati de Caſtellione Balduino. Et in hoc 128
Abbati de Cella. vnde mihi 118
Abbati de Dunis. Fratri & amico 128
Eidem. Amantiſſimo Ibi.
Abbati de Præmonſtrato. Audiui 107.
Abbati Eboraces. Conſiliū 50
Abbati Fontanen. Ricardo & ſociis eius. Quanta 51
Abbati Fuſniacen. Ramaldo. Dilectiſſimo 36
Eidem. Plangis 37
Eidem. Sperabam Ibi.
Abbati G. Domino G. abbati 130
Abbati Igniaci Hūberto. Parcat 68
Abbati Leſcienſi. venerabili patri 126.
Abbati Lucæ. Bonum nobis 44
Abbati monaſterii Reatini Balduino. Epiſtola quam 90
Abbati Moliſmen. Guidoni. Quāto 44
Abbati Morimundi Arnoldo. Domino abbati 7
Abbati Pōtiniaci. Dilectiſſimo 20
Abbati Pultarien. Artando. Quicquid 37
Eidem. vnde placuit Ibid.
Abbati Pultarienſi Gerardo. Scripſiſſe 44
Abbati Rualeno. Satis ſupérq; 110
Abbati S. Albani. Et ſi facie 91
Abbati S. Bertini Leonio. Dilecto 125
Eidem. Amico 129

Abbati S.Dionyſii Suggerio. Exiit 42
Eidem. Chariſſimo 111
Abbati S.Michaelis Lelberto. Patri 123
Abbati S.Ioannis Carnoten. Ad ea de quibus 45
Abbati S. Nicaſii Remen. Quãto tibi 20
Abbati S. Nicolai Simoni. Perſecutionem 45
Eidem. Prouide. ibi.
Abbati S.Stephani Diuionen. Herberto. Si frater 99
Abbati S. Theodorici Gaufrido. Primo 45
Abbati S.Theodorici Guillelmo. Quòd n e 45
Eidem. Si nemo 46
Eidem. Frater ibid.
Abbatibus Sueſſioni congregatis. Reuerendis 49
Abbati Trecen. Vv. Amico 130
Abbati trium fontium Guidoni. Pœnitet me 113
Eidem. vnde te 35
Eidem. Conſiderans ibid.
Abbatiſſæ Faberniacẽ. Bernardus 130
Actio cauſę Lingonen. eccleſię ad Innocẽtium papã. Dũ adhuc 74
Alberoni primicerio Metenſi. Honorabili 19
Alberto incluſo. Frater Bernardus 130
Andreæ auunculo ſuo. Literæ tuę 116
Alexandro Lincolienſi. viro 33
Archiepõ Eboracen. Splendor 50
Archiepõ Hybernienſi Malachię. venerabili 122
Eidem. Malachiæ Ibid.
Eidem. Amantiſſimo. ibid.
Archiepõ Luciden. Eskilo. Amantiſsimo ibid.
Archiepõ Lugdunẽ. Humbaldo. Reuerendiſſimo 17
Archiepõ Maguntinen. venerabili 125.
Archiepõ Rothomagen. Hugoni Si diei. 18
Archiepõ Senonen. Henrico. Domino. 22
Eidem. Prioris 29
Eidem. videtis ibid.
Eidem. Pro multis 80
Archiepõs Turonen. Hildebertus ad Bernardum. Balſamum 61
Archiepõ Turonen. Hildeberto. Bonus homo 62
Eidem. Magno Ibid. (19
Ardutiõi Gebenę electo. Credim⁹
Eidem iam epõ. Præbet Ibi.
BEatrici nobili. Miror tuæ 61
Bernardo de Portis. Petis inſtanter 72
Eidem diſſimulare Ibid.
Bernardi Sylueſtris epiſtola. Gratioſo 314
Bernardo priori Portarum. Reuerendiſſimis 106
Brunoni Colonienſi. Domino 8
Eidem. Quæris à me 12
Eidem. Dignationis 13
Eidem. Horrendum Ibid.
CAnonicis Lugdunenſibus. Inter eccleſias 77
Canonicis quibuſdam regularibus. Exhortatio 7
Cartuſiẽſibus & Guidoni priori, Inter patres 13
Eiſdem. Amantiſſimo 15
Celeſtino papæ. Oportet 99
Clarẽuallẽſib. ſuis Chariſſimis 69
Eiſdem. Triſtis eſt Ibid.
Clero Mediolanen. Benedicti 67
Clero Senonen. Deſtituti 91
Comiti Angoliſmenſi Angleberto pro fratrib. d Brixia. Nolite 118
Comitiſſæ Bleſenſi. Siquãdo Ibi
Comiti Campaniæ Theobaldo. Laudabili 21
Eidem. Pio principi Ibid.
Eidem. Cum multa 22
Eidem. Timeo uos ibid.
Eidem. Scitis quia 112
Eidem duo uobis 22
Comiti Henrico. Abbas 114
Comiti Pictauen. ex perſona ducis Burgundiæ. Guillermo 65
Eidem. In eo animo ibid.
Comiti S. Aegidij Hildefonſo. Quãta 102
Conrado duci. Omnis 51
Conrado regi Romanorum. Scripta ueſtra 80
Eidem. Nec dulcius 104
Cuidam amico ſuo. Etſi facie 53
Cuidam alteri. De Machabæis. Quòd per fratrem 51
Cuidam, qui auſus eſt nouitium dehortari. Etſi ignotus 117
Cuidam. Fratrem 53
DVci & duciſſæ Lothoringiæ. Duci 61
Duciſſæ Burgundiæ. Veſtrę dignationis ibid.
Duciſſæ Lothoringiæ. Gratias agimus ibid.
EPiſcopo Andegauenſi Vlgerio. Lacrymas 90
Epĩs Aquitaniæ. Dominis & patribus 63
Epõ Atrebaten. Aluiſo. venerabili patri 126
Epõ Carnoten. Gaufrido. Fideliſſimo 31
Eidem. Quod ad me ibi.
Eidem Sicutis 31
Epõ Cathalaunenſi Ebalo. Domino Ebalo ibid.
Epõ Conſtantien. pro Arnoldo de Brixia. Si ſciret 89
Epõ cuidam. Si minus 52
Epĩs & cardinalibus Romanis. vos ſcitis 75
Eiſdem de eodem. Dominis & patribus 81
Epõ & clero Spiren. Domino & patri 124
Epiſcopo & clero Trecen. Legimus 91
Epiſcopo Hoſtien. Dominus abbas 116
Eidem pro Iordano cardinali. Pertranſijt 117
Eidem pro epõ Cenomanen. Adeſt epiſcopus 118
Eidem de electione abbatis de Tribus fontibus. Væ mũdo 119
Eidem. Feſtine iſta 120
Epiſcopo Laudunenſi. veſtri ſumus 113
Epõ Lauſennenſi Guidoni. Manũ ueſtram 19
Epõ Lincolienſi Alexandro. viro honorabili 33
Epõ Lingonen. Guilenco. Domino ſuo 32
Eidem. Pro eccleſia Ibid.
Epõ Lundonienſi Gilberto. Longe ſatis 18
Epõ Metenſi. Stephano 19
Epõ Nouiomenſi Balduino. Domino Balduino 128

Epiſcopo

INDEX EPISTOLARVM

Epõ Papienſi Petro. Si ſemen 160
Eidem. Si triſtia
Epõ Præneſtinenſi Stephano. Loquitur 96
Epĩs & cardinalibus Romanæ curiæ contra Petrum Abailardum. Dominis & patribus 81
Epĩs quatuor curiæ Romanæ. Quantum 94
Eiſdem. vobis audeo 98
Eiſdem. Si uera ibid.
Eiſdem. Ad hoc. Ibid.
Epiſcopo Rofrenſi. Durè 91
Epĩs Senonis conuocandis cõtra Petrum Abailardum. Exijt ſermo 81
Epiſcopo Sueſſionenſi Ioſſeno & Suggerio abbati ſancti Dionyſij Scripſeram 94
Eidem. Minime 96
Eidẽ. Pro pace laborauimus 97
Eidem. Semper Ibi.
Epõ Trecen. Attoni. Pauperi epiſcopo 17
Epiſcopis tribus curiæ Romanæ. Ad hoc 98
Epiſcopo Tulen. Ricuino. Reuerendo 32
Epiſcopo viridunen. Henrico. Domino Ibi.
Eidem. Super his 33
Epõ Vvintonen. Henrico. Viro 50
Ermangardi quondam comitiſſę Britaniæ. Dilectæ 60
Eidem. Recepi ibid.
Eugenio papę. Amantiſſimo 100
Eidem pro intruſo Eboracen. Importunus 101
Eidem pro eodẽ. Quàm cupio 102.
Eidem pro epõ Aurelianen. Ita quæſo 104
Eidẽ pro eodem. Tps eſt 105
Eidem pro Remẽſi Archiepõ. Amantiſſimo ibidem
Eidem pro domino Saginen. Non eſt mihi ibid.
Eidem pro Valentiuo electo. Si rebus 106
Eidem. Amantiſſimo ibi.
Eidẽ pro Eboracen. Sæuit 107
Eidem pro itinere Ieroſolymitano. Non eſt leue 109
Eidem pro fratre Philippo. Eſt negocium 110
Eidem pro abbate Caziacen. Porrexeram 111
Eidem pro abbate Rualeno. In ueritate 110
Eidem pro eodẽ. Et ſiqd ibi.
Eidem pro quodã paupere abbate. Vnus 111
Eidem pro monachis Mozonenſibus. Non poſſum ibi.
Eidem pro fratribus de Corona. Alij uereantur 112
Eidem. Serpens ibi.
Eidem. Qui tentant ibid.
Eidem. Amantiſſimo 113
Eidẽ pro electione Altiſſiodoren. Cum primum ibid.
Eidẽ pro obitu epĩ Altiſſiodoren. Adhuc ibi.
Eidem pro domino Cluniacẽ. Stultum 114
Eidem pro epõ Beluacen. Petitiones ibi.
Eidem pro Altiſſiodoreo. negocio. Bene facitis ibid.
Eidem pro Gigniacenſibus. Apud 115
Eidem pro Remenſi archiepõ. Dominus ibid.
Eidem pro Odone abbate S. Dionyſii pro eccleſia 116
Eidem pro eodem. Si ſuſurrationes ibi.
Eidem pro eccleſia S.Eugendi. S.Eugendi 117
Eidem pro epõ Cenomanen. Adeſt epõs 118
Eidem de Nicolao. Nicolaus ille ibid.
Eidẽ pro epõ Beluacen. Filius ueſter 119
Euſtachio occupatori Valentinæ ſedis. Viro illuſtri 80
FAlconi & Guidoni. Plaga ut 74
Eidem. Scripſimus 76
Fulconi Lingonenſi puero. Bonæ indolis 4
Fratribus de S.Anaſtaſio. Dilectiſſimis 123
Fratrib. Hybernienſibus in obitu Malachiæ, Religioſis, inter ſermones 120
GAltero de Caluo monte. ſæpe 53
G.cancellario. Prædeceſſor [illegible]
Gaufrido de Loratorio. Odoria flore 62
Gaufrido de Perona & eius ſocijs. Dilectis 57
Et ad eiuſdem parentes conſolatoria. Si filium 58
Gaufrido Lexouienſi. Doleo ibi.
G.diacono & cardinali. Domino & amico 128
Godefrido priori Claræuall. poſtea epõ Lingonen. Fratri Godefrido 123
Guidoni de Caſtello, qui poſtea papa Cęleſtinus. Venerabili domino 88
Guidoni legato. Arnoldus 89
HAymerico cancellario. Viro illuſtri 16
Eidem. Viro illuſtri 17
Eidem. Viro illuſtri 30
Eidem. Amicus ueſter 31
Eidem. Pro multis ibi.
Eidem. Volo
Eidem. Speciali 72
Eidem. Domino 73
Eidem. Frequentem ibid.
Eidem. Si uerbis 80
Eidem. Viro illuſtri 30
Henrico archidiacono. Dilecto 128
Henrico cardinali. Sic tibi 118
Henrico comiti. Abbas 114
Henrico Murdach. Dilecto 54
Henrico regi Anglorũ. Henrico 50
Eidem. Henrico 68
Honorio papæ. Summo 15
Eidem. Summo ibi.
Eidem. Summo 29
Eidem. Triſtiſſimæ ibi.
Eidem. Summo 30
Eidem. Oportebat ibi.
Hugoni comiti Campaniæ, militi templi facto. Si cauſa 19
Hugoni de S.Victore. Si tibi 37
Hugoni Farſito. Chariſſimo 21
Eidem. Dilectiſſimo ibid.
Hugoni nouicio & poſt Bonęuallen. Abbati. Chariſſimo in Chriſto 130
IAnuenſib. Ianuenſib. 65
Imperatrici Romanorum. In reconciliatione 67
Innocentio papæ. Sanitas 71
Eidem pro Trecen. epiſcopo.

Inſolentia ibid.
Eidem pro Bernardo de Portis. Dilectum 72
Eidem pro clericis Aurelianen. Vſquequo ibid.
Eidem ſuper interfectione prioris Sancti Victoris. Amantiſſimo Ibidem.
Eidem pro epiſcopo Pariſien. Piiſſimo 72
Eidem pro eodem. Vox ſanguinis 73
Eidem unde ſupra. Iterũ 75
Eidem unde ſupra. Clementiſſime ibi.
Eidẽ unde ſupra. Dignatio 76
Eidem pro Falcone Lugdunẽ. archiepiſcopo. Qui in aliorum Ibidem
Eidem pro Godefrido Lingonen. epo. Inter crebra Ibid.
Eidem pro Alberone Treuerẽ. archiepo. Voluntas 78
Eidẽ pro eodem. Nũquid Ibi.
Eidem pro eodem. Amantiſſimo 79
Eidem pro eodem. Qũo ibid.
Eidem pro eodem. Iterũ ibi.
Eidem. Fratrem 80
Eidem de hæreſibus Abailardi: Amantiſſimo 81
Eidem contra quædam capitula prędictarum hęreſum. Amãtiſſimo 82
Eiuſdem Innocẽtij reſcriptum contra prædictas hæreſes. Innocentius 88
Eidem Innocentio pro domino Remenſi. Reuerendiſſimo 87
Eidem. In cauſæ 89
Eidem. Vſquequo 90
Eidẽ. Dominus Cantuarien. 92
Eidem. Dominũ Samſonem Remenſem ibi.
Eidem. Vir illuſtris ibi.
Eidem. Quis mihi 93
Eidem. Si cura Ibid.
Eidem pro comite Radulpho & eius uxore. Scriptum ibi.
Eidem tribulatio
Eidem excuſatoria, ſed & ultima. Domino ibid.
Eidem. Amantiſſimo 122
Eidem. Amantiſſimo 126
Eidem. Amantiſſimo 127
Eidem. Amantiſſimo ibi.
Eidem. iuuenis ibid.
Eidem. Scribo uobis 93
Ioãni cardinali Cremen. Dilectionem 74
Iuoni Cardinali. Dilectiſſimo 88
LAmbertum fugitiuum remittit Bernardus ad proprium monaſterium. Fratrem 53
Legatis apoſtolicis pro epiſcopo Maguntino. Dominis 119
Lothario imperatori. Lothario 68
Eidem. Miror ibi.
Ludouico regi Francorum. Eximio 29
Eidem. Libenter 94
Eidem. Scit deus 95
Eidem. Ludouico 97
Eidem. Volui ego 115
Eidem. Ludouico 109
Ludouico iuniori regi Francorũ. Si totus 76
Eidem. Si homo 119
Eidem pro ipſius infirmitate ſolicito. in literis ibid.
MAchabæorum cur feſtũ celebratur. Quæris 121
Et correſpondet epiſtolæ nonageſimæ octauæ
Matthæo legato. Fuit quidam 17
Mathildi Reginę Anglorum. illuſtriſſimę 130
Mediolanenſibus. Suis 66
Monacho Apę. Tua mihi 8
Eidem. Si maneres ibi.
Monacho Alardo. Dilecto filio 126
Monacho Drogoni. Quam nõ 20
Monachis Alpẽſib. Bonꝰ pater 69
Monachis de Tribꝰ fontib. Quòd nondum 36
Monachis eccleſię S. Bertini. Dilectiſſimo 129
Eiſdem. Vniuerſis ibid.
Monachis Flauiacẽ. Domino H, 34
Eiſdem. Modeſtię ibid.
NOuicijs apud Mediolanũ cõuerſis. Chariſſimis 67
OGerio canonico regulari. Totis. 48 Eidem. Omitto 49
Eidem. Indignaris ibid.
Eidem. Breues ibid.
PArẽtib. Elię monachi. Sola 58
Patriarchę Ieroſolymorum Patriarchalibus 78
Petro Bizuntinenſi. Peregrinationem 89
Petro diacono cardinali. Domino nenerabili 16
Eidem. Cum totum ibi.
Eidem. Tempus eſt 17
Petro presbytero cardinali. Chariſſimo domino 16
Philippo eccleſię Turonẽ. electo. Doleo 71
Piſanis. Piſanis noſtris 66
REginę Ieroſolymorum. Audierunt 91
Eidem. Dilectę 117
Roberto nepoti ſuo. Satis 1
Rogerio regi Sicilię. Lõge 92
Eidem. Si me queritis ibi.
Eidem. Habetis ibi.
Rolando cardinali & cancellario. Domino 127
Romanę curię. Dominis & patribus epiſcopis 100
Romanę curię quando abbas S. Anaſtaſii electus fuit in papam Eugenium. Dominis & patribus reuerendis cardinalibus ibid.
Romano Romanę curię ſubdiacono. Bernardus 54
Romanis diſcedentibus ab Eugenio. Nobilibus 103
Rorgoni ď Abbatis uilla. viro 130
SAnctimõiali cuidã. Magnũ 59
Sanctimoniali de monaſterio B. Marię Trecenſis. Relatũ 60
Santię ſorori iperatoris Hiſpanię. Quod factum 118
Simoni filio Caſtellani Cameracen. Cognoſcens 81
Situatio Clarę uallis. Si ſitum Clarę uallis 313
Sophię uirgini. Bernardus 58
THoloſanis poſt reditum ſuũ. in aduentu 103
Thomę de S. Audomaro. Chariſſimo 56
Thomę prępoſito de Beruerla. Thomę 54
VNiuerſis ciuibus Mediolanẽ. Vt ex 67
Vvillelmo cuidam. Nuncium 52

FINIS.

F. FRANCISCI MAVROY Claræuallenſis ad lectorem epigramma.

MYſtica de ſanctis excerpere ſenſa libellis,
Qui cupis, et ſẽſus noſcere præcipuos:
Quos ſacra cõſueuit ſcriptura tenere ſecretos
Nec niſi diuinis enucleare uiris:
Huc tentans celeri uelox accurrere greſſu,
Comperies ſubito talia quæque tibi.
Si quoque de clara dubitans uirtute, moueris
Vt tete ſolides: en tibi conſilium:
Conſule Bernardum. Bernardus, quæ dubitaſti
Certa tibi tradit, ſi ſua ſcripta legis.
Nam latebroſa nimis, & quæ fuſcata uidentur,
Aut digeſta minus, clarificare ſolet.
Hunc tibi præſtituas certis quandoque diebus
Optime uoluendum: tunc tibi proficies.
Quicquid enim dicas: eſt is, cui nemo ſecundus
Vita, doctrina, relligione, modo.
Eloquio pollet, pollet pietate, ſagaci
Non minus ingenio, ſimplicitate magis.
Fœlices nimium, quos ſancti corpus honorat
Claræuallenſes, ſi bene perſpiciant.
Illic, quæ tractas, ſpirante uolumina ſancto
Numine conflauit maximus ille pater.
Hos tu præſeruans duris, Bernarde, periclis
Fac nera maneant relligione uiri:
Fac nullæ moueant horum præcordia lites,
Omnia corrumpat iurgia, uerus amor.
Fac ſua contineant cum caſta corpora mente:
Contemnantq; leues orbis inanis opes.
Ad te iam rediens, ò lector, quæſo ſequenti
Noſtro non ſegnis credito conſilio:
Bernardum crebro legites: ſemperq; profunda
Mente notes ſancti dogmata ſancta uiri.

EPIGRAMMA AD LIBRVM.

I Nunc, & tandem totum Bernarde, per orbem
Protinus exilias: ne tua fama cadat.
Diuinasq; tuis ſermonibus exprime leges:
Crimina fac homines deſeruiſſe uelint.
Vade precor, cunctis, Bernarde, legare ſuauis:
Flecte ad uirtutes pectora dura pias.
Tu, quemcunque iuuat ſanctos cognoſcere patres:
Bernardum relegas inclyta ſcripta colens.
Frigida iamdudum ferueſcet amore uoluntas:
Et mens doctrinæ dulcia mella feret.

EPIGRAMMA IOANNIS AEgidij Nucerien. *ad librum.*

I Pede præcipiti totum, Bernarde, per orbem,
Horret adire tuos lingua canina libros.
Hæc tua magnificas monumẽta ferãtur ĩ urbes
Ne pereat turpi candida fama ſitu.
Poſtulat hoc grauium prudentia clara uirorum:
Quos trahit ad ſuperos mens generoſa lares.

DIVI BERNARDI CLARAEVALLENSIS COENOBII ABBATIS PRIMI,

Sermonum opus.

De *aduentu domini, & ſex circunſtantijs eius* Sermo *primus.*

HODIE fratres celebramus aduentus initiũ: cuius utique ſicut & cæterarũ ſolẽnitatum nomẽ quidẽ celebre ſatis, & notum mũdo, ſed ratio nominis fortè nõ ita. Infoelices.n.filij Adam, omiſſis ueris & ſalutaribus ſtudijs: caduca potius & trãſitoria quærũt. Quibus aſſimilabimus homines generationis huius: aut qbus cõparabimus illos quos uidemus à terrenis & corporalibus cõſolationib. auelli ſeparariq; nõ poſſe? Profecto ſimiles sũt his, qui ſubmerſi periclitantur in aquis. Nimirum uideas eos tenẽtes tenere: nec ulla ratione deſerere quod primũ occurrerit manibus, quicquid ſit illud: licet tale ſit aliqd qd' oĩno prodeſſe nõ poſſit: ut sũt radices herbarũ, cęteraq; ſil'ia. Nã et & ſi q ad eos fortè ueniãt ut ſubueniant, nõnunq̃ ſolent apprehenſos inuoluere ſecũ: adeo ut iam nec ſibi, nec illis auxiliũ ferre præualeant. Sic pereũt in hoc mari magno & ſpacioſo: ſic pereunt miſeri, dum peritura ſectantes omittunt ſolida: quibus apprehenſis emergere & ſaluare poſſent aĩas ſuas. Neque.n. de uanitate ſed de ueritate dicit̃: Cognoſcetis eã & liberabit uos. *Ioan. 8.* Vos igitur fratres quib. tanquã paruulis reuelat deus, q̃ abſcondita ſunt à ſapientibus & prudentibus, *Matt. 11.* circa ea q̃ uerè ſalutaria ſunt ſedula cogitatione uerſamini, & diligenter penſate rationem aduentus huius, quærentes nimirum quis ſit qui ueniat, unde, quò, ad quid, qñ, & qua. Laudabilis ſine dubio curioſitas iſta eſt & ſalubris: neque.n. tã deuote eccleſia uniuerſa pſentẽ celebraret aduentum: niſi lateret in eo magnum aliquod ſacramentum. Primo igitur loco cum apoſtolo ſtupente & admirante, intuemini & uos quantus ſit iſte qui ingreditur: ipſe enim eſt ſecundum Gabrielis teſtimoniũ altiſſimi filius, ac proinde coaltiſſimus ipſe. *Lucæ. 1.* Neque enim fas eſt dei filium degenerem ſuſpicari: ſed æqualis fateri neceſſe eſt altitudinis & eiuſdem penitus dignitatis. Nam & filios principum principes, & filios regũ reges eſſe quis neſciat? Verũtamen quid ſibi uult quod è tribus perſonis quas in ſumma trinitate credimus, cõfitemur, & adoramus, non pater, non ſpiritus ſanctus aduenit, ſed filius? Minime quidem ego id factũ arbitror ſine cauſa. Sed qs cognouit ſenſum dñi: aut quis cõſiliarius eius fuit? *Roma. 11.* Neque enim ſine altiſsimo trinitatis cõſilio factum eſt ut filius adueniret. Et ſi conſideramus exilij noſtri cauſam: fortaſſis aduertere poſſumus uel ex parte q̃ cõgruum fuerit à filio nos maxime liberari. Lucifer.n. ille qui mane oriebatur, pro eo ꝙ altiſſimi ſimilitudinem uſurpare tẽtauit: & rapinam arbitratus eſt eſſe ſe ęqualem deo (quod utique filij eſt) præcipitatus ilico corruit, qm̃ zelauit pro filio pater & opere dixiſſe uidet̃. *Roma. 12.* Mihi uindictam & ego retribuam. *Lucæ. 10.* Continuo uidebam Sathanam tanquam fulgur cadentem de coelo. Quid tu igitur ſuperbis terra & cinis? Si ſuperbientib. angelis deus non pepercit: quanto magis tibi putredo & uermis? Nihil ille fecit, nihil operatus eſt, tantum cogitauit ſupbiã, & in momento, in ictu oculi irreparabiliter præcipitatus eſt: qa iuxta euangeliſtam, In ueritate non ſtetit. *Ioan. 8.* Fugite ſuperbiam fratres mei (quæſo) multum fugite. *Eccl. 10.* Initiũ omnis peccati ſuperbia: quæ

tam uelociter ipſum quoq; ſyderibus cũ ctis clarius micantẽ æterna caligine obtenebrauit Luciferũ: quē nõ modo angelum, ſed angelorum primum in diabolũ cõmutauit. Vnde & protinus inuidens homini, quã conceperat in ſemetipſo, in eo peperit iniquitatem: ſuadens ut lignũ uetitum guſtans fieret ſicut deus, ſciens bonum et malum. Quid enim polliceris, quid promittis miſer: cum filius altiſſimi ſciẽtiæ clauem habeat: imo & ipſe ſit clauis Dauid, q claudit & nemo aperit? (Apoc. 3.) In eo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ abſconditi: (Coloſſ. 2.) tu ne eos ut homini præſtes, inique furaberis? Videtis quia uere iuxta domini ſententiam: mẽdax iſte eſt, & pater eius. Nam & mẽdax fuit dicẽs. (Ioan. 8.) Similis ero altiſſimo, & mendacij pater: (Eſa. 14.) cum in hominem quoque uenenatũ ſuæ (Gene. 3.) falſitatis ſeminarium effudit, dicẽs. Eritis ſicut dij. (Pſal. 49.) Tu quoque ô homo: ſi uides furem curris cum eo? Audiſtis fratres quid hac nocte lectum eſt in Eſaia dicente domino. (Eſa. 1.) Principes tui infideles: uel (ut alia translatio habet inobedientes) ſocij furum. Reuera enim principes noſtri Adã & Eua principia noſtrę propaginis, inobedientes & ſocij furũ: qui quod filij dei eſt, ſerpentis imo diaboli per ſerpentem conſilio ſubripere tentant. Nec diſſimulat iniuriam filij pater (pater enim diligit filium) ſed continuo & in ipſum hominẽ uindictã retribuit, & aggrauat ſup nos manum ſuã. Omnes enim in Adam peccauimus, & in eo ſententiam damnationis accepimus omnes. Quid agat filius uidens pro ſe zelare patrem: & nulli penitus parcere creaturæ? Ecce, inquit, occaſione mei creaturas ſuas pater amittit, altitudinem meã primus angelus affectauit, & populum qui ſibi crederet habuit: ſed cõtinuo patris zel⁹ grauiter uindicauit in illum, percutiens eum pariter cum omnibus ſuis plaga incurabili, caſtigatione crudeli. Scientiam quoque quæ nihilominus mea eſt, ſurripere homo uoluit: & ne illi quidem miſertus eſt, nec pepercit oculus eius. Nũquid de bobus cura eſt deo? (1. Cor. 9.) Duas tantum fecerat nobiles creaturas rõnis participes, capaces beatitudinis, angelum uidelicet atq; hoiem: ſed ecce pp me angelos pdidit multos, hoies uniuerſos. Ergo ut ſciãt qa & ego diligo patrẽ: per me recipiat quos quodammodo propter me amiſiſſe uidetur. Si propter me tẽpeſtas hæc orta eſt (ait Ionas) (Ionæ. 1.) tollite me: & mittite in marę. Oẽs inuident mihi. Ecce uenio & talẽ eis exhibeo memetipſum: ut quiſqs inuidere uoluerit: quiſqs geſtierit imitari, fiat ei ęmulatio iſta in bonũ. Noui tñ in affectũ malitiæ & nequitiæ trãſiſſe angelos deſertores, nec ex ignorãtia aliqua ſeu infirmitate: peccaſſe, iõque perire neceſſe eſt pœnitere nolẽtes. Prĩs. n. amor, & honor regis iudiciũ diligit. Propter hoc. n. & ipſe creauit hoies ab initio: q ſupplerẽt locũ illũ, & ruinas Hieruſalẽ reſtaurarẽt. Sciebat. n. nullã angelis patere redeundi uiã. Nẽpe nouit ſuperbiã Moab qđ ſupbus (Eſa. 16.) eſt ualde: & ſupbia eius pœnitẽtiæ remedium nõ admittit, ac p hoc nec uenię. At uero hoïs uice nullã poſtea cõdidit creaturã, intuẽs ex hoc ipſo redimẽdũ adhuc hoiem: qppe quẽ ſupplãtauit aliena malitia: iõque pdeſſe ei põt charitas aliena. Ita dñe obſecro, cõplaceat tibi ut eruas me: qm ego infirmus ſum. Quoniam de (Gene. 40.) terra mea furtim ſublatus ſum: & hic innocens in lacum miſſus ſum. Nõ penitus quidem innocẽs: ſed quantũ ad eũ q me ſeduxit innocẽs aliquatenus. Mendaciũ mihi perſuaſum eſt dñe: ueniat ueritas ut poſſit falſitas deprehẽdi, & cognoſcã ueritatem, & ueritas liberabit me: ſi tñ deprehenſæ falſitati penitus renunciauero: & cognitæ adhæſero ueritati. Alioquin non humana erit tẽtatio, nec humanum peccatum: ſed obſtinatio diabolica. Nã perſeuerare in malo diabolicũ eſt: & digni ſunt perire cum illo quicũque in ſimilitudinẽ eius permanẽt in peccato. Ecce fratres audiſtis quis ſit qui ueniat: cõſiderate iam unde ueniat, & quo. Venit utiq; de corde dei patris in uterũ uirginis matris: uenit à ſummo cœlo, in iferiores partes terræ. Quid ergo? Nonne & nobis in terra eſt cõuerſandum? Eſt, ſi tamẽ in ea

perſtitit ille. Vbi. n. bene erit ſine illo, aut ubi male eſſe poterit cũ illo? (Pſalm. 77.) Quid mihi eſt ĩ cœlo, & à te qd uolui ſup terrã? De⁹ cordis mei, & pars mea deus in æternũ. (Pſalm. 22.) Nam & ſi ambulauero in medio umbrę mortis, nõ timebo mala, ſi tñ tu mecum es. Nunc aũt ut uideo & ad terras, & ad ipſum quoque deſcẽdis infernũ: nõ tanquã uinctus, ſed tanquã inter mortuos liber: ſicut lux q̃ in tenebris lucet, & tenebræ eã nõ cõprehenderunt. Vnde nec relinquiẽ aïa in inferno, nec ſanctũ corpus in terra uidet corruptionẽ. Xps. n. qui deſcẽdit, ipſe eſt & q aſcẽdit ut adimpleret oïa, de quo ſcriptũ eſt. Qui pertrãſiit benefaciẽdo & ſanãdo oẽs oppreſſos à diabolo. (Actu. 10.) Et alibi. (Pſalm. 18.) Exultauit ut gigas ad currẽdã uiã, à ſummo cœlo egreſſio eius, et occurſus eius uſque ad ſummũ eius. Merito pinde clamat apoſtolus dicẽs: (Colo. 3.) Quę ſurſum ſunt q̃rite ubi Xps eſt in dextera dei ſedẽs. In caſſum laboraret erigere corda nr̃a, niſi collocatũ in cœlis ſalutis nr̃æ doceret authorẽ. Sed uideam⁹ iã q̃ ſequũtur. Nã & ſi materia quidẽ copioſa inueniẽ & uberrima ualde, ſed anguſtia tpis tantã ſermonis longitudinẽ nõ admittit. Conſiderantib. ergo quis ueniat, magna oïno & ieffabilis maieſtas inotuit. Suſpicientibus unde ueniat, grãdis planè patuit uia, ſecũdũ ei⁹ teſtimoniũ qui pphetico pũentus ſpiritu. (Eſa. 30.) Ecce, inq̃t, nomẽ dñi uenit de longinquo. Porro quo ueniat intuentibus, apparuit ineſtimabilis dignatio & penitus inexcogitabilis, qđ in carcere huius horrorẽ, tãta deſcẽdere dignata eſt celſitudo. Iã qs dubitet magnũ aliquid in cauſa fuiſſe, ut maieſtas tanta de tã longinquo, in locũ tam indignũ deſcẽdere dignaret? Plane magnum aliqd, qa miſericordia magna, qa miſeratio multa, qa charitas copioſa. Ad qd. n. ueniſſe credẽdus eſt? Hoc nãque eſt, qđ iuxta ppoſitũ ordinẽ oporteat iã pſcrutari. Nec ſane laborãdũ eſt in hac parte, cũ manifeſte aduẽtus eius cãm, & uerba ipſius et & opa clamẽt. Ad q̃rendã qppe ouẽ centeſimã q̃ errauerat de montib. pperauit, & ut cõfiteantur manifeſtius dño miſericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum, propter nos uenit. Mira quærentis dei dignatio, magna dignitas hoïs ſic q̃ſiti. In qua ſi gloriari uoluerit, non erit inſipiens: nõ qđ aliquid eſſe uideatur tanq̃ à ſeipſo, ſed quod tãti eũ fecerit ipſe q fecit. Omnes enim diuitiæ, oïs gloria mundi, & quicquid in eo cõcupiſcitur, minus eſt ad hãc gloriã: imo nec eſt aliqd in cõparatione eius. Dñe qd eſt homo qa magnificas eũ, aut qd apponis erga eũ cor tuũ? (Iob. 7.) Attamẽ uelim noſſe qd ſibi uoluerit qđ ad nos uenit ille, aut quare nõ magis iuimus nos ad illũ? Noſtra. n. erat neceſſitas, ſed nec eſt conſuetudo diuitũ ut ad pauperes ueniãt, nec ſi pſtare uoluerint. Ita eſt fratres, nos magis ad eũ uenire dignũ fuit, ſed duplex erat impedimentũ. Nã & caligabant oculi nr̃i, Ille uero lucẽ habitat inacceſſibilẽ, (1. Ti. 6.) & iacẽtes paralytici in grabato, diuinã illã non poteramus attingere celſitudinẽ. ppterea benigniſſimus ſaluator & medicus aïarũ deſcendit ab altitudine ſua, & claritatẽ ſuã infirmis oculis temperauit. Induit ſe laterna quadam illo utiq; glorioſo & ab oĩ labe puriſſimo corpore qđ ſuſcepit. Hęc ẽ. n. (Eſa. 45.) illa leuiſſima planè & pfulgida nubes, ſupra quã aſcẽſurũ eũ, ppheta pdixerat, ut deſcẽderet in Aegyptũ. Tps eſt iã ipſum quoque cõſiderare tps, quo ſaluator aduenit. Venit. n. (quod et uos credimus nõ latere) nõ in initio nec in medio tpis, ſed in fine. Nec incongrue factũ eſt, ſed uere ſapienter diſpoſuit ſapiẽtia, ut cũ magis eſſet neceſſariũ tũc primo ferret auxiliũ, pronos ad ingratitudinẽ Adæ filios non ignorans. Verè. n. aduesperaſcebat, & inclinata erat iã dies, receſſerat paulomin⁹ ſol iuſtitię: ita ut exigu⁹ nimis ſplẽdor ei⁹ aut calor eẽt ĩ terris. Nã et lux diuinę notitię parua admodũ erat, et abũdãte iniq̃tate feruor refriguerat charitatis. Iã nõ apparebat angelus, nõ loq̃bat ppheta, ceſſabãt uelut deſpatiõe uicti, p nimia utiq; duritia hoïm et obſtinatiõe: at ego (ait fili⁹) tũc dixi, ecce uenio. Sic ſic dũ mediũ ſilẽtiũ teneret oïa, et nox in ſuo curſu iter pageret, ops ſermo tu⁹ dñe à regalib. ſedib.

uenit. Quod & apoſtolus innuẽs aiebat.
Gal. 4. Q̃n uenit plenitudo tp̃is, miſit deus filiũ
ſuum. Nimirum plenitudo & abũdantia
temporaliũ, obliuionẽ & inopiã fecerat
æternorũ. Opportune ergo tũc aduenit
æternitas, q̃n magis temporalitas p̃uale
bat. Nã ut cætera ſileã, ipſa quoque pax
tẽporalis illo in tp̃e tanta fuit, ut ad hoĩs
unius edictum deſcriberetur uniuerſus or
bis. Habetis iam & p̃ſonam uenĩetis, &
locum: utrũque, id eſt, à quo & ad quem
uenit: cauſam quoque & tp̃s nõ ignora-
tis. Vnũ reſtat, uia. ſ. per quã uenit, & hæc
quoque diligẽter requirẽda: ut poſsimus
(ſicut dignũ eſt) ei occurrere. Verũtamẽ
ſicut ad operãdam ſalutẽ in medio terrę,
uenit ſemel in carne uiſibilis: ita quotidie
ad ſaluãdas aĩas ſingulorũ ĩ ſpiritu uenit
& inuiſibilis, ſicut ſcriptũ eſt. Spiritus an
Thren. 4. te faciẽ noſtrã Xp̃s dñs. Et ut noueris oc
cultũ eſſe ſpiritualẽ hũc aduentũ. In um-
bra eius, inquit, uiuemus inter gẽtes. Pro
pterea dignum eſt ut ſi nõ ualet infirmus
in occurſum tanti medici procedere lon
gius, ſaltẽ conet̃ erigere caput & aliqua-
tenus aſſurgere uenienti. Non te oportet
ô homo maria transfretare, nõ penetra-
re nubes, nõ trãſalpinare neceſſe eſt. Nõ
grandis inquam, tibi oſtendit̃ uia, uſque
ad temetipſum occurre deo tuo: propè
eſt. n. uerbum in ore tuo & in corde tuo.
Vſque ad cordis cõpunctionẽ & oris cõ
feſſionẽ occurre, ut ſaltẽ exeas de ſterq̃li
nio miſeræ cõſcientiæ: q̃m indignũ eſt il-
luc auctorẽ puritatis intrare. Et hæc q̃dẽ
de eo aduẽtu dicta ſunt, quo ſingulorum
mẽtes inuiſibili dignat̃ illuſtrare p̃ſentia.
Libet aũt & manifeſti aduẽtus uiã conſi
derare. Q̃m uiæ eius uiæ pulchræ: & oẽs
Pro. 3. ſemitæ eius pacificæ. Ecce inq̃t ſpõſa: ue-
Can. 2. nit is ſaliens in montib. trãſiliens colles.
Venientẽ uides ô pulchra, ſed cubantẽ ui
Can. 1. dere ante non poteras. Dixiſti. n. Indica
mihi quẽ diligit aĩa mea, ubi paſcas, ubi
cubes. Cubãs paſcit angelos in illas p̃pe
tuas æternitates, quos ſatiat uiſione ęter
nitatis & ĩmutabilitatis ſuæ, ſed ne igno
res te ô pulchra: q̃m mirabilis facta ẽ ui-
ſio illa ex te, cõfortata eſt & non poteris

ad eã. Verũtamẽ ecce egreſſus ẽ de loco
ſancto ſuo: & q cubãs paſcit angelos ip-
ſe cœpit: ſicq; ſanabit nos, & uidebit̃ ue-
niẽs & paſtus, q cubãs & paſcẽs ante ui-
deri nõ poterat. Ecce uenit hic ſaliens in
montib. trãſiliens colles. Mõtes & col-
les p̃riarchas & p̃phetas accipe, & quẽ
admodũ uenerit ſaliẽs & trãſiliens in li-
bro g̃natiõis lege, Abrahã genuit Iſaac: Mat. 1.
Iſaac genuit Iacob &c. Ex his montibus
prodijt (ut inuenies) radix Ieſſe, vñ iuxta
p̃phetã: Egreſſa eſt uirga, & exinde flos Eſa. 11.
aſcẽdit, ſup̃ quẽ req̃euit ſp̃ũs ſeptiformis.
Qđ manifeſtius alio in loco aperiẽs idẽ
p̃pheta. Ecce, inq̃t, uirgo cõcipiet & pa- Eſa. 7.
riet filiũ, et uocabit nomẽ ei⁹ Emmanuel,
qđ interpretat̃ nobiſcũ deus. Quẽ. n. pri⁹ L
florẽ: ipsũ deinde Emmanuelẽ, & quã di
xerat uirgã manifeſtius exprimẽs uirginẽ
noĩauit. Sed neceſſe eſt altiſſimi huius ſa-
cramẽti cõſiderationẽ diei alteri reſerua-
ri. Digna eſt. n. p̃prio ſermone materia,
præſertim quòd in longum iam hodier-
nus ſermo proceſſerit.

In aduentu domini de uerbis Eſaiæ ad Achaz, Pete tibi ſignum, uſq; Butyrum et mel: Sermo II.

Vdiuimus ſuadẽtẽ regi Achaz Eſa. 7.
a Eſaiã, petere ſignũ à dño, ſiue in
profundum inferni, ſiue in excel-
ſum ſupra. Audiuimus reſpõſionem eius
formã quidã habẽtẽ pietatis, ſed nõ uir
tutem. Propter hoc denique ab eo qui in
tuetur cor, & cui confitetur hominis co- M
gitatio, meruit reprobari. Nõ petam, in-
quit, & nõ tentabo dñm. Elatus erat A- Vbi ſupra
chaz faſtigio ſolij regalis aſtutus huma-
næ ſapientiæ uerbis. Audierat igitur Eſa
ias à dño. Vide dic uulpi illi, petat ſibi ſi-
gnum à dño in profundum. Habet. n. uul
pes foueam, ſed in infernũ quoque ſi de-
ſcenderit, adeſt qui cõprehendat ſapiẽ
tes in aſtutia ſua. Item. Vade, ait dñs, dic
uolucri illi, petat ſibi ſignũ in excelſum ſu
pra. Habet. n. uolucris nidũ: ſed & ſi ĩ cœ
lum aſcẽderit, illic eſt qui ſup̃bis reſiſtẽs
p̃pria calcat uirtute ſuperborũ & ſubli-
miũ colla. Verũtamẽ diſſimulat ille pote
ſtatis excelſæ ſeu incõprehẽſibilis p̃fun-
ditatis ſapiẽtiæ quærere ſignũ, & p̃pte-
rea ſignum

rea ſignũ bonitatis & charitatis domui
Dauid ipſe dñs p̃mittit, ut quos nec po-
teſtas nec ſapientia terruit, alliciat ſaltẽ
exhibitio charitatis. Põt tñ in eo qđ ait
in p̃fundum inferni, ẽt charitas ipſa, qua
maiorẽ nemo habuit, ut in infernũ quoq;
pro amicis moriẽdo deſcenderet, nõ ĩme
rito deſignari, ut p̃cipiat̃ Achaz uel ĩ ex-
celſum regnãtis expaueſcere maieſtatẽ,
uel deſcẽdentis ad inferos amplecti cha-
ritatẽ. Moleſtus eſt ergo nõ ſolũ hoĩbus,
ſed etiã deo, quiſquis nec maieſtatem co
gitat ĩ timore, nec charitatem cũ amore
meditat̃. Propter hoc, inquit, dabit dñs
ipſe uobis ſignũ, in quo manifeſte & ma
ieſtas, & charitas innoteſcat. Ecce uirgo
Eſa. 7. cõcipiet, & pariet filium, & uocabit no-
mẽ eius Emmanuel, quod interpretat̃ no
biſcum deus. Noli fugere Adã, quia no-
biſcum deus. Ne timeas ô homo, nec au-
dito dei noĩe terrearis: q̃a nobiſcũ deus.
Nobiſcũ carnis ſimilitudine, nobiſcũ uti
litate. Propter nos uenit tanquã unus ex
nobis ſimilis nobis, paſſibilis. Deniq; bu
tyrum, inquit, & mel comedet. Ac ſi di-
Vbi ſupra cat, Paruulus erit & ueſcet̃ infantilib⁹ ali
Ibidem mentis. Vt ſciat, inquit, reprobare malũ,
& eligere bonum. Et iã hic bonũ & ma-
lum audis, ſicut in arbore uetita, ſicut in
ligno trãſgreſſionis. Sed multo melius à
primo Adã, ſecũdus iſte partit̃. Eligẽs. n.
Pſal. 108 bonũ malũ reprobat, nõ ſicut ille, q dile-
xit maledictionẽ, & uenit ei, & noluit be
nedictionẽ, & elongata eſt ab eo. Nã &
in eo quod p̃miſit, butyrũ & mel come-
det, aduertere poteris paruuli huius ele-
ctionẽ. Tantũ aſſit eius gratia, ut qđ præ
ſtat, utcunq; ſentire digne & accõmoda
te ad intelligendũ p̃ferre cõcedat. Duo
ſunt in lacte ouis, butyrũ, et caſeus. Buty
rũ pingue & humidũ, caſeus econtrà ari-
dus & durus. Bene. n. paruulus noſter eli
gere nouit: q butyrũ comedẽs, caſeũ uti-
Pſal. 118. que nõ comedit. Quæ eſt. n. ouis centeſi-
ma, q̃ errauit, & in pſalmo loquit̃: Erraui
ſicut ouis q̃ perijt? Vtiq; genus humanũ
Mat. 12. quod benigniſſim⁹ paſtor q̃rit, alijs ſane
nonagintanouẽ ouibus in montibus dere
lictis. In hac igitur oue duo reperies, natu

rã dulcẽ, naturã bonã, & bonã ualde tan-
quã butyrum, & peccati corruptionem
ut caſeũ. Vide ergo quã optime puer no- Vbi ſupra
ſter elegit, qui naturam noſtram ſine ul-
la peccati corruptione ſuſcepit. Nam de
peccatorib⁹ legis, coagulatũ eſt ſicut lac
cor eorũ, in quib. utiq; lactis puritatẽ cor
ruperat fermentũ malitiæ coagulũ iniq̃-
tatis. Sic & apis habet mellis dulcedinẽ,
habet ẽt aculei punctionẽ. Apis uerò eſt
q̃ paſcitur ĩter lilia, q̃ florigerã inhabitat
patriã angelorũ. Vnde & ad ciuitatẽ Na
zareth, qđ interpretat̃ flos, aduolauit, et
ad ſuaueolentẽ perpetuæ uirginitatis flo
rem aduenit, illi inſedit, illi adhæſit. Hui⁹
apis mel & aculeum nõ ignorat, q miſeri
cordiã ei & iudiciũ cũ propheta decan-
tat. Attamẽ ad nos ueniens, ſolũ mel attu Pſal. 100.
lit & nõ aculeũ, id eſt miſericordiã, & nõ Luc. 9.
iudicium, ita ut ſuadentib. q̃nq; diſcipu-
lis ut ciuitatẽ, q̃ ſuſcipere eũ noluit, p̃cipe
ret igne cõſumi, reſponderit, filium homi
nis nõ ueniſſe ut iudicaret, ſed ut ſaluaret
mundum. Non habebat aculeũ apis nr̃a:
quodãmodo depoſuerat illum, q̃n tanta
indigna patiens miſericordiã exhibebat,
& nõ iudiciũ. Sed nolite ſperare in iniqui
tate, nolite peccare in ſpe. Habet. n. apis
noſtra q̃nque aſſumere aculeũ ſuum, &
acriter nimis infigere illum in medullas
hoĩum peccatorum. Quoniam pater nõ Ioan. 5.
iudicat quẽquam, ſed filio dedit omne iu
dicium. Nunc aũt paruulus noſter buty-
rum & mel comedit. Quando bonũ na-
turę humanę diuinę miſericordię ſic uni-
uit in ſemetipſo, ut eſſet homo uerus, &
peccatum nõ habens, deus miſericors et
iudicium nõ exhibẽs. Ex his manifeſtũ iã
arbitror quęnam ſit uirga de radice Ieſſe
procedens, quis uerò flos ſup̃ quẽ requie
ſcit ſpiritus ſanctus. Q̃m uirgo dei geni-
trix uirga eſt, flos filius eius. Flos itaque
fili⁹ uirginis, flos candidus & rubicũdus,
electus ex milibus. Flos in quẽ p̃ſpicere
deſiderãt angeli, flos ad cuius odorẽ reui
uiſcũt mortui: & ſicut ipſe teſtat̃, flos cã-
pi eſt & non horti. Campus. n. ſine oĩ hu- Canti. 1.
mano floret adminiculo, nõ ſeminat⁹ ab
aliquo, non defoſſus ſarculo, non impin-

guatus fimo. Sic oĩno, ſic uirginis aluus
floruit, ſic inuiolata, integra, et caſta Ma
riæ uiſcera, tanquã paſcuę æterni uiroris,
florem protulere: cuius pulchritudo non
uideat corruptionem, cuius gloria in per
petuũ nõ marceſcat. O uirgo uirga ſubli
mis, in quã ſublime uerticẽ ſanctum eri-
gis, uſq; ad ſedẽtem in throno, uſque ad
dñm maieſtatis. Neque.n.id mirum, qm̃
in altũ mittis radices humilitatis. O uerè
cœleſtis planta, ꝓcioſior cũctis, ſanctior
uniuerſis. O uerè lignum uitæ, qđ ſolum
fuit dignum portare fructum ſalutis. De
prehẽſa eſt malignè ſerpẽs uerſutia tua,
nudata eſt planè falſitas tua. Duo impo-
ſueras creatori, mẽdacij & inuidiæ infa-
maueras eum: ſed in utroq; conuictus es
Gene, 3. eſſe mentitus. Siquidẽ & ab initio morit
Pſalm. 116. cui dixeras, nequaquam morieris, & ue-
Roma. 8. ritas dñi manet in æternum. Sed & nunc
reſponde ſi potes quam ei arborem, cu-
ius arboris fructum inuidere potuit, qui
ne hanc quidem uirgam electam & fru-
ctum ſublimem negauit? Etenim qui ꝓ-
prio filio non pepercit, q̃uo nõ omnia ſi-
mul cũ illo donauit? Sed iam aduertiſtis
(ni fallor) qm̃ uirgo regia ipſa eſt uia per
quam ſaluator aduenit, procedens ex ip
ſius utero tanq̃ ſponſus de thalamo ſuo.
Tenentes ergo uiam quam priore (ſi me
miniſtis) cœpimus inueſtigare ſermone,
ſtudeamus & nos dilectiſſimi ad ipſum
per eam aſcendere, qui per ipſam ad nos
deſcendit, per eã uenire in gratiã ipſius, ꝗ
per eã in noſtrã miſeriam uenit. Per te ac
ceſſum habeamus ad filiũ, ô benedicta i-
uentrix gratiæ, genitrix uitæ, mater ſalu-
tis, ut per te nos ſuſcipiat, ꝗ per te datus
eſt nobis. Excuſet apud ipſum integritas
tua culpã nr̃æ corruptionis, & humilitas
deo grata nr̃ę ueniam impetret uanitati.
Copioſa charitas tua noſtrorũ coopiat
multitudinẽ peccatorum, & fœcunditas
glorioſa fœcunditatẽ nobis cõferat meri
torum. Dña noſtra, mediatrix nr̃a, aduo
cata noſtra, tuo filio nos recõcilia, tuo fi-
lio nos cõmenda, tuo nos filio repręſen-
ta. Fac ô benedicta ꝑ gratiã quã inueni-
ſti, per ꝓrogatiuam quã meruiſti, per mi-
ſericordiam quã peperiſti: ut qui te me-
diante fieri dignatus eſt particeps infir-
mitatis & miſeriæ nr̃ę, te quoq; interce-
dẽte participes faciat nos glorię, & bea
titudinis ſuę, Ieſus Xp̃s fili⁹ tuus dñs nr̃, ꝗ
eſt ſup oĩa deus bñdictus in ſecula, Amẽ.

De triplici domini aduentu, & de ſeptem columnis, quas in nobis erigere debemus. Ser. iij. Vnde ſupra.

IN aduentu dñi quẽ celebramus,
ſi perſonã uenientis intueor, non
capio excellẽtiam maieſtatis. Si
attẽdo ad quos uenerit, dignationis ma-
gnitudinẽ expaueſco. Stupẽt certe ange-
li de nouo uidẽtes infra ſe, quẽ ſupra ſem
per adorãt, manifeſte iam et aſcẽdentes,
& deſcẽdentes ad filium hoĩs. Si cõſide-
ro ꝓpter qđ uenerit, amplector quoad
poſſum inæſtimabilem latitudinem cha
ritatis. Si modum cogito, exaltationem
agnoſco humanæ conditionis. Venit ſi-
quidem uniuerſitatis creator, & dñs, ue-
nit ad homines, uenit propter homines,
uenit homo. Sed dicet aliquis. Quomo- Ioan. 1.
do ueniſſe dicitur, ꝗ ſemper ubique fuit?
Erat quidem in mundo, & mundus per
ipſum factus eſt, ſed mundus eum nõ cõ
gnouit. Non ergo uenit qui aberat, ſed
apparuit qui latebat. Vnde & humanã, 1. Timot. 6
in qua agnoſceretur induit formam: qui
nimirum in diuina, lucem habitat inac-
ceſſibilem. Nec ſane inglorium maieſta-
ti apparere in propria ſimilitudine ſua,
quam fecerat ab initio: nec indignũ deo,
à qbus in ſubſtantia ſua nõ poterat agno
ſci, in imagine exhiberi, ut qui fecerat ho
minem ad imaginem & ſimilitudinem
ſuam, ipſe hominibus ĩnoteſceret factus
homo. Huius ergo aduentus tantæ maie
ſtatis, tantæ humilitatis, tantæ charita-
tis, tãtæ etiam glorificationis noſtræ, ab
uniuerſa eccleſia ſemel in anno ſolennis
memoria celebratur. Sed utinam ita ſe-
mel ageretur, ut ſemp id quippe dignius.
Quantæ enim inſaniæ, ut poſt tanti regis
aduentum, alijs quibuslibet negotijs ho
mines uelint ſeu audeant occupari, & nõ
magis, omiſſis omnibus, ſoli eius cultui
uacẽt, nec in eius p̃ſentia cuiuſquã memi
nerint cæterorum? Sed non omnium eſt

Pſal. 144. quod ait propheta: Memoriã abundan-
tiæ ſuauitatis tuæ eructabunt, ſiquidem
nec oẽs hæc memoria paſcit. Sane nemo
quod nõ guſtauit, ſed neq; quod tm̃ gu-
ſtauit eructat. Ructus quippe non niſi de
plenitudine & ſatietate ꝓcedit. Propte-
rea quorũ ſecularis eſt mens & uita, me-
moriam hanc & ſi celebrãt, nõ eructant:
ſine deuotione & affectiõe dies iſtos ari
da quadã cõſuetudine obſeruantes. De-
niq; quod damnabilius eſt, ipſa quoque
inæſtimabilis huius dignationis memo-
ria datur in occaſionem carnis, ut uideas
eos tanta ſolicitudine diebus iſtis ueſtiũ
gloriam, ciborum parare delitias, ac ſię
hæc & huiuſmodi quærat in natiuitate
ſua Chriſtus, & ibi ſuſcipiatur dignius,
ubi hæc accuratius exhibẽtur. Sed ipſum
Pſalm. 100 audi dicentem. Superbo oculo & inſa-
tiabili corde, cum hoc nõ edebam. quid
tanta ambitione ueſtes paras in natalẽ
meum? Deteſtor ego ſuperbiam, non
amplector. Quid tanta ſolicitudine cibo
rũ copias reponis in tp̃s illud? Dãno ego
carnis delicias, nõ accepto. Planè inſatia
bilis es corde tanta parans, & ex tã lon-
go: nam corpori utiq; & pauciora ſuffi-
cerent, & quæ poſſent opportunius inue
niri. Celebrãs ergo aduẽtum meũ, labijs
me honoras, ſed cor tuum lõge eſt à me.
Nõ me colis, ſed deus tu⁹ uẽter eſt, et glo
ria in cõfuſione tibi. Infœlix oĩno ꝗ uolu-
ptatẽ corpis, et ſecularis colit gl'ię uanita
Pſalm. 143 tẽ. Beatus aũt ppl's cui⁹ eſt dñs deus ei⁹.
Pſalm. 36. Fratres nolite uos æmulari in malignãti
bus, neq; zelaueritis faciẽtes iniquitatẽ.
Intelligite magis in nouiſſima eorũ, et cõ
patimini eis ex aĩo, & orate ꝓ eis ꝗ p̃oc-
cupati ſunt in delicto. Hæc.n. faciũt miſe
ri, ꝗa ignorantiã dei habẽt. Nã ſi cogno-
uiſſent, nunq̃ dñm gl'ię tãta aduerſum ſe
inſania ꝓuocarẽt. Nos aũt dilectiſſimi ex
cuſationẽ de ignorãtia nõ habemus. Pla-
nè noſti eũ quiſq; hic es: & ſi dixeris ꝗa
nõ noui eũ, eris ſil'is ſecularib⁹, mendax.
Deniq; ſi eũ non noſti, qs te huc adduxit
aut q̃uo huc ueniſti? alioquin qñ tibi per
ſuaderi poſſet charorũ affectib⁹ corpo-
ris uoluptatibus, ſeculi uanitatib. ſponte
abrenunciare & iactare cogitatũ tuũ in
dño, & oẽm ſolicitudinẽ in eũ proijcere:
de quo nihil bene, imo tam male cõſcien.
tia teſte merueras? Quis tibi, inquã, ꝑſua
dere id poſſet ſi neſcires ꝗa bon⁹ dñs ſpe
rantibus in ſe, aĩæ quærẽti ipſum, niſi co-
gnouiſſes & tu ꝗa ſuauis eſt dñs & mitis
& multę miſericordiæ, et uerax? Hęc aũt
unde noſti niſi ꝗa non ſolũ ad te, ſed ẽt in
te uenit? Triplicẽ.n. eius aduentum noui-
mus, ad hoĩes, in hoĩes, contra hoĩes. Ad
hoĩes quidẽ indifferẽter, nõ aũt ita in ho-
mines aut cõtra hoĩes. Sed ꝗa primus &
terti⁹ noti ſunt, utpote manifeſti, de ſcđo
ꝗ ſpũalis & occultus eſt, ipſum audi dicẽ
tẽ. Siquis diligit me, ſermonẽ meũ ſerua- Ioan. 14.
bit & pater meus diliget eũ, & ad eũ ue-
niemus & manſionẽ apud eũ faciemus.
Beatus apud quẽ manſionẽ facies dñe Ie
ſu. Beatus in quo ſapiẽtia ędificat ſibi do
mũ, excidens colũnas ſeptẽ: beata aĩa q̃
ſedes eſt ſapiẽtiæ. Quęnã eſt illa? Anima
utiq; iuſti. Merito planè, quia iuſtitia &
iudiciũ p̃paratio ſedis tuæ. Quis in uobis Pſalm. 88.
eſt fratres, ꝗ deſiderat in aĩa ſua ſedẽ pa-
rare Xp̃o? Ecce quęnã illi ſerica, q̃ tape-
tia, qđ puluinar oporteat p̃parari. Iuſti-
tia, inquit, & iudiciũ p̃paratio ſedis tuæ.
Iuſtitia uirtus eſt, qđ ſuũ eſt unicuiq; tri-
buens. Tribue ergo trib⁹ q̃ ſua ſunt. Red
de ſuperiori, redde inferiori, redde æqua
li, cuiq; qđ debes, & digne celebras ad-
uentũ Xp̃i, parãs ei in iuſtitia ſedẽ ſuam.
Redde, inquam, reuerentiã p̃lato & obe
diẽtiã, quarũ altera cordis, altera corpo-
ris eſt. Nec.n. ſufficit exterius obtẽperare
maioribus nr̃is, niſi ex intimo cordis affe
ctu ſublimiter ſentiamus de eis. Quod et
ſi tã manifeſte ĩnotuerit indigna p̃lati ali
cuius uita, ut nihil omnino diſſimulatio-
nis nihil excuſationis admittat, ꝓp eũ tñ
à quo eſt oĩs poteſtas, ipſum quẽ modo
talem nouimus excelſum reputare debe
mus, nõ p̃ſentibus pſonæ meritis, ſed or-
dinationi diuinæ, & dignitati ipſi⁹ officij
deferentes. Sic & fratrib. nr̃is inter quos
uiuimus, ipſo iure fraternitatis & ſocieta
tis humanæ, cõſilij ſumus & auxilij debi-
tores. Hęc.n. uolum⁹, ut et ipſi nobis ĩpẽ-

dant cõſilium quo erudiat ignorantia no
ſtra, auxiliũ quo iuuet ĩfirmitas nr̃a. Sed
forte erit inter uos ꝗ tacitus reſpõdeat di
cẽs. Qđ ego conſiliũ dabo fratri, cui nec
unũ quidẽ dicere uerbum fas eſt abſq; li
centia? Quod ei auxiliũ impẽdere eſt, cũ
nec minimum aliqd agere liceat abſque
obedientia? Ad quod ego. Nõ deerit cer
te quod facias, tm̃modo charitas frater-
na nõ deſit. Nullum ego cõſilium melius
arbitror ꝙ ſi exemplo tuo fratrẽ docere
ſtudeas q̃ oporteat, q̃ nõ oporteat fieri,
prouocans eũ ad meliora, & cõſulens ei
nõ uerbo neque lingua, ſed opere & ueri
tate. An uero utili⁹ aut efficacius auxiliũ
aliquod eſt, q̃ ut ores deuotè ꝓ eo, ut nõ
diſſimules redarguere culpas eius: ut nõ
modo nullum ei offendiculũ ponas, ſed
& ſolicitus ſis quantũ ꝑuales tanq; ange-
lus pacis de regno dei ſcãdala tollere, &
occaſiones ſcandalorũ penitus dimoue-
re? Si talẽ te fratri auxiliariũ & cõſiliariũ
exhibes, reddis ei qđ debes, nec habet
unde cauſet. Porrò ſicui forte p̃latus es,
huic ſine dubio teneris debitor ſolicitudi
nis amplioris. Exigit à te, et ipſe cuſtodiã
& diſciplinã. Cuſtodiã quidẽ ut poſſit ca
uere peccatũ: Diſciplinã uerò ut qđ mi-
nus cauit, minime maneat impunitũ. Qđ
& ſi nemini fratrũ p̃eſſe uideris, habes tñ
ſub te cui cuſtodiã hãc et diſciplinã opor
teat exhiberi. Dico aũt corpus tuũ, qđ ſi
ne dubio regendũ accepit ſpũs tuus. De-
bes ei cuſtodiã ut nõ regnet in eo pecca-
tũ, nec mẽbra tua arma fiant iniqtati. De
bes & diſciplinã, ut dignos faciat pœni-
tentiæ fructus caſtigatũ, & ſubditũ ſerui
tuti. Longè tñ grauiori & periculoſiori
debito tenẽtur adſtricti, qui pro multis
animabus reddituri ſunt rationẽ. Quid
ego infœlix, quo me uertam, ſi tm̃ theſau
rum: ſi precioſum depoſitum iſtud quod
ſibi Chriſtus ſanguine proprio precio-
ſius iudicauit, cõtigerit negligentius cu-
ſtodire? Si ſtillantẽ in cruce domini ſan-
guinem collegiſſem, eſſetque repoſitus
penes me in uaſe uitreo, qđ & portari ſę
pius oporteret, quid animi habiturus eſ-
ſem in diſcrimine tãto? Et certe id ſeruan
dum accepi, pro quo mercator non inſi-
piens (ipſa utique ſapientia) ſanguinẽ illũ
dedit. Sed et habeo theſaurũ iſtũ in uaſis
fictilibus, & quib. multo plura ꝙ uitreis
ĩminere pericula uideantur. Accedit ſanè
ad ſolicitudinis cumulũ, & põdus timo-
ris, quod cũ & meã & ꝓximi cõſcientiã
ſeruare neceſſe ſit, neutra mihi ſatis ẽ no-
ta. Vtraque abyſſus eſt impſcrutabilis,
utraq; mihi nox eſt, & nihilominus exigi
tur à me utriuſq; cuſtodia, & clamat: Cu
ſtos ꝗ de nocte, cuſtos qui de nocte: Nõ Eſa. 20.
eſt mihi, dicere cũ Cain: Nunqd cuſtos Gen. 4.
fratris mei ſum ego? ſed eſt fateri humil'r Pſal. 126.
cũ propheta: Quia niſi dñs cuſtodierit ci
uitatẽ, fruſtra uigilat ꝗ cuſtodit eã. In eo
tñ excuſabilis ego uideor, ſi ut p̃dixi, de-
bitã exhibeo cuſtodiã pariter & diſcipli
nã. Quod ſi priora quoq; quatuor nõ de
fuerint: dico aũt erga p̃latos reuerentiã,
& obedientiã, cõſiliũ & auxiliũ erga fra-
tres: qđ ad iuſtitiã pertinet, nõ imparatã
ſedẽ inueniet ſapientia. Et fortaſſis hęc ui
deant ſex colũnæ, quas excidit in ipſa do
mo quã ędificauit ſibi, & ſeptima quoq;
quærenda eſt, ſi forte & eã nobis notã fa
cere ipſa dignet. Quid uero prohibet ſi-
cut ſex in iuſtitia, ſeptimã quoq; intelligi
ĩ iudicio? Neq;.n. iuſtitia ſola, ſed iuſtitia,
inquit, & iudiciũ ꝑparatio ſedis tuæ. De- Pſalm. 87.
niq; ſi p̃latis, & æqualib. & inferioribus
reddim⁹ quod oportet, nihil ne accipiet
deus? At ei planè qđ debet retribuere ne
mo põt, quod tã copioſe accumulauerit
ſup nos miſericordiã ſuã, ꝙ tã multa de-
liquerim⁹ ei, ꝙ tã fragiles & nihili ſim⁹,
ꝙ tã plenus & ſufficiẽs ille ſibi, & bono-
rũ oĩum noſtrorũ nõ egens. Audiui tñ di-
centẽ eũ, cui incerta & occulta ſapientiæ
ſuæ reuelauerat, qa Honor regis iudiciũ Pſalm. 98.
diligit. Nihil quod in ſe eſt à nobis exigit
amplius, tñ dicamus iniqtates nr̃as, &
iuſtificabit nos gratis ut gr̃a cõmendet.
Diligit.n. animã q̃ in cõſpectu eius et ſine
intermiſſione cõſiderat, & ſine ſimulatio
ne diiudicat ſemetipſam. Idq; iudicium
non niſi propter nos à nobis exigit, qa ſi
noſmetipſos iudicauerim⁹, nõ utiq; iudi-
cabimur. Propterea ſapiẽs ueret oĩa opa

ſua, ſcrutat, diſcutit, & diiudicat uniuer-
ſa. Honorat qppe ueritatẽ: ꝗ & ſe & ſua
oĩa in eo ſtatu quo ueritas habet et agno
ſcit ueraciter, & humil'r cõfitet. Audi de
nique manifeſtius à te iudiciũ exigi poſt
iuſtitiã. Cũ feceritis, inquit, oĩa q̃ p̃cepta Luc. 17.
ſunt uobis: dicite, ſerui inutiles ſum⁹. Hęc
planè quoad in hoĩem eſt digna ſedis p̃-
paratio dño maieſtatis: ut & iuſtitię mã-
data ſtudeat obſeruare: & ſemper indi-
gnum ſeſe & inutilem arbitretur.

In aduentu domini de duplici aduentu & pennis deargentatis. Sermo quartus.

d Ignum eſt fratres ut tota deuo-
tione dñi celebretis aduentũ: de
lectati tanta cõſolatione, ſtupe-
facti tãta dignatione, inflãmati tãta dile-
ctione. Nec uero ſolũ cogitetis aduentũ
quo uenit q̃rere & ſaluum facere qđ pe-
rierat: ſed & illũ nihilominus quo ueniet
& aſſumet nos ad ſeipſum. Vtinam circa
hos duos aduentus iugi meditatione uer
ſemini: ruminãtes in cordib. ueſtris quan
tũ in priore p̃ſtiterit, quantũ ꝓmiſerit in
ſecũdo. Vtinã certe dormiatis inter me-
dios cleros. Hæc ſunt.n. duo brachia ſpõ
ſi: inter q̃ ſponſa dormiens aiebat. Læua Can. 2.
eius ſub capite meo, & dextera eius am-
plexabit me. Nã in ſiniſtra quidẽ eius (ſi-
cut alibi legim⁹) diuitiæ & gloria: in dex
tera lõgiturnitas uitæ. In ſiniſtra eius, in-
quit, diuitiæ & gloria. Filij Adam genus
auarum & ambitioſum audite. Quid uo Prou. 2.
bis cũ terrenis diuitijs & gloria tẽporali:
q̃ nec ueræ nec ueſtræ ſunt? Aurũ & argẽ
tũ nõne terra eſt rubra & alba: quã ſolus
hoĩum error facit, aut magis reputat pre
cioſam? Deniq; ſi ueſtra ſunt hæc tollite
ea uobiſcũ. Sed homo cũ interierit nõ ſu-
met oĩa: neq; deſcẽdet cũ eo gloria eius.
Veræ ergo diuitiæ nõ opes ſunt, ſed uirtu
tes: quas ſecũ cõſcientia portat, ut imper
petuum diues fiat. De gloria quoq; dicit
apoſtol⁹. Gloria nr̃a hæc eſt: teſtimoniũ 2. Cor. 1.
cõſcientiæ nr̃æ. Hæc eſt utique uera glo-
ria q̃ eſt à ſpiritu ueritatis. Ipſe.n. ſpũs te-
ſtimonium perhibet ſpiritui nr̃o: quod fi
lij dei ſumus. Gloria uero quã ab inuicẽ
accipiũt qui gloriã (q̃ eſt à ſolo deo) non Roma. 8.
requirunt, uana eſt. Quoniã uani filij ho- Pſalm. 61.
minum. Inſipiẽs tu qui merces cõgregas
in ſaccum pertuſum: ꝗ theſaurum tuum
alieno in ore cõſtituis: ignoras quod ar-
ca iſta nõ claudit nec ſeras habet? Quan
to melius ſapiunt qui theſaurum ſuũ ipſi
ſibi ſeruant: alijs nõ cõmittunt? Verũ nun
quid ſemper ſeruabũt? Nunquid ſemper
abſcõdent? Veniet cũ manifeſta erũt ab-
ſcondita cordis: q̃ uero fuerint oſtentata
nõ cõparebunt. Hinc eſt quod ueniente Matth. 25.
dño fatuarum uirginũ lampades extin-
guuntur: & qui receperunt mercedẽ ſuã
à dño neſciuntur. Propterea dico uobis
chariſſimi: utile eſt abſcondere magis ꝙ
oſtentare, ſiquid habemus boni: ſicut &
mendici cũ eleemoſynã petunt, nõ pre-
cioſas ueſtes oſtẽdunt, ſed ſeminuda mẽ
bra aut ulcera ſi habuerint, ut citi⁹ ad mi
ſericordiã uidẽtis animus ĩclinet. Quã re- Luc. 18.
gulã Publicanus ille ſeruauit multo me-
lius Phariſæo, & ideo deſcẽdit iuſtifica-
tus ab illo, id eſt præ illo. Tempus eſt fra
tres: ut iudiciũ incipiat à domo dei. Quis
finis eorũ qui nõ obediũt euãgelio? Qđ
iudiciũ his, ꝗ in hoc iudicio nõ reſurgũt?
Quicunq;.n. iudicari diſſimulant eo iudi
cio quod nũc eſt: in quo princeps huius
mũdi eiicitur foras, iudicẽ expectent: uel
magis timeãt, à quo cũ ipſo principe ſuo
foras eiicient & ipſi. Nos aũt ſi perfecte
iudicamur nũc, ſecuri ſaluatorẽ expecte-
mus dñm noſtrũ Ieſum Xp̃m: qui refor-
mabit corpus humilitatis nr̃æ cõfigura-
tũ corpori claritatis ſuæ. Tunc fulgebũt
iuſti, ita ut uideri poſſint docti pariter et
indocti: fulgebũt.n. ſicut Sol in regno pa
tris eorũ. Erit aũt claritas ſolis ſeptempli
citer, id eſt ſicut lux ſeptem dierũ. Adue-
niens.n. ſaluator reformabit corpus hu-
militatis nr̃æ cõfiguratum corpori clari-
tatis ſuæ: ſi tñ prius fuerit cor reformatũ
& configuratum humilitati cordis ipſi⁹.
Propter quod & dicebat, Diſcite à me Matth. 11.
quia mitis ſum, & humilis corde. Conſi-
dera ſane in his uerbis quoniam humili-
tas duplex eſt: altera cognitionis, altera
affectionis quæ hic dicitur cordis. Priore
cognoſcim⁹ qđ nihil ſumus: & hãc diſci

Phili.2. mus à nobisipſis & ab īfirmitate ꝓpria,
poſteriore calcamus gloriā mūdi: & hāc
ab illo diſcim⁹, q exinaniuit ſemetipſum
formā ſerui accipiēs: qui ēt quæſitus in re
gnum, fugit: q̄ſitus ad tāta ꝓbra & igno
miniosum ſuppliciū crucis, ſponte obtu-
lit ſemetipſum. Sint ergo (ſi dormire uo-
lumus īter medios cleros, id eſt duos ad
uentus (pēnę nr̄ę deargentatę: ut illā. ſ. uir
tutū formā teneamus, quā uerbo & exē-
plo cōmendauit Xp̄s p̄ſens in carne. In ar-
gento ſiquidē nō incongrue intelligit̄ hu
manitas eius: ſicut in auro diuinitas. Oīs
itaq; uirtus nr̄a tam longe eſt à uera uir-
tute: quam longe eſt ab ea forma: & oīs
penna noſtra ad nihilum ualet, ſi non fue
rit deargentata. Magna q̄dam pēna eſt
paupertatis: qua tam cito uolat̄ in regnū
cœlorum. Nam in alĳs uirtutib. q̄ ſequun
tur, promiſſio futuro tp̄e indicatur: paup
tati nō tam promittitur, quam datur. Vn
Mat.5. de & præſenti tp̄e enuntiatum eſt: q̄m ip
ſorum eſt regnum cœlorum: cum in cęte
ris dicatur: hæreditabūt, conſolabuntur
& ſimilia. Videm⁹ aūt pauperes aliquos,
qui ſi ueram haberent paupertatem, non
adeo puſillanimes inuenirent̄ & triſtes:
utpote reges, & reges cœli. Sed hi ſunt q
pauperes eſſe uolunt, eo tm̄ pacto ut nihil
eis deſit: & ſic diligūt paupertatē, ut nul-
lam inopiā patiantur. Sunt & alĳ mites,
ſed quādiu nihil dicit̄ uel ꝯgit̄ niſi pro eo-
rum arbitrio. Patebit autē q̄ longe ſint
à uera māſuetudine ſi leuis oriatur occa-
ſio. Hæc manſuetudo q̄uo hæreditabit:
quę ante hęreditatem deficit? Alios quo
que lugētes uideo, ſed ſi de corde proce-
derent illæ lachrymæ, nō tam facile ilico
ſoluerent̄ in riſum. Nunc aūt cū abundan
tius ocioſa uerba & ſcurrilia profluant
quam prius lachrymæ: lachrymas hmōi
de his eſſe nō arbitror, q̄bus cōſolatio di
uina promittitur, q̄nquidem poſt illas tā
facile cōſolatio uilis admittitur. Alĳ tam
uehemēter cōtra aliorū delicta zelātur,
ut uideri poſſent eſurire & ſitire iuſtitiā:
ſi eſſet apud eos de ſuis quoque peccatis
idem iudicium: ſed nūc pōdus & pōdus
utrūque abominatio eſt apud deum. Nā
contra alios tam impudenter q̄ inaniter
æſtuant: ſeipſos tam inſipiēter q̄ inutil'r
palpant. Sunt alĳ miſericordes de his q̄
ad ipſos nō pertinēt qui ſcandalizant̄ ſi
non datur omnibus abūdanter: ſic tm̄ ut
ipſi ne in modico quidē grauentur. Qui ſi
miſericordes eſſent, de ſuo facere debe-
rēt miſericordiā: ſi nō poſſent de terrena
ſubſtantia, de uoluntate bona darēt his
qui forte cōtra eos peccare uiderent̄, in-
dulgentiam: darent dulce ſignū, uerbum
bonum: quod eſt ſuper datū optimū: ut
eorū mentes ad pœnitentiā prouocarēt.
Deniq; & his & omnibus quos in pecca
to eſſe cognoſcerēt: cōpaſſionē impende
rent & orationē. Alioquin miſericordia
eorū nulla eſt, & miſericordiā cōſequun
tur nullam. Itē ſunt q peccata ſua ſic con
fitētur: ut uideri poſſent ex deſiderio mū
dādi cordis id agere (oīa. n. in cōfeſſione
lauantur (niſi quod ea q̄ ipſi ſponte dicūt
alĳs, ab alĳs patiēter audire nō poſſunt.
Qui ſi uere mūdari deſiderarēt, ut uiden-
tur, nō iritarent̄, ſed haberent eis gratiā:
qui ſuas illis maculas demonſtrarēt. Sūt
& alĳ qui ſi uiderint quēpiam uel leuiter
ſcādalizatū, ualde ſoliciti ſunt q̄uo eum
in pacē reducere poſſint, & uiderent̄ pa-
cifici: niſi qđ eorū cōmotio ſi forte quic-
quā contra eos factū dictúmue uidebit̄,
tardius uniuerſis poterit, difficiliuſq; ſe-
dari. Qui nimirum ſi uere pacē diligerēt,
haud dubiū q̄n eā q̄rerent ſibiipſis. Dear
gentemus ergo pennas nr̄as in Xp̄i con-
uerſatione, ſicut & martyres ſancti laue-
rūt ſtolas ſuas in eius paſſione. Imitemur
quoad poſſumus eū q ſic dilexit paup̄ta-
tē, ut quāuis in eius manu eſſent fines ter-
rę, tm̄ non habuit ubi caput reclinaret: ita
ut diſcipulos adhærētes ei, legam⁹ fame
cōpulſos ſpicas manib⁹ cōfricaſſe, cū p̄
ſata trāſirent: q̄ppe tanq̄ ouis ad occiſio
nem ductus eſt: & ſicut agnus corā ton-
dente ſe obmutuit, et non aperuit os ſuū:
quem & ſuper Lazarum & ſuper ciui-
tatem fleuiſſe: & in orationibus perno-
ctaſſe legimus: riſiſſe uerò aut iocaſſe nuſ
quam: qui ſic eſuriuit iuſtitiam: ut cum
ꝓpria nō haberet: tantā pro peccatis no

ſtris à ſeipſo exegit ſatisfactionē. Vnde in
cruce nihil aliud q̄ iuſtitiā ſitiebat: q pro
inimicis mori nō dubitauit, et orauit pro
crucifixoribus ſuis, q peccatum nō fecit: &
impoſita ſibi ab alĳs patienter audiuit, q
p̄ recōciliādis ſibi pctōrib⁹ tāta ſuſtinuit.

De medio aduentu & triplici innouatione.

Sermo quintus, unde ſupra.

D Iximus nup̄ his qui deargentaue
runt pēnas ſuas: dormiēdum īter
medios cleros duos ſignificātes
aduētus, ſed ubi ſit dormiēdum non dixi
mus. Tertius. n. quidā aduētus eſt medi⁹
īter illos: in quo delectabil'r dormiunt q
eum norunt. Illi. n. duo manifeſti ſunt, ſed
non iſte. In priore quidē in terris uiſus, &
cum hoībus cōuerſatus eſt: q̄n (ſicut ipſe
teſtat̄) & uiderunt & oderunt. In poſte-
Baruc.3. riore uero uidebit oīs caro ſalutare dei
Ioan.15. noſtri. Et uidebunt in quē transfixerunt.
Luc.3. Medi⁹ occultus eſt in quo ſoli eum in ſe-
Ioan.9. ipſis uidēt electi, & ſaluæ fiunt aīæ eorū.
In primo ergo uenit in carne & infirmita
te: in hoc medio in ſpiritu & uirtute, in ul
timo in gloria et maieſtate. Per uirtutē. n.
Pſalm. 23. peruenitur ad gloriā. Quia dn̄s uirtutum
Pſalm. 62. ipſe eſt rex gloriæ. Et itē alibi ait idē pro-
pheta. Vt uiderē uirtutē tuā, et gloriā tuā.
Aduentus ſiquidē iſte medius, uia q̄dam
eſt: per quā à primo ueniat̄ ad ultimum.
In primo Xp̄s fuit redemptio nr̄a, in ulti
mo apparebit uita noſtra. In iſto ut dor-
miamus inter medios cleros, requies eſt
& cōſolatio nr̄a. Sed ne cui forte inuenti
tia uideant̄, q̄ de hoc aduentu medio dici
Ioan.14. mus: ipſum audite. Siq̄s diligit me, inq̄t,
ſermones meos ſeruabit: & pater meus
diliget eum: et ad eum ueniemus. Sed q̄d
eſt ſiquis diligit me, ſermones meos ſer-
Eccl.15 uabit? Legi. n. alibi. Qui timet deū faciet
bona, ſed plus aliq̄d dictū ſentio de dili-
gēte, q̄a ſermones dei ſeruabit. Vbi ergo
ſeruādi ſunt? Haud dubium q̄n in corde:
ſicut ait ꝓpheta. In corde meo abſcondi
Pſalm.118. eloquia tua, ut nō peccē tibi. Sed q̄uo in
corde ſeruādi? An ſufficit ſola eos ſerua-
re memoria? At uero ſic ſeruāti dicet A-
poſtolus: Quoniā ſcientia inflat. Deniq;
& memoriā facile delet obliuio. Sic ſer-
ua ſermonem dei: q̄uo melius ſeruare po 1.Cor.8.
tes cibum corporis tui. Nam et ille panis
uiuus eſt: & cibus mentis. Panis terrenus
dum in arca eſt, pōt à fure tolli, pōt à mu
re corrodi, pōt uetuſtate corrūpi. Vbi ue
ro comederis illū: quid horum timeas?
Hoc modo cuſtodi uerbum dei: Beati. n. Luc.11.
qui cuſtodiūt illud. Ergo traĳciatur in ui
ſcera quædā animę tuę: trāſeat in affectio
nes tuas & in mores tuos. Comede bo-
nū, & delectabit̄ in craſsitudine aīa tua.
Ne obliuiſcaris comedere panē tuum, ne
exareſcat cor tuum, ſed adipe & pingue
dine repleat̄ aīa tua. Si ſic uerbum dei ſer
uaueris, haud dubium quin ab eo ſerue-
ris. Veniet. n. fili⁹ ad te cum patre, ueniet
ꝓpheta magnus qui renouabit Hieruſa-
lē, & ille noua faciet oīa. Hoc. n. facit hic
aduētus: ut ſicut portauimus imaginem
terreni, ſic portemus & imaginem cœle-
ſtis. Sicut fuit uetus Adā effuſus per totū
hoīem & totum occupauit, ita modo to
tum obtineat Xp̄s qui totum creauit, to
tum redemit: totū & glorificabit, quiq;
totum hoīem ſaluū fecit in ſabbato. Erat
in nobis aliq̄n uetus homo, p̄uaricator il
le erat in nobis, tā in manu quā in ore &
in corde. In manu dupliciter, per facinus
& flagitium. In ore ſimiliter, per arrogan
tiā & detractionē. In corde quoq; per de
ſideria carnis: & deſideria gloriæ tp̄alis.
Nunc aūt ſi qua noua creatura in ipſo, ue
tera trāſierunt, & cōtra facinus in manu,
innocētia, cōtra flagitium, cōtinentia eſt.
In ore cōtra arrogantiā uerbum cōfeſſio
nis: cōtra detractionē uerbū ædificatio-
nis, ut recedant uetera de ore nr̄o. In cor-
de uero contra carnis deſideria charitas,
humilitas cōtra gloriā tēporalem. Et ui-
de ſi nō in his tribus Xp̄m dei uerbū reci
piāt ſinguli electorū, quibus dictū eſt. Po
ne me ſignaculum ſup̄ brachium tuum: Can.8.
ſignum ſup̄ cor tuum. Et alibi. Prope eſt Roma.10.
uerbum in ore tuo, & in corde tuo.

De triplici aduentu & carnis reſurrectione.

Sermo ſextus, unde ſupra.

V Olo uos fratres nō ignorare tem
pus uiſitationis ueſtrę, ſed ne il-
lud quidē quid hoc tp̄e uiſitetur:

in uobis. Animabus.n.hoc tp̃s eſt nõ cor
poribus aſſignatũ, quod uidelicet longe
dignior aĩa corpore, priorẽ ſibi ſolicitudi
nem naturali uendicet dignitate. Sed &
prior reparãda eſt, quã conſtat corruiſſe
priorẽ. Anima ſiquidẽ corrupta in culpã,
fecit, ut corpus quocꝫ corrũperet̃ in pœ-
nã. Denicꝫ ſi Xp̃i mẽbra uolumus inueni-
ri, ſequẽdum nobis eſt ſine dubio caput
noſtrũ: ut uidelicet prima nobis reparan
darũ ſit ſolicitudo animarũ, pro q̃bus ip-
ſe iã uenit, & quarũ prius mederi ſtuduit
corruptioni. Corpis uero curã illi tpi ma
gis reſeruemꝰ, & differamꝰ ĩ illũ diẽ, quo
reformãdi corporis gr̃a eſt uẽturus, ſicut
meminit apoſtolꝰ dicẽs. Saluatorẽ expe-
Phil. 3. ctamus dñm noſtrũ Ieſum Xp̃m, q̃ refor
mabit corpus humilitatis nr̃ę cõfiguratũ
corpori claritatis ſuę. In priore ſiq̃dẽ ad-
uentu tancꝫ p̃co uel magis uere p̃co ipſiꝰ
Ioan. 1. Ioãnes baptiſta clamat: Ecce, inq̃t, agnꝰ
dei: ecce q̃ tollit peccata mũdi. Nõ dicit
morbos corporis, non moleſtias carnis,
ſed peccatũ qđ eſt morbꝰ aĩæ, & corru-
ptio mẽtis. Ecce qui tollit peccata mũdi.
Vñ? Vtricꝫ à manu, ab oculo, à collo, de-
mũ ẽt à carne ipſa, cui altiꝰ infixũ eſt. Tol
lit peccatũ è manib. cõmiſſa peccata de-
lẽs: tollit ab oculo purgãs cordis intẽtio-
nẽ, tollit à collo uiolẽtã remouẽs dñatio-
nẽ: ſicut ſcriptũ eſt: Sceptrũ exactoris eiꝰ
Eſa. 9. ſupaſti ſicut in die Madiã. Itẽcꝫ cõputre-
Eſa. 10. ſcet iugũ à facie olei. Et apl's loq̃t̃ dicens.
Rom. 6. Vt non regnet peccatũ in ueſtro mortali
Rom. 7. corpe. Siquidẽ alio in loco ait idem apl's:
Scio, inq̃t, qđ nõ eſt in me bonũ hoc, eſt
in carne mea. Et alibi. Infœlix ego hõ q̃s
me liberabit de corpe mortis huiꝰ? Scie-
bat nimirũ nõ prius liberãdũ ſe eſſe à peſ
ſima illa radice q̃ carni ĩfixa ẽ, à lege pec-
cati q̃ eſt in mẽbris nr̃is, donec & ab ip-
Phil. 1. ſo corpe ſolueret̃. Vñ & cupiebat diſſol-
ui & cũ Xp̃o eẽ, ſciẽs qđ pct̃m ſeparãs ĩ-
ter nos & deũ penitus auferri nõ poterit
donec liberemur à corpore. Audiſtis de
quodã quẽ dñs curauit à dæmonio, quo-
Mar. 9. niam collidens & multũ diſcerpẽs eum
demon exiuit ab illo. Itacꝫ dico uobis ge
nus illud peccati qđ toties cõturbat nos
(cõcupiſcẽtias loquor et deſideria mala)
reprimi quidẽ debet & põt p̃ gr̃am dei
ut nõ regnet in nobis. Nec demus mẽbra Rom. 6.
nr̃a arma iniquitatis peccato, & ſic nulla
dãnatio eſt his q̃ ſunt in Xp̃o Ieſu, ſed nõ
eiicit̃ niſi in morte: q̃ñ ſic diſcerpimur ut
aĩa ſeparet̃ à corpore. Habes ad q̃d uene
rit Xp̃s, & cui intẽdere debeat xp̃ianus.
Propterea noli ò corpus, noli p̃ripere tẽ-
pora: potes.n. impedire aĩæ tuæ ſalutem,
tuã ipſius operari non potes. Omnia tp̃s Eccleſ. 3
habẽt: patere ut nũc aĩa ꝓ ſe laboret, ma 2. Timo. 2.
gis aũt etiã collabora ei, quoniam ſi cõ-
pateris & cõregnabis. Quantum eius im
pedis reparationem, tm̃ impedis tuam:
qđ nimirũ ante reparari non poteris, do
nec ſuam in ea deus imaginẽ uideat refor
matam. Nobilẽ hoſpitẽ habes ò caro no
bilẽ ualde, et tota ſalus tua pẽdet de eius
ſalute. Da honorẽ hoſpiti tãto. Tu quidẽ
habitas in regione tua: aĩa uero peregri-
na & exul apud te eſt hoſpitata. Quæſo
te, q̃s ruſticus, ſi forte nobilis & p̃potens
quiſpiã apud eũ uoluerit hoſpitari: nõ li-
benter in angulo domus ſuæ, aut ſub gra
dibus ſuis, uel in ipſis cineribꝰ accubabit,
cedẽs hoſpiti ſuo locũ ſicut dignũ eſt po
tiorẽ? Et tu ergo fac ſimil'r. Iniurias ul' mo
leſtias tuas ne reputaueris: tm̃ ut hoſpes
tuus honorifice poſſit apud te demorari.
Honor tibi ẽ ut ꝓ eo interim te exhibeas
inhonorũ. Ac ne forte deſpicias aut parui
pẽdas hoſpitẽ tuũ ꝓ eo ꝙ peregrinꝰ tibi
uidet̃ & aduena: diligẽter attende q̃d ho
ſpitis huius tibi p̃ſentia largiat̃. Ipſe.n. eſt
qui tribuit oculis uiſum: auditũ aurib. prę
ſtat: ipſe eſt q̃ linguæ uocem: palato gu-
ſtum: motum membris omnibus ſubmi-
niſtrat. Siquid uitæ, ſiquid ſenſus, ſiquid
in te decoris eſt, huius hoſpitis beneficiũ
recognoſce. Denicꝫ diſceſſus eiꝰ probat:
quid p̃ſentia conferebat. Protinus enim
anima diſcedẽte lingua ſilebit: oculi nihil
uidebunt: obſurdeſcent aures: corpus oẽ
rigebit: facies expalleſcet. In breui quo-
que totũ cadauer putidum ſimul & pu-
tridum fiet, & decor oĩs in ſaniem con-
uertet̃. Vt q̃d ergo pro tp̃ali qualibet de-
lectatiõe cõtriſtas & lædis hoſpitẽ iſtũ;
quam

quã nec ſentire quidem ullò modo pote
ras niſi per ipſum? Ad hæc ſi tm̃ tibi con-
fert exul, & inimicitiarũ cauſa a facie do
mini ſui eiectus: quãtũ tibi p̃ſtabit recõci
liatus? Noli ô corpus noli impedire recõ
ciliationẽ illam: q̃m grandis tibi exinde
gloria paratur. Patienter imò & libenter
temetipſum expone ad oĩa, nihil diſſimu
les qđ huic uideatur recõciliationi poſſe
Gene. 40. ꝓdeſſe. Dic hoſpiti tuo: quia recordabit̃
dñs tui, & reſtituet te in gradum priſti-
nũ, & tu memento mei. Oĩno.n. memor
erit tui in bonũ, ſi bene ſerui eris illi, & cũ
peruenerit ad dñm ſuum ſuggeret ei de
te, & loquet̃ bonum pro bono hoſpite,
dicens: Cum in ultionẽ culpæ ſuæ exula-
ret ſeruus tuus: paup̃ quidã apud quẽ ho-
ſpitatus ſum, fecit mecũ miſericordiã, &
utinam retribuat pro me dñs meus. Pri-
mo ſiquidẽ oĩa ſua, dehinc ẽt ſemetipſum
expoſuit utilitatib. meis nõ parcens ſibi
propter me in ieiunĳs multis, in laboribꝰ
frequẽter, in uigilĳs ſupra modũ: in fame
& ſiti: ẽt in frigore & nuditate. Quid igi-
tur? Profecto nõ mentitur ſcriptura q̃ di-
Pſal. 144. cit. Volũtatem timentiũ ſe faciet: & de-
precationẽ eorum exaudiet. O ſi forte gu
ſtare dulcedinẽ hãc: ſi forte gloriã iſtã ua
leas æſtimare. Mira.n. dicturus ſum: ſed
tñ uera, et oĩno indubitata fidelibus. Ipſe
dñs ſabaoth dñs uirtutum, & rex glorię:
ipſe deſcendet ad reformanda corpora
nr̃a, & cõfigurãda corpori claritatis ſuę.
Quãta erit illa gloria, q̃ꝫ ineffabilis exul-
tatio: q̃ñ creator uniuerſitatis q̃ pro aĩa-
bus iuſtificandis humilis ante uenerat et
occultus: pro te glorificãda ô miſera ca-
ro, ſublimis ueniet & manifeſtus: nõ iam
in infirmitate: ſed in gloria & maieſtate
ſua? Quis cogitabit diẽ aduentus illis q̃ñ
deſcẽdet cũ plenitudine luminis: p̃currẽ-
tibus angelis & tubæ cõcentu excitãtib.
de puluere corpus inops: & rapientibus
illud obuiam Chriſto in aera? Quouſque
igitur caro miſera: inſipiẽs, cæca, demẽs,
& prorſus inſana caro tranſitorias & ca
ducas quærit conſolationes, imo deſola
tiones, ſi forte contingat repelli, & indi-
gnam iudicari hac gloria, magis aũt ni-
hilominus ineffabili in æternũ excruciari
pœna? Nõ ſic obſecro fratres mei, nõ ſic:
quinimo delectet̃ in hmõi meditationi-
bus aĩa noſtra: quinetiã caro nr̃a requie-
ſcat in ſpe ſaluatorẽ expectans dñm no-
ſtrum Ieſum Xp̃m, qui reformabit illam
configuratam corpori claritatis ſuæ. Sic
enim ait propheta: Sitiuit in te aĩa mea, Pſal. 62.
q̃ꝫ multipliciter tibi caro mea. Deſidera-
bat quidẽ anima prophetalis aduentum
priorẽ, quo ſe nouerat redimendam: ſed
multo amplius caro deſiderabat aduẽtũ
poſteriorẽ & glorificationẽ ſuã. Tunc.n.
implebuntur deſideria noſtra, & plena
erit maieſtate dñi oĩs terra. Ad quã glo-
riã, ad quã beatitudinẽ, ad quã denique
pacẽ q̃ exuperat oẽm ſenſum ipſe ſua nos
miſericordia p̃ducat: nec confundat nos
ab expectatione noſtra, ſaluator quẽ ex-
pectamus Ieſus Chriſtus dñs noſter, qui
eſt ſuper omnia benedictus in ſecula.

De triplici utilitate aduentus domini Sermo VII.

SI deuote celebramus aduentum
dñi, id facimus qđ oportet. Siq̃-
dem non modo ad nos: ſed pro-
pter nos uenit, qui bonorum noſtrorum
non eget. Verum noſtræ quidem indigẽ-
tiæ quantitatem manifeſtius ipſa digna-
tionis eius indicat magnitudo. Nec mo-
do periculum ægritudinis ex ipſo precio
medicaminis innoteſcit: ſed & ualetudi-
num numerus ex multitudine remedio-
rum. Vt quid enim diuiſiones gratiarum
ſunt: ſi non uidetur neceſſitatum ulla di-
uerſitas? Et quidẽ difficile eſt uniuerſas
uno ſermone proſequi indigentias quas
experimur: ſed occurrũt mihi interim tres
communes omnibus, & quodammodo
principales. Nemo enim reperitur in no-
bis: qui nõ interim & cõſilĳ & auxilĳ &
præſidĳ indigus uideatur. Nimirum ge-
neralis eſt humano gñi miſeria triplex:
& quotquot degimus in regione umbrę
mortis: in infirmitate corporis: in loco tẽ
tationis ſi diligenter aduertimus, triplici
hoc ĩcõmodo miſerabil'r laboramꝰ. Nã
& faciles ſumus ad ſeducẽdũ, & debiles
ad operãdum, & fragiles ad reſiſtẽdũ. Si
diſcernere uolumus inter bonũ & malũ,

decipimur:ſi tentamus facere bonũ, defi
cimus:ſi conamur reſiſtere malo, deiici-
mur, & ſuperamur. Neceſſarius proinde
ſaluatoris aduentus:neceſſaria ſic p̄occu
patis hoībus præſentia Chriſti. Atq; uti-
nã ſic ueniat:ut copioſiſsima dignatione
ſua & in nobis per fidẽ habitans illumi-
net cæcitatẽ noſtrã, & nobiſcum manẽs
adiuuet infirmitatẽ noſtram, & pro no-
bis ſtans fragilitatẽ noſtrã protegat &
Roman. 8. propugnet. Si.n.ille in nobis, quis iã deci
piat nos? Si ille nobiſcũ, quid de cætero
nõ poſſumus in eo qui cõfortat nos? Si il
le pro nobis, qs cõtra nos? Fidelis cõſilia
rius eſt, qui neq; falli omnino nec fallere
queat, fortis auxiliari⁹ q nõ laſſeſcat, pa-
tronus efficax q & ipſum ſatanã ſub pe-
dib⁹ noſtris uelociter cõterat, & oĩa ei⁹
machinamenta cõfringat. Nimirum ipſe
eſt dei ſapientia, cui ſemper in prõptu ſit
inſtruere ignorãtes: ipſe dei uirtus cui fa-
cile ſit & deficientes reficere, & eripere
periclitantes. Ad hũc ergo tantũ erudito
rẽ fratres mei in omni deliberatione cur-
ramus: hũc tam ſtrenuũ adiutorẽ in om-
ni operatione ĩuocemus, huic tã fido pro
pugnatori ĩ oĩ colluctatiõe cõmittamus
aĩas nr̃as: q ad hoc ipſum uenit ĩ mũdũ,
ut habitãs in hoĩbus, cũ hoĩbus p̄ homi-
nibus: & tenebras noſtras illuminaret,
labores leuaret, & pericula p̄pulſaret.

Incipit præfatio beati Bernardi abbatis in laudibus Virginis matris.

SCribere me aliquid & deuotio
iubet, & prohibet occupatio. Ve
runtamen qa p̄pediente corpo-
rali moleſtia, fratrum ad p̄ſens nõ ualeo
ſectari conuentũ: id tantillũ ocij qd' uel
mihi de ſomno fraudãs in noctib. interci
pere ſinor, non ſinã ocioſum. Libet ergo
tentare id potiſſimum aggredi, qd' ſæpe
animũ pulſauit: loq uidelicet aliquid in
laudibus uirginis matris, ſup illa lectio-
ne euãgelica in qua Luca referẽte dñicæ
Luc. 1. annũciationis cõtinet̃ hiſtoria. Ad quod
ſane opus faciendũ & ſi nulla fratrũ quo
rũ me p̄fectib. deſeruire neceſſe eſt, uel
neceſſitas urgeat uel utilitas moneat: dũ
tñ ex hoc nõ impediar quo ad quæq; ip-
ſorũ neceſſaria minus paratus inueniar:
non arbitror eos debere grauari ſi pro-
priæ ſatisfacio deuotioni.

Incipit homilia prima Bernardi abbatis in laudibus Virginis matris.

MIſſus eſt angelus Gabriel à deo Luc. 1.
in ciuitatẽ Galilææ cui nomẽ Na
zareth, ad uirginẽ deſponſatam
uiro cui nomẽ erat Ioſeph de domo Da-
uid, & nomen uirginis Maria. Quid ſibi
uoluit euãgeliſta tot propria nomina re-
rum in hoc loco tam ſignanter exprime-
re? Credo quia noluit nos negligẽter au-
dire, quod tam diligenter ſtuduit enarra
re. Nominat ſiquidem nuncium qui mit-
titur: dñm à quo mittitur, uirginẽ ad quã
mittitur, ſpõſum quoq; uirginis, ambo-
rũq; genus, ciuitatem ac regionem pro-
prijs deſignat nominibus. Vt quid hoc?
Putá ſne aliquid horum ſuperuacue poſi
tum ſit? Nequaquam. Si enim nec ſoliũ Matth. 10.
de arbore ſine cauſa, nec unus ex paſſeri
bus ſine patre cœleſti cadit ſuper terrã:
putem ego de ore ſancti euangeliſtæ ſu-
perfluum diffluere uerbum, præſertim in
ſacra hiſtoria uerbi? Non puto. Plena qp
pe ſunt omnia ſupernis myſterijs, ac cœ-
leſti ſingula dulcedine redundantia: ſi ta
men diligentem habeant inſpectorẽ, qui
nouerit ſugere mel de petra oleumq; de
ſaxo duriſſimo. Nempe in illa die ſtilla- Ioel. 3.
runt montes dulcedinem: & colles fluxe Eſa. 45.
runt lac & mel. Quando rorantibus cœ-
lis deſuper, nubibusq; pluentibus iuſtũ,
aperta eſt terra læta germinans ſaluato-
rem, quando domino dante benignita-
tem & terra noſtra reddente fructũ ſuũ.
Super illum montem montiũ, montem Pſal. 84.
coagulatũ & pinguem miſericordia &
ueritas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax
oſculatæ ſunt. Illo quoq; in tp̄e unus iſte
inter cæteros montes non modicus, bea
tus hic uidelicet euãgeliſta, dum deſide-
ratũ nobis noſtræ ſalutis exordium ſuo
mellifluo commendauit eloquio, uelu-
ti perflante auſtro atque è uicino ſole ra
diante iuſtitiæ, quædam ex eo ſpiritua-
lia fluxerunt aromata. Vtinam & nunc Pſal. 147
deus emittat uerbum ſuum, & liquefa-

ciat ea nobis, perflet ſpiritus eius, & fiãt
nobis intelligibilia uerba euãgelica, fiãt
in cordibus noſtris deſiderabilia ſuper
aurũ & lapidẽ p̄cioſum multũ, fiãtq; dul
Textus. ciora ſup mel & fauũ. Ait itaq;. Miſſus ẽ
angelus Gabriel à deo: nõ arbitror hunc
angelũ de minorib. eẽ, q qualibet ex cau
ſa crebra ſoleãt ad terras fungi legatiõe.
Qd' & ex eius noĩe palã intelligi dat̃, qd'
interpretatũ fortitudo dei dicit̃: & quia
nõ ab alio aliquo fortè excellẽtiore ſe (ut
aſſolet) ſpiritu: ſed ab ipſo deo mitti p̄hi-
bet̃. Propter hoc ergo poſitũ eſt à deo,
uel iõ dictũ eſt à deo, necui uel beatorũ
ſpirituum ſuũ deus antequã uirgini reue-
laſſe putet̃ cõſilium, excepto dũtaxat ar
chãgelo Gabriele, q utiq; tãtæ inter ſuos
ĩueniri potuerit excellẽtię, ut tali & noĩe
dignus haberet̃, & nũcio. Nec diſcordat
nomẽ à nũcio. Dei qppe uirtutem Xp̃m
quẽ melius nũciare decebat, q̃ hũc: quẽ
ſimile nomẽ honorat? Nã quid eſt aliud
fortitudo q̃ uirtus? Nõ aũt dedecẽs aut
incongruum uideatur dñm & nuncium
cõmuni cẽſeri uocabulo: cũ ſil'is in utro-
que appellationis, nõ ſit tñ utriuſque ſi-
milis cauſa. Aliter qppe Xp̃s fortitudo,
uel uirtus dei dicitur, aliter angelus. An-
gelus.n. tm̃ nuncupatiue, Chriſtus aũt ẽt
ſubſtantiue. Chriſtus dei uirtus & dicit̃
1. Cor. 1. & eſt, quæ forti armato qui ſuum atriũ
in pace cuſtodire ſolebat: fortior ſuper-
ueniẽs, ipſum ſuo brachio debellauit: &
ſic ei uaſa captiuitatis potenter eripuit.
Angelus uerò fortitudo dei appellatus
eſt, uel qd' huiuſcemodi meruerit p̄roga
tiuã officij quo eiuſdẽ nũciaret aduentũ
uirtutis, uel qa uirginẽ natura pauidam,
ſimplicẽ, uerecũdam, de miraculi nouita
te expaueſceret, cõfortare deberet, Qd'
& fecit. Ne timeas, inquiẽs, Maria, ĩueni
ſti gratiã apud deũ. Sed & ipſius ſpõſum
hoĩem utiq; nihilominus humilẽ ac timo
ratũ: nõ irrationabil'r forſitã idẽ angelus
cõfortaſſe credit̃: quãquã tũc ab euãgeli
Matt. 1. ſta nõ noĩetur. Ioſeph, inquit, fili Dauid,
ne timeas accipere Mariã cõiugem tuã.
Conueniẽter itaq; Gabriel ad hoc opus
eligit̃: imo qa tale illi negociũ iniungit̃, re
cte tali noĩe deſignat̃. Miſſus eſt ergo an
gelus Gabriel à deo: quo? In ciuitatẽ Ga Textus.
lilææ cui nomen Nazareth. Videamus ſi Ioannis. 1.
ut ait Nathanael, à Nazareth põt aliqd
boni eſſe. Nazareth interp̄tat̃ flos. Videt̃
aũt mihi quoddã ſemen fuiſſe diuinæ co
gnationis tanq̃ è cœlo iactatũ in terras,
allocutiones & p̄miſſiones factæ cœli-
tus ad p̄res Abrahã. ſ. Iſaac & Iacob. De
quo ſemine ſcriptũ eſt. Niſi dñs ſabaoth Eſa. 1.
reliquiſſet nobis ſemẽ: ſicut Sodoma fuiſ
ſemus: & quaſi Gomorra ſil'es eſſemus.
Floruit aũt hoc ſemẽ in mirabilib. q̃ oſtẽ
ſa ſunt In exitu Iſrael de Aegypto in figu
ris & ænigmatib. per totũ iter in deſerto
uſq; in terrã p̄miſſionis, & deinceps in ui
ſionibus & uaticinijs prophetarũ, in or-
dinatione quoq; regni ac ſacerdotij uſq;
ad Xp̃m. Chriſtus aũt huius ſeminis &
horũ florũ nõ ĩmerito fructus eſſe ĩtelligi
tur: dicẽte Dauid, Dñs dabit benignita- Pſalm. 84.
tẽ, & terra nr̃a dabit fructũ ſuũ. Et iterũ. Pſalm. 131.
De fructu uentris tui ponã ſuper ſedem
tuã. In Nazareth ergo nunciat̃ Xp̃s naſci
turus: quia in flore ſperat̃ fructus p̄ceſſu
rus. Sed prodeũte fructu flos decidit, qa
ueritate apparẽte in carne: figura pertrã-
ſiit. Vnde & Nazareth ciuitas Galilææ
dicit̃, id eſt trãſmigrationis: quia naſcẽte
Xp̃o oĩa illa trãſierũt, q̃ ſuperius enume-
raui, q̃ ut ait Apoſtolus, ĩ figura cõtinge-
bant illis. Hos ergo flores & nos q iã fru 1. Cor. 10.
ctũ tenemus pertranſiſſe uidemus, & dũ
adhuc florere uidebãtur, trãſituri p̄uide-
bantur. Vnde Dauid: Mane ſicut herba Pſalm. 89.
trãſeat, mane floreat & tranſeat: ueſpere
decidat, induret & areſcat. Veſpere ete- Galat. 4.
nim, id eſt qñ uenit plenitudo tp̄is ĩ quo
miſit deus unigenitum ſuũ factũ ex mu-
liere, factũ ſub lege: dicẽte ipſo. Ecce no- Eſa. 43.
ua facio oĩa, uetera tranſierunt & diſpa-
ruerunt, qũo in nouitate ſuccreſcẽtis fru-
ctus flores decidunt & areſcũt. Vnde rur
ſus ſcriptũ eſt. Fœnum aruit & flos deci- Eſa. 40.
dit: uerbum autem dñi manet in æternũ. Pſal. 75.
Credo nõ ambigis quin uerbum fructus
ſit: uerbum autem Chriſtus eſt. Bonus
itaque fructus Chriſtus q manet in æter
nũ. Sed ubi eſt fœnũ qd' aruit: ubi eſt flos

~~à regalib. ſedibꝰ~~ qui decidit? Propheta re
ſpõdeat. Oĩs caro fœnũ: et oĩs gl'ia eiꝰ tã-
Eſa. 40. q̃ꝫ flos fœni. Si oĩs caro fœnũ: ergo carna-
lis ille ppl's Iudęorũ fœnũ fuit. An non fœ
nũ aruit: dũ idẽ populus ab omni ſpiritus
pinguedine uacuus, ſiccæ literæ adhæſit?
An non ẽt flos decidit: qñ gloriatio quã
habebant in lege nõ remãſit? Si flos non
decidit, ubi ergo regnũ, ubi ſacerdotiũ,
ubi prophetę, ubi tẽplum, ubi deniq́ꝫ ma
gnalia illa de quib. gloriari ſolebãt & di
cere, Quãta audiuimus et cognouimꝰ ea,
& patres nr̃i narrauerũt nobis. Et iterũ.
Pſal. 77. Quãta mãdauit patribꝰ nr̃is nota facere
Textus. ea filijs ſuis. Et hęc dicta ſunt ꝓ eo qđ po
ſitũ eſt, in Nazareth ciuitatẽ Galileæ. In
illã ergo ciuitatẽ miſſus eſt angelus Ga-
briel à deo. Ad quẽ? Ad uirginẽ deſpõſa-
tã uiro, cui nomẽ erat Ioſeph. Quæ ẽ hæc
uirgo, tam uenerabilis ut ſalutet̃ ab ange
lo: tã humilis, ut deſpõſata ſit fabro? Pul-
chra ꝑmixtio uirginitatis & humilitatis,
nec mediocriter placet deo illa aĩa ĩ qua
& humilitas cõmendat uirginitatem: &
uirginitas exornat humilitatẽ. Sed quãta
putas ueneratiõe digna eſt, in qua humi-
litatẽ exaltat fœcũditas, & partus cõſe-
crat uirginitatẽ? Audis uirginẽ, audis hu-
milẽ: ſi nõ potes uirginitatẽ humilis, imi-
Virginitas laudabilis. tare humilitatẽ uirginis. Laudabilis uirtꝰ
uirginitas, ſed magis neceſſaria humili-
Humilitas necessaria. tas. Illa cõſulit: iſta p̃cipit. Ad illã inuita-
ris: ad iſtã cogeris. De illa dicit̃. Qui põt
Matth. 19. & 18. cape capiat, de iſta dicit̃: Niſi qs efficiat̃
ſicut paruulus iſte, nõ ĩtrabit in regnũ cœ
lorũ. Illa ergo remunerat̃, iſta exigit̃. Po-
tes deniq́ꝫ ſine uirginitate ſaluari: ſine hu
militate nõ potes. Põt inquã placere hu-
militas q̃ uirginitatẽ deplorat amiſſam,
ſine humilitate aũt audeo dicere, nec uir-
Eſa. ulti. ginitas Mariæ placuiſſet. Sup quẽ, inqt,
requieſcet ſpũs meus, niſi ſup humilẽ & qe
tũ? Sup humilẽ dixit, nõ ſup uirginẽ. Si igi
tur Maria humilis nõ eſſet, ſuper eã ſpiri-
tus ſanctus nõ requieuiſſet. Si ſup eã non
requieuiſſet nec impręgnaſſet. Quõ. n. de
ipſo ſine ipſo cõciperet? Patet itaque, qa
ut de ſpiritu ſancto conciperet, ſicut ipſe
Luc. 1. perhibet. Reſpexit humilitatem ancillæ
ſuæ deus, potiꝰ quã uirginitatẽ. Et ſi pla-
cuit ex uirginitate: tñ ex humilitate cõce
pit. Vnde cõſtat quia ẽt ut placeret uirgi
nitas: humilitas proculdubio fecit. Quid
dicis uirgo ſupbe? Maria uirginẽ ſe obli-
ta, gloriat̃ de humilitate: & tu negligẽdo
humilitatẽ, blandiris tibi de uirginitate?
Reſpexit (ait illa) humilitatẽ, ancillę ſuæ. Vbi ſupra
Quę illa? Virgo utiq́ꝫ ſãcta, uirgo ſobria,
uirgo deuota. Nũquid tu caſtior illa? Nũ
quid deuotior? Aut nũquid tua forte pu-
dicitia gratior caſtitate Mariæ? ut tu. ſ. ſi-
ne humilitate placere ſufficias ex tua: ꝙ
illa nõ potuit ex ſua. Deniq́ꝫ quãto hono
rabilior es ex ſingulari munere caſtimo-
nię, tãto tibi tu maiorẽ iniuriã facis, ꝙ eiꝰ
in te decorẽ fœdas ꝑmixtione ſupbię. A-
lioqn expedit tibi uirginẽ nõ eſſe, q̃ de uir
ginitate inſoleſcere. Non oĩum quidẽ eſt
uirginitas: multo tñ pauciorũ eſt cum uir
ginitate humilitas. Si igitur uirginitatẽ in
Maria nõ potes niſi mirari, ſtude humili
tatẽ imitari, et ſufficit tibi. Quod ſi & uir
go & humilis es: quiſquis es, magnus es.
Eſt tñ maius aliquid qđ mireris in Ma-
ria. ſ. cum uirginitate fœcunditas. A ſecu
lo. n. nõ eſt auditũ, ut aliqua ſimul mater
eſſet & uirgo. Qđ ſi & cuius mater attẽ-
das: quo te tua ſup eiꝰ mirabili celſitudi-
ne ducet admiratio? Nonne ad hoc ut te
uideas nec ſatis poſſe mirari? Nõne tuo
imo ueritatis iudicio illa q̃ deũ habuit fi-
liũ ſup oẽs ẽt choros exaltabit̃ angelorũ?
Annõ deũ & dñm angelorũ Maria ſuũ
audacter appellat filiũ, dicens? Fili quid Luc. 2.
feciſti nobis ſic? Quis hoc audeat ange-
lorũ? Sufficit eis et ꝓ magno habẽt, ꝙ cũ
ſint ſpũs ex cõditione: ex gratia facti ſũt
& uocati angeli, teſtãte Dauid. Quid fa- Pſal. 103.
cit, inquit angelos ſuos ſpũs. Maria uero
matrẽ ſe agnoſcẽs, maieſtatẽ illam cui illi
cũ reuerẽtia ſeruiũt: cũ fiducia ſuũ nuncu
pat filiũ. Nec dedignatur nũcupari deus
qđ eſſe dignatus eſt. Nã paulopoſt ſub-
dit euãgeliſta. Et erat inquiens, ſubditus
illis. Quis? Quibus? Deus hoĩbus. Deus, Luc. 2.
inquã, cui angeli ſubditi ſunt: cui princi-
patus & poteſtates obediunt, ſubditus
erat Mariæ. Nec tantum Mariæ, ſed etiã
Ioſeph

Ioſeph ꝑ Mariã. Mirare ergo utrumli-
bet, & elige qd amplius mireris: ſiue filij
benigniſſimã dignationẽ, ſiue matris ex-
cellẽtiſſimã dignitatem. Vtrinq́ꝫ ſtupor,
utrinq́ꝫ miraculũ. Et ꝙ deus fœminę ob-
tẽperet, humilitas abſq́ꝫ exẽplo: et ꝙ deo
fœmina principet̃ ſublimitas ſine ſocio.
In laudib. uirginũ ſingul'r canit̃: ꝙ ſequũ-
Apoc. 14. tur agnũ quocunq́ꝫ ierit. Quibꝰ ergo lau-
dibus iudicas dignã, q̃ ẽt pręit? Diſce ho-
mo obedire, diſce terra ſubdi: diſce pul-
uis obtẽperare. De auctore tuo loquens
euãgeliſta: Et erat, inqt, ſubditꝰ illis: haud
dubiũ qn Mariæ & Ioſeph. Erubeſce ſu-
perbe cinis. Deꝰ ſe humiliat: & tu te exal
tas? Deus ſe hoĩbus ſubdit: et tu dñari ge
ſtiens hoĩbus: tuo te p̃ponis auctori? Vti
nã mihi aliqñ tale aliqd cogitãti, deus re
ſpõdere dignet̃: quod & ſuo increpando
Matth. 16. reſpondit apoſtolo. Vade inqt, poſt me
Sathana: qa nõ ſapis ea q̃ dei ſunt. Quo-
ties. n. hoĩbus pręeſſe deſidero, toties deũ
meum pręire cõtendo: & tunc uere nõ ſa
pio ea q̃ dei ſunt. De ipſo nanq́ꝫ dictũ eſt.
& erat ſubditus illis. Si hoĩs ô homo, imi
tari dedignaris exẽplum: certe nõ erit ti-
bi indignum ſeq auctorẽ tuum. Si nõ po-
tes forſitã ſequi eũ quocunq́ꝫ ierit: digna
re uel ſequi quo tibi cõdeſcẽdit. Hoc eſt
ſi nõ potes ſublimẽ incedere ſemitã uirgi
nitatis: ſequere uel deũ ꝑ tutiſſimã uiã hu
militatis, à cuius rectitudine ſiq ẽt de uir
ginibus deuiauerint: ut uerum fatear, nec
ipſi ſequunt̃ agnum quocunq́ꝫ ierit. Seq-
tur quidẽ agnum coinquinatus humilis,
ſequit̃ et uirgo ſupbus: ſed neuter quocũ
que ierit: qa nec ille aſcẽdere põt ad mũ-
diciã agni q ſine macula eſt: nec is ad eiuſ
dẽ mãſuetudinem deſcẽdere dignat̃, qua
ſcilicet nõ corã tondẽte, ſed corã occidẽ-
te ſe obmutuit. Attamẽ ſalubriorẽ elegit
ſequendi partem in humilitate peccator
q̃ꝫ in uirginitate ſupbus: cũ & illiꝰ immũ-
diciã ſua humilis ſatisfactio purget: et hu
ius pudicitiã ſuperbia inquinet. Sed felix
Maria, cui nec humilitas defuit nec uirgi
nitas. & quidẽ ſingularis uirginitas quã
non temerauit ſed honorauit fœcũditas,
& nihilominus ſpecialis humilitas quã
nõ abſtulit ſed extulit fœcunda uirgini-
tas, & incomparabilis prorſus fœcun-
ditas: quam uirginitas ſimul comitatur
& humilitas. Quid horũ nõ mirabile: qd
nõ incõparabile, quid nõ ſingulare? Mi-
rum uero ſi nõ hęſitas in eorum põdera-
tione: qd tua iudices dignius admiratio-
ne: utrum uidelicet potius ſtupẽda ſit fœ
cũditas in uirgine, an in matre ĩtegritas:
ſublimitas in prole: an cum tãta ſublimi-
tate humilitas: niſi ꝙ indubitãter horum
ſingulis p̃ferẽda ſunt ſimul cuncta, & in-
cõparabiliter excellentius eſt atq́ꝫ fœli-
cius oĩa percepiſſe q̃ꝫ aliqua. Et quid mi
rum ſi deus qui mirabilis legit̃ & cernit̃
in ſanctis ſuis, mirabilẽ ſe exhibuit in ma
tre ſua? Veneramini ergo cõiuges in car-
ne corruptibili carnis ĩtegritatẽ: mirami-
ni ẽt uos ſacræ uirgines in uirgine fœcun
ditatem: imitamini oẽs hoĩes dei matris
humilitatem. Honorate ſancti angeli ue
ſtri regis matrem: qui noſtrę adoratis uir
ginis prolem: ipſum utiq́ꝫ noſtrũ pariter
ac ueſtrum regẽ: noſtri generis reparato
rem: ueſtrę ciuitatis inſtauratorẽ. Cuius
apud uos tam ſublimis ĩter nos tã humi-
lis à uobis pariter & à nobis detur, & di
gnitati debita reuerentia, & dignationi
honor & gloria, in ſecula ſeculorũ. Amẽ.

Homilia. II. unde ſupra.

NOuum quidẽ canticum illud qđ
ſolis dabitur in regno dei canta-
re uirginibus: ipſam uirginum re
ginã cũ cæteris, ĩmo primã inter cæteras
eẽ caniturã, nemo eſt qui ambigat. Puto
aũt illã p̃ter illud qđ ſolis, licet cũ oĩbꝰ tñ
uirginib. ei, ut dixi, cõe erit dulciori quo-
dã atq́ꝫ elegãtiori carmine lętificaturã eẽ
ciuitatẽ dei. Cuiꝰ utiq́ꝫ dulciſonos depro
mere uel exprimere modulos ne ipſarũ
qdem uirginum ulla digna ĩuenietur: qa
ſoli merito decantãdum ſeruabitur, q̃ ſo
la de partu & partu diuino gloriat̃. Glo
riatur dixerim de partu non in ſe, ſed in
ipſo, quem peperit. Deus ſiquidem (de-
us enim eſt quem peperit) matrem ſuã
ſingulari in cœleſtibus donaturꝰ gloria,
ſingulari in terris p̃uenire curauit & gra-
tia, qua uidelicet ineffabiliter & intacta

conciperet: & pareret incorrupta. Porrò
deũ hmõi decebat natiuitas: qua nõ niſi
de uirgine naſceret̃. Talis cõgruebat &
uirgini partꝰ: ut nõ pareret niſi deũ. Pro-
inde factor hoĩum ut hõ fieret, naſciturꝰ
de hoĩe talẽ ſibi ex oĩbꝰ debuit deligere,
imo condere matrem: qualẽ & ſe decere
ſciebat, & ſibi nouerat placiturã. Voluit
itaq; eſſe uirginem, de qua ĩmaculata im
maculatus ꝓcederet oĩum maculas pur
gaturꝰ. Voluit & humilẽ, de qua mitis &
humilis corde ꝓdiret: harũ ĩ ſe uirtutũ ne
ceſſarium oĩbꝰ, ſaluberrimũq; exemplũ
oſtenſurus. Dedit uirgini partũ, qui ei iã
ante & uirginitatis inſpirauerat uotum,
& humilitatis ꝓ̃rogauerat meritũ. Alio-
quin q̃uõ angelus eã in ſequẽtib. grã ple
nã pronunciat: ſi quippiã uel parum bo-
ni qđ ex grã non eſſet habebat? Vt igit̃ q̃
ſanctum ſanctorum cõceptura erat pari
ter & paritura, ſãcta eſſet corpe, accepit
donum uirginitatis: ut eſſet & mẽte, acce
pit & humilitatis. His nimirum uirgo re-
gia, gẽmis ornata uirtutũ, geminoq; men
tis pariter & corpis decore ꝓ̃fulgida: ſpe
cie ſua et pulchritudine ſua ĩ cœleſtib. co
gnita cœli ciuiũ in ſe ꝓuocauit aſpectus:
ita ut & regis aĩum in ſui concupiſcentiã
ĩclinaret, et cœleſtẽ nunciũ ad ſe de ſuper
nis educeret. Et hoc ẽ qđ nobis hic euã-
geliſta cõmẽdat, cũ angelũ ꝓhibet à deo
deſtinatũ ad uirginẽ. A Deo iq̃t ad uirgi-
nẽ, id eſt à celſo ad humilẽ, à dño ad ancil
lã, à creatore ad creaturã. Quãta digna-
tio dei, quãta uirginis excellẽtia? Currite
mr̃es, currite filię, curritę oẽs q̃ poſt Euã,
& ex Eua, & parturimini cum triſtitia, et
parturitis: adite uirginalẽ thalamũ, ingre
dimini, ſi poteſtis, pudicũ ſororis ur̃ę cu-
biculũ. Ecce. n. deꝰ mittit ad uirginẽ, ecce
affat̃ angelus Mariã. Apponite aurẽ pa-
rieti, auſcultate qd nũciet ei: ſi forte audia
tis, unde conſolemini. Lętare pr̃ Adã, ſed
magis tu ô Eua mr̃ exulta: qui ſicut oĩum
parentes, ita oĩum fuiſtis peremptores: &,
qđ infelicius eſt, prius peremptores, q̃ paren
tes. Ambo inquã cõſolamini ſup filia, &
tali filia: ſed illa ampliꝰ de qua malũ ortũ
eſt prius, cuius opprobriũ in oẽs ꝑtrãſiit

mulieres. Inſtat nãq; tp̃s quo iã tollat̃ op
probriũ, nec habeat uir qd cauſet̃ aduer-
ſus fœminã: q utiq; dũ ſe ĩprudẽter excu
ſare conaret̃, crudelr̃ illã accuſare nõ cũ-
ctatꝰ ẽ, dicẽs. Mulier quã dediſti mihi, de *Gene. 3.*
dit mihi de ligno, & comedi. Propterea
curre Eua ad Mariã, curre mr̃ ad filiã, filia
pro mr̃e rñdeat, ipſa mr̃is opprobriũ au
ferat: ipſa pr̃i pro mr̃e ſatisfaciat, qa ecce
ſi uir cecidit ꝑ fœminã, iã non erigit niſi ꝑ
fœminã. Quid dicebas ô Adam? Mulier
quã dediſti mihi, dedit mihi de ligno, &
comedi. Verba malitię ſunt hęc, quib. ma
gis augeas q̃ deleas culpã. Verũtñ ſapiẽ- *Sap. 7.*
tia uicit malitiã: cũ occaſionẽ ueniæ, quã
à te deꝰ ĩterrogãdo elicere tẽtauit, ſed nõ
potuit, ĩ theſauro ĩdeficiẽtis ſuæ pietatis
inuenit. Reddit̃ nẽpe fœmina ꝓ fœmina,
prudens ꝓ fatua, humilis ꝓ ſuꝑba: q̃ pro
ligno mortis guſtum tibi porrigat uitæ,
& pro ueneno ſo cibo illo amaritudinis
dulcedinẽ pariat fructus ęterni. Muta er-
go iniquę excuſationis uerbum in uocem
grãrum actiõis: & dic, Dñe, Mulier quã
dediſti mihi, dedit mihi de ligno uitæ, &
comedi, & dulce factum eſt ſup mel ori
meo, quia ĩ ipſo uiuificaſti me. Ecce. n. ad
hoc miſſus eſt angelꝰ ad uirginem. O ad-
mirandã et oĩ honore digniſſimã uirginẽ,
ô fœminã ſingulr̃ uenerandã, ſup oẽs fœ-
minas admirabilẽ, parẽtũ reparatricẽ, po
ſterorũ uiuificatricẽ. Miſſus eſt, ĩquit, an-
gelus ad uirginẽ. Virginẽ carne, uirginem
mẽte, uirginẽ ꝓfeſſiõe: uirginẽ deniq; q̃lẽ
deſcribit apl̃s, mente & corpore ſanctã. *I. Cor. 7.*
Nec nouiter nec fortuitu inuentã, ſed à ſę
culo electã: ab altiſſimo ꝓ̃cognitã, & ſibi
ꝓ̃paratam, ab angelis ſeruatã, à patribus
præfiguratam, à prophetis promiſſam.
Scrutare ſcripturas, & proba q̃ dico. Vis
ne ut & ego aliqua ex his teſtimonia hic
inſerã? Vt pauca loquar de pluribus, quã
tibi aliam prædixiſſe deus uidetur, quan
do ad ſerpentem ait. Inimicitias ponam *Gene. 3.*
inter te et mulierem? Et ſi adhuc dubitas
an de Maria dixerit, audi quod ſequitur.
Ipſa conteret caput tuum. Cui hæc ſerua
ta uictoria eſt, niſi Mariæ? Ipſa proculdu
bio caput contriuit uenenatum: quę om- *Vbi ſupra.*

nimodã maligni ſuggeſtionem tã de car-
nis illecebra, q̃ de mẽtis ſuꝑbia deduxit
Prouer. 31. ad nihilum. Quam uerò aliã Salomon re
quirebat, cum dicebat. Mulierem fortẽ
quis inueniet? Nouerat qppe uir ſapiens
huius ſexus infirmitatẽ, fragile corpus, lu
bricã mentem, quia tñ & deũ legerat ꝓ-
miſiſſe, & ita uidebat cõgruere, ut qui ui
cerat ꝑ fœminã uinceret̃ per ipſam, uehe
menter admirãs aiebat. Mulierẽ fortem
quis inueniet? Quod eſt dicere. Si ita de
manu fœminæ pendet & nr̃a oĩum ſalus
& ĩnocentię reſtitutio: et de hoſte uicto-
ria, fortis oĩno neceſſe eſt ut prouideat̃, q̃
Ibi ſupra. ad tm̃ opus poſſit eſſe idonea. Sed mulie
rem fortẽ quis inueniet? At ne hoc q̃ſiſſe
putet̃ deſperãdo, ſubdit ꝓphetãdo. Pro-
cul & de ultimis finib. ꝓ̃cium eiꝰ, hoc eſt
nõ uile, nõ paruum, nõ mediocre, nõ de-
niq; de terra ſed de cœlo, nec de cœlo ꝓ-
ximo terris ꝓ̃tiũ fortis huiꝰ mulieris, ſed à
ſummo cœlo egreſſio eius. Quid deinde
Exod. 3. rubus ille quõdã Moſaicus portẽdebat,
flãmas quidẽ emittens ſed nõ ardẽs, niſi
Mariã parientẽ & dolorẽ nõ ſentiẽtem?
Quid rogo uirga Aaron florida nec hu-
mectata, niſi ipſam cõcipientẽ, quãuis ui
rũ nõ cognoſcentẽ? Huius magni miracu
Eſa. 11. li maius myſteriũ Eſaias ediſſerit dicẽs.
Egredient̃ uirga de radice Ieſſe, & flos de
radice eiꝰ aſcẽdet, uirgã, uirginẽ: florẽ, uir
ginis partũ intelligens. Sed ſi tibi ꝙ nũc
in flore Xp̃s ĩtelligi dicit̃ ſupiori uidet̃ ad
uerſari ſentẽtię, qua nõ uirgę flore, ſed flo
ris fructu deſignari dicebat̃: noueris in ea
dẽ Aaronica uirga q̃ non ſolũ floruit, ſed
& frõduit, & fructũ emiſit nõ ſolũ flore
uel fructu, ſed ipſis ẽt frõdib. eundẽ ſigni-
Exodi. 17. ficari. Noueris & apud Moyſem nec fru
Exod. 14. ctu uirgæ, nec flore, ſed ipſa uirga demõ-
ſtrari. Illa utiq; uirga, qua feriente, aqua
uel diuidit̃ trãſituris, uel de petra excutit̃
bibituris. Nullum aũt incõueniens eſt di
uerſis rebꝰ diuerſis ex cauſis Xp̃m figura
ri, & in uirga quidẽ potentiã, ĩ flore uerò
fragrãtiã: in fructu aũt ſaporis dulcedinẽ:
in frõdib. quoq; ſedulã eiꝰ intelligi prote
ctionẽ, qua uidelicet paruulos ad ſe cõfu
giẽtes ſub umbra alarũ ſuarum ꝓtegere

nõ deſinit, ſiue ab æſtu carnalium deſide
riorũ, ſiue à facie impiorum q eos affixe
rũt. Bona & deſiderabilis umbra ſub a-
lis Ieſu: ubi tutũ eſt fugiẽtib. refugiũ, gra-
tũ feſſis refrigeriũ. Miſerer̃ mei dñe Ieſu, *Pſalm. 56.*
miſerere mei: qm̃ in te cõfidit aĩa mea: &
in umbra alarũ tuarũ ſperabo, donec trã
ſeat iniq̃tas. In hoc tñ Eſaiæ teſtimonio,
florẽ filiũ, uirgã intellige matrẽ: qm̃ & uir
ga floruit abſq; germine, & uirgo conce
pit nõ ex hoĩe. Nec uirgę uirorẽ floris læ-
ſit emiſſio, nec uirginis pudorẽ ſacri par-
tus editio. Proferamus & alia uirgini ma
tri, deoq; filio cõgrua de ſcripturis teſti-
monia. Quid illud Gedeonis uellus ſigni *Iudic. 6.*
ficat, quod utiq; de carne tõſum: ſed ſine
uulnere carnis ĩ area ponit̃: & nũc quidẽ
lana, nunc uero area rore ꝑfundit̃: niſi car
nẽ aſſumptã de carne uirginis et abſq; de
trimento uirginitatis? Cui utiq; diſtillãti
bus cœlis, tota ſe infudit plenitudo diui-
nitatis: adeo ut ex hac plenitudine oẽs ac
cepimus, q uere ſine illa nõ aliud q̃ ter
ra arida ſumus. Huic quoq; Gedeonico
facto propheticũ dictũ pulchre ſatis cõ-
uenire uidet̃: ubi legitur. Deſcendet ſicut *Pſalm. 71.*
pluuia in uellus. Nã ꝑ hoc qđ ſequit̃: & ſi
cut ſtillicidia ſtillantia ſup terrã, idẽ dat̃
intelligi: qđ ꝑ inuentã rore madidã areã.
Pluuia qppe uolũtaria quam ſegregauit
deꝰ hęreditati ſuę, placidæ prius et abſq;
ſtrepitu opationis humanę ſuo ſe q̃etiſſi-
mo illapſu uirgineũ demiſit ĩ uterũ, poſt-
modum uerò ubiq; terrarũ diffuſa eſt ꝑ
ora ꝓ̃dicatorũ, nõ iã ſicut pluuia ĩ uellus,
ſed ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſup terrã, cum
quodã utiq; ſtrepitu uerborũ ac ſonitu
miraculorũ. Siquidẽ recordatæ ſunt nu-
bes illæ q̃ portabãt pluuiã: ꝓ̃ceptum ſibi
fuiſſe cũ mitterent̃: Quod dico uobis in *Matth. 10.*
tenebris, dicite in lumine: & qđ in aure
auditis, ꝓ̃dicate ſup tecta. Quod & fece-
rũt. Etenim ĩ oẽm terrã exiuit ſonus eorũ:
& in fines orbis terrę uerba eorũ. Audia-
mus & Hieremiã noua ueteribus uatici-
nantem, & quẽ ꝓ̃ſentem mõſtrare nõ po
terat, uenturũ & ardẽter deſiderantẽ, &
fidenter promittentem. Nouum inquit, *Hiere. 31.*
creauit dñs ſup terram: fœmina circũda-

bit uirũ. Quę eſt hęc fœmina? Quis uerò
iſte uir? Aut ſi uir, q̃uo à fœmina circũda
tus? Aut ſi à fœmina circundari põt, q̃uo
uir? Et ut aptius dicam: q̃uo põt ſimul &
uir eſſe et in utero matris? Hoc eſt.n. uirũ
à fœmina circũdari. Nouimus uiros, q.ſ.
infantiam, pueritiam, adoleſcentiã, atq;
iuuentutem trãſeuntes, ad gradum uſq;
ſenectuti proximum peruenerũt. Qui er-
go iã adeo grandis eſt: q̃uo à fœmina cir
cundari poteſt? Si dixiſſet fœmina circũ-
dabit infantem, uel fœmina circundabit
paruulum, nec nouum uideret nec mirũ.
Nunc autem quia nil tale poſuit, ſed di-
xit uirũ, q̃rimus q̃ ſit hęc nouitas quã deꝰ
fecit in terra: ut fœmina circũdaret uirũ,
& uir intra fœminei unius corpuſculi mẽ
Ioan.3. bra ſeſe cohiberet? Quid eſt hoc miracu
li? Nũqd põt homo (ut ait Nicodemus)
in uentrẽ matris ſuę iterato ĩtroire & na-
ſci? Sed uerto me ad cõceptũ partumq;
uirginalẽ, ſi forte ĩter plurima noua ac mi
ra q̃ ibi ꝑfecto inſpicit q diligẽter inqui-
rit, ẽt hãc quã de ꝓpheta ꝓtuli reperiam
nouitatẽ. Porrò ibi agnoſcit lõgitudo bre
uis, latitudo anguſta, altitudo ſubdita, ꝓ
funditas plana. Ibi agnoſcit lux nõ lucẽs,
uerbũ infans: aqua ſitiẽs, panis eſuriẽs. Vi
deas ſi attẽdas potentiã regi, ſapiẽtiã in-
ſtrui, uirtutẽ ſuſtẽtari: deũ deniq; lactẽn-
tẽ, ſed angelos reficiẽtẽ, uagientẽ, ſed mi-
ſeros cõſolantẽ. Videas ſi attẽdas, triſta-
ri lętitiã: pauere fiduciã, ſalutẽ pati, uitam
mori, fortitudinẽ ĩfirmari. Sed qđ nõ mi-
nus mirãdũ eſt: ipſa ibi cernit triſtitia lęti
ficãs, pauor cõfortãs, paſſio ſaluãs, mors
uiuificãs, infirmitas roborãs. Cui iã illud
quoq; nõ occurrat qđ quęrebã? Nunqd
nõ facile tibi eſt inter hęc fœminã agno-
ſcere uirũ circũdantẽ, cũ Mariã uideas ui
rũ approbatũ à deo Ieſum ſuo utero cir-
cũplectentẽ? Virum aũt dixerim fuiſſe Ie
ſum, non ſolum iã cũ diceret uir ꝓpheta,
potẽs in opere & ſermone, ſed ẽt cum te
nera adhuc ĩfantis mẽbra, dei mater blã-
do uel foueret in gremio, uel geſtaret in
utero. Vir igiĩ erat Ieſus necdũ ẽt natus,
ſed ſapiẽtia nõ ętate, animi uigore nõ uiri
bus corporis, maturitate ſenſuũ, nõ cor-
pulentia mẽbrorũ. Neq;.n. minus habuit
ſapiẽtiæ, uel potius nõ minus fuit ſapien-
tia Ieſus cõceptus q̃ natus: paruus q̃ ma
gnus. Siue ergo latẽs in utero, ſiue uagiẽs
in p̄ſepio: ſiue iam grãdiuſculus interro-
gãs doctores in templo, ſiue iã perfectæ
ætatis docẽs in populo: ęque ꝑfecto ple
nus fuit ſpiritu ſancto. Nec fuit hora in
quacũq; ętate ſua, qua de plenitudine il-
la quã in ſui cõceptione accepit in utero
uel aliqd minueret, uel aliqd eidẽ adiice-
ret, ſed à principio ꝑfectus, à principio ĩ-
quã plenus fuit ſpũ ſapiẽtię & ĩtellectus:
ſpũ cõſilij et fortitudinis, ſpũ ſciẽtię et pie
tatis, & ſpũ timoris dñi. Nec te moueat *Eſa.11.*
ꝙ de illo legis in alio loco. Ieſus aũt ꝓfi- *Luc.2.*
ciebat ſapiẽtia & ętate & grã apud deũ
& hoĩes. Nam quod de ſapientia & grã
hic dictũ eſt: nõ ſecũdum quod erat, ſed
ſecũdum qđ apparebat ĩtelligẽdum eſt:
nõ quia uidelicet aliquid ei nouũ accide
ret quod ante nõ haberet, ſed quod acci
dere uideret, q̃n uolebat ipſe ut uideret.
Tu homo cũ proficis, nõ q̃n, nec quantũ
uis ꝓficiſcis, ſed te neſciẽte tuus modera
tur ꝓfectus, tũa uita diſponitur. At uerò
puer Ieſus q diſponit tuam, ipſe diſpone
bat & ſuã, & q̃n uolebat & quibus uole
bat ſapiẽs apparebat, q̃n & qbꝰ uolebat
ſapiẽtior: q̃n & qbus uolebat ſapientiſſi
mus, quanq; in ſe nunq; eſſet niſi ſapiẽtiſ-
ſimus. Simil'r & cum ſemꝑ omni grã ple
nus fuiſſet: ſiue quã apud deum, ſiue quã
apud hoĩes habere deberet, ꝓ ſuo tñ ar-
bitrio eã nũc plus nũc minus oſtẽtabat,
ꝓut cernẽtium uel meritis cõgruere, uel
ſaluti expedire ſciebat. Cõſtat ergo quia
ſemꝑ Ieſus uirilem animum habuit, & ſi
ſemꝑ in corpore uir nõ apparuit. Cur de
niq; dubito uirum fuiſſe in utero, quẽ ini-
bi deũ fuiſſe nõ ambigo? Minus quippe
eſt eſſe uirũ q̃ eſſe deum. Sed uide ſi non
etiam hanc Hieremiæ nouitatem Eſaias
lucidiſſime aperit, q nouos ſuperius Aa-
ronicos flores expoſuit. Ecce, inquit, uir- *Eſa.7.*
go concipiet, & pariet filiũ. En habes fœ
minã ſcilicet uirginẽ. Vis & de uiro audi-
re qd ſit? Et uocabit, ait, nomẽ eiꝰ Emma
nuel, id eſt nobiſcũ deus. Fœmina itaque
circun

circundans uirum, uirgo eſt concipiens
Deum. Vides q̃ pulchrè & concorditer
ſanctorũ mira facta & myſtica dicta ſi-
bijnuicẽ concinunt? Vides q̃ ſtupendũ ſit
hoc unum de uirgine, & in uirgine, factũ
miraculũ, quod tot miracula p̄uenerunt,
tot oracula promiſerunt? Vnus nimirum
fuit ſpiritus prophetarum: & licet diuer-
ſis modis, ſignis & tẽporibus eãdem rẽ
diuerſi non diuerſo ſpiritu & p̄uiderũt &
prædixerunt. Quod Moyſi monſtratum
eſt in rubo et igne, Aarõ in uirga & flore,
Gedeoni in uellere et rore, hoc aperte Sa
lomõ p̄uidit in forti muliere & eius p̄cio,
apertius Hieremias præcinit de fœmina
& uiro, apertiſſime Eſaias declarauit de
uirgine & Deo, Gabriel tandẽ exhibuit
ipſam ſalutãdo. Ipſa naq; eſt de qua nũc
Lũce.1. euangeliſta, Miſſus eſt, ait angelus Ga-
briel à Deo ad uirginẽ deſponſatam Io-
ſeph. Ad uirginem, inqt, deſpõſatã. Qua-
re deſponſatã? Cum eſſet, inquam, uirgo
electa, & ut oſtenſum eſt, uirgo cõceptu
ra, uirgo paritura, mirũ cur deſpõſata fue
rit non nuptura. Nũquid uel hoc caſu fa-
ctũ quis dixerit? Nõ eſt caſu factũ quod
rationabilis cauſa cõmẽdat, cauſa ualde
utilis & neceſſaria & diuini prorſus adin
uentione conſilij digna. Dicã quod mihi
imò quod ante me patribus uiſum fuit.
Illa utiq; fuit ratio deſponſationis Marię,
q̃ & dubitationis Thomæ. Mos ſiquidẽ
Iudęorũ erat ut à die deſponſationis ſuę,
uſq; ad tp̃s nuptiarum, ſponſis ſpõſæ tra
derent cuſtodiendæ, quatenus earũ ipſi
eo ſibi pudicitiã curioſius ſeruarent, quo
ſibijpſi fideliores exiſterent. Sicut ergo
Thomas dubitando, palpando, conſtan
tiſſimus factus eſt dominicæ cõfeſſor re-
ſurrectionis, ita & Ioſeph Mariã ſibi de-
ſponſando eiuſq; conuerſationem in tp̃e
cuſtodiæ ſtudioſius cõprobando, factus
eſt pudicitiæ fideliſſimus teſtis. Pulchra
utriuſq; rei cõueniẽtia, & dubitatio Tho
mæ & deſponſatio Marię. Poterant qdẽ
ſimilis erroris laqueũ nobis inijcere, fidei
uidelicet in illo, caſtitatis in illa: ueritatẽ
in ſuſpitionẽ adducere, ſed ualde pruden
ter, & pie factũ eſt per contrariũ: ut unde
metuebatur ſuſpitio, firma ſit certitudo.
Nã et de filij reſurrectione citius qdẽ ego
q infirmus ſum crediderim Thomæ du-
bitanti & palpanti, q̃ Cephæ audienti &
credenti, & de matris cõtinentia facilius
ſponſo eius cuſtodiẽti et experiẽti, q̃ ipſi
quoq; uirgini de ſola ſua cõſciẽtia ſe de-
fendenti. Dic q̃ſo, qs eã uidẽs nõ deſpõſa
tã & grauidã, nõ potius diceret corruptã
q̃ uirginem? Nõ aũt decebat hoc dici de
matre dñi. Tolerabilius uerò atq; hone-
ſtius fuit putari ad tp̃s Xp̃m de coniugio
fuiſſe natũ, q̃ de fornicatiõe. Sed nõ pote
rat, inqs, deus aptũ aliqđ oſtẽdere ſignũ:
quo uidelicet fieret, ut eiꝰ nec ortꝰ ĩfama
ret nec mater criminaret? Poterat utiq;:
ſed nõ poterat latere dęmones, quod ſci
rẽt hoĩes. Oportebat aũt à pricipe mũdi
aliq̃diu celari diuini cõſilij ſacrm: non qđ
deꝰ ſi palã opꝰ ſuũ facere uellet, impediri
poſſe ab illo metueret. ſed qa ipſe q non
ſolũ potẽter, ſed ẽt ſapiẽter q̃cũq; uoluit
fecit, ſicut in oĩbꝰ opibꝰ ſuis quaſdã rerũ
uel tẽporũ cõgruẽtias ꝓꝑ ordinis pulchri
tudinẽ ſeruare cõſueuit: ita ĩ hoc quoq; tã
magnifico opꝑe ſuo, nr̃æ uidelicet repara-
tiõis, nõ tm̃ potẽtiã ſuã, ſed & prudẽtiam
oſtendere uoluit. Et q̃q̃ illud al'r q̃uo uel-
let ꝑficere potuiſſet, placuit ei tñ eo po-
tiꝰ & mõ & ordine hoĩem ſibi recõcilia-
re, quo nouerat cecidiſſe, ut ſicut diabolꝰ
priꝰ ſeduxit fœminã, & poſtmodũ uirũ ꝑ
fœminã uicit, ita priꝰ à fœmina uirgine ſe-
duceret, et poſt à uiro Xp̃o apte debella
ret, q̃tenꝰ malitię fraudi dũ ars pietatis il
luderet, ac maligni fortitudinẽ, Xp̃i uirtꝰ
cõtereret, diabolo deꝰ et prudẽtior appa
reret & fortior. Ita qppe decuit ĩcarnatã
ſapiẽtiã ſpiritalẽ uincere malitiã, quo non
ſolũ attingeret à fine uſq; ad finẽ fortiter,
ſed & diſponeret oĩa ſuauiter. Attingit
aũt à fine, uſq; ad finẽ.i. à cœlo uſq; ad ĩfer
nũ. Si aſcẽdero, inqt, in cœlũ, tu illic es, ſi *Pſal.138.*
deſcendero in infernũ, ades. Vtrobiq; ue
rò fortiter, q̃n & de ſupernis expulit ſu-
perbum: & apud inferos ſpoliauit aua-
rum. Conueniens ergo erat ut ſuauiter
quoq; oĩa cœleſtia ſcilicet & terrena di-
ſponeret, quatenꝰ & illinc deijciẽs ĩqetũ,

reliquos in pace firmaret, & huc debella
turus inuidũ, nobis prius ſuæ humilitatis
& manſuetudinis ualde neceſſariũ exem
plũ relinq̃ret, ſicq; mirabili fieret mode-
ramine ſapiẽtiæ, ut & ſuis ſuauis, & hoſti
bus fortis appareret. Quid.n. ꝓdeſſet dia
bolũ à deo uinci, nobis manẽtibꝰ ſupbis?
Neceſſario igit̃ deſponſata eſt Maria Io-
ſeph, qñ ꝑ hoc & à canibus ſanctũ abſcõ
dit̃, & à ſponſo uirginitas cõprobat̃, &
uirginis tã uerecundię parcit̃, q̃ famę ꝓui
det̃. Quid ſapientiꝰ? qd dignius diuina ꝓ-
uidentia? Vno tali conſilio ſecretis cœle-
ſtibus, & admittit̃ teſtis, & excludit̃ ho-
ſtis, & integra ſeruat̃ fama uirginis mr̃is.
Alioqn qñ pepercisset iuſtus adulteræ?
Mat. 1. Scriptũ eſt aũt: Ioſeph aũt uir eius cũ eẽt
iuſtꝰ, & nollet eã traducere, uoluit occul
te dimittere eã. Bene cũ eſſet iuſtꝰ, noluit
eã traducere, qa ſicut nequaq̃ iuſtus eẽt
ſi cognitã ream conſenſiſſet, ſic nihilomi
nus iuſtus nõ eſſet ſi ꝓbatã innoxiã cõdẽ
naſſet. Cũ ergo iuſtus eſſet, et nollet eam
traducere, uoluit dimittere eã. Quare uo
luit dimittere eã? Accipe & ĩ hoc nõ meã
ſed patrũ ſententiã. Propter hoc Ioſeph
uoluit dimittere eã, ꝑꝑ qđ & Petrꝰ dñm
Luce. 5. à ſe repellebat dicens, Exi à me dñe, quia
homo peccator ſum: ꝑꝑ qđ & Centurio
Matth. 8 à domo ſua eũ ꝓhibebat cũ diceret. Dñe
non ſum dignus ut intres ſub tectũ meũ.
Ita ergo & Ioſeph indignũ & peccatorẽ
ſe reputans dicebat intra ſe, à tali & à tã-
ta non debere ſibi ultra familiare p̃ſtari
cõtuberniũ, cuius ſupra ſe mirabilẽ expa
ueſcebat dignitatẽ. Videbat & horrebat
diuinę p̃ſentiæ certiſſimũ geſtãtẽ inſigne,
& qa myſteriũ penetrare nõ poterat, uo
lebat dimittere eã. Expauit Petrus poten
tiæ magnitudinẽ, expauit Centurio p̃ſen
tię maieſtatẽ. Exhorruit nimirũ et Ioſeph
ſicut homo huiꝰ tanti miraculi nouitatẽ,
myſterij ꝓfunditatẽ, & ideo occultè uo-
luit dimittere eã. Miraris q Ioſeph p̃gnã
tis ſeſe cõſortio uirginis iudicabat ĩdignũ
cũ audias & ſanctã Eliſabeth eiꝰ nõ poſ-
ſe ferre p̃ſentiã, niſi cũ tremore qdẽ & re-
Luce. 1. uerentia? Ait nãq;, Vnde hoc mihi ut ue-
niat mr̃ dñi mei ad me? Ideo itaq; Ioſeph
uoluit dimittere eã. Sed q̃re occultè et nõ
palã? Ne uidelicet diuortij cã iq̃reret̃, exi
geret̃ rõ. Quid.n. uir iuſtus rñderet popu
lo duræ ceruicis: populo non credenti &
contradicẽti? Si diceret q ſentiebat, qđ
de illius puritate cõprobauerat, nónne
mox increduli & crudeles Iudæi ſubſan-
narent illũ, lapidarent illã? Qñ nãq; ueri-
tati crederent tacẽti in utero, quã poſtea
contẽpſerunt clamantẽ in tẽplo? Quid fa
cerent necdũ apparẽti, cui poſtmodum
ĩpias manus iniecerunt, & miraculis coru
ſcanti? Merito ergo uir iuſtus ne aut mẽti
ri, aut diffamare cogeret̃ innoxiã, uoluit
occulte dimittere eã. Sin uerò al'r qs ſen-
tiat: & Ioſeph ſicut hoĩem dubitaſſe cõtẽ
dat, ſed qa iuſtus erat noluiſſe qdẽ habi-
tare cũ ea ꝑꝑ ſuſpitionẽ, nec tñ (qa pius
erat) traducere uoluiſſe ſuſpectã, & ideo
uoluerit occulte dimittere eã. Breuiter re
ſpondeo ẽt ſic dubitationem illã Ioſeph
fuiſſe neceſſariã, q̃ diuino meruit certifi-
cari oraculo. Sic q̃ppe ſcriptũ eſt. Hęc au Matth. 1.
tẽ eo cogitãte. ſ. q occultè dimitteret eã,
apparuit ei angelus in ſomnis dicens. Io-
ſeph fili Dauid, noli timere accipere Ma
riã cõiugẽ tuã. Qđ.n. in ea natũ eſt, de ſpũ
ſancto eſt. Itaq; ꝑꝑ iſtas rõnes deſpõſata
eſt Maria Ioſeph, uel potius (ſicut ponit
euãgeliſta,) uiro cui nomẽ erat Ioſeph. Vi
rũ noĩat, nõ qa maritꝰ, ſed q homo uirtu
tis erat. Vel potiꝰ qa iuxta aliũ euãgeliſtã Luc. 1.
non uir ſimpl'r, ſed uir eiꝰ dictꝰ eſt: merito
appellat̃, qđ neceſſariè putat̃. Debuit er-
go uir eiꝰ appellari, qa neceſſe fuit & pu-
tari, ſicut & pr̃ ſaluatoris nõ qdẽ eſſe, ſed
dici meruit ut putaret̃ eſſe, dicẽte hoc ip
ſo euãgeliſta. Et ipſe Ieſus erat ĩcipiẽs q̃ſi Luca. 3.
annorũ triginta, ut putabat̃ filius Ioſeph.
Nec uir ergo matris, nec filij pater exti-
tit, quãuis certa (ut dictum eſt) & neceſ-
ſaria diſpenſatione utrunq; ad tempus
& appellatus ſit & putatus. Conijce ta-
men ex hac appellatione qua licet diſpẽ-
ſatoria meruit honorari, adeo ut pater
dei & dictus & creditus ſit, cõijce & ex
ꝓprio uocabulo qđ augmẽtum nõ dubi
tas interp̃tari, qs & q̃lis hõ fuerit iſte hõ
Ioſeph. Simul et memẽto magni illiꝰ quõ Gene. 37.

dam patriarchæ uenditi in Aegypto, &
ſcito ipſius iſtũ non ſolũ uocabulum fuiſ
ſe ſortitũ: ſed & caſtimoniam adeptum,
innocentiam aſſecutũ & gratiam. Siqdẽ
ille Ioſeph fraterna ex inuidia uenditꝰ &
ductus in Aegyptũ, Xp̃i uenditionẽ p̃fi-
gurauit: Iſte Ioſeph Herodianã inuidiam
Matth. 2. fugiẽs Xp̃m in Aegyptum portauit. Ille
Gene. 39. dño ſuo fidẽ ſeruans dñe: noluit cõmiſce
Matth. 1. ri. Iſte dñam ſuam dñi ſui matrẽ uirginẽ
Gene. 40. agnoſcens, & ipſe continens fideliter cu-
ſtodiuit. Illi data eſt intelligẽtia in myſte
rijs ſomniorũ. Iſti datũ eſt conſcium fieri
atq; participem cœleſtiũ ſacrorũ. Ille fru
menta ſeruauit nõ ſibi: ſed oĩ populo. Iſte
panem uiuũ è cœlo ſeruandũ accepit, tã
ſibi q̃ toti mundo. Non eſt dubiũ qn bo-
nus & fidelis homo fuerit iſte Ioſeph, cui
mater deſponſata eſt ſaluatoris. Fidelis,
inquam, ſeruus & prudens, quem cõſti-
tuit dñs ſuæ matris ſolatiũ, ſuæ carnis nu
tritiũ: ſolum deniq; in terris magni conſi-
lij coadiutorẽ fidiſſimũ. Huc accedit qđ
dicit̃ fuiſſe de domo Dauid. Vere.n. de do
mo Dauid: uere de regia ſtirpe deſcendit
uir iſte Ioſeph, nobilis genere, mente no
bilior. Planè filius Dauid, non degenerãs
à pr̃e ſuo Dauid. Prorſus, inq̃, filiꝰ Dauid,
non tm̃ carne, ſed fide, ſed ſanctitate, ſed
deuotione: quem tanq̃ alterũ Dauid dñs
inuenit ſecundũ cor ſuum, cui tutò cõmit
teret ſecretiſſimũ atq; ſacratiſſimum ſui
cordis arcanũ, cui tãq̃ alteri Dauid incer
ta & occulta ſapientiæ ſuę manifeſtauit:
& dedit illi nõ ignarum eſſe myſterij, qđ
nemo principum huiꝰ ſeculi agnouit: cui
deniq; datũ eſt quod multi reges et pro-
phetæ cum uellent uidere non uiderunt,
audire & non audierunt: non ſolũ uidere
& audire, ſed ẽt portare, deducere, ãple-
cti, deoſculari, & nutrire, & cuſtodire.
Non tm̃ aũt Ioſeph, ſed & Maria deſcen
diſſe credenda eſt de domo Dauid. Alio
quin non eſſet deſponſata uiro de domo
Dauid: ſi nõ eẽt & ipſa de domo Dauid.
Ambo igit̃ erant de domo Dauid: ſed in
altera cõpleta eſt ueritas quã iurauit dñs
Dauid: altero tãto cõſcio & teſte adiple
tæ ꝓmiſſionis. In fine aũt uerſus; & nomẽ
inq̃t, uirginis Maria. Loquamur pauca,
& ſuꝑ hoc noĩe qđ interp̃tatũ maris ſtel
la dicit̃: & matri uirgini ualde conuenien
ter aptat̃. Ipſa nanq; aptiſſime ſyderi cõ-
parat̃: qa ſicut ſine ſui corruptione ſydus
ſuũ emittit radiũ, ſic abſq; ſui læſione uir-
go parturit filiũ. Nec ſyderi radius ſuam
minuit claritatẽ: nec uirgini filius ſuã inte
gritatẽ. Ipſa ẽ igit̃ nobilis illa ſtella ex Ia-
cob orta, cuius radius uniuerſum orbem
illuminat: cuius ſplendor, & p̃fulget ĩ ſu-
pernis, & inferos penetrat, terras ẽt plu-
ſtrans, & calefaciens magis mẽtes q̃ cor
pora fouet uirtutes, excoq̃t uitia. Ipſa in-
quã eſt p̃clara, & eximia ſtella ſuꝑ hoc
mare magnũ, & ſpacioſũ neceſſario ſub-
leuata, micans meritis, illuſtrans exẽplis.
O qſq; te intelligis in huiꝰ ſeculi ꝓfluuio
magis ĩter ꝓcellas, & tẽpeſtates fluctua
re q̃ ꝑ terrã ambulare: ne auertas oculos
à fulgore huius ſyderis, ſi nõ uis obrui ꝓ-
cellis. Si inſurgant uẽti tẽtationum, ſi in-
curras ſcopulos tribulationũ: reſpice ſtel
lã, uoca Mariã. Si iactaris ſupbię undis, ſi
ambitionis, ſi detractionis, ſi ęmulatiõis:
reſpice ſtellã, uoca Mariã. Si iracũdia aut
auaritia, aut carnis illecebra nauiculã cõ-
cuſſerit mẽtis, reſpice ad Mariã. Si crimi-
num ĩmanitate turbatus, cõſciẽtię fœdita
te cõfuſus, iudicij horrore ꝑterritus, bara
thro incipias abſorberi triſtitiæ, deſpera
tionis abyſſo: cogita Mariã. In ꝑiculis, in
ãguſtijs, ĩ rebꝰ dubijs, Mariã cogita, Ma-
riã ĩuoca. Nõ recedat ab ore, nõ recedat
à corde, & ut ĩpetres eiꝰ orõnis ſuffragiũ
nõ deſeras cõuerſatiõis exẽplum. Ipſam
ſequẽs nõ deuias: ipſam rogãs ñ deſpas,
ipſã cogitãs nõ erras. Ipſa tenẽte nõ cor-
ruis, ipſa ꝓtegente nõ metuis, ipſa duce
nõ fatigaris, ipſa ꝓpitia ꝑuenis, et ſic ĩ te-
metipſo expiris, quã merito dictũ ſit, &
nomẽ uirginis Maria. Sed iã modice pau
ſandum eſt, ne et nos in tranſitu claritatẽ
tãti luminis ĩtueamur. Vt.n. uerbis ap̃l'icis
utar: bonũ eſt nos hic eẽ, & libet dulciter Matth. 17.
cõtẽplari ĩ ſilẽtio, qđ laborioſa nõ ſufficit
explicare locutio. Interim aũt ex deuota
ſcintillãtis ſyderis cõtẽplatiõe, feruẽtior
reparabit̃ in his quæ ſequunt̃ diſputatio.

Homilia.iij.Vnde ſupra.

Ibẽter ubi mihi congruere uideo
I uerba ſanctorũ aſſumo, quo uel
ex uaſculorũ pulchritudine gra-
tiora fiant, quæq́ in eis lectori appoſue-
rim. Vt aũt nũc à propheticis uerbis inci
Eſa.6. piã. Væ mihi nõ quidẽ ſicut prophetę, qa
tacui, ſed quia locutus ſum: qm̃ uir pollu
tus labijs ego ſum. Heu quot uana, quot
falſa, quot turpia per hoc ipſum ſpurciſſi
mũ os meũ euomuiſſe me recolo, in quo
nũc cœleſtia reuoluere uerba p̃ſumo. Ve
hementer timeo, ne iãiã audiã, ad me di-
Pſalm.49. ctũ, Quare tu enarras iuſtitias meas, &
aſſumis teſtamẽtũ meũ ꝑ os tuum? Vtinã
& mihi de ſupno altari non quidẽ carbo
unus, ſed ingens globus igneus afferat̃, q
uidelicet multã & inueteratã prurientis
oris mei rubiginem ad plenum excoque
re ſufficiat, quatenꝰ angeli ad uirginẽ, &
uirginis ad ipſum grata iuicem, ac caſta
colloquia dignꝰ habear meo qualicunq;
Luc.1. replicare ſermone. Ait.n.euãgeliſta. Et in
greſſus angelus ad eã, haud dubiũ qn ad
Mariã dixit, Aue gr̃a plena, dñs tecum.
Quò ingreſſus ad eã? Puto in ſecretariũ
pudici cubiculi, ubi illa fortaſſis clauſo ſu
per ſe oſtio orabat patrem in abſcõdito.
Solẽt angeli aſtare orãtib. et delectari in
his quos uidẽt leuare puras manꝰ in orõ-
ne, holocauſtũ ſãctę deuotionis gaudẽt
ſe offerre deo in odorẽ ſuauitatis. Mariæ
aũt orõnes quãtum placuerint in cõſpe-
ctu altiſſimi angelꝰ idicauit: q igreſſus ad
eã tã reuerẽter ſalutauit. Nec fuit difficile
angelo ꝑclauſũ oſtiũ penetrare ad abdi
ta uirginis, qui utiq; ex ſubtilitate ſubſtã
tię ſuę hoc habet ĩ natura, ut nec ſeris fer-
reis eius arceat̃ ingreſſus, quocunq; ſuus
eum impetus ferat. Angelicis.n.ſpiritib.
parietes non obſiſtunt, ſed cũcta illis uiſi
bilia cedunt, cuncta æque corpora quan
tũlibet ſolida uel ſpiſſa penetrabilia ſunt
eis, ac peruia. Suſpicãdum igit̃ non eſt ꝙ
apertum inuenerit angelus oſtiolum uir
ginis: cui nimirũ in propoſito erat hoĩum
fugere frequentias, uitare colloqa: ne uel
orantis ꝑturbaret̃ ſilentiũ, uel cõtinentis
caſtitas tẽtaret̃. Clauſerat itaq; ẽt illa ho
ra ſuum ſuper ſe habitaculum uirgo pru-
dentiſſima, ſed hoĩbus nõ angelis. Proin-
de & ſi ad eã potuit intrare angelus: ſed
nulli hoĩum facilis patebat acceſſus. In-
greſſus ergo angelꝰ ad eã dixit. Aue gr̃a Textus.
plena dñs tecum. Legimus in actib. apo Actu.6.
ſtolorum & Stephanum plenum gr̃a, &
apoſtolos fuiſſe repletos ſpiritu ſancto,
ſed longe diſſimil'r à Maria. Alioqn nec
ĩ illo habitauit plenitudo diuinitatis cor
poral'r quemadmodum in Maria: nec il
li cõceperunt de ſpiritu ſancto quõ Ma-
ria. Aue, inquit, gratia plena: dñs tecum.
Quid mirum ſi gratia plena erat, cũ qua
dñs erat? Sed hoc potius mirãdum, quõ
qui angelum miſerat ad uirginẽ: ab ange
lo inuentus eſt eſſe cum uirgine. Ita ne ue
locior angelo fuit deus, ut feſtinantẽ nun
ciũ celerior ipſe p̃ueniret ad terras? Nec
mirum. Nã cum eſſet rex in accubitu ſuo,
nardus uirginis dedit odorẽ ſuũ, & aſcen
dit in cõſpectu glorię eius fumus aroma-
tis: & inuenit gr̃am corã oculis dñi, cla-
mantibus q circunſtabãt. Quæ eſt iſta q̃ Cant.3.
aſcẽdit ꝑ deſertum ſicut uirgula fumi, ex Pſalm.18.
aromatibus myrrhę & thuris? Statimq;
rex egrediens de loco ſancto ſuo, Exulta
uit ut gigas ad currẽdã uiã. & licet à ſum
mo cœlo egreſſio eiꝰ, nimio tñ peruolãs
deſiderio p̃uenit ſuum nuncium ad uirgi-
nem, quã amauerat, quã ſibi elegerat, cu
ius decorẽ cõcupierat. Quẽ proſpiciẽs à
longe uenientẽ gratulãs & exultãs ait ec
cleſia. Ecce uenit iſ ſaliens in montib. trã Can.2.
ſiliens colles. Merito aũt concupiuit rex
decorẽ uirginis. Fecerat.n.quicqd longe
antea p̃monita fuerat à p̃re ſuo Dauid,
dicente ſibi: Audi filia, & uide & inclina Pſal.44.
aurem tuã, & obliuiſcere populũ tuũ &
domum p̃ris tui. Et ſi hoc feceris, cõcupi
ſcet rex decorẽ tuum. Audiuit qppe & ui
dit, nõ ut quidã qui audientes nõ audiũt,
& uidentes nõ intelligunt, ſed audiuit &
credidit, uidit et ĩtellexit. Et inclinauit au
rẽ ſuã ad obediẽtiã, & cor ſuũ ad diſcipli-
nã, & oblita eſt populum ſuũ et domum
patris ſui: quia nec populum ſuum auge-
re prolis ſucceſſione, nec domui p̃ris ſui
relinquere curauit hęredẽ, ſed quicqd ho

noris in populo, quicquid de paterna do
mo rerũ terrenarũ habere potuiſſet, oĩa
arbitrata eſt ut ſtercora ut Chriſtũ lucri
faceret. Nec fefellit eã ĩtẽtio, qñ & Xp̃m
ſibi filium uẽdicauit, nec propoſitũ pudi-
citiæ uiolauit. Bene igit̃ gratia plena: quę
& uirginitatis gratiã tenuit, & inſuꝑ fœ-
cunditatis gloriam acquiſiuit. Aue, inqt,
gratia plena, dñs tecum. Non dixit dñs
in te, ſed dñs tecum. Deus enim qui ubiq;
æqualiter totus eſt, per ſuam ſimplicem
ſubſtãtiã, aliter tñ in rationabilibus crea
turis, q̃ in ceteris, & ipſarũ, aliter in bonis
q̃ in malis eſt per efficaciã. Ita ſanè eſt in
irrationabilibus creaturis, ut tñ nõ capia
tur ab ipſis. A rationalibꝰ aũt oĩbus qdẽ
capi poteſt ꝑ cognitionẽ, ſed à bonis tm̃
capitur ẽt per amorem. In ſolis ergo bo-
nis ita eſt, ut ẽt ſit cum ipſis propter con-
cordiam uoluntatis. Nam dum ſuas uo-
luntates ita iuſtitiæ ſubdunt, ut Deũ non
dedeceat uelle quod ipſi uolunt, per hoc
quòd ab eius uoluntate non diſſentiunt,
Deũ ſibi ſpecialiter iungũt. Sed cũ ita ſit
cũ oĩbus ſanctis, ſpecialiter tñ cũ Maria,
cum qua utiq; tanta ei conſenſio fuit: ut il
lius nõ ſolum uoluntatẽ, ſed ẽt carnem ſi-
bi cõiungeret, ac ſi de ſua, uirginisq́; ſub-
ſtãtia unum Chriſtũ efficeret, uel potius
unus Chriſtus fieret: qui & ſi nec totus
de Deo nec totus de uirgine, totus tñ dei
& totꝰ uirginis eſſet, nec duo filij, ſed unꝰ
utriuſq; filiꝰ. Ait itaq;: Aue gratia plena,
dñs tecum. Nec tm̃ dñs filius tecum quẽ
carne tua induis: ſed & dñs ſpiritꝰ ſanctꝰ
de quo concipis, & dñs pater, q genuit,
quẽ cõcipis. Pater inquã tecum, q filium
ſuum facit & tuũ. Filius tecũ, qui ad con-
dendum in te mirabile ſacramentũ miro
modo & ſibi reſerat genitale ſecretũ, &
tibi ſeruat uirginale ſignaculum. Spiritus
ſanctus tecũ, qui cũ patre & filio tuũ ſan
ctificat uterũ. Dñs ergo tecũ. Benedicta
tu in mulieribus. Libet adiungere quòd
Eliſabeth, cuius hæc uerba ſunt, ꝓſecuta
ſubiunxit. Et benedictus fructus uentris
tui. Non qa tu benedicta, ideo benedictꝰ
fructus uentris tui, ſed qa ille te p̃uenit in
benedictionibus dulcedinis, ideo tu be-
nedicta. Verè etenim benedictus fructus
uentris tui in quo benedictæ ſunt oẽs gẽ-
tes: de cuius plenitudine tu quoq; acce-
piſti cum cæteris, & ſi differentius à cęte
ris. Ac propterea quidẽ benedicta tu, ſed
in mulieribus, ille uerò benedictus nõ in
hoĩbus, non inter angelos, ſed qui eſt, ut
ait Apoſtolus, ſuꝑ oĩa benedictus Deus
in ſecula. Dicit̃ benedictus uir, benedictꝰ Rom.9.
panis, benedicta mulier, benedicta terra,
uel ſi qd tale in creaturis benedictũ eſſe
memorat̃, ſed ſingulariter benedictꝰ fru-
ctus uentris tui, cũ ſit ſuꝑ oĩa benedictus
Deus in ſecula. Benedictus ergo fructus
uẽtris tui. Benedictꝰ in odore, benedictꝰ
in ſapore, benedictus in ſpecie. Huiꝰ odo
riferi fructꝰ fragãtiã ſentiebat q dicebat.
Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, Gene.27.
cui benedixit dñs. An nõ uere benedictꝰ
cui benedixit dñs? De ſapore huiꝰ fructꝰ
quidã ꝙ guſtauerat taliter eructabat di-
cẽs. Guſtate & uidete, qm̃ ſuauis eſt dñs.
Et alibi: Quã magna multitudo dulcedi- Pſal.33.
nis tuæ dñe, quã abſcõdiſti timẽtibus te. Pſal.30.
Et alius quidã: Si tñ, inquit, guſtatis qm̃ 2.Pe.2.
dulcis eſt dñs. Et ipſe fructꝰ de ſe, inuitãs
nos ad ſe, qui edit me, ait, adhuc eſuriet:
& q bibit me, adhuc ſitiet. Vtiq; ꝑpter
ſaporis dulcedinẽ hoc dicebat, qui ſemel
guſtatus magis excitat appetitũ. Bonus
fructus q aĩarum eſurientium & ſitientiũ
iuſtitiam, & eſca & potus eſt. Audiſti de
odore, audiſti de ſapore, audi & de ſpe-
cie. Si.n.fructꝰ ille mortis non ſolũ ſuauis
fuit ad ueſcẽdũ: ſed ẽt teſte ſcriptura dele
ctabilis aſpectu, q̃to magis huius uitalis Gene.3.
fructus uiuificũ decorẽ debemꝰ inqrere,
in quẽ, teſte alia ſcriptura, deſiderant etiã
angeli proſpicere? Cuius pulchritudinẽ ĩ 1.Petr.1.
ſpiritu uidebat, & in corꝑe uidere cupie- Pſal.49.
bat, q dicebat. Ex Siõ ſpẽs decoris eiꝰ. Et
ne mediocrẽ tibi uideat̃ cõmẽdaſſe deco
rẽ, recole quod in alio pſalmo legis. Spe- Pſal.44.
cioſus forma prę filijs hoĩum diffuſa ẽ gra
tia ĩ labijs tuis, ꝑpterea benedixit te Deꝰ
ĩ ęternũ. Bñdictꝰ ergo fructꝰ uẽtris tui, cui
benedixit Deus in ęternũ. Ex cuius bene-
dictiõe benedicta ẽt tu ĩ mulieribꝰ: qa nõ
põt mala arbor fructũ facere bonũ. Be-

Gene. 3. nedicta,in quã,tu in mulieribus,q̃ illã ge-
neralem maledictionẽ euaſiſti,qua dictũ
eſt.In triſtitia paries filios: & nihilomin⁹
illã,qua ſecutum eſt. Maledicta ſterilis ĩ
Iſrael,ac ſingularẽ conſecuta eſt benedi-
ctionẽ,ut nec ſterilis maneas, nec cũ do-
lore parturias.Dura neceſſitas: & graue
iugum ſup oẽs filias Euę.Et ſi pariunt cru
ciantᷣ,et ſi non pariunt maledicuntᷣ.Et do
lor ꝓhibet parere, & non parere maledi
ctio.Quid facies uirgo q̃ hæc audis, quæ
hæc legis?Si parturis,anguſtiaris, ſi ſteri
lis manes,malediceris.Quid eliges uirgo
prudẽs?Anguſtiæ,inq̃t,mihi ſunt undiq;:
Melius eſt tñ mihi maledictũ ĩcurrere &
caſtã manere, q̃ prius q̃dẽ concipere per
cõcupiſcentiã,qđ merito poſt cum dolo
re parturiã.Hinc etenim & ſi uideo male
dictum,ſed nõ pcm̃:illinc uero et pcm̃ ſi-
mul & cruciatũ.Deniq; hæc maledictio
q̃d aliud eſt,q̃ hoĩum exprobratio?Neq;
ob aliud ſanè dr̃ ſterilis maledicta,niſi ꝙ
opprobrio & contẽptui ſit habẽda tanq̃
inutilis & infructuoſa, & hoc ĩ Iſrael tm̃.
Mihi aũt pro minimo ẽ ꝙ hoĩbus diſpli-
ceo,dum me poſſim uirginem caſtã exhi
bere Xp̃o.O uirgo prudens, ô uirgo de-
uota,q̃s te docuit deo placere uirginita-
tẽ?Quæ lex,q̃ iuſtitia,q̃ pagina ueteris te
ſtamenti uel p̃cipit,uel conſulit, uel hor-
tatᷣ in carne nõ carnaliter uiuere:& in ter
Roma. 8. ris angelicã ducere uitã?Vbi legeras bea
Roma. 13. ta uirgo,ſapientia carnis mors eſt,et, Cu
Apoca. 14. ram carnis ne perfeceritis in deſiderio?
Matth. 19. Vbi legeras de uirginibus, q̃a cantant cã
2.Cor. 10. ticum nouũ quod nemo ali⁹ cãtare põt,
1.Cor. 7. & ſequuntᷣ agnum quocũq; ierit?Vbi le-
geras,laudatos eſſe q ſe caſtrauerunt pp
regnum cœlorũ?Vbi legeras, In carne.n.
ambulantes,non ſecundũ carnem milita
mus,& q matrimonio iungit uirginẽ ſuã
benefacit, & q non iungit melius facit?
Vbi ſup, a. Vbi audieras: Volo uos oẽs eſſe ſicut &
Ibidem. meipſum,&,bonũ eſt homini ſi ſic pme-
neat ſcđ'm meum cõſilium?De uirginib⁹
inq̃t,præceptũ non habeo,conſilium aũt
Vbi ſupra. do.Tu uerò nõ dicã præceptum, ſed nec
conſilium,nec exẽplum,niſi ꝙ unctio do
cebat te de oĩbus,ac ſermo Dei uiuus &
efficax ante tibi factus eſt magiſter q̃; fi-
lius,prius inſtruxerit mentem q̃ indueri
carnẽ.Xp̃o ergo deuoues te exhibere uir
ginem,& neſcis ꝙ ipſi exhiberi te opor-
tet ẽt matrem?Eligis in Iſrael eſſe contẽ-
ptibilis,& ut illi placeas cui te probaſti,
maledictum incurrere ſterilitatis:et ecce
maledictio benedictione cõmutatᷣ,ſteri-
litas fœcunditate recompenſatur. Aperi
uirgo ſinum, expande gremiũ, præpara
uterum:quia ecce factur⁹ eſt tibi magna
qui potens eſt: intantum ut pro maledi-
ctione Iſrael,beatam te dicant oẽs gene-
rationes.Nec ſuſpectam habeas prudẽs
uirgo fœcunditatem,quia nõ auferet in-
tegritatem.Concipies, ſed ſine peccato.
Grauida eris,ſed non grauata,paries,ſed
non cum triſtitia: neſcies uirũ, & gignes
filium.Qualẽ filium?Illius eris mater,cu-
ius deus eſt pater.Filius paternæ charita
tis erit corona tuæ caſtitatis,ſapiẽtia pa-
terni cordis erit fructus uteri uirginalis.
Deum deniq; paries, & de deo cõcipies.
Confortare ergo uirgo fœcunda, caſta
puerpera,mr̃ intacta,q̃a non eris in Iſrael
ultra maledicta,neq; inter ſteriles depu-
tata.Et ſi adhuc malediceris ab Iſrael ſe-
cundum carnẽ,non quia ſterilẽ uidẽt, ſed
quia fœcundã inuident: memento ꝙ &
Chriſtus maledictũ pertulit crucis, q te
ſuam matrem benedixit in cœlis, ſed & ĩ
terris ab angelo benedicta, & à cunctis
generationib⁹ terræ meritò beata p̃dica
ris.Bñdicta ergo tu in mulieribus, & be-
nedictus fructus uentris tui. Quæ cũ au- Textus.
diſſet turbata eſt in ſermone ei⁹, & cogi-
tabat qualis eſſet iſta ſalutatio.Solẽt uir-
gines q̃ uerè uirgines ſunt, ſemp pauidæ
& nunq̃ eſſe ſecurę,& ut caueãt timẽda,
etiã tuta pertimeſcere,ſcientes ſe in uaſis
fictilib⁹ theſaurũ portare p̃cioſum, & ni
mis arduũ eẽ uiuere ãgelice ĩter hoĩes, &
ĩ terris more cœleſtiũ cõuerſari,et ĩ carne
cœlibẽ agere uitã. Ac ꝓide q̃cq̃d nouum
q̃cq̃d ſubitũ fuerit ortũ,ſuſpectas hñt ĩſi-
dias,totũ cõtra ſe æſtimãt machinatum.
Idcirco et Maria turbata ẽ in ſermõe an-
geli.Turbata ẽ,ſed ñ ꝑturbata. Turbat⁹
ſũ,iq̃t,et nõ ſum locut⁹,ſed cogitaui dies Pſalm. 76.

antiquos, & annos ęternos in mente ha-
bui.Ita ergo & Maria turbata eſt & nõ
eſt locuta,ſed cogitabat qualis eſſet iſta
ſalutatio. Quòd turbata eſt, uerecundiæ
fuit uirginalis,ꝙ non ꝑturbata, fortitudi
nis,qđ tacuit & cogitauit,prudẽtię.Co-
gitabat aũt qualis eẽt iſta ſalutatio.Scie-
bat prudẽs uirgo ꝙ ſæpe angelus ſatanæ
trãsfigurat ſe in angelũ lucis, & q̃a nimi
rũ humilis & ſimplex erat,nihil tale peni
tus à ſancto angelo ſperabat,& ideo co-
gitabat qualis eſſet iſta ſalutatio. Tunc
angel⁹ intuit⁹ uirginẽ & uarias eam ſecũ
uoluere cogitationes facillime dep̃hen-
dẽs, pauidã conſolatᷣ: cõfirmat dubiam,
ac familiariter uocãs ex noĩe, benigne ne
timeat pſuadet.Ne timeas, inq̃t, Maria,
Textus. inueniſti gr̃am apud deũ. Nihil hic doli:
nihil hic fallaciæ eſt. Nullã circũuẽtionẽ,
nullas hic ſuſpiceris inſidias. Nõ ſum hõ
ſed ſpũs,& dei angelus non ſatanę. Ne ti
meas Maria,ĩueniſti gr̃am apud deum.
O ſi ſcires q̃tum tua humilitas altiſſimo
placeat:q̃ta te apud ip̃m ſublimitas ma-
neat,angelico te indignã nec alloq̃o iudi
cares nec obſeq̃o.Vt q̃d.n.ĩdebitã tibi di
xeris gr̃am angelorum, q̃ inueniſti gr̃am
apud deũ?Inueniſti quod q̃rebas, inueni
ſti qđ nemo ante te potuit inuenire, inue
niſti gr̃am apud deũ. Quã gr̃am? Dei &
hoĩum pacem,mortis deſtructionẽ, uitæ
reparationẽ.Hæc eſt ergo gr̃a, quã inue-
Textus. niſti apud deũ. Et hoc tibi ſignum. Ecce
cõcipies & paries filiũ, & uocabis nomẽ
eius Ieſum.Intellige prudens uirgo ex no
mine filij ꝓmiſſi q̃tã & q̃; ſpecialẽ gr̃am
inueneris apud deum.Et uocabis, ait, no
men eius Ieſum. Rõnẽ hui⁹ uocabuli ali⁹
euangeliſta ponit, angelo ſic interp̃tãtẽ.
Matth. 1. Ipſe.n.ſaluum faciet ppl'm ſuum à pecca
tis eorum. Duos Ieſus lego in typo hui⁹,
quẽ nunc in manibus habemus p̃ceſſiſſe,
ambos populis præfuiſſe. Quorum unus
ppl'm ſuum de Babylõe eduxit,alter ſuũ
ĩ terrã ꝓmiſſionis ĩtroduxit. Et illi quidẽ
illos, q̃bus præerant,ab hoſtib⁹ defende
bãt,ſed nunq̃d ſaluabãt à peccatis eorũ?
Is aũt nr̃ Ieſus et à peccatis ſaluat ppl'm
ſuũ, & introducit ĩ terrã uiuẽtium. Ipſe.n.
ſaluum faciet ppl'm ſuum à peccatis eo-
rum. Quis ẽ hic qui ẽt peccata dimittit?
utinã & me peccatorẽ dignetᷣ dñs Ieſus
annumerare ppl'o ſuo, ut ſaluũ me faciat
à peccatis meis.Verè.n.beatus ppl's,cui⁹
iſte Ieſus dñs deus eius,quia ipſe ſaluum
faciet ppl'm ſuum à peccatis eorum. Ve-
reor aũt ne multi ſe profiteantur eſſe de
ppl'o eius,quos tñ ipſe non habeat ꝓ po
pulo ſuo.Vereor ne pleriſq;, qui quaſi in Matth. 15.
ppl'o eius religioſiores eſſe uidentur, ipſe
aliq̃n dicat. Ppl's hic labijs me honorat,
cor autẽ eorum longe eſt à me. Nouit.n.
dñs Ieſus qui ſunt eius,nouit & quos ele
gerit à principio.Quid me uocatis ait do Luc. 6.
mine dñe,& non facitis quæ dico?Vis ſci
re an pertineas ad ppl'm eius, uel potius
uis eſſe de ppl'o eius?Fac quę dicit Ieſus,
& computabit te in ppl'o ſuo.Fac quę iu
bet in Euangelio dominus Ieſus, quæ iu-
bet in lege & prophetis, quæ iubet per
miniſtros ſuos qui ſunt in eccleſia, obtẽ-
pera eius uicarijs præpoſitis tuis,non tm̃
bonis & modeſtis, ſed ẽt diſcolis: & di-
ſce ab ipſo Ieſu,quia mitis eſt & humilis Matth. 11.
corde, & eris de beato populo eius quẽ
elegit in hæreditatẽ ſibi, eris de laudabi-
li populo eius quẽ dñs exercituum bene-
dixit dicens: Opus manuum mearum tu
es,hęreditas mea Iſrael, cui ne forte Iſra-
el carnalem æmuleris ẽt teſtimonium ꝑ-
hibet dicẽs.Populus quem non cognoui Pſalm. 17.
ſeruiuit mihi,in auditu auris obediuit mi
hi. Sed audiam⁹ quid idẽ angelus ſentiat
de illo,cui necdum concepto tale indidit
nomen.Ait nanq;:Hic erit magnus, & fi-
lius altiſſimi uocabitur. Bene magnus q Textus.
fili⁹ altiſſimi merebitur appellari. An nõ
magnus, cuius magnitudinis non eſt fi-
nis?Et quis magn⁹ ait, ſicut deus noſter?
Planè magnus qui tam magnus q̃; altiſſi Pſal. 144.
mus,q̃a & ipſe altiſſim⁹.Neq;.n.altiſſimi Pſal. 112.
filius rapinam arbitrabitur eſſe ſe ęqualẽ Philipp. 2.
altiſſimo.Ille merito arbitrãdus eſt cogi-
taſſe rapinã,q cũ de nihilo ĩ angelicã for-
mã fact⁹ fuiſſet, factori ſuo ſe comparãs
uſurpauit ſibi qđ filij altiſſimi ꝓpriũ eſt,
qui utiq; in forma Dei à Deo nõ fact⁹ ſed
genit⁹ ẽ.Altiſſim⁹.n. de⁹ pr̃ quãuis omni-

potens ſit,non potuit tñ uel ęqualem ſibi
condere creaturam uel inęqualē gignere
filiū.Fecit itaq; angelum magnū, ſed non
quātus ipſe: & ideo nec altiſſimum. Solū
aūt unigenitum quem nō fecit,ſed genuit
omnipotēs omnipotentē altiſſimus altiſ-
ſimum,æternus coæternum, ipſum ſibi ꝑ
oīa comparari, nec rapinam æſtimat nec
iniuriā.Rectè ergo hic erit magnus qui fi-
lius altiſſimi uocabiť.Sed quare hic erit
& nō potius eſt magnus, qui ſemꝑ æqua
liter magnus,non habet quo creſcat,nec
maior poſt cōceptū futur⁹ ſit, q̄ ante uel
ſit uel fuerit? An fortè propterea dixerit
erit,q̄a qui magnus Deus erat, magnus
homo futurus ſit?Bene ergo hic erit ma-
gnus.Magnus homo,magn⁹ doctor,ma
gnus propheta. Sic.n.diciť de eo in euan-
Lucæ.7. gelio. Quia propheta magnus ſurrexit in
nobis.Et à minori quodā ꝓpheta magn⁹
itidē propheta uenturus promittiť.Ecce,
īqt,ueniet ꝓpheta magn⁹, & ipſe renoua
bit Hieruſalē.Et tu q̄dē ô uirgo ꝑuulū pa-
ries,ꝑuulū nutries,ꝑuulū lactabis, ſed ui-
dēs paruū cogita magnū?Erit.n.magnus
q̄a magnificabit eū De⁹ ī cōſpectu regū,
adeo ut adorent eū oēs reges, oēs gentes
ſeruiāt ei.Magnificet ergo & aīa tua do-
Lucæ.1. minū q̄a hic erit magnus, et fili⁹ altiſſimi
uocabiť.Magnus erit & magna faciet ti
bi qui potens eſt, & ſanctum nomē eius.
Quod.n.ſanctius nomen, q̄ quòd filius al
tiſſimi uocabitur?Magnificetur & à no-
bis paruulis magn⁹ dñs, quos ut faceret
magnos,factus eſt paruulus.Paruul⁹ ait,
natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis.
Eſaiæ.9. Nobis inquā non ſibi,qui utiq; ante tꝑa
multo nobilius natus ex patre,naſci tem
poraliter nō indigebat ex matre. Nō an-
gelis quoq; qui cum magnum haberēt,
paruulum non requirebant. Nobis ergo
natus,nobis et datus, quia nobis neceſſa
rius.Iā de nobis nato & dato faciam⁹ ad
quod natus eſt & datus. Vtamur noſtro
in noſtrā utilitatem, de ſaluatore ſalutē
operemur.Ecce paruulus in medio ſtatui
tur.O paruul⁹,paruulis deſiderat⁹. O ue
rè paruulus,ſed malitia non ſapiētia.Stu-
deamus effici ſicut paruul⁹ iſte, diſcamus
ab ipſo quia mitis eſt & humilis corde:
ne magnus uidelicet Deus ſine cauſa fa-
ctus ſit homo paruus,ne gratis mortuus,
ne in uacuū crucifixus. Diſcamus eius hu
militatem,imitemur manſuetudinē, am-
plectamur dilectionem, cōmunicemus
paſſionibus,lauemur in ſanguine eius,ip-
ſum offeramus propitiationem pro pec-
catis noſtris:q̄m ad hoc ipſe natus & da
tus eſt nobis. Ipſum oculis patris, ipſum Romæ 8.
offeramus & ſuis, quia & pater proprio
filio ſuo non pepcit, ſed pro nobis tra-
didit illum, & ipſe filius ſemetipſum exi-
naniuit formam ſerui accipiēs:ipſe tradi-
dit in mortem aīam ſuam, & cum ſcele-
ratis reputatus eſt, & ipſe peccata mul-
torum tulit, & pro trāſgreſſoribus roga- Lucæ.23.
uit ut non perirent:Non poſſunt perire ꝓ
quibus filius rogat ne pereant, pro q̄bus
pater tradidit filium in mortem ut uiuāt.
Aequaliter ergo ab utroq; ſperanda eſt
uenia,quibus æqualis eſt in pietate miſe
ricordia,par in uoluntate potētia, una in
deitate ſubſtātia,in qua unus cum eis ſpi
ritus ſanctus uiuit & regnat Deus ꝑ om-
nia ſecula ſeculorum,Amen.

Homilia quarta. Vnde ſupra.

N On eſt dubium quicquid in lau-
dibus matris proferimus ad filiū Prouer.10
pertinere, & rurſum cum filiū ho
noramus, à gloria matris nō recedimus.
Nam ſi iuxta Salomonem Filius ſapiens
gloria eſt patris, quāto magis glorioſum
eſt matrem ipſius effici ſapientię?Sed q̄d
ego tēto in eius laudibus quam laudabi-
lem prædicant prophetæ,perhibet ange
lus,narrat euangeliſta?Non ergo laudo,
quia non audeo:ſed tātum replico deuo-
tus quod iam explicauit per os euangeli
ſtæ ſpiritus ſanctus. Sequitur nanque &
ait. Et dabit illi dominus Deus ſedē Da- Textus.
uid patris ſui.Verba ſunt angeli ad uirgi-
nem de promiſſo filio,promittētis quòd
debeat poſſidere regnum Dauid. Quòd
de ſtirpe Dauid duxerit originem dñs Ie
ſus,nemo dubitat.Quęro aūt quomodo
dederit ei Deus ſedem Dauid patris ſui,
cùm ipſe in Hieruſalem non regnauerit,
q̄nimo turbis eū uolētib⁹ cōſtituere regē
non

nō acquieuerit,ſed & ante faciem Pilati
Ioan.8. proteſtatus ſit: Regnum meū non eſt de
Eſa.6. hoc mūdo.Deniq; quid magnum ꝓmit-
titur ei qui ſedet ſuꝑ Cherubim, quē pro
pheta uidit ſedentē ſuꝑ ſolium excelſum
& eleuatum, ſedere in throno Dauid pa
tris ſui?Sed nouimus quandā aliā Hieru-
ſalē ab ea q̄ nunc eſt in qua regnauit Da
uid ſignificatā multo iſta nobiliorē,mul-
to ditiorē.Hāc igiť puto hic fuiſſe ſignifi-
catā,illo uidelicet uſu loquēdi, quo ſæpe
reperis in ſcripturis ſignificās poni pro ſi
Luc.1. gnificato. Tunc ſanè dedit illi deus ſedē
Dauid p̄ris ſui, q̄n conſtitutus eſt rex ab
eo ſuper Sion mōtem ſanctum eius. Sed
hic ꝓpheta de quo regno dixerat, exp̄ſ-
ſius aperuiſſe uideť,in eo ꝙ nō in Siō po-
ſuit,ſed ſuꝑ Sion. Nā ideo fortaſſis dictū
eſt ſuꝑ, quia in Sion quidē regnauit Da-
uid, ſuper Sion uerò regnum eſt illius de
quo dictum eſt ad Dauid, De fructu uen
Pſal.131. tris tui ponā ſuper ſedem tuā, de quo &
dictum eſt per alium prophetā, Super ſo
lium Dauid & ſuꝑ regnum eius ſedebit.
Eſa.9. Vides q̄a ubiq; reperis ſuꝑ: Suꝑ Sion, ſuꝑ
ſedem, ſuper ſolium, ſuper regnum? Da-
bit ergo ei dñs deus ſedē Dauid p̄ris ſui,
nō typicam ſed ueram, nō temporalem
ſed æternā, nō terrenā ſed cœleſtē. Quæ
idcirco (ut iam dictum eſt) memorať fuiſ
ſe Dauid: q̄a hęc in qua temporal'r ſedit,
Textus. ęternę illius gerebat imaginem. Et regna
bit in domo Iacob in ęternū, & regni ei⁹
nō erit finis. Hic quoq; ſi domum Iacob
tꝑalem accipim⁹, q̄uo in illa q̄ ęterna nō
eſt, ī ęternū regnatur⁹ eſt? Quęrēda eſt er
go dom⁹ ęterna Iacob qua regnet ī ęter
num, cuius regni nō erit finis. An nō deni
que domus illa Iacob exaſperans impie
abnegauit eū, & inſipienter reſpuit ante
faciem Pilati: q̄n illo perhibente, regem
ueſtrum crucifigā? uno ore reſpōdendo
Ioan.19. clamauit: Nō habemus regem niſi Cæſa
rem? Require itaq; apoſtolum, & diſcer
Rom.2. net tibi eū qui in occulto Iudæus eſt, ab
illo qui in manifeſto, et q̄ in ſpiritu eſt cir
cunciſionem, ab ea q̄ fit in carne, & ſpiri
tualē Iſrael à carnali: & filios fidei Abra
Colo.2. hę à filijs carnis. Nō.n. inquit oēs qui erāt
ex Iſrael hi ſunt Iſraelitæ, neq; qui ſemen Rom.9.
ſunt Abrahę hi filij. Sequere ergo & dic:
Simil'r nō oēs qui ex Iacob, hi reputandi
ſunt in domo Iacob, Iacob q̄ppe ipſe eſt
qui Iſrael. Solos igiť qui in fide Iacob ꝑfe
cti inueniēdi ſunt, reputa ī domo Iacob,
uel potius ipſos noueris fore ſpiritualem
& æternā domū Iacob, in qua regnabit
dñs Ieſus in æternū. Quis ex nobis eſt q̄
iuxta interpretationē noīs Iacob, ſupplā
tet diabolū de corde ſuo luctet̄ cū uitijs
& cōcupiſcētijs ſuis: ut nō regnet pecca-
tum ī ſuo mortali corpore, ſed regnet in
eo Ieſus, & nunc quidē ꝑ gr̄am, & in ęter
nū per gloriā? Beati in quib⁹ Ieſus regna
bit in ęternum, quia & ipſi cum eo regna
bunt, & regni eius nō erit finis. O q̄ glo-
rioſum eſt regnum illud in quo reges cō
gregati ſunt, cōuenerunt in unum, ad lau
dandum.ſ. & glorificādum eum, qui ſuꝑ
oēs eſt rex regum, & dñs dominantium.
De cuius ſplendidiſſima cōtemplatione Matth.13.
fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno patris eo
rū. O ſi & mei peccatoris meminerit Ie-
ſus in beneplacito populi ſui, cum uene-
rit in regnum ſuum. O ſi me in illa die, q̄n
traditurus eſt regnū deo et patri, uiſitare
dignabiť in ſalutari ſuo, ad uidēdum.ſ. in
bonitate electorū ſuorū, ad lętādum in lę
titia gentis ſuæ, ut laudeť ēt à me cū hęre
ditate ſua. Veni iterim dñe Ieſu, aufer ſcā
dala de regno tuo q̄d' eſt aīa mea, ut re-
gnes tu (qui debes) in ea. Venit.n. auari-
tia & uēdicat in me ſibi ſedē, iactātia cu-
pit dñari mihi, ſuꝑbia uult mihi eſſe rex,
luxuria dicit ego regnabo, ambitio, de-
tractio, īuidia et iracūdia certāt ī meipſo
de meipſo, cui⁹ ego potiſſimū eē uidear.
Ego aūt quātū ualeo reſiſto, renitor quā
tū iuuor, dñm meū Ieſū reclamo, ipſi me
defēdo, q̄a ipſi⁹ me iuris agnoſco. Ipſum
mihi deū, ipſū mihi dñm teneo & dico,
nō habeo regē niſi dñm Ieſum. Veni ergo
dñe diſperge illos in uirtute tua et regna
bis in me, q̄a tu es ipſe rex meus & deus
meus, q̄ mandas ſalutes Iacob. Dixit aūt Textus.
Maria ad angelū. Q̄uo fiet iſtud, q̄m ui-
rū nō cognoſco? Primo q̄dē prudēter ta-
cuit, cū adhuc dubia cogitabat, qualis eſſ

ſet iſta ſalutatio,malẽs nimirũ humil'r nõ
rñdere,q̃ȝ temere loq qđ' neſciret.Iã uero
cõſortata & bene p̃meditata, angelo q-
dem foris loquẽte, ſed deo intus pſuadẽ-
te:erat.n.dñs cũ illa dicente angelo Dñs
tecum,ita ergo cõfirmata fide.ſ.depellẽ-
te timorẽ, lętitia uerecundiã, dixit ad an-
gelum.Qũo fiet iſtud,qm̃ uirũ nõ cogno
ſco?Nõ dubitat de facto, ſed modum re
quirit & ordinẽ. Nec.n.q̃rit an fiet iſtud,
ſed qũo.Quaſi dicat.Cum ſciat dñs me⁹
teſtis cõſcientiæ meę uotum eſſe ancillæ
ſuæ nõ cognoſcere uirum , qua lege,quo
ordine placebit ei ut fiat iſtud ? ſi opor-
tuerit me frãgere uotum ut pariã talem
filium,& gaudeo de filio,et doleo de p-
poſito.Fiat tñ uoluntas eius. Sin uerò uir
go concipiã, uirgo & pariã,quod utiq; ſi
placuerit ei impoſſibile nõ erit,tunc ſcio
uere,quia reſpexit humilitatẽ ancillę ſuę.
Textus. Qũo ergo fiet iſtud qm̃ uirum nõ cogno
ſco?Et reſpõdens angelus dixit ei . Spiri-
tus ſanctus ſupueniet in te,et uirtus altiſ-
ſimi obumbrabit tibi.Superius dicta eſt
fuiſſe gr̃a plena,& nunc qũo dicit,Spiri-
tus ſanctus ſupueniet in te,et uirtus altiſ-
ſimi obumbrabit tibi? Nũquid potuit re
Nota pulcra questionē. pleri gr̃a et necdum hr̃e ſpiritum ſanctũ,
cum ipſe ſit dator gr̃arum?Si aũt iã ſpiri-
tus ſanctus in ea erat,qũo adhuc tãq; no
uiter ſuperuenturus repromittit?An for-
tè ideo nõ dixit ſimpl'r,ueniet ĩ te,ſed ad-
didit ſup, quia & prius quidẽ in ea fuit p
multã gratiã , ſed nũc ſupuenire nunciat,
pp abundantioris gr̃ę plenitudinem quã
effuſurus eſt ſup illã ? At uerò cum plena
iã ſit, illud amplius qũo capere poterit?
Si aũt plus aliqd capere põt,qũo et ante
plena fuiſſe intelligenda eſt? An prior q-
dem gr̃a eius tm̃ repleuerat mentem,ſe-
quens uerò etiã uentrẽ pfundere debeat,
quatenus.ſ.plenitudo diuinitatis q̃ ante
in illa, ſicut & in multis ſctõrum ſpiritua
liter habitabat , etiã ſicut in nullo ſctõrũ
corporal'r ĩ ipſa habitare ĩcipiat ?At ita-
que.Spũs ſanctus ſupueniet in te, & uir-
tus altiſſimi obũbrabit tibi . Quid eſt:&
uirt⁹ altiſſimi obũbrabit tibi?Qui põt ca
per capiat. Quis.n.excepta fortaſſis illa,
q̃ hoc ſola in ſe fœliciſſime meruit experi
ri,intellectu cape, rõne diſcernere poſſit,
qual'r ſplẽdor ille inacceſſibilis uirgineis
ſeſe uiſcerib.infuderit,& ut illa inacceſſi-
bilẽ accedere ad ſe ferre potuiſſet,de por
tiũcula eiuſdẽ corpis cui ſe animatẽ cõtẽ
perauit,reliquę maſſę umbraculum fece
rit?Et fortaſſe pp hoc maxime dictũ eſt:
Obũbrabit tibi, qa res nimirum in ſacro
erat, & qđ' ſola p ſe trinitas in ſola & cũ
ſola uirgine uoluit opari, ſoli datũ ẽ noſ-
ſe,cui ſoli datũ eſt expiri.Dicat ergo. Spi
ritus ſanctus ſupueniet ĩ te, q utiq; ſua po
tentia fœcũdabit te.Et uirt⁹ altiſſimi obũ
brabit tibi,hoc eſt illũ modũ quo de ſpũ
ſancto cõcipies dei uirtus, & dei ſapien-
tia Xp̃s,ſic ĩ ſuo ſecretiſſimo cõſilio obũ
brãdo cõteget et occultabit,quatenus ſi
bi tm̃ notus habeat & tibi. Ac ſi angelus
rñdeat ad uirginẽ. Quid à me reqris, qđ'
in te mox experieris? Sciẽs ſcies & fœlici
ter ſcies,ſed illo doctore quo et auctore.
Ego aũt miſſus ſum nũciare uirginalẽ cõ
ceptũ,nõ creare.Nec põt doceri,niſi à do
nãte:nec poteſt addiſci niſi à ſuſcipiente.
Ideoq; & qđ' naſcet ex te ſanctũ,uocabi Textus.
tur filius dei.Quod eſt dicere,Qm̃ nõ eſt
de hoĩe ſed de ſpiritu ſãcto qđ' cõcipies,
cõcipies aũt altiſſimi uirtutẽ,hoc eſt filiũ
dei:ideoq; & qđ' naſcet ex te ſanctũ,uo-
cabit fili⁹ dei , id eſt nõ ſolum qui de ſinu
pr̃is in uterum tuum ueniẽs obũbrabit ti
bi , ſed ẽt id qđ' de tua ſubſtãtia ſociabit
ſibi,ex hoc iam uocabit filius dei, quẽad
modum & is qui à pr̃e eſt ante ſecula ge
nitus,tuus quoq; amodo reputabit fili⁹.
Sic aũt & qđ' natum eſt ex ipſo pr̃e erit
tuus,& qđ' naſcet ex te erit ei⁹:ut tñ non
ſint duo filij ſed unus. Et licet aliud quidẽ
ex te,aliud ex illo ſit , iã nõ tñ cuiuſq; ſu⁹,
ſed un⁹ utriuſq; erit fili⁹.Ideoq; & qđ' na
ſcetur ex te ſanctum uocabitur filius dei.
Attende quæſo quàm reuerenter dixerit
quod naſcetur ex te ſanctum. Vt quid.n.
ita ſimpliciter ſanctum, & abſque addi-
tamento?Credo quia nõ habuit quid p-
prie,dignéue noĩaret illud eximium, illđ'
magnificũ, illud reuerendũ quod de pu-
riſſima uidelicet uirginis carne cum ſua

aĩa unico patris erat uniẽdum . Si diceret
ſancta caro uel ſanctus hõ, uel ſãctus in-
fans, quicqd tale poneret parum ſibi di-
xiſſe uideretur. Poſuit ergo indefinite ſan
ctũ,qa quicqd illud ſit qđ' uirgo genuit,
ſanctum proculdubio ac ſingul'r ſanctũ
fuit,& p ſpiritus ſanctificationẽ, & p uer
bi aſſumptionem. Et adiecit angelus . Et
Textus. ecce Eliſabeth cognata tua,& ipſa cõce
pit filiũ ĩ ſenectute ſua .Quid fuit neceſſe
ẽt huius ſterilis, uirgini nũciare cõceptũ?
Nunquid fortè dubiã adhuc et incredulã
oraculo,recẽtiori uoluit cõfirmare mira-
culo?Abſit.Legimus & Zacharię incre-
dulitatem ab hoc ipſo angelo fuiſſe caſti
gatã:Mariã aũt in aliquo reprehẽſam nõ
legimus,quin potius fidẽ ipſi⁹ Eliſabeth
pphetãte laudatã agnouimus.Beata es,
inquit,q̃ credidiſti , qm̃ perficient in te q̃
dicta ſunt tibi à dño.Sed ideo ſterilis co-
gnatę conceptus uirgini nunciat, ut dum
miraculum miraculo addit, gaudiũ gau-
dio cumulet.Porro neceſſe erat nõ modi
co lætitię & amoris p̃ueniente inflãmari
incendio, q̃ filium paternę dilectionis cũ
gaudio ſpũs ſancti mox fuerat cõceptu-
ra.Neq;.n.niſi in deuotiſſimo corde atq;
hilariſſimo,tãta ſe capere poterat dulce-
dinis & alacritatis affluẽtia.Vel ideo cõ-
ceptus Eliſabeth nunciat Marię,quia p-
fecto decebat ut uerbũ mox diuulgandũ
ubiq;,prius ſciret uirgo p angelum, q̃ȝ au
diret ab hoĩe:ne mater uidelicet dei à cõ
ſilijs filij uideret amota,ſi eorum q̃ in ter-
ris tã prope gererent remanſiſſet ignara.
Vel ideo potius cõceptus Eliſabeth Ma
riæ nũciatus eſt, ut dũ nũc ſaluatoris nũc
p̃curſoris edocet aduẽtũ,rerũ tp̃s & ordi
nem tenẽs ipſa melius poſtmodum ſcri-
ptorib⁹ ac prędicatoribus euangelij reſe
ret ueritatẽ, q̃ & plenè de omnib.à prin-
cipio cœlitus fuerit inſtructa myſterijs.
Vel ideo adhuc nunciat Marię cõceptus
Eliſabeth , ut audiens cognatã uetulã &
grauidã cogitet iuuencula de obſequio,
ſicq; illa pperante ad uiſitãdum paruulo
pphetę locus & occaſio det,quo mino-
ri adhuc dño ſui officij ualeat exhibere
primitias: & dum ad ſeinuicem occurrit
matrum infantumq; ab alterutro excita
ta deuotio, mirabili⁹ fiat miraculũ de mi
raculo. Vide aũt ne hęc tam magnifica q̃
ab angelo audis p̃nunciata, ab ipſo ſpe-
res pficiẽda.A quo ergo ſi q̃ris,ipſum au-
di angelũ.Quia nõ erit, inqt, impoſſibile Textus.
apud deũ oẽ uerbum,tãq; diceret,Hęc q̃
ego tã fidel'r pmitto nõ de mea , ſed illi⁹
qui me miſit uirtute p̃ſumo:qa nõ erit im
poſſibile apud eum oẽ uerbum. Quale.n.
illi uerbum impoſſibile poterit eſſe , qui
oĩa fecit ĩ uerbo? Mouet me et hoc in uer
bis angelicis,q ſignãter nõ ait , quia non
erit impoſſibile apud deum oẽ factũ,ſed
omne uerbum. An idcirco poſuit uerbũ,
quia q̃ȝ facile poſſunt hoĩes loqui quod
uolunt, ẽt qđ' nullatenus facere poſſunt,
tã facile ĩmo incõparabil'r facilius ualet
deus ope implere quicqd illi uerbo ualẽt
exprimere?Dicã apertius.Si hoĩbus tam
facile eſſet facere q̃ȝ dicere quod uolunt:
& ipſis quoq; nõ eſſet impoſſibile omne
uerbum. Nunc autem qm̃ uulgaris & ue
rus ſermo eſt,multum intereſſe inter loq
& facere,ſed apud hoĩes,non apud deũ,
ſoli deo quia idẽ eſt facere quod loqui,
idem loqui quod uelle:merito nõ erit im
poſſibile apud deũ oẽ uerbũ . Verbi gr̃a.
Potuerunt p̃uidere & p̃dicere prophetæ
uirginem uel ſterilem cõcepturã ac pari-
turã,ſed nunquid facere,ut cõciperent et
parerent?Deus autem qui dedit eis poſ-
ſe p̃uidere, q̃ȝ facile potuit tunc quod uo
luit per illos p̃dicere, tã facile potuit nũc
qñ uoluit p ſeipſum qđ' promiſit imple-
re. Siquidem apud deũ nec uerbum diſſi
det ab intentione,quia ueritas eſt:nec fa
ctum à uerbo:quia uirtus eſt.nec modus
à facto , quia ſapiẽtia eſt.ac p hoc nõ erit
impoſſibile apud deũ oẽ uerbum . Audi-
ſti uirgo factum,audiſti & modũ,utrũq;
mirum,utrũq; iucundum.Iucundare filia
Sion, & exulta ſatis filia Hieruſalem. Et
qm̃ auditui tuo datum eſt gaudiũ & læti Zach. 9.
tia:audiam⁹ & nos à te rñſum lętitię qđ'
deſideramus,ut iam exultent oſſa humi-
liata.Audiſti,inquam, factum & credidi
ſti,crede & de modo quod audiſti . Au-
diſti quia cõcipies & paries filiũ, audiſti

ꝙ nõ per hoīem, ſed per ſpiritum ſanctū:
expectat angelus reſpõſum, tp̄s eſt.n.ut
reuertaī ad deum qui miſit illum. Expe-
ctamꝰ et nos ô dña uerbum miſeratiõis,
quos miſerabilr̄ p̄mit ſentētia damnatio
nis. Et ecce offerī tibi p̄cium ſalutis nr̄æ,
ſtatim liberabimur ſi cõſentis. In ſempi-
terno dei uerbo facti ſumus oēs & ecce
morimur, ī tuo breui reſpõſo ſumꝰ reficiē
di, ut ad uitā reuocemur. Hoc ſupplicat à
te ô pia uirgo flebilis Adā cum miſera ſo
bole ſua exul de paradiſo, hoc Abrahā:
hoc Dauid. Hoc cęteri flagitāt ſancti pa
tres, patres.ſ.tui, q et ipſi habitāt in regio
ne umbrę mortis. Hoc totus mūdus tuis
genibus ꝓuolutus expectat. Nec īmeri-
to, qñ ex ore tuo pēdet cõſolatio miſero
rum, redēptio captiuorū, liberatio dāna-
torū: ſalus deniq; uniuerſorum filiorum
Adā totius gn̄is tui. Da uirgo reſpõſum
feſtinātet. O dña reſpõde uerbū qđ ter-
ra, qđ inferi, quod expectāt & ſuperi. Ip
ſe quoq; oīum rex, & dn̄s, quātum cõcu
piuit decorē tuū, tātū deſiderat et reſpõ-
ſionis aſſenſum: in quā nimirū propoſuit
ſaluare mūdum. Et cui placuiſti in ſilen-
tio, iā magis placebis ex uerbo: cū ipſe ti
bi clamet è cœlo. O pulchra inter mulie-
res, fac me audire uocē tuā. Si ergo tu eū
facias audire uocē tuā, ipſe te faciet uide
re ſalutē noſtrā. Nūqd nõ hoc eſt qđ q̄re
bas, qđ gemebas, qđ dieb. & noctibus
orando ſuſpirabas? Quid igiī? Tu es cui
hoc ꝓmiſſū eſt, an aliā expectamus? Imò
tu ipſa, nõ alia. Tu inquā illa ꝓmiſſa, illa
expectata, illa deſiderata, ex qua ſanctꝰ
pater tuus Iacob iā morti appropinquās
Gene. 49. uitā ſperabat ęternā, cum dicebat. Expe-
ctabo ſalutare tuū dn̄e, in qua deniq; &
uote uſq; mõ ieiunauimus, utique ſancto
hoc tp̃e ieiunandũ nobis eſt multo deuo
tius. Si qd.n. addit̃ ad ſolitũ abſtinentiæ
modũ, nunquid non ualde indignum eſt
ut nobis oneroſum ſit quod eccleſia por-
tat uniuerſa nobiſcum? Hactenus uſq; ad

nonã ieiunauimus ſoli, nũc uſq; ad ueſpe-
ram ieiunabũt nobiſcum pariter uniuerſi
reges & principes, clerus & populus, no
biles et ignobiles, ſimul in unum diues et
paup. Hæc idcircò dixerim fratres, ne qs
fortè turbetur à puſillanimitate ſpiritus,
et ieiunium præſens quis minori deuotio
ne ſuſcipiat, dum ſe fortaſſis meminerit
prioris quoq; ieiunij põdus ſatis difficile
toleraſſe. Hoc.n. quãtum poteſt laborat
aduerſarius noſter, ut holocauſtũ nr̃um
deuotiõis pinguedine uacuet̃, ut ẽt min⁹
acceptũ ſit deo, & conſcientia noſtra in
ſpũali gaudio minus exhilaretur: ſicq; de
puſillanimitate tolerantiæ ẽt conſcientiæ
puſillanimitas generet̃. Cui⁹ aſtutias nõ
ignorãtes, tota obſecro aduerſus eum ſo
licitudine uigilemus, & quia hilarem da-
torem diligit deus, & ipſa quoq; cõſcien
tia noſtra ampliori exinde fiducia ſuble-
uat̃: ut deuotiora ſint nr̃a ieiunia, ſolicite
nobis totius eccleſię ꝓponamus exẽpla.
Sed quid de his loquor quos habemus ĩ
hac ieiunij obſeruatione conſortes, quaſi
nõ multo excellentiores habeamus in ea
duces imo & cõſecratores? Quãta deuo
tione ſuſcipiẽdum eſt nobis qd̃ à ſancto
Moyſe tanq̃ hęreditario iure tradit̃, cui
ſpãli præ cæteris ꝓphetis p̃rogatiua facie
ad faciẽ dñs loquebat̃? Quanto feruore
amplectendũ eſt, quod Helias ille cõmẽ
dat, igneo curru raptus in cœlũ? Ecce.n. q̃
multa milia à diebus illis generalis cõdi-
tio mortis inuaſit. Helias tñ uſque adhuc
cõſeruante dño manus eius euaſit. Iã ue-
rò ſi cõmendant ieiuniũ pręſens Moyſes
et Helias, q̃uis magni tñ conſerui noſtri,
q̃tum cõmendat illud Ieſus dñs noſter,
qui & ipſe dieb⁹ totidẽ ieiunauit? Qualis
ille eſt, nõ dicam monachus ſed chriſtia-
nus, qui minus deuote ieiuniũ ſuſcipit qd̃
ei tradit ipſe Chr̃s? Deniq; tanto deuoti⁹
imitandũ nobis eſt dilectiſſimi Chr̃i ieiu
nantis exẽplum, quãto certius eſt pp nos
eum ieiunaſſe, non pp ſeipſum. Ieiunemus
ergo chariſſimi & deuote ieiunemus ſan
cto hoc quadrageſimæ tp̃e: ita ſanè ut no
uerimus quadrageſimam nr̃am nõ ſolos
quadraginta dies habere. Continuãda.n.
nobis eſt quadrageſima cunctis diebus
miſeræ huius uitæ, dũ per auxilium gr̃æ
(quæ in quatuor euangelijs cõmẽdatur)
neceſſe eſt nos decalogũ legis implere.
Errãt planè qui pauciſſimos dies iſtos ad
pœnitentiã ſufficere credũt, cum certum
ſit totũ uitæ huius tp̃s non niſi ad pœnitẽ
tiam inſtitutũ. Quęrite dñm, ait ꝓpheta, Eſa. 55.
nõ ſolũ quadraginta diebus, ſed dũ inue
niri põt: inuocate eum dũ ꝓpe eſt. Neq;.n.
tunc erit inuocandi tp̃s, qñ nemini ꝓxi-
mus erit deus, ſed alijs quidem præſens,
alijs uerò nimis ualde remot⁹. Interim ſa-
nè ex eo quod proximus dicit̃ manifeſtũ
eſt quod nondum habetur, ſed tñ haberi
et inueniri facile põt. Quis tibi uidetur ꝓ- Luc. 10.
ximus fuiſſe illi q incidit in latrões? Vtiq;
qui fecit cũ eo miſericordiam. Ergo quia
toto hoc tp̃e miſericordiæ proximus eſt:
quærite dñm chariſſimi dum ĩueniri põt,
inuocate eum dũ propè eſt. Veruntamen
pręſenti quadrageſima maiore nobis eſt
feruore quærendus, quę non ſolum pars,
ſed & ſacr̃m eſt totius tp̃is huius. Propte
rea ſi forte diebus cęteris ſtudia ueſtra ali
quatenus intepuerant, dignum eſt ut nũc
in feruore ſpiritus recaleſcãt. Quòd ſi gu-
la ſola peccauit, ſola quoq; ieiunet, & ſuf
ficit. Si uerò peccauerunt & membra cę-
tera, cur non ieiunẽt & ipſa? Ieiunet ergo
oculus qui deprædatus eſt animam, ieiu
net auris, ieiunet lingua, ieiunet manus, ie
iunet ẽt aĩa ipſa. Ieiunet oculus à curioſis
aſpectibus & omni petulãtia, ut bene hu
miliatus coerceatur in pœnitentia, q ma-
le liber uagabatur in culpa. Ieiunet auris
neq̃ter pruriens à fabulis & rumoribus,
& q̃cũq; ocioſa ſunt & ad ſalutẽ minime
ptinentia. Ieiunet lingua à detractione et
murmuratione, ab inutilibus uanis atq;
ſcurrilibus uerbis: interdũ quoq; ob gra-
uitatẽ ſilẽtij & ab ipſis q̃ uideri poterant
neceſſaria. Ieiunet man⁹ ab ocioſis ſignis
& ab opibus oĩbus quæcunq; non ſunt ĩ-
perata. Sed & multo magis aĩa ipſa ieiu-
net à uitijs & ꝓpria uolũtate ſua. Etenim
ſine ieiunio hoc cætera à dño reprobant̃, Eſa. 55.
ſicut ſcriptũ eſt: qa in diebus ieiuniorum
ueſtrorum uoluntates ur̃æ inueniunt̃.

Item de oratione & ieiunio. *Sermo.* IIII.
Vnde ſupra.

QVia ieiunij quadrageſimalis tp̄s
aduenit, quod tota deuotione ſu
ſcipere moneo charitatē ur̄am:
dignum reor aliquatenus exponere quo
fructu & quemadmodū oporteat ieiuna
re. Primū quidē fratres pro eo quod ab
ipſis quoq; licitis abſtinemus, ea nobis q̄
prius cōmiſimus illicita cōdonant̄. Quid
uero ē cōdonari cōmiſſa, niſi ieiunio bre-
Luce. 16. ui ieiunia redimi ſempiterna? Gehennā.n.
meruimus, ubi nullus unq̄; cib⁹ eſt, conſo
latio nulla, termin⁹ null⁹: ubi guttā aquę
diues poſtulat & accipere non meretur.
Bonū ergo & ſalutare ieiunium, quo re-
dimuntur ęterna ſupplicia, dū remittun-
tur hoc modo peccata. Nō ſolū aūt abo-
litio ē peccatorū, ſed extirpatio uitiorū.
non ſolū obtinet ueniā, ſed & promeret̄
gratiam: non ſolū delet peccata præteri-
ta quæ cōmiſimus, ſed & repellit futura
quę cōmittere poteramus. Dicam unum
adhuc quod facile capiatis, ſępi⁹, niſi fal-
lor, experti. Ieiuniū orationi deuotionem
& fiduciam donat. Et uide quēadmodū
ſibijnuicem ieiunium & oratio ſocientur
(ſicut ſcriptū eſt, Frater adiuuās fratrem
Eccli. 35. ambo conſolabuntur.) Oratio uirtutē im
petrat ieiunandi, & ieiuniū gratiam pro-
meretur orandi. Ieiunium orationem ro-
borat, oratio ſanctificat ieiuniū & domi
no repręſentat. Quid.n. ieiuniū nobis ꝓde
rit, ſi relinquat̄ in terra? quod abſit. Suble
uet̄ ergo ieiuniū pēna quadam orationis.
Verū huic ne fortè minus ſufficiat, alterā
quoq; neceſſe eſt ſociari. Oratio iuſti, ait
Eccli. 35. ſcriptura, penetrat cœlos. Sint ergo ieiu-
nio nr̄o, ut facilè cœlos penetret alę duę:
orationis. ſ. atq; iuſtitiæ. Iuſtitia uerò quę
eſt, niſi quæ cuiq; reddit quod ſuum eſt?
Noli ergo quaſi ſolū attendere deū. debi
tor.n. es ēt prælatis, ēt fratribus tuis: nec
uult deus ut paruipendas, quos ipſe mini
2. Cor. 9. mè paruipēdit. Neq;.n. ſine cauſa, ait apo
ſtolus. Prouidentes bona non tm̄ coràm
deo, ſed ēt coràm hoībus. Dicebas fortaſ
ſe, ſufficit mihi ſi tm̄ de⁹ approbat quod
ago, quæ mihi de humano cura iudicio?
Sed certus ſis qd' ei minimè placeat qc-
quid cū ſcandalo filiorum eius, & contra
ipſius feceris uoluntatem, cui obedire te
tanq̄; eius uicario oportebat. Sanctifica-
te, inquit, ieiuniū: uocate cœtum. Quid ē
enim cœtum uocare? Vnitatem ſeruare, Ioel. 2.
diligere pacem, fraternitatem amare. Su
perbus ille Phariſęus ieiunium habuit, ie-
iuninm ſanctificauit, qui nimirū & ieiuna
uit bis ī ſabbato, & gratias egit deo. Sed
non uocauit cœtum dicens. Nō ſum ſicut Luce. 18.
cæteri hoīum: ideoq; ala una nitens, ieiu
niū eius nō peruenit in cœlum. Vos ergo
chariſſimi lauate manus ueſtras in ſangui
ne peccatoris, & oīno ſoliciti eſtote ut
alas duas habeat ieiunium ueſtrum, ſan-
ctimoniam. ſ. & pacem, ſine qua nemo ui
debit deum. Sanctificate ieiuniū ut pura
intentio, & deuota oratio diuinę illud of
ferat maieſtati: uocate cœtū, ut congruat
unitati. Laudate dominum in tympano
& choro, ut concors ſit mortificatio car- Pſal. 149.
nis. Porrò quia & de ieiunio et de iuſtitia
aliqua diximus, dignum eſt ut de or̄one
quoq; pauca loquamur. Hæc.n. quantò
efficacior eſt ſi fiat ut debet, tantò calli-
dius impediri ab aduerſario ſolet. Inter-
dum.n. grauiter impeditur oratio à puſil-
lanimitate ſpūs & timore immoderato.
Hoc aūt tunc ſolet fieri, cū ſic cogitat ho
mo propriam indignitatē, ut non conuer
tat oculos ad diuinā benignitatē. Abyſ-
ſus.n. abyſſum inuocat abyſſus luminoſa Pſal. 41.
abyſſum tenebroſam, abyſſū miſericor-
dię, abyſſum miſerię. Profundū nāq; eſt
cor hoīs, & īperſcrutabile. Sed ſi magna
eſt iniqtas mea, multò maior eſt dn̄e pie
tas tua. Ideoq; cum ad meipſum turbata
fuerit aīa mea, memor ſum multitudinis
miſericordię tuę, & reſpiro in ea: & cū in-
troiero in potētias meas, nolo memorari
iuſtitię tuę ſoli⁹. Verūtn̄ ſicut ꝑiculū eſt ſi
fuerit or̄o nimis timida, ſic ī cōtraria pte
nō minus imo & maius ꝑiculū eſt, ſi for-
tè fuerit temeraria. De his qui ſic orāt au-
di qd loquat̄ ad prophetam dn̄s. Clama
īquit, ne ceſſes, quaſi tuba exalta uocem
tuam &c. Quaſi tuba, inqt, qa in ſpiritu Eſa. 58.
uehemēti īcrepādi ſunt temerarij. Me ete
nim

nim quęrunt, qui ſeipſos nondum inuene
runt. Nec hoc dico ut peccatoribus aufe-
ram orandi fiduciam, ſed uolo eos orare
tanq̄; gentem quæ peccatum fecerit non
iuſtitiam. Orent pro indulgētia peccato-
rum ſuoꝝ in animo contrito & ſpiritu hu
militatis, quemadmodū publicanus ille:
Luce. 18. Deus, inquit, ꝓpitius eſto mihi peccato-
ri. Temeritatem .n. dico, quando is in cu-
ius cōſcientia peccatū adhuc, aut uitium
aliquod regnat, ambulat in magnis et mi
rabilibus ſuper ſe: minus ſolicitus pro pe
riculo animæ ſuæ. Tertium periculū eſt, ſi
ſit oratio tepida, & nō ex uiua affectione
procedens. Timida qdem oratio cœlum
nō penetrat, qa reſtringit animum timor
īmoderatus, ut oratio non dicā nō aſcen-
dere, ſed nec ꝓcedere queat. Tepida ue-
rò in aſcēſu langueſcit, & deficit, eo quod
non habeat uigorē. Nam temeraria aſcen
dit ſed reſilit, reſiſtitur.n. ei, nec tantū non
non obtinet gratiam, ſed & meret̄ offen-
ſam. Quæ uerò fidelis & humilis, & fer-
uēs oratio fuerit, cœlum ſine dubio pene-
trabit: unde certum eſt quod uacua redi-
re non poterit.

Item de triplici modo orationis. *Sermo.* V.
Vnde ſupra.

CHaritas qua pro uobis ſolicitus
ſum fratres mei, cogit ut loquar
uobis, et urgente ea multò ſępius
loquerer, niſi tam multis occupationib⁹
impedirer. Nec mirū ſi ſolicitus ſum pro
uobis, cum inueniā in meipſo materiam
multam, & occaſionē ſolicitudinis. Quo-
ties.n. propriam miſeriam, et multimoda
pericula cogito, haud dubiū quin ad me-
ipſum conturbet̄ anima mea. Nec minor
mihi ſolicitudo eſt pro ſingulis qbuſcūq;
ueſtrum, ſi tamen diligo uos tanq̄; meip-
ſum. Nouit ipē qui ſcrutat̄ corda, quoties
in corde meo ꝓpriæ ſolicitudini præpon
derat ſolicitudo ueſtra. Nec mirū ſi mul-
ta mihi ſolicitudo eſt, & timor magnus
cōturbat me ſuper omnibus uobis, quos
uideo in tanta miſeria, & in tantis conſti-
Periculum tutos eſſe periculis. Ipſi enim (ut manife-
ſtum eſt) geſtamus laqueū noſtrū, ubiq;
proprium circūferimus inimicū, carnem
hanc loquor de peccato natam, in pecca
to nutritam corruptam nimis ipſa origi-
ne, ſed multò amplius praua cōſuetudine
uitiatam. Hinc eſt quod tam acriter caro
aduerſus ſpiritum concupiſcit, quod aſſi-
duè murmurat, & impatiens eſt diſcipli-
næ, quę illicita ſuggerit, quę nec rationi obtē
perat nec inhibetur ullo timore. Huic ac-
cedit, hanc adiuuat, hac utitur ad impu-
gnandos nos calidiſſimus ſerpens cui nul
lum aliud deſiderium eſt, nullum ſtudiū,
nullum negotiū niſi effundere ſanguinem
animaꝝ. Hic eſt qui iugiter machinat̄ ma
lum, qui deſideria carnis inſtigat, qui con
cupiſcentiæ ignem naturalem quodāmo
do uenenatis ſuggeſtionibus ſufflat, illici
tos motus inflāmat, peccati occaſiones
parat: & mille nocendi artibus corda ho
minum tentare non ceſſat. Hic eſt qui ma
nus noſtras ꝓprio cingulo alligat, & (ut
dicitur) baculo noſtro nos cædit, ut caro
quæ data eſt in adiutoriū, in ruinam no-
bis, & in laqueum fiat. Sed qd ꝓdeſt indi Remedium
caſſe pericula ſi nulla cōſolatio, nulla ad-
hibeantur remedia? Grande quidem pe-
riculum eſt, & grauis lucta aduerſus do-
meſticum hoſtem, maximè cum nos ad-
uenæ ſimus, & ille ciuis, ille ſuam inhabi-
tet regionē, nos exules ſimus, & peregri-
ni. Magnū quoq; diſcrimen aduerſus dia
bolicę fraudis aſtutias, tam crebros, imò
continuos habere cōflictus quem nec ui
dere qdem poſſumus, & quē nimis aſtu-
tum fecerit tam natura ſubtilis q̄; longa
exercitatio malitię eius. Verūtamen in no
bis eſt ſi uinci nolumus, & nemo noſtrū
in hoc certamine deijcitur inuitus: Sub te Geneſ. 4.
eſt ô homo appetitus tuus, et tu domina-
beris illius. Poteſt inimicus excitare ten-
tationis motū, ſed in te eſt ſi uolueris da-
re ſeu negare conſenſum. In tua facultate
eſt ſi uolueris inimicū tuum facere ſeruū
tuum, ut oīa tibi cooperentur in bonum.
Ecce enim inflāmat inimicus deſiderium
cibi uanitatis, aut impatientię cogitatio-
nes ingerit, aut excitat libidinis motum:
tu ſolummodo ne conſenſeris, et quoties
reſtiteris toties coronaberis. Veruntn̄ ne-
gare non poſſumus fratres: moleſtæ ſunt

hæc, & periculoſa, ſed & in ipſo certami-
ne ſi uiriliter reſiſtimus, quædam pia tran
quillitas de cõſcientia bona naſcitur. Cre
do etiã ſi cogitationes iſtas quã cito in no
bis aduertimus nõ patimur remorari, ſed
in ſpiritu uehemẽti animus aduerſus illas
excitatur: quoniã inimicus cõfuſus abſce-
det à nobis, nõ tã libẽter ilico reuertetur.
Sed qui ſumus nos, aut quę fortitudo nr̃a
ut tam multis tẽtationibus reſiſtere ualea
mus. Hoc erat certè qđ quęrebat Deus,
hoc erat ad qđ nos ꝑducere ſatagebat: ut
uidentes defectũ noſtrũ, & quod nõ eſt
nobis auxiliũ aliud ad eius miſericordiã
Orationis refugium tota humilitate curram⁹. Propterea rogo
uos fratres, ut ſemper ad manum habea-
tis tutiſſimũ orationis refugiũ, de qua ẽt
memini me paulò ante in fine ſermonis
eſſe locutum. Veruntñ qnoties de oratio-
ne loquor, uerba q̃dam humanæ cogita-
tiõis audire mihi uideor in corde ueſtro,
quæ & ab alijs frequenter audiui, & nõ-
nunq̃ expertus ſum in corde meo. Quid
enim eſt qđ licet nunq̃ ab oratione ceſſe
mus, uix unq̃ experiri uideatur aliquis no
ſtrum, quis ſit orationis ſuę fructus? Sicut
ad orationem accedimus ſic redire uide-
mur, nemo nobis rñdet uerbũ, nemo qc-
quã donat, ſed laboraſſe uidemur in caſ-
Ioan. 7. ſum. Sed qd in euangelio dicit dñs? Noli-
te, ait, iudicare ſcđm faciem, ſed iuſtum iu
diciũ iudicate. Quod eſt aũt iuſtum iudi-
ciũ, niſi iudicium fidei? qm̃ iuſtus ex fide
uiuit. Ergo iudicium fidei ſequere, & non
experimentũ tuum: qm̃ fides quidem ue-
rax, ſed experimentũ fallax. Quę eſt ergo
ueritas fidei, niſi quod ꝑmittit ipſe filius
Mar. 11. Dei? Quicqd orantes petitis credite quia
accipietis, & fiet uobis. Nemo ueſtrũ fra
tres paruipendat orationem ſuam. Dico
enim uobis, qa ipſe ad quem oramus nõ
paruipẽdit eam. Priuſq̃ egreſſa ſit ab ore
noſtro ipſe ſcribi iubet eam in libro ſuo.
Et unũ indubitãter è duobus ſperare poſ
ſumus: qm̃ aut dabit qđ petimus, aut qđ
nobis nouerit eſſe utilius. Nos.n. qd ore-
mus ſicut oportet, neſcimus: ſed miſereť
ille ſuper ignorantiam noſtrã & oratio-
nem benigne ſuſcipiens, quod nobis aut
omnino non eſt utile, aut nõ tam cito da-
ri neceſſe eſt, minime tribuit: oratio tamẽ
infructuoſa non erit. Ita ſanè ſi fecerimus
qđ monemur in pſalmo. i. ſi delectemur
in domino. Ait enim ſanctus Dauid. Delé *Pſalm. 36*
ctare in dño, & dabit tibi petitiones cor-
dis tui. Sed qd ô propheta quod tam ab-
ſolute mones delectari in domino; ac ſi
ad manũ nobis ſit huiuſmodi delectatio?
Delectationem cibi, ſomni, & quietis &
cæterorũ quæ in terra ſunt nouimus: deus
aũt quam delectationẽ habet ut in eo de
lectemur? Fratres mei, ſeculares hoc dice
re poſſunt, uos nõ poteſtis. Quis.n. ueſtrũ
eſt, qui non ſæpe expertus ſit conſcientiæ
bonæ delectationem, qui non guſtauerit
ſaporẽ caſtitatis, humilitatis, charitatis?
Non eſt hæc delectatio potus neq̃ cibi,
aut ſimilis cuiuslibet rei, delectatio tamẽ
eſt, & maior oĩbus illis: diuina.n. eſt et nõ
carnalis delectatio, & cum in his delectã
mur, planè delectamur in dño. Sed cau- *Luc. 11*
ſantur multi fortaſſe qđ affectũ hunc de-
lectabilem & dulciorem ſuꝑ mel & fauũ
rarius experiantur: nimirum qa tentatio-
nibus interim exercenť, multoq̃ uirilius
agunt, ſi uirtutes ipſas nõ pro delectatio-
ne quã experiantur, ſed pro uirtutibus ip
ſis & pro ſolo beneplacito Dei tota intẽ-
tione, et ſi nõ tota affectione ſectanť. Nec
dubiũ quin optime cõplaceat qui huiuſ-
modi eſt prophetæ admonitioni qua di-
cit: Delectare in dño, quoniam non de af
fectu loquiť, ſed de exercitio. Affectus.n.
ille beatitudinis eſt, exercitium uerò uir-
tutis. Delectare, ĩquit, in domino. ad hoc
tende, ad hoc conare ut in domino dele-
cteris, & dabit tibi petitiones cordis tui.
Sed conſidera quod petitiones cordis di
xerit, quas approbat iudicium rationis.
Nec habes unde cauſeris, ſed unde magis
tanto affectu in gratiarũ actione uerſeris:
quandoqdem tanta ſuper te cura eſt deo
tuo, ut quoties ignorans quæris quod ti-
bi inutile eſt, non te audiat ſuper hoc ſed
mutet illud utiliori dono. Sic & pater car
nalis paruulo q̃renti panem, libenter por
rigit, q̃renti cultellũ quem nõ neceſſariũ
putat non conſentit, ſed magis panem ei

quem dederat frangit uel per aliquẽ mi-
niſtrorũ frãgi præcipit ut nihil ille habeat
periculi, nihil laboris. Porrò petitiões cor
dis in tribus credo conſtare, nec uideo qd
præter illa electus quiſq̃ ſibi debeat po-
ſtulare. Duo qdem huius tꝑis ſunt. i. bona
corporis & animæ, tertium uerò beatitu
do æternæ uitę. Nec mireris qđ bona cor
poris à deo dixerim eſſe q̃renda, qm̃ eius
ſunt corporalia omnia, ſicut & ſpiritualia
omnia bona. Ab eo ergo petendũ & ſpe
randũ nobis eſt, unde poſſimus in eius ſer
uitio ſuſtentari: Veruntñ pro neceſſitati-
bus animæ orandũ nobis eſt & frequen-
tius, & feruentius. i. pro obtinenda gratia
Dei animęq̃ uirtutibus. Sic & ꝑ uita ęter
na tota pietate & toto nobis orandũ eſt
deſiderio, ubi nimirũ corporis & animæ
plena & perfecta ſit beatitudo. In his er-
go tribus ut cordis petitiones ſint, tria no
bis ſunt obſeruanda. Nã & in prima qui-
dem ſuperfluitas, & in ſecũda impuritas,
& elatio interdum ſurrepere ſolet in ter-
tia. Nonnunq̃ enim tꝑalia quæri ſolẽt ad
uoluptatem, uirtutes ad oſtentationem.
Sed & uitam æternã fortaſſis aliqui non
in humilitate quærũt, ſed tanq̃ in fiducia
ſuorũ meritorũ. Nec hoc dico quin acce-
pta gratia fiduciam donet orandi, ſed nõ
oportet ut in ea conſtituat quiſq̃ fiduciã
impetrandi, hoc ſolum cõferunt hæc præ
miſſa dona, ut ab ea miſericordia quę tri-
buit hæc, ſperenť etiam ampliora. Sit er-
go oratio quę pro tꝑalibus eſt circa ſolas
neceſſitates reſtricta, ſit oratio q̃ pro uir-
tutibus eſt animę ẽt ab omni impuritate
libera & circa ſolum beneplacitũ dei in-
tenta. Sit ea quæ fit pro ęterna uita in om
ni humilitate, præſumẽs de ſola (ut dignũ
eſt) miſeratione diuina.

In quadrageſima de oratione dominica.

Sermo VI. Vnde ſupra.

Matth. 6. Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo &
in terra. Voluntas domini fratres
quæ prius angelos creauit faciẽs
Ioan. 1. eoſdem, poſtmodũ in eis facta beauit. Si-
cut enim uerbũ qđ erat in principio, car-
nem ſuſcipiens, dicitur (& uerè dicitur) fa
ctum caro, ſic uolũtas illa æterna in ange
lo facta eſt, cum angelicã oĩno in ſe abſor
buit uoluntatẽ. Quidni dicať facta in an-
gelo, cum angelica facta eſt? Hęc.n. ſum-
ma illius felicitatis eſt, hic uoluptatis cœ
leſtis torrens, qđ diuina uoluntas ipſa fa
cta eſt etiam angelorũ: ut quemadmodũ
placet Deo uniuerſitas adminiſtrationis
huius, ſic & ipſi in cũctis gaudeant, in om
nibus delectenť. Hoc igiť oramus ut hæc
uolũtas ſicut in cœleſtibus facta eſt crea
turis, fiat etiã in terrenis: ut ſicut angelus
ſic & homo adhærens Deo unus cum eo
ſpiritus ſit. Sed heu me, quot obſtacula ſe
parant, quot ꝓhibent impedimẽta? Obij
cit ſeſe malitia mediam, obijcit ĩfirmitas,
obijcit concupiſcentia & ignorantia no-
ſtra. Ineſt.n. nobis quaſi à natura, magis
autẽ ab exterminio naturæ affectio quæ-
dam peſſima & libido nocẽdi, ut inextin
guibilis inueniať in miſeris animabus no-
ſtris malitię delectatio. Quid uerò lõgius
à uoluntate diuina? Planè chaos magnũ
inter nos & illam firmatũ eſt in hac par-
te: cũ ſemꝑ eum delectet præſtare benefi
cia, & ingratis nobis econtra ſuggerat af
fectio crudeliſſima & innoxijs uelle noce
re. Hinc omnis radix amaritudinis germi
nat, hinc inuidiæ, hinc detractiones, hinc
diſſenſiones pullulant, hinc ſilueſcunt ini
micitiæ. At hæc qdem germina uirulenta
ꝑcidi ſemꝑ neceſſe eſt falſę iuſtitię, qua ui
delicet extorquemus à nobis, ne cui facia
mus qđ nolum⁹ nobis fieri, ſed quæ uolu
mus ut faciãt nobis hoĩes & nos eis eadẽ
faciamus. Eradicari tñ aut extirpari à cor
dibus nr̃is oĩno nõ poterit malitia, donec
in mũdo fuerim⁹, q totus poſit⁹ eſt in ma
ligno. Cõteriť qdẽ ſerpentis caput, ſed ex
periri eſt frequẽter calcaneo ĩſidiantẽ. Se
cũdo loco ipſa quoq̃ corruptibilis huius
ĩfirmitate corꝑis prępedimur, ne uolũtas
nr̃a diuinę ualeat cohęrere. Nobis qdẽ qđ
moleſtũ ſentim⁹ nõ põt nõ diſplicere: &
frequẽter in his uolũtas nr̃a à diuina diſſi
det uolũtate, cui ne penit⁹ aduerſeť, forti
tudo ẽ nobis neceſſaria, q̃ ſcđa ſpẽs ẽ uir-
tutis. Nec ſola ĩpedit afflictio corꝑis, ĩpe-
dit & cõcupiſcẽtia, qua multiplicib⁹ et in-
explebilib⁹ diſtrahimur dſiderijs. Qñ aũt

poterit anfractuoſa & angulis plena uo-
lũtas ei uniri, quę rectiſſima eſt, & oĩmo-
dis ĩdiſtorta? Hei mihi dñe Deus, qa un-
diq; mihi bella, undiq; tela uolãt, undiq;
pericula, undiq; impedimenta. Quocũq;
me uertã nulla uſquã ſecuritas eſt, & quę
mulcent & quę moleſtant timeo: & eſu-
ries & refectio, & ſomnus & uigiliæ, &
Prouer. 20. labor & reqes militãt cõtra me. Diuitias
et pauptates ne dederis mihi, orat ſapiẽs:
nimirũ qa utrobiq; laqueus, utrobiq; pe-
riculũ. Qđ ſi reprimit tẽperantia concupi
ſcentiã (hoc qppe unicũ in hmõi remediũ
eſt) erit qdem unio iam nonnulla, ſed ple
na nõ erit. Hinc & apl's de ſe fatet̃. Ego ip
ſe, ait, mente cõſentio legi Dei, carne aũt
legi peccati, quæ eſt in membris meis. Ex
Roma. 7. parte ergo cohæret, & ex parte diſſidet,
donec ueniat qđ pfectũ eſt, & qđ ex par
te eſt euacuet̃. Quarta eſt ignorantia, quã
& ipſam nobis plurimũ obeſſe non igno
ratis. Quo. n. pacto uoluntatẽ Dei præuiã
ſequar ubi ignoro eã? Cognoſco aũt tan-
tũ ex parte, & necdum ſicut cognit⁹ ſum.
Propterea inqrenda ſunt nobis cũ omni
deſiderio incrementa prudẽtiæ, ut magis
ac magis notã faciat nobis Deus uolũta
tem ſuã, ut ſciamus qd acceptũ ſit ei om-
ni tpe. Sic uirtutum cõſummatio, iuſtitiæ,
fortitudinis, tẽperãtiæ, et prudentię unio-
nem illã tam felicem q̃ deſiderabilẽ con-
ſũmmabit, ut ſit nobis cũ Deo una uolun
tas: & q̃cunq; ei placent, placeãt ſimul et
nobis, atq; hoc nobis erit (ut de angelis
ſupradictũ eſt) oĩno perfecta iucunditas.
Oramus aũt ut adueniat regnũ dñi, quo
uidelicet nobis plena ſit de regni ptãte ſe
curitas. Qđ aũt petimus ut ſanctificet̃ no
men eius, oĩno iam ſupra nos in eius noti-
tiam pergere concupiſcimus. Vbi nimirũ
nobis in nobis & felix ſecuritas & ſecu-
ra felicitas fuerit, in eum qui ſuper nos eſt
tota iam ſpũs uehementia rapiemur. San
ctificet̃ nomen tuum. Nomen eius gloria
eius. Et illa qñ non ſancta? Fieri tñ dicitur
ſancta gloria eius, cum in ſanctitate glori
ficat̃ à nobis ſicut & uolũtatem eius quæ
æterna eſt, in nobis (ut nr̃a fiat) fieri poſtu
lamus. Hoc ergo primũ fieri petimus qđ
maximũ eſt, ut nobis gloriæ illius innote
ſcat ſanctitas illibata. Exinde qđ ad nos
ſpectat optamus & regni ptãtem pp ſe-
curitatẽ, & uoluntatis eius in nobis perfe
ctionem pp iucunditatem. Sed qa necdũ
illa pfectione gaudentes, non ſine magno
labore diuinæ poſſumus obtẽperare uo-
lũtati, opus eſt cibo ne deficiamus, opus
eſt inquã pane quotidiano. Sępius quoq;
oberrantes ab ea, & delinquẽtes hoc eſt
derelinquentes eã, neceſſario pro indul-
gentia ſupplicamus dicentes. Dimitte no
bis debita noſtra &c. At ne fortè in eadẽ
recidamus poſt acceptã ueniam pctõꝝ,
orandus à nobis idem ipſe eſt, ne inducat
nos in tentationẽ: ſed magis educat nos,
& liberet à malo.

Item in quadrageſima de peregrino, de mortuo, & crucifixo. Sermo. VII.

OBſecro uos tanq̃ aduenas & pe I. Petr. 2.
regrinos abſtinere uos à carnali-
bus deſiderijs. Felices qui ſe præ-
ſenti ſeculo nequam aduenas & peregri-
nos exhibent ĩmaculatos ſe cuſtodientes
ab eo. Neq;. n. habemus hic manentẽ ciui Hebr. 13.
uitatem, ſed futuram inqrimus. Abſtinea
mus ergo à carnalibus deſiderijs quæ mi
litant aduerſus animam tanq̃ aduenæ &
peregrini. Peregrinus ſiquidem uia regia
incedit, non declinat ad dexteram neque
ad ſiniſtram. Si fortè iurgantes uiderit, nõ
attendit. Si nubentes aut choros ducen-
tes, aut aliud quodlibet faciẽtes: nihilomi
nus tranſit, qa peregrinus eſt, & non per-
tinet ad eum de talibus. Ad patriam ſu-
ſpirat, ad patriam tendit, ueſtitum & ui-
ctum habens non uult alijs onerari. Bea-
tus planè qui ſuum ſic agnoſcit, ſic deplo
rat incolatum, dicens domino. Qm̃ adue Pſalm. 38.
na ego ſum apud te, & peregrinus ſicut
oẽs patres mei. Magnum hoc qdem ſed
fortè gradus aliqs altior eſt. Nã peregri-
nus et ſi non admiſcetur ciuibus, aliqñ tñ
delectat̃ uidere q̃ fiũt, aut audire ab alijs,
aut ipſe narrare q̃ uiderit: & his & hmõi,
& ſi penitus nõ retinet̃, detinetur tñ & re
tardatur, dum minus memor patriæ, mi-
nori accelerat deſiderio. Nã & tanto tpe
põt in his delectari, ut iam non ſolum re-
moretur, & minus cito ueniat, ſed & re-
manens ex toto nec tardè qdem pueniat.
Coloſ. 3. Quis igit̃ eſt magis alienus ab actibus ſe-
culi q̃ peregrinus? Profectò quibus dicit
apl's. Mortui. n. eſtis, & uita ueſtra abſcõ
dita eſt cum Chriſto in Deo. Peregrinus
nimirum põt facile occaſione uiatici plus
q̃ oporteat & detineri quęrendo, & prę-
grauari portãdo. Mortuus, ſi deſit etiam
ipſa ſepultura, non ſentit. Sic uituperãtes
ut laudantes: ſic adulantes audit ut detra
hẽtes, imò uerò nec audit qa mortu⁹ eſt.
Oĩno felix mors quæ ſic ĩmaculatum ſer-
uat, imò penitus alienum facit ab hoc ſe-
culo. Sed neceſſe eſt ut qui non uiuit in ſe,
uiuat Xp̃s in illo. Hoc eſt. n. qđ ait apl's.
Viuo autem iam nõ ego, uiuit uero in me
Gala. 2. Chriſtus. Ac ſi diceret. Ad alia qdem oĩa
mortuus ſum non ſentio, nõ attendo, non
curo: ſiqua uero ſunt Chriſti, hæc uiuũ in
ueniunt & paratum. Nam ſi nõ aliud poſ
ſum, ſaltem ſentio: placet qđ ad eius ho-
norẽ fieri uideo, diſplicent quæ aliter fiũt.
Magnus oĩno gradus eſt iſte. At fortaſſe
poterit aliqd adhuc ſuperius inueniri. In
quo ergo quæremus? In quo putas niſi in
eo de quo nunc loquebamur qui raptus
eſt uſq; ad tertium cœlum? Quis. n. prohi
bet tertium cœlũ dicere, ſi quem gradum
ſupra iſtos poteris inuenire? Audi igit̃ ip-
ſum de hac tanta altitudine non in ſe glo
Galat. 6. riãtem, ſed dicentẽ. Mihi abſit gloriari ni
ſi in cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti: per quẽ
mihi mũdus crucifixus eſt, & ego mũdo.
Nõ ſolum, inquit, mortuus mũdo, ſed &
crucifixus: quod eſt ignominioſum gen⁹
mortis. Ego illi, pàriter & ipſe mihi. Oĩa
quæ mũdus amat, crux mihi ſunt: delecta
tio carnis, honores, diuitiæ, uanę hominũ
laudes. Quæ uero mundus reputat crucẽ,
illis affixus ſum, illis adhęreo, illa toto am
plector affectu. An non maior iſte eſt ſe-
cundo, & primo gradu? Peregrinus ſi pru
dens eſt et nõ obliuiſcit̃ ſuę peregrinatio-
nis (licet cum labore) tranſit, & non ma-
gnopere ſecularibus implicat̃. Mortuus
æquè blãda huius ſeculi ſicut aſpera ſper
nit. Qui uerò raptus eſt uſq; ad tertiũ cœ-
lum, crux illi eſt omne cui mũdus inhęret,

& his adhęret q̃ mundo crux eſſe uidet̃.
Quãuis in his uerbis apoſtoli illud quoq;
non incõgruè poſſet intelligi, crucifixum
ei mũdum reputatione, ipſum uerò mun-
do crucifixum cõpaſſione. Crucifixum. n.
mũdum uidebat obligationibus uitioꝝ,
& ipſe crucifigebat̃ ei per cõpaſſionis af-
fectũ. Pẽſemus ſinguli in quo gradu qſq;
ſit poſitus, & ſtudeamus pficere de die
in diem, qm̃ de uirtute in uirtutẽ uidebit̃
Deus deoꝝ in Siõ. Maximè uerò hoc ſan Pſalm. 83.
cto tpe in omni obſecro puritate conuer-
ſari ſtudeam⁹, ubi & certus & breuis die
rum numerus poſitus eſt, ne deſperet hu
mana fragilitas. Nam ſi dicit̃ nobis in om
ni tpe ſoliciti eſtote oĩno ad cuſtodiendã
puritatem ueſtræ conuerſationis, qs non
deſperet? Nunc aũt monemur breui die-
rum numero, omnes alioꝝ tempoꝝ ne-
gligentias emendare, ut uel ſic guſtemus
dulcedinem pfectæ puritatis, & omni de
inceps tpe in cõuerſatione noſtra ſanctæ
huius quadrageſimę ueſtigia clara reſplẽ
deant. Conemur ergo fratres ſanctũ hoc
tempus tota deuotione ſuſcipere, & nũc
magis arma ſpiritualia reparare. Nunc. n.
generali quodam totius orbis exercitu,
cõtra diabolum ſaluator congredit̃, bea-
ti qui ſub tali duce ſtrenuè militarint. To
to ſiquidem anno domeſtica regis fami-
lia militat, & aſſidua eſt in bellorum pro
cinctu, ſemel autẽ & certo tempore uni-
uerſum imperium generali congregatur
exercitu. Felices uos qui domeſtici merui
ſtis eſſe, quibus dicit apoſtolus. Iam non Ephe. 2.
eſtis hoſpites & aduenæ, ſed eſtis ciues
ſanctorum & domeſtici Dei. Quid igitur
facturi ſunt qui toto anno pugnam ſuſce-
perunt, quando & ipſi rudes & uacantes
prius ſpiritualia arma arripiunt? Vtiq; ſo-
litò amplius ſolitæ opus eſt inſiſtere pu-
gnæ, ut magna quædam uictoria regi no
ſtro ad gloriã, nobis pueniat ad ſalutem.

De ſancto Benedicto Abbate. Sermo.

COnuenĩetibus nobis in unum ad
audiendum uerbum ſalutis, ma-
gnus mihi timor fratres mei ne
quis fortè minus dignè illud recipiat, &
non ſicut recipiendum eſt uerbum Dei.

Seio enim terram quæ ſæpius ſuperueniẽ
tem in ſe recipit imbrem, ſi fructum non
fecerit, reprobam fore & proximam ma
ledicto. Et ego utique ſi poſſem benedi-
ctiones illi dare mallẽ, & non maledictio
nes. Imo uerò ipſam benedictionẽ cœle-
ſtis patris ueſtri, nõ meã (quam tñ ipſo q-
dem dignãte accipitis ꝑ os meũ) opto uo
bis benedictionẽ manere ſemper, nec in
maledictionẽ poſſe mutari. Celebramus
hodie magiſtri noſtri glorioſi Benedicti
natalẽ, ꝓ eo uobis, & de eo ſolẽnis ex mo
re ſermo debeť. Cuius dulciſſimũ nomẽ,
cum oĩ uobis iucũditate amplectendũ ẽ,
et honorãdũ, qm̃ ipſe dux ueſter, ipſe ma
giſter, & legifer ueſter eſt. Delector qdẽ
& ego in ipſius memoria, licet nõ meo ſi
ne rubore beati huius patris nomẽ audeã
memorari. Eſt.n. mihi de ipſius imitatio-
ne uobiſcũ ſeculi abrenunciatio, et mona
ſticæ ꝓfeſſio diſciplinæ, ſed ſingulariter
ſine uobis cum eo participo nomẽ abba
tis. Abbas fuit, et ego. O abbas et abbas.
Nomen unũ, ſed in altero ſola magni no-
minis umbra. Miniſteriũ unũ, ſed heu me
ꝙ diſſimiles miniſtri, quantũ miniſtratio
ipſa diſſimilis. Vę mihi ſi tã longè à te fue-
ro ô beate Benedicte in futuro ꝙ à tuę ue
ſtigijs ſanctitatis longè eſſe reperior in p̃-
ſenti. Sed non mihi hæc apud uos perora
re neceſſe eſt. Scio quòd ſcientibus me lo
quor, tm̃ peto ut pudorẽ hunc, & hunc ti
morem meũ fraterna cõpaſſione leuetis.
Quoniam tñ oĩno diſpenſatio mihi credi
ta eſt, & ſi non habeo apud me quod uo
bis apponã, quæram à beato Benedicto
tres panes quibus uos paſcã. Reficiat uos
ſanctitas eius, iuſtitia eius, pietas eius. Re
colite dilectiſſimi, quòd nõ oẽs q in ꝓceſ-
ſione dñi fuerunt, ſua illi ꝓſtrauerint ueſti
menta. In illa, inquàm, ꝓceſſione quã an-
nuẽte dño in ꝓximo ſumus celebraturi,
quando uenienti dño ad paſſionem, & ſe
denti ſuper aſellum populi occurrerunt,
non oẽs ueſtimẽta ſua ꝓſternebãt in uia,
ſed cædebant aliq ramos de arboribus.
Non erat hoc magnũ quod gratis acce-
perant, gratis dabant. Veruntamen ne ip
ſi quidem penitus ocioſi fuerunt, ſed nec
à ꝓceſſione legũtur excluſi. Fratres mei,
piũ Xp̃i iumẽtũ, q cũ ꝓpheta dicere pote
ſtis. Vt iumẽtũ factus ſum apud te & ego Pſalm. 72.
ſemꝑ tecũ, uos qbus inſidet Xp̃s, qm̃ aĩa
iuſti ſedes eſt ſapientiæ, & apl'us p̃dicat 1. Cor. 1.
Chriſtum dei uirtutẽ & Dei ſapientiã, ſi
non habeo ueſtes quas pedibus ueſtris
proſternam, tentabo uel ramos cædere
de arboribus, ut tantę proceſſioni uel pa
rum aliquid non deſit miniſterij mei. Ar-
bor fuit beatus Benedictus grandis atq;
fructifera, tanquam lignum quod planta
tum eſt ſecus decurſus aquarũ. Vbi ſunt Pſalm. 1.
decurſus aquarum? Profecto in uallibus,
inter medium montiũ ꝑtranſibunt aquæ.
Quis.n. non uideat etiam torrentes mon-
tium ardua declinare, & mediam ad hu-
militatem ſemper diuertere uallis? Sic ꝓ
fecto ſic deus ſuperbis reſiſtit, humilibus
dat gratiam. Securus hic fige pedem qui Iaco. 4.
cunque es iumentũ Chriſti ſuper hunc ra
mũ innitere, ſemitã uallis incede. Nimirũ
in monte ſibi ſedẽ conſtituit ſerpens anti
quus, mordẽs ungulas equi ut cadat aſcẽ
ſor eius retro, propterea uallem magis eli
ge ad ambulandum, uallem elige ad plã-
tandum. Neque enim uel in ſerendis ar-
boribus montana ſolemus eligere, quod
frequenter arida ſunt & petroſa. Inualli-
bus pinguedo eſt, ibi proficiunt plantæ,
ibi plena ſpica, ibi centeſimus oritur fru-
ctus, iuxta illud. Et ualles abũdabunt fru
mento. Audis quia ubique uallis lauda-
tur, ubique humilitas prædicatur. Ibi plã Pſalm. 64.
tare ubi decurſus aquarum, quia ibi co-
pia gratiæ ſpiritualis, & aquæ quæ ſuper
cœlos ſunt laudant nomen dñi. i. cœleſtes
benedictiones faciunt ut laudeť. Stemus
in hac chariſſimi, & plãtati ſtemus, ut nõ
areſcamus, non moueamur quocunq; fla
tu, ſicut ſcriptũ eſt. Si ſpiritus habentis po
teſtatem ſuper te irruerit, locũ tuũ ne de-
ſeras. Nulla.n. tentatio uobis præualebit
ſi nõ in magnis & mirabilibus ſuper uos
ambuletis, ſed permaneatis radicibus fir
mis, in humilitate radicati atq; fundati.
Sic fuit plantatus ſecus decurſus aquarũ
ſanctus iſte confeſſor dñi, quoniã fructũ
ſuũ dedit in tempore ſuo. Sunt enim qui
fructum

fructum nõ faciunt: ſunt q faciunt, ſed nõ
ſuum: ſunt q faciunt ſuum, ſed non in tꝑe
ſuo. Sunt, inquã, arbores infructuoſæ ut
quercus & ulmus, & ſylueſtres aliæ arbo
res: ſed huiuſmodi nemo plantat in horto
ſuo, qa nõ faciunt fructũ: & ſi quẽ faciũt,
non humano eſui aptus eſt, ſed porcino.
Tales ſunt filij huius ſeculi: agentes in co
meſſationibus & ebrietatibus, in cra-
pula & uoracitate, in cubilibus & impu-
dicitijs. Hæc nanq; porcorum cibus ſunt
quos Iudæus uerus ꝓhibeť comedere, qa
chriſtianus his non debet adhęrere. Sicut
.n. caro porcina cũ comediť nr̃ę adhæret
carni ut iã ſit una caro, ſic trãſgreſſor p̃ce-
pti dominici ſpurcos ſibi ſociat ſpiritus,
& adhærendo eis unus cũ eis efficiť dæ-
mon. Nã & idcirco in ſacrificijs ꝓhibetur
aĩal illud offerri, qd' ſpurcos ſpiritus imũ
doſq; deſignet: q relicta oĩ mũditia, ſolis
ſibi ſpurcitijs com placens, uitiorũ & cri
minũ ſemꝑ cœno delectatur inuolui. Vn-
de & in euangelio, legio illa maledicta,
dũ ejceret ab hoĩe tãquã ſimile ſibi aĩal Mar. 5.
porcos poſtulat, nec negant. His fructũ
ferunt arbores infructuoſæ, ad quarũ ra-
dices ſecuris poſita iã uideť. Arbores au-
tem quæ fructũ faciunt ſed nõ ſuũ, hypo
critæ ſunt: cũ Simone Cyrenæo crucem
portantes non ſuã: q religioſa intentione
carentes, angariant: & quę nõ amãt amo
re gloriæ quã deſiderãt, facere cõpellunť.
Nam in eo qd' diciť in tꝑe ſuo, arguũtur
qdã ante tẽpus fructificarẽ uolẽtes. Nõ'ne
.n. & arboribus noſtris citius ꝙ oporteat
pullulãtibus, timemus oĩno floribus intẽ
peſtiuis? Sic ſunt aliqui quorũ fructus qa
nimis ꝓperè, minus ꝓſpere oriuntur. Hi
ſunt qĩ initio cõuerſionis ſuæ alijs fructifi
care continuo uelle p̃ſumunt, contraq; le
gis decreta arare in primogenito bouis
& ouis primogenita tondere feſtinantes.
Vultis noſſe ꝙ ſolicitè id uitauerit ſanct⁹
iſte magiſter noſter? Et hunc ramũ uobis
appono: qm̃ tribus annis ſoli deo notus,
hominibus manſit incognitus. Fructũ q-
dem multũ tulit, ipſi cernitis, ſed in tẽpo-
re ſuo. Neq;.n. credebat tempus eſſe fru-
ctificandi, quando tanta carnis tentatio-
ne grauatus eſt ut penè cederet, penè di-
ſcederet. Ego enim nec iſtum quidem ra-
mum p̃teribo, qm̃ etſi hirſutus quodam
modo ſpinarũ aculeis qbus ſeipſum dñi
Benedictus iniecit, tamen utilis eſt oĩno:
utilis iumento domini propter foueas tẽ-
tationum ne in eas incidat conſentiendo,
ſed magis reſiſtat & uiriliter agat ſuſti-
neatq; dominum ne deſperet. Hic ergo
fige pedem Chriſti iumentum, & diſce
quantumcunque acerba tentatio ſæuiat,
non credere, nec credere ꝓpterea dereli-
ctum te eſſe à dño, ſed memineris ſcriptũ Pſalm. 80.
eſſe. Inuoca me in die tribulationis, eruã
te et honorificabis me. Ergo ut dicere cœ
peram non credebat Benedictus tunc eſ-
ſe fructificandi tempus, quãdo adhuc tã-
tis tentationibus urgebatur. Sed uenit tẽ
pus, & in tꝑe ſuo fructũ dedit. De fructu
eius ſunt illa tria q̃ ſuperius tetigi: ſancti-
tas eius, iuſtitia ei⁹, pietas eius. Sanctitatẽ
miracula ꝓbãt, doctrina pietatẽ, uita iu-
ſtitiã. Vides ô iumentũ Chriſti ramos fo-
lijs uirentes, uernantes floribus, onuſtos
fructu? Super iſtos innitere, ut greſſus re-
ctos facias pedibus tuis. Sed quomõ tibi
appono ei⁹ miracula? Nũqd ut miracula
facerẽ uelis? Nequaq;, ſed ut miraculis ei⁹
innitaris: uidelicet ut cõfidas & gaudeas
ꝙ ſub tali poſitus es paſtore: ꝙ tantum
meruiſti habere patronũ. Omnino.n. ual
de potẽs eſt in cœlis, q tã magnus & po-
tens extitit in terris ſc̃dm magnitudinem
grẽ, magnitudine gloriæ exaltatus. Nã et
iuxta radicũ quãtitatẽ rami ꝓdire noſcũ-
tur: & quot radicib⁹ arbor innitiť, tot ra-
mis, ſicut aiunt, decorať. Sic ergo licet nõ
habeam⁹ noſtra, cõſolatio magna nobis
eſſe debent patroni noſtri miracula. Do-
ctrina uerò inſtruit nos, & dirigit greſſus
nr̃os in uiã pacis. Porrò uitæ iuſtitia oĩno
roborat & animat nos: ut tantomagis ac
cendamur ad agẽda q̃ docuit, quãto cer-
ti ſumus eũ nõ alia docuiſſe q̃ fecerit. Ser
mo quidem uiuus & efficax exẽplũ ope-
ris: eſt plurimum faciens ſuadibile quod
dicitur, dum monſtrat factibile quod ſua
detur. In hunc ergo modum & ſanctitas
confortat, pietas informat, iuſtitia con-

firmat. Quantæ.n.pietatis fuit quod non
ſolum pręſentibus ꝓfuit, ſed & pro futu-
ris ſolicitus fuit? Non ſolum his qui tunc
erant fructum, tulit hæc arbor, ſed utiq;
hodie fructus eius & creſcit & manet. Di
lectus planè Deo & hoībus: cuius non ſo
la præſentia in bñdictione fuit, ſicut ſunt
multi dilecti Deo ſoli: q̃a ſoli Deo iam co
gniti, ſed & memoria eius etiã nunc in be
nedictione eſt. Nam & uſq; hodie in tri-
plicem amoris dñici confeſſionem, tripli
ci hoc fructu paſcit dñi gregem. Paſcit ui
ta, paſcit doctrina, paſcit interceſſione.
Per quem inceſſanter adiuti, fructificate
& uos chariſſimi: qm̃ in hoc poſiti eſtis,
ut eatis ꝙ fructum afferatis. Vnde eatis?
Vtiq; à uobiſipſis: ſicut ſcriptum eſt. A uo
luptatibus tuis auertere. Nam & de dño
Matt.13. legimus. Quia exijt ſeminare ſemẽ ſuum.
Ecce et hic habemus ſemen ſuum ſicut et
prius fructũ ſuum. Imitemur & hunc fra-
tres, qm̃ ad hoc uenit ut formã nobis tra-
deret, & uiam demonſtraret. Fortaſſis &
ipſe dñs arbor eſt, et debemus ab eo quo
que ramos accipere quos noſtris pedib⁹
apponamus: imò non fortaſſe, ſed magis
uerè arbor eſt ipſe & planta cœleſtis, ſed
Pſal.84. in terris plantata ſicut ſcriptũ eſt. Veritas
de terra orta eſt, & iuſtitia de cœlo ꝓſpe-
xit. Ab eo igit̃ hunc ramum uobis appo-
no, ut ſicut ſeipſum exinaniuit hoc ipſum
ſentiatis in uobis. niſi ꝙ non tam ego ap-
Phil.2. pono q̃ apl's, apud quẽ legiſtis. Hoc ſenti
te in uobis qđ & in Chriſto Ieſu: qui cum
in forma Dei eſſet non rapinam arbitra-
tus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetip-
ſum exinaniuit formã ſerui accipiens: in ſi
militudinem hominũ factus, & habitu in
uentus ut homo. Et uos fratres chariſſi-
mi, exinanite uos, humiliate uos, ſemina-
te uos, perdite uos. Seminate corpus ani-
male, & reſurget corpus ſpũale. Perdite
aías ueſtras, & uitam ęternam ſeruabitis
eas. Vultis noſſe qũo id fecerit apoſtolus
ipſe qui docuit? Siue, inquit, mente exce-
2.Cor.5. dimus Deo: ſiue ſobrij ſum⁹ uobis. Quid
ergo tibi? Ego, iquit, factus ſum tanq̃ uas
perditum. Bene ſeipſum perdit, qui nihil
unquã pro ſe facit: ſed oís eius intentio &
omne deſiderium tẽdit ad Dei placitum:
& utilitatem fratrum ſuoꝝ. Infelix.n.qui *Galat.6.*
qui ſeminat in carne, quia de carne metet
corruptionem. Alibi uerò ſcriptũ eſt. Bea
ti qui ſeminant ſuper oẽs aquas. Sed qũo
ſuper oẽs aquas? Fortè & ſuper aquas de
q̃bus legitur. Et aquæ quę ſup̱ cœlos ſunt *Eſa.32.*
laudent nomen dñi: quæ ſunt uirtutes an *Pſal.118.*
gelicæ, & cœleſtes populi. Ita planè: qm̃
ſpectaculum facti ſumus et angelis, et ho
minibus. Seminemus igitur hoībus exem
plum bonũ per aperta opera: ſeminemus
angelicis gaudium magnum per occulta
ſuſpiria, & cætera hmõi quæ ſolis eis ſunt
nota. Gaudium.n.eſt angelis Dei ſup̱ uno
peccatore pœnitentiã agente. Hinc dice-
bat Apl's. Prouidentes bona non tantum *2.Cor.8.*
corã Deo, ſed ẽt coràm hoībus. Coràm
Deo dixit: corã eis, q̃ uultui Dei aſſiſtũt.
Ipſis.n.maximè placet, cũ uos uident oc-
cultè orãtes, aut ruminãtes pſalmum ali-
quẽ, aut tale aliq̃d facientes. Sic ſeminate
et uos, ſic fructificate chariſſimi. Semina
te et uos, q̃a tã multi añ uos ſeminauerũt,
fructificate q̃a uobis ſeminauerũt. O ge-
nus Adã, q̃ multi ſeminauerũt in te, & q̃
pretioſum ſemẽ; q̃ malè peribis & q̃ me
rito, ſi perierit in te tãtum ſemen, ſimul &
ſeminantium labor. Cui perditioni trade
ris ab agricola, ſi in te perierint hæc uni-
uerſa? Seminauit in terra noſtra tota trini
tas, ſeminauerũt angeli pariter & apl'i, ſe
minauerũt martyres, & cõfeſſores, & uir
gines. Seminauit et filius: ipſe.n.eſt q̃ exijt *Matt.13.*
ſeminare ſemen ſuũ. Pater.n.non exijt, ſed *Lucæ.8.*
filius à patre ꝓceſſit & uenit in mũdum,
ut qui prius erat cogitatio pacis in corde
pr̃is, fieret & ipſe pax nr̃a in utero mr̃is.
Seminauit & ſpũs ſanctus q̃a & ipſe ue-
nit, & apparuerũt diſcipulis diſpartitę lin
guę tãq̃ ignis. Ita tota trinitas ſeminauit:
pater.ſ.panem de cœlo, filius ueritatem,
ſpũs ſanctus charitatem. Angeli quoq; ſe
minauerunt, qñ cadentibus alijs ipſi ſtete
rũt. Dixit.n.lucifer ille (ſed non iã lucifer,
ſed tenebrifer & ueſpus.) Sedebo ĩ mõte *Eſa.14.*
teſtamẽti, ſimilis ero altiſſimo. O ĩpudẽs, *Ezech.*
ô impudens. Milia milium miniſtrãt ei, et
decies cẽtena milia aſſiſtũt, et tu ſedebis?

Cherubim, ait propheta ſtabant, & non
ſedebant. Quid laboraſti, ut iam ſedeas?
Omnes adminiſtratorij ſunt ſpiritus miſſi
in miniſterium propter eos qui hęredita-
tem capiũt ſalutis, & tu ſedebis? Quid ſe
minaſti, ut iam metas? Non eſt tuum, nõ
eſt tuum hoc, ſed q̃bus paratum eſt à pa-
tre. Quid eis inuides? Profectò ipſi ſede-
bunt, ipſi inquam, uermiculi terrę iudican
tes ſedebunt, & tu nõ modo non ſtabis,
1.Corin.6. ſed iudicandus aſtabis. Neſcitis, ait apo-
Pſalm 125 ſtolus, quia & angelos iudicabimus? Ip-
ſi utique ibant & flebant mittentes ſemi-
na ſua, uenientes autem uenient cum exul
tatione portantes manipulos ſuos. Duo
manipuli ſunt quos quæris, honoris ſci-
licet & quietis. Seſſionem affectas & al-
titudinem, ſed non ſic, non ſic: non colli-
ges, quia nõ ſeminaſti. Qui ſeminauerunt
laborem & utilitatem, metent honorem
pariter & quietẽ. Pro cõfuſione enim ſua
duplici et labore, in terra ſua duplicia poſ
Pſalm.118. ſidebunt. Vnde et dicebat quidam. Vide
humilitatem meam, & laborem meum.
Hodie audiſtis in euangelio ꝓmittentem
dominum, et dicentẽ diſcipulis. Sedebitis
ſuper ſedes iudicantes duodecim tribus
Iſrael. Ecce quies ſeſſionis, & honor iudi-
Matth. cij. Nã & ipſe dominus ad hæc noluit ꝑue
nire, niſi per humilitatem & laborẽ. Vnde
& morte turpiſſima condemnatus eſt, in
terrogatus tormẽtis, et opprobriis ſatura
tus: utiq; ut inimicus induatur cõfuſione:
ipſe pariter et omnes qui imitãtur eum et
prętergrediuntur uiã. Ipſe eſt ô inique ipſe
eſt qui ſeſſurus eſt in ſede maieſtatis ſuæ
ſimilis altiſimo, et coaltiſſim⁹ ei. Hoc uti
que cogitauerunt angeli ſancti, q̃ cadẽte
maligno, apoſtaſię illius nõ conſenſerũt:
nobis relinquẽtes exemplum ut quemad
modum ipſi elegerunt miniſtrare, ſic &
nos faciamus. Nã etiam qui laborem fu-
giũt, honorem captant, illum ſe nouerint
imitari qui ſeſſionem altitudinemq; quæ-
ſiuit: & ſi non ſatis terret eos illius culpa,
terreat uel uindicta. Omnia enim in con-
trarium deuenerunt, ut formatus ſit ad il-
ludendũ ei, & ignis æternus præparatus
eſt illi. Ad hæc uitanda, prudentiã nobis
ſeminauerunt ſancti angeli, qui prius eam
(alijs cadẽtibus) tenuerũt. Sed et apoſtoli
hanc ipſam ſeminauerunt nobis, quando
recedentibus his q̃ ſapientiã huius mundi
ſequebantur (quæ ſtultitia eſt apud deũ)
& prudentiam carnis quæ mortem ope-
ratur, & inimica eſt deo: ipſi domino ad-
hæſerunt. Scãdalizati enim illi audientes
de ſacramẽto carnis, et ſanguinis ultra nõ
ibãt cũ eo: diſcipuli uerò ĩterrogati an &
ipſi uellent abire, reſponderunt. Ad quem
ibimus? Verba uitę ęternę habes. Neceſſe *Ioan.6.*
habemus fratres hanc prudentiã imitari:
q̃a multi adhuc ambulant cũ Ieſu, donec
ueniatur ad edendã eius carnem, et biben
dum ſanguinem illius: ad comunicãdum
ſcilicet paſſionibus eius. hoc enim & uer-
bum illud, & ipſum ſacramentum ſigni-
ficat: extunc autem ſcandalizantur, &
abeunt retro dicentes: q̃a durus eſt hic ſer
mo. Nos cum apoſtolis prudentes ſimus
& dicamus. Domine ad quẽ ibimus? uer-
ba uitæ æternæ habes. Non diſcedimus à *Deut.8.*
te, uiuificabis nos. Non in ſolo pane uiuit
homo, ſed in omni uerbo quod procedit
de ore dei. Non ſolus mundus habet dele
ctationem, ſed multò maior eſt in uerbis
tuis. Vnde & propheta ait: Quàm dulcia *Pſalm.118*
faucibus meis eloquia tua ſuper mel ori
meo. Ad quem igitur eamus? uerba uitæ
æternæ habes domine: & ea quæ ſunt ſu-
per omnia, quæ mundus habere poteſt.
Non ſolum ipſa uita, ſed & promiſſio uitę
æternæ, & expectatio iuſtorũ lætitia eſt,
et tanta lætitia, ut omne qđ concupiſcit̃ ei
non ualeat comparari. Hanc igitur pru-
dentiã nobis apoſtoli ſancti ſeminauerũt.
Martyres uerò manifeſtũ eſt fortitudinẽ
ſeminaſſe. Porrò uerò cõfeſſores ſemina-
uerũt iuſtitiã, quã in omni uita ſua ſequuti
ſunt. Hoc enim intereſt inter martyres et
confeſſores, quod inter Petrum ſimul om
nia relinquentem, & Abraham ſubſtan-
tiam mundi in bonos uſus expẽdentem.
Sic enim illi conſummati in breui expleue
runt tẽpora multa: iſti uerò longa & mul-
timoda traxere martyria. Virgines ſanctę
planum eſt, quia temperantiam ſemina-
uerunt, que ſic libidinem calcauerunt.

In annunciatione beatæ Mariæ, de uerbis Pſalmi: Vt inhabitet gloria in terra noſtra. Sermo. I.

VT inhabitet gloria ĩ terra nr̃a, mi
ſericordia & ueritas obuiauerũt
ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.
2. Cor. 1. Gloria noſtra hæc eſt (ait apoſtolus) teſti
moniũ conſcientię noſtræ. Non q̃dem ta
le teſtimoniũ, quale ille ſuꝑbus phariſęus
habebat, ſeducta & ſeductrice cogitatio
ne: teſtimonium perhibens de ſeipſo, &
teſtimonium eius uerum non erat, ſed cũ
ſpiritus ipſe teſtimoniũ perhibet ſpiritui
noſtro. Porrò hoc teſtimonium in tribus
conſiſtere credo. Neceſſe eſt. n. primo om
niũ credere ꝗ remiſſionem peccatorum
habere non poſſis, niſi per indulgentiam
dei: deinde quòd nihil ꝓrſus habeą̃ queas
operis boni, niſi et hoc dederit ipſe: poſtre
mo ꝗ æternam uitam nullis potes operi
bus promereri, niſi gratis detur & illa.
Quis enim poteſt facere mundum de im
mundo conceptum ſemine, niſi qui ſolus
eſt mundus? Vtique quod factum eſt, nõ
poteſt non fieri: ipſo tamen non imputan
te erit quaſi non fuerit. Quod propheta
quoque cõſiderans ait. Beatus uir cui nõ
Pſalm. 31. imputabit dominus peccatum. De operi
bus uerò bonis certum oĩno eſt, ꝗ nemo
hæc habeat à ſeipſo. Nam ſi ſtare non po
tuit humana natura adhuc integra, quan
tò minus poterit ꝑ ſeipſam reſurgere iam
corrupta? Certum eſt ad ſuam originem
uniuerſa quantum in eis eſt tendere, & in
eam ſemper eſſe partem procliuiora. Sic
& nos qui de nihilo creati ſumus, conſtat
quia ſi nobiſipſis relinquimur, in peccatũ
ſemper (quod nihil eſt) declinamus. Iam
uerò de æterna uita ſcimus, quia non ſunt
condignæ paſſiones huius tẽporis ad fu-
turam gloriam, nec ſi unus oẽs ſuſtineat.
Neque. n. talia ſunt hominũ merita ut pro
pterea uita æterna debeatur ex iure, aut
deus iniuriam aliquam faceret, niſi eam
donaret. Nam ut taceã quòd merita om-
nia dona dei ſunt, & ita homo magis pro
pter ipſa deo debitor eſt quàm deus hõ-
mini: q̃d ſunt merita omnia ad tãtam glo
riam? denique quis melior eſt propheta
cui dominus ipſe tam inſigne teſtimoniũ
perhibet, dicens: Virum inueni ſecundũ
cor meum. Veruntamen & ipſe neceſſe Pſal. 142.
habuit dicere deo. Non intres in iudiciũ
cum ſeruo tuo domine. Nemo itaque ſe
ſeducat: quia ſi bene cogitare uoluerit, in
ueniet proculdubio quòd nec cum decẽ
milibus poſſit occurrere ei, qui cum uigin
ti milibus uenit ad ſe. Verũ hæc quæ nũc
diximus non omnino ſufficiunt, ſed ma-
gis initium quoddam & uelut fundamen
tum fidei ſunt habenda. Ideóque ſi credis
peccata tua nõ poſſe deleri niſi ab eo cui
ſoli peccaſti, & in quem peccatum non
cadit, bene facis: ſed adde adhuc, ut &
hoc credas quia per ipſum tibi peccata
donantur. Hoc eſt teſtimoniũ quod ꝑhi-
bet ĩ corde noſtro ſpiritus ſanctus dicẽs.
Dimiſſa ſunt tibi peccata tua. Sic enim Roma. 3.
arbitratur apoſtolus: gratis iuſtificari ho
minem per fidem. Ita de meritis quoque
ſi credis non poſſe haberi niſi per ipſum,
non ſufficit donec tibi perhibeat teſtimo
nium ſpiritus ueritatis, quia habes ea per
illum. Sic & de uita æterna habeas neceſ
ſe eſt teſtimonium ſpiritus: quòd ad eam
diuino ſis munere peruẽturus. Ipſe. n. pec
cata cõdonat: ipſe donat merita, & p̃mia
nihilomin⁹ ipſe redonat. Porrò teſtimonia
iſta credibilia facta ſunt nimis. Nã de re-
miſſione q̃dẽ peccatoꝝ ualidiſſimũ teneo
argumentũ, dñicã paſſionẽ. Vox ſiq̃dem
ſanguinis eius inualuit multo plus q̃ uox
ſanguinis Abel, clamans in cordibus ele-
ctoꝝ, remiſſionem oĩum peccatorũ. Tra
ditus eſt. n. ꝓpter peccata noſtra: nec du-
bium q̃n potentior & efficacior ſit mors
illius in bonũ, q̃ peccata noſtra in malũ.
De bonis aũt opibus argumentũ nihilo-
minus efficax mihi eſt reſurrectio eius, q̃a
reſurrexit ꝑꝑ iuſtificationẽ noſtrã. Porrò
de ſpe p̃mioꝝ teſtimoniũ eius eſt aſcẽſio,
q̃a aſcẽdit ꝓpter glorificationẽ noſtram.
Hęc tria in pſalmis habes dicẽte ꝓpheta.
Beatus uir cui non imputabit dñs pecca
tũ. Et alibi. Beatus uir cuius ẽ auxiliũ abs Pſal. 31.
te. Itẽ alibi. Beatus quẽ elegiſti & aſſum- Pſal. 83.
pſiſti, habitabit in atrijs tuis. Hęc eſt glo- Pſal. 64.
ria uera, glĩa inhabitãs: q̃a ab eo ẽ q ꝑ fidẽ
habitat ĩ cordib⁹ nr̃is. Filij uerò Adã glĩã

quæ ab inuicem eſt quærentes, gloriam
quæ à ſolo deo eſt non uolebant, ſed ſic
gloriam extrinſecus fluentẽ ſectantes ha
bebãt, gloriã non in ſemetipſis ſed magis
in alijs. Vis noſſe unde ſit homini inhabi-
tãs gloria? Dico breuiter q̃m ad myſtica
feſtinat intẽtio. Nã et ea ſola ꝓpoſuerã in
uerbis illis ꝓpheticis diligẽtius ueſtigarẽ,
ſed reflexit ad moralia occurrens prima
fronte apoſtolicus ſermo de interna glo-
ria & teſtimonio conſcientiæ. Sic ergo in
habitat hęc gloria ẽt hic in terra nr̃a, ſi mi
ſericordia & ueritas obuient ſibi, & ſeſe
iuſtitia & pax oſculentur. Præueniẽti ſiq̃-
dem miſericordiæ, ut ueritas nr̃æ conuer
ſionis occurrat neceſſe eſt, ac de cætero
ſanctimoniã ſectemur et pacẽ, ſine qua ne
mo uidebit deũ. Vbi. n. cõpungitur q̃s, iã
tunc eũ miſericordia p̃uenit, ſed nequaq̃
ingredietur donec ei ueritas confeſſionis
occurrat. Peccaui dño, ait ipſe Dauid ad
Natham ꝓphetam, cũ de adulterio et ho
micidio argueretur. Et tranſtulit dñs pec
catum à te, ait Propheta. Nimirum miſeri
cordia & ueritas obuiauerũt ſibi. Et hoc
quidem, ut declines à malo. Iam uerò ut
facias bonum in tympano & choro tibi
pſallendũ eſt, ut ipſa mortificatio carnis
tuæ & pœnitẽtiæ fructus ac iuſtitiæ ope-
ra, in unitate & cõcordia fiant: q̃m unitas
ſpiritus, uinculũ eſt perfectionis. Neq; ad
dexterã neque ad ſiniſtram declinaueris.
Sunt. n. quorũ dextera eſt dextera iniq̃ta
tis. Phariſęus ille cuius ſupra meminim⁹,
non erat ſicut cæteri hominum, ſed ipſe ſi
bi (ut diximus) teſtimonium ꝑhibuit ſed
non uerum. Sanè q̃ſquis ille eſt in quo mi
ſericordia & ueritas obuiauerunt ſibi, iu-
ſtitia & pax oſculatæ ſunt, ſecure gloriẽ,
ſed in eo qui ſibi teſtimoniũ ꝑhibet in ſpi
ritu utiq; ueritatis. Vt inhabitet gloria in
in terra noſtra, miſericordia et ueritas ob
uiauerũt ſibi, iuſtitia et pax oſculatę ſunt.
Si gloria patris filius ſapiẽs, cum ſit ſapiẽ
tia ipſa, ſapientior nemo: liquet profecto
gloriam patris, Chriſtum dei uirtutẽ, &
Heb. 1. dei ſapientiam eſſe. Quia ergo multifariè
multisq; modis de eo prædictum fuerat
in prophetis quod in terris uidendus eſ-
ſet, & inter homines conuerſaturus, quo-
nam modo id factum ſit, & impletis quę
de eo per os omnium prophetarum dicta
fuerãt, habitauerit gloria in terra noſtra,
Pſalmiſta indicat in his uerbis, ac ſi mani
feſte dicat. Vt uerbũ caro fieret & habita Pſal. 38.
ret in nobis, miſericordia & ueritas obuia
uerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt.
Magnũ ſacramentũ fratres & diligẽtius
ꝑſcrutandũ, niſi & intellectus myſterio,
et ipſi quoq; ĩtellectui uerba deeſſent. Di
co tñ utcunq; modicũ id quod ſentio, ſi
fortè uel occaſionem dediſſe uidear ſapiẽ
ti. Videẽ mihi uideor dilectiſſimi quatuor
uirtutibus his amictũ primũ hominẽ ab
ipſo ſuæ creationis exordio, et (ut ꝓpheta
meminit) ueſtimẽto ſalutis indutũ. Eſt. n.
in his quatuor illa ſalutis integritas: nec ſi
ne his oĩbus põt conſtare ſalus: pręſertim
cũ nec poſſint eſſe uirtutes ſi ab inuicẽ ſe-
parenẽ. Acceperat ergo hõ miſericordiã,
cuſtodem. ſ. atq; pediſſequam, ut ipſa prę
ueniret, ipſa & ſequeretur eũ, ipſaq; ꝓte-
geret & conſeruaret ubique. Vides qua-
lem nutritium contulit paruulo ſuo deus,
qualem dedit pediſſequam homini re-
cèns orto. Sed erat illi neceſſarius etiam
eruditor tanquã ingenuæ & rationabili
creaturæ, ut non ſicut iumentum aliquod
cuſtodiretur, ſed tanquã paruulus educa
reẽ. Cui ſanè magiſterio nemo poterat ap
tior inueniri, q̃ ueritas ipſa q̃ eũ in agnitio
nẽ ſummæ ꝑduceret aliq̃n ueritatis. Inte
rim uerò ne ſapiens inueniret ut malũ face
ret, eſſetq; peccatũ ei tanquã ſcienti bo-
nũ & minime facienti, iuſtitiã quoq; qua
regeretur accepit. Adhuc aũt & pacem
qua fouereẽ & delectareẽ addidit manus
benigniſſima creatoris. Pacẽ utiq; dupli-
cẽ ut nec intus pugnæ, nec foris timores,
. i. nec caro concupiſceret aduerſus ſpritũ:
nec eſſet ei creatura ulla formidini. Nã &
beſtijs oĩbus libere impoſuit noĩa, et ſer-
pẽs ipẽ, q uiolẽtia nõ p̃ſumpſit, fraude ma
gis eũ aggreſſus ẽ. Quid huic deerat, quẽ
mĩa cuſtodiebat, docebat ueritas, rege
bat iuſtitia, pax fouebat? Sed heu hõ iſte
ad multã ꝑnicẽ & inſipiẽtiã ſibi, deſcẽdit
de Hierl'em ĩ Hiericho. Siq̃dẽ ĩcidit ĩ latro Luce. 10.

ñes, à quibus et ante omnia legitur deſpo
liatus. An nõ deſpoliatus, qui dño uenien
te nudum ſe eſſe conqueritur? Nec uerò po-
terat reueſtiri, uel ablata ſibi recipe ueſti-
mẽta, niſi Xp̃s amitteret ſua. Sicut.n. uiui
ficari in aĩa niſi interueniente corpali mor
te Chriſti nõ potuit, ita nec reueſtiri ſine
eius deſpoliatione. Et uide ſi non pp has
quatuor partes ueſtimenti qđ amiſerat
primus & uetus homo in totidem quoq;
diuiſa ſunt ſecũdi & noui hoĩs ueſtimẽta.
An fortè quæris & tunicam incõſutilem,
quę non diuiditur ſed ſorte ꝑuenit? Ego di-
uinam arbitror eſſe imaginẽ, quę nimirũ
non aſſuta ſed inſita atq; ſibi impreſſa na
turę, diuidi ſcindiq; non põt. Ad imaginẽ
nempe & ſimilitudinẽ Dei factus eſt ho-
mo, in imagine arbitrij libertatẽ, uirtutes
hñs in ſimilitudine. Et ſimilitudo qdẽ pe-
rijt, ueruntñ in imagine pertranſit homo.
Imago ſiqdem in gehẽna ipſa uri poterit
non exuri, ardere ſed non deleri. Hęc ergo
non ſcinditur, ſed ſorte ꝑuenit. Et quocũq;
perueniat aĩa, ſimul & ipſa erit. Nã ſimili-
tudo nõ ſic, ſed aut manet in bono, aut ſi
peccauerit aĩa mutatur miſerabil'r, iumen-
tis inſipientibus ſimilata. Sed qa ſpoliatũ
uirtutib⁹ quatuor hoĩem diximus, quonã
modo ſingulis ſit ſpoliatus, cõgruũ eſt ut
dicamus. Perdidit homo iuſtitiã, cũ Eua
ſerpentis, Adã mulieris uoci obediuit po
tius q̃ diuinę. Erat tñ reſiduum aliqd, qđ
apprehendere poſſent, idq; dominus ſuo
illo ſcrutinio innuebat, ſed abiecerunt ẽt
illud, conuerſi in uerba malitiæ, ad excu-
ſandas excuſationes in peccatis. Prior.n.
iuſtitiæ portio non peccare, ſecunda per
pñiam damnare pctm̃. Perdidit & miſeri
cordiã cũ ſic exarſit Eua in concupiſcẽtia
ſua, ut nec ſibi, nec uiro, nec filijs parceret
naſcituris, ſimul oẽs terribili maledicto et
neceſſitati mortis addicẽs. Adã quoq; in-
dignationi diuinę mulierẽ pro qua pecca
uerat obiecit: quaſi poſt tergũ eius uolẽs
declinare ſagittã. Vidit.n. mulier lignum
quod eſſet pulchrũ uiſu, & ad ueſcẽdum
ſuaue, & à ſerpẽte audierat tanq̃ deos ſe
futuros. Funiculus triplex difficile rũpitur,
curioſitatis, uoluptatis, & uanitatis. Hæc
ſola mundus habet, concupiſcentiam car
nis, cõcupiſcentiã oculorum, & ſuperbiam
uitę. His abſtracta & illecta miſericordiã
oẽm crudelis mater abiecit. Sic & Adã q
mulieri male miſertus eſt, ut cũ ea pecca-
ret, bene noluit miſereri ut pœnã ſuſtine-
ret ꝑ ea. Priuata eſt ẽt mulier ueritate, pri
mo qdem malè detorquens qđ audierat
morte morieris, & dicẽs, ne fortè moria-
mur: demũ ſerpenti credẽs, penitus abne
gãti & dicenti, nequaq̃ moriemini. Priua
tus eſt & Adã ueritate, ubi eã cõfiteri eru
buit, folia, hoc eſt excuſationũ operimẽta
prętẽdens. Siqdem ipſa dicit. Qui erubue *Lucæ.9.*
rit me corã hoĩbus, erubeſcã & ego eum
corã patre meo. Pacẽ quoq; ꝓtinus ami-
ſerunt, quia non eſt pax impijs dicit dñs.
Nónne.n. contrariã legẽ inuenerãt in mẽ-
bris ſuis, quos de nouo pudere cœperat
nuditatis? Timui ego, inqt, eò qđ nudus *Gene.3.*
eſſem. Non ſic miſer nõ ſic paulo antè ti-
mebas, nõ q̃rebas folia, licet corpore nu-
dus ſicut & modo. Ex hoc ſanè (ut ꝓphe-
tę ipſius parabolã ꝓſequamur, q ſibi ob-
uiaſſe eas, & recõciliatas in oſculo memo
rauit) grauis q̃dã inter uirtutes uidetur orta
cõtentio. Siqdem ueritas & iuſtitia miſe-
rũ affligebãt, pax & miſericordia zeli hu
ius expertes iudicabãt magis eſſe parcen
dum. Sũt etenim collactaneę hę duę, ſibi
quẽadmodũ et priores. Vnde et factũ eſt
ut pſeuerantibus illis in ultione et pręuari
catorẽ hincinde cędentibus, & pręſentes
moleſtias futuri cumulãtibus cõminatio
ne ſupplicij, illę ſecederẽt in cor patris re-
deuntes ad dominũ qui illas dedit. Solus
ſiquidem ipſe cogitabat cogitationes pa
cis cũ afflictionis plena omnia uiderentur.
Siquidem nõ ceſſabat pax, non ei miſeri-
cordia dabat ſilentium, ſed pio quodam
ſuſurrio paterna pulſantes uiſcera loque-
bantur. Nunquid in æternum proijciet
Deus, aut non apponet ut complacitior
ſit adhuc? Nunquid obliuiſcetur miſereri
Deus, aut continebit in ira ſua miſericor
dias ſuas? Et quamuis diu multumq; ui-
ſus ſit diſſimulare pater miſerationum, ut
interim ſatisfaceret zelo iuſtitię & uerita
tis; non tñ infructuoſa fuit ſupplicantium
importunitas,

importunitas, ſed exaudita eſt in tpe op-
portuno. Fortè.n. interpellantibus tale di
catur dediſſe rñſum. Vſquequo preces urę?
Debitor ſum & ſororib⁹ ueſtris, quas ac-
cinctas uidetis ad faciendã uindictã in na
tionibus, iuſtitiæ & ueritati. Vocentur et ue
niant, & ſup hoc uerbo pariter confera-
mus. Feſtinant ergo legati cœleſtes, & ut
Eſaie.33 uiderũt miſeriã hominũ et crudelẽ plagã,
ut ꝓpheta loquitur, angeli pacis amarè fle-
bant. Qui.n. fidelius q̃rerent aut rogarent
quę ad pacẽ ſunt, q̃ angeli pacis? Sanè ex
deliberatione cõmuni aſcẽdit ueritas ad
cõſtitutã diem, ſed aſcẽdit uſq; ad nubes:
necdũ planè lucida, ſed ſubobſcura et ob
nubilata adhuc zelo indignationis. Fa-
Pſal.35. ctũq; eſt ut legim⁹ in ꝓpheta. Dñe in cœ
lo miſericordia tua, & ueritas tua uſq; ad
nubes. Medius aũt pater luminũ reſide-
bat, & utraq; pro parte ſua utilius qđ ha
bebat loq̃batur. Quis putas illi colloquio
meruit intereſſe, & indicabit nobis? Quis
audiuit & enarrabit? Forte inenarrabilia
ſunt & nõ licet homini loq. Sũma tñ con
trouerſiæ totius hæc fuiſſe uidetur. Eget mi
ſeratione creatura rõnalis ait miſericor-
dia, qm̃ miſera facta ẽ, & miſerabilis ual-
de. Venit tp̃s miſerendi eius, qa iam prętе
rijt tp̃s. Econtra ueritas. Oportet, inquit,
impleri ſermonẽ quẽ locutus es dñe. To-
tus moriatur Adam neceſſe eſt cũ oĩbus q
in eo erãt, qua die uetitũ pomũ in præua-
ricatione guſtauit. Vt qd ergo ait miſeri-
cordia, ut qd me genuiſti pater citius pe-
rituram? Scit.n. ueritas ipſa, qm̃ miſericor
dia tua perijt, & nulla eſt, ſi non aliqñ mi-
ſerearis. Simil'r aũt ecõtrario & illa loque
batur. Quis.n. neſciat, qđ ſi prædictam ſibi
p̃uaricator ſñiam mortis euaſerit, perijt,
nec pmanebit iam in ęternum ueritas tua
dñe? Ecce uerò unus de Cherubim.i. ma-
gni conſilij angelus ad regẽ Salomonem
Ioan.5. ſuggerit eſſe mittendas. Qm̃ filio, inquit,
datũ eſt omne iudiciũ: Et in eius ergo con
ſpectu miſericordia, & ueritas obuiaue-
rũt ſibi, eadẽ quæ ſupra meminimus uer-
ba q̃rimoniæ repetentes. Fateor, ait ueri-
tas, zelum bonũ miſericordia habet, ſed
utinam ſcdm ſcientiã. Nunc aũt qd præ-
uaricatori potius q̃ ſorori iudicat eẽ par-
cẽdũ? At tu, inqt miſericordia, neutri par-
cis, ſed tanta indignatione ſæuis in præua
ricatorem, ut inuoluas pariter & ſororẽ.
Quid mali merui? ſiqd habes aduerſum
me dicito mihi. Sin aũt qd me pſequeris?
Grandis cõtrouerſia fratres, & intricata
nimiũ diſceptatio. Quis non illic diceret,
bonũ nobis erat ſi natus nõ fuiſſet homo
iſte? Sic erat dilectiſſimi oĩno, ſic erat, nõ
uidebatur q̃uo ſimul poſſent erga hoĩem
miſericordia & ueritas conſeruari. Cũq;
adijceret ueritas in ipſum quoq; iudicem
partis ſuæ iniuriã retorqueri, dicẽs cauen
dum oĩno ne fieret irritum uerbũ patris,
ne ſermo uiuus & efficax qualibet occa-
ſione euacuaretur, parcite quæſo ait pax,
parcite uerbis hmõi, nõ nos talis alterca-
tio decet, uirtutũ eſt inhoneſta cõtentio.
Porrò iudex iclinans ſe, digito ſcribebat
in terra. Erant aũt uerba ſcripturæ, q̃ pax
ipſa legit in auribus oĩum. Ea ſiqdem pro
pius aſſidebat. Hæc dicit, perij ſi Adam
non moriatur, & hæc dicit, perij niſi miſeri-
cordiam cõſequatur. Fiat mors bona, et ha
bet utraque qđ petit. Obſtupuere oẽs in
uerbo ſapientiæ & forma compoſitionis
pariter atq; iudicij. Siqdem manifeſtum
fuit nullam eis q̃rimoniæ occaſionẽ relin
qui: ſiqdẽ fieri poſſet qđ utraq; petebat,
ut & moreretur, & miſericordiam cõſeque
retur. Sed id q̃uo fiet? inquiunt. Mors cru
deliſſima, & amariſſima eſt, mors terribi
lis, et ip̃o horrẽda auditu. Bona fieri qua-
nam ratione poterit? At ille. Mors, iquit, *Pſal.32.*
peccatorum peſſima, ſed pretioſa fieri põt
mors ſctõrum. An non pretioſa erit, ſi fuerit
ianua uitę, porta glorię? Pretioſa, inquiũt.
Sed q̃uo fiet iſtud? Fieri, ait, poteſt: ſi ex
charitate moriatur quis, utiq; qui nihil de-
beat morti. Neq; enim detinere poterit *Ezec.3.*
mors innoxium, ſed forabitur (ut ſcriptũ
eſt) maxilla Leuiathan, & deſtruetur pa
ries medius, ſolueturq; chaos magnum,
qđ inter mortem uitamq; firmatum eſt.
Nimirum charitas fortis ut mors, imò &
fortior morte ſi fortis illi⁹ itrauerit atriũ,
alligabit eũ, et diripiet utiq; uaſa eius, ſed
& ipſo tranſitu ſuo ponet ꝓfundum ma-

ris uiam, ut trãſeant liberati: Bonus uiſus
eſt ſermo, utpote fidelis, et omni acceptio
ne diguus. Sed ubi poterit ille inocẽs inue
niri, q mori uelit nõ ex debito, ſed ex uolũ
tate, non ex malo merito, ſed ex bñplaci-
to ſuo? Circuit ueritas orbẽ terrę, et nemo
mũdus à ſorde: nec infans cuius eſt unius
diei uita ſup terrã. Sed & miſericordia cœ
lũ omne perluſtrat, & in angelis quoque
ne dixerim prauitatem, minorẽ tñ inuenit
charitatem. Nimirũ hæc uictoria aliĳ de-
bebat, quo maiorem charitatẽ nemo ha-
beret ut aĩam ſuam poneret qs pro ſeruis
inutilibus, & indignis. Nam & ſi ipſe iam
nõ dicit nos ſeruos, hoc ipſum imenſæ di-
lectionis eſt, & eximiæ dignationis. Nos
aũt & ſi oĩa quæ p̃cepta ſunt nobis face-
remus, qd aliud dicere deberem⁹, niſi qđ
ſerui inutiles ſumus? Sed qs eum ſup hoc
cõuenire præſumeret? Redeũt ad conſti-
tutã diem ueritas & miſericordia, anxiæ
plurimũ non inuento qđ deſiderabant.
Ioan. 11. Tũc uerò ſeorſum pax cõſolans eas, uos,
Pſal. 52. inqt, neſcitis qcq̃ nec cogitatis. Non eſt
Gene. 6. qui faciat bonũ hoc, non eſt uſq; ad unũ.
Qui cõſiliũ dedit, ferat auxiliũ. Intellexit
rex qd loqueret̃, & ait. Pœnitet me feciſſe
hoĩem. Pœna, inqt, me tenet, mihi incũbit
ſuſtinere pœnam, pñiam agere pro hoĩe
quem creaui. Tũc ergo dixit, ecce uenio.
Nõ.n. põt hic calix trãſire, niſi bibam illũ.
Et accerſito Gabriele uade, inqt, dic filiæ
Zacha. 9 Sion, ecce rex tuus uenit. Feſtinauit ille et
ait. Adorna thalamũ tuũ Sion, & ſuſcipe
regem. Porrò uenturũ regẽ miſericordia
& ueritas pręuenerũt, ſicut ſcriptum eſt.
Miſericordia & ueritas p̃cedent faciem
tuã. Iuſtitia thronũ præparat ſcđm illud.
Iuſtitia & iudiciũ præparatio ſedis tuæ.
Pax cũ rege uenit, ut ꝓpheta fidelis inue-
Pſalm. 88. niret qui dixerat. Pax erit in terra noſtra
cũ uenerit. Inde eſt qđ nato dño, angelo-
Lucæ. 2. rum chorus canebat. Pax in terra hoĩbus
bonæ uoluntatis. Sed & tunc iuſtitia &
pax oſculatæ ſunt, quæ nõ modicè uide-
bant̃ hacten⁹ diſſidere. Prior.n. ſiqua erat
ex lege iuſtitia non oſculũ, ſed aculeũ ma
gis habebat urgens timore, q̃ prouocãs
dilectione. Sed nec habuit illa reconcilia
tionem, ſicut habet nunc quæ ex fide no-
ſcit̃ eſſe iuſtitia. Alioquin qd erat qđ nec
Abrahã nec Moyſes nec cæteri iuſti tem
poris illius, in obitu ſuo pacem illam bea
titudinis æternæ apprehẽdere, aut regnũ
pacis poterãt introire, niſi qđ minime ad
huc iuſtitia & pax ſeſe fuerant oſculatæ?
Ex hoc ſanè dilectiſſimi feruẽtiore nobis
zelo ſectanda iuſtitia eſt. Siqdem iuſtitia
& pax oſculatæ ſunt, et indiſſolubile ami
citiaꝝ iniere fœdus: ut quicunq; teſtimo
niũ iuſtitiæ ſecum tulerit, hilari uultu iam
amplexibus lætis accipiat̃ à pace, in idip-
ſum dormiens & requieſcens.

Item de ſeptiformi ſpiritu in Chriſto, in annuncia tione dominica. Sermo II.

C Onſiderare eſt fratres in ſolẽnita
te hodierna dñicę annũciationis,
uelut amœniſſimã quandam pla
niciem, ſimplicẽ nr̃æ reparationis hiſto-
riã. Iniungit̃ noua legatio angelo Gabrie
li, & nouam uirgo ꝓfeſſa uirtutem, nouæ
ſalutationis honorat̃ obſequio. Antiqua
excludit̃ maledictio mulierũ, nouã noua
mater accipit bñdictionem. Implet̃ per
gratiam quæ cõcupiſcentiã neſcit, ut ſpiri
tu ſuperueniente altiſſimi pariat filiũ, quę
uirum dedignat̃ admittere. Intrat ad nos
eadem porta ſalutis antidotũ, qua uene-
num ſerpentis ingrediens, uniuerſitatẽ ge
neris humani occuparat. in numeros hu-
iuſcemodi flores ex his facile ẽ legere pra
tis, ſed intueor mediã metuendæ ꝓfundi-
tatis abyſſum. Abyſſus planè imperſcru-
tabilis, incarnationis dominicę ſacramen
tum, abyſſus impenetrabilis, uerbum ca
ro factum eſt, & habitauit in nobis. Quis
enim inueſtiget, quis attingat, quis ap-
prehendat? Puteus altus eſt & in quo
hauriam non eſt mihi. Veruntamen ſo-
let interdum ſuperpoſita puteis hume-
ctare linteamina uapor exhalans. Pro-
pterea ſanè licet irrũpere uerear propriæ
conſcius infirmitatis, frequenter tamen
uelut ſup os huius putei expãdo ad te do
mine manus meas, pro eo quod anima
mea ſicut terra ſine aqua tibi. Et nunc ſi-
quidem qđ (aſcendẽte de deorſum nebu
la) tenuis ebiberit cogitatio, uobis fra-

tres modicum illud ſine inuidia cõmuni-
care curabo, uelut expſſo linteamine uel
exigua refundens cœleſtis ſtillicidia ro-
ris. Quæro igitur qua ratione filius magis
incarnatus ſit quàm pater aut ſpiritus ſan
ctus, cum totius trinitatis nõ modo ęqua
lis ſit gloria, ſed una eademq; ſubſtantia.
Sed quis cognouit ſenſum domini, aut
quis conſiliarius eius fuit? Altiſſimum eſt
myſterium, nec nos oportet temere ſup
huiuſcemodi præcipitare ſententiam. Vi-
detur tamen nec patris nec ſpiritus incar
nationem in pluralitate filiorum effugiſſe
cõfuſionem, dum alius Dei, alius filius ho
minis diceretur. Videtur & illud maxime
congruũ, ut his ſpecialiter filius fieret qui
filius erat: nequid eẽt ambiguitatis in no-
mine. Deniq; ipſa eſt uirginis noſtræ glo
ria ſingularis & excellens prærogatiua
Marię, quòd filium unum eũdemq; cum
Deo patre meruit habere communem,
quam ſanè periĳſſe conſtat ſi non filius in-
carnaretur. Sed nec nobis alia dari poſſet
occaſio ſimilis ſperandæ ſalutis & hære-
ditatis, factus quidem primogenitus in
multis fratribus, qui unigenitus erat aſci-
ſcet eos ſine dubio in hæreditatem, quos
uocauit in adoptionem. Si enim fratres,
et cohęredes. Hic ergo Chriſtus Ieſus me
diator fidelis, ſicut in perſona una Dei ho
minisq; ſubſtantiam copulauit ineffabili
ſacramento, ſic & in ipſa reconciliatione
conſilio uſus altiſſimo, mediam non deſe
ruit æquitatem, utriſq; tribuens qđ opor
tebat, honorem Deo, homini miſeratio-
nem. Hęc enim optima inter offenſum do
minum & reum ſeruum forma compoſi-
tionis, ut nec honorandi domini zelo ſer-
uus opprimat̃ auſteriori ſententia: nec rur
ſum dum huic imoderatius condeſcendi-
tur, ille debito fraudetur honore. Audi igi
tur & diligenter obſerua angelicã in hu-
Lucæ. 2. ius mediatoris ortu diſtributionem. Glo
ria, inquiunt, in altiſſimis deo, & in terra
pax hoĩbus bonæ uoluntatis. Huius de-
niq; gratia obſeruationis fideli reconci-
liatori Chriſto nec timoris ſpirit⁹ defuit,
quo patri ſemper reuerẽtiam exhiberet,
ſemper ei deferret, ſemper gloriam eius
quæreret: nec ſpiritus pietatis, quo miſeri
corditer compateretur hominibus. Vnde
& neceſſarium habuit ſpiritũ quoq; ſcien
tiæ per quem timoris pariter & pietatis
diſtributio fieret inconfuſa. Et nota quod
in primo illo parentum noſtrorum pecca
to tres quidem authores extiterunt, ſed
manifeſte defuerunt tria tribus. Dico.n.
Euam, diabolum, & Adam. Non habuit *1. Ti. 2.*
Eua ſcientiam, quæ, ut ait Apoſtolus, ſe-
ducta eſt in pręuaricationem. Verum hęc
quidem ſerpenti non defuit, qui callidior
deſcribitur cæteris animantibus, ſed pie-
tatem malignus non habuit, qui ab initio
factus eſt homicida. Adam uerò pius for
tè uidetur mulierem non cõtriſtando, ſed
timorẽ domini dereliquit, uoci illius ma-
gis obediens quàm diuinæ. Vtinam ma-
gis timor domini præualuiſſet in eo, ſicut
de Chriſto ſignanter legitur. Quia reple- *Eſa. 11.*
uit eum non pietatis ſpiritus, ſed timoris.
In omnibus enim & per oĩa pietati proxi
morum timor domini præferendus eſt,
& ſolus ipſe eſt qui totum ſibi hominem
debeat uendicare. In his igitur tribus, ti-
more, pietate, & ſcientia, mediator no-
ſter reconciliauit homines Deo. Nam in
conſilio & fortitudine de manu aduerſa-
rĳ liberauit. Cõſilio ſiquidem priſtino iu-
re priuauit hoſtem, data poteſtate ut ma
nus inĳceret innocenti. Fortitudine præ-
ualuit: ne uiolenter poſſet retineri redem
ptor, dum uictor ab inferis redĳt, & uita
omnium cum eo ſurrexit. Exinde cibat
nos pane uitę & itellectus, & potat aqua
ſapientiæ ſalutaris. Eſt enim intellectus
rerum ſpiritualium & inuiſibilium uerus
animæ panis, confirmans cor noſtrum, et
ad omne opus bonum roborans in omni
exercitatione ſpirituali. Carnalis autem
homo qui non percipit ea quæ ſunt ſpiri-
tus Dei, ſed ſtultitia ei uidentur, gemat et
lugeat, dicens. Aruit cor meum, quia obli *Pſal. 101.*
tus ſum comedere panem meum. Ecce
enim mera & pfecta ueritas eſt non pro-
deſſe homini, ſi uniuerſum mundum lu-
cretur, animæ autem ſuæ detrimentum
faciat. Sed quando id capere poſſit aua-
rus? Sine cauſa laborat quiſquis ei id per-

ſuadere conatur. Vt quid hoc? Nempe quia ſtultitia illi uidetur. Quid uerius q̄ iugum Chriſti eſſe ſuaue? Appone homini ſeculari & uide ſi non magis lapidē q̄ panem reputabit, & certè hmōi intelligētia ueritatis internę uiuit aīa, & hic eſt ſpiritualis cibus. Nō.n.in ſolo pane uiuit homo, *Deu. 4.* ſed in omni uerbo quod procedit de ore Dei. Verūtamen donec ſapit tibi ueritas nō ſine difficultate ad interiora traijcitur. Vbi uerò cœperis in ea oblectari, iam nō cibus ſed potus eſt, et ſine difficultate intrat in aīam, quo uidelicet ſpiritualis cibus intelligentiæ potu ſapientiæ digerat̄, ne ipſius interioris hoīs artubus .i. affectibus ſiccitate laborātibus, oneri magis ſit q̄ utilitati. Ex omnibus ergo quæ ſaluandis populis fuerant neceſſaria, nihil penitus defuit ſaluatori. Ipſe eſt.n.de quo præcinit Eſaias. *Eſa.11.* Egredietur uirga de radice Ieſſe, & flos de radice eius aſcendet, & requieſcet ſuper eum ſpūs domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpūs conſilij & fortitudinis, ſpūs ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpūs timoris domini. Illud ſanè diligenter attende, quod florem hūc de radice non de uirga dixerit aſcenſurū. Quia etenim ſi noua Chriſti caro in uirgine creata eſſet ex nihilo, quod æſtimauerunt nonnulli, non de radice flos, ſed fortè de uirga dici poterat aſcendiſſe. Nunc autem quia prodijt ex radice, ſine dubio ab origine cōmunem probatur habuiſſe materiam. Nam quod ſuper eum ſpiritus requieuit, nihil in eo cōtradictionis fuiſſe declarat. In nobis enim quia nō omnino ſuperior eſt ſpiritus non requieſcit, carne nimirum aduerſus ſpiritum & ſpiritu aduerſus carnem concupiſcente: à quo conflictu nos liberet in quo nihil ſimile fuit nouus homo & uerus homo, qui ueram carnis noſtræ ſuſcepit originem, ſed fermentum uetus concupiſcentiæ non ſuſcepit.

In annunciatione dominica præſertim cum tertio ſabbato quadrageſimæ occurrit, de adultera, Suſanna & beata Maria. *Sermo.* III

q QVàm diues es in miſericordia, q̄ magnificus in iuſtitia, in gratia quàm munificus domine Deus noſter. Non eſt qui ſimilis ſit tibi, munerator copioſiſſime, remunerator ęqſſime, pijſſime liberator. Gratis reſpicis humiles, iuſte iudicas innocentes, miſericorditer ſaluas etiam peccatores. Hæc ſunt dilectiſſimi, quæ nobis in menſa diuitis huius patrisfamilias ſanctarum teſtimonijs ſcripturarum, hodie quidem ſi diligenter aduertimus ſolito copioſius apponunt̄. Nimirum hanc nobis copiam præſtant, quæ pariter conuenerunt ſacrum uidelicet tempus quadrageſimæ, & ſacratiſſima dies annunciationis dominicæ. Hodie enim in auribus uoſtris deprehenſam in adulterio mulierem, indulgētia redemptoris abſoluit, hodie innoxium Suſannæ ſanguinē liberauit, hodie quoq; beatam uirginem ſingulari munere gratuitæ benedictionis impleuit. Magnū cōuiuium, ubi pariter nobis miſericordia iuſtitia & gratia apponuntur. Nunquid non miſericordia eſca hominum, ſalutaris omnino & efficax ad medelā? Nunqd non etiam iuſtitia panis cordis? Et quidem optime *Matth.5.* confirmans illud, utpote cibus ſolidus ad nutrimentum. Deniq; Beati qui eſuriunt illum, quoniam ipſi ſaturabuntur. Nunquid nō cibus animæ gratia Dei ſui? Dulciſſimus ſanè, & omnē habens in ſe ſuauitatem, & delectamētum ſaporis. Imò uerò hæc ſibi omnia pariter uendicans non modo delectat, ſed et reficit & medetur. Accedamus ad mēſam hanc fratres mei, & ex ſingulis dapibus uel modicum aliquid deguſtemus. In lege Moyſes mandauit hmōi lapidari, aiunt de peccatrice peccatores, de adultera Phariſæi. Sed ad duritiam lapidei cordis ueſtri ille locutus eſt. Ieſus autem inclinauit ſe. Domine inclina cœlos tuos & deſcende. *Pſal.143.* Inclinās ſe & ad miſericordiam flexus (neque enim Iudaici cordis erat) digito ſcribebat, non iam in lapide ſed in terra. Neque hoc tantum ſemel, ſed hic quoque duplex ſcriptura, ſicut apud Moyſen tabulæ duæ. Et fortè ueritatem & gratiam ſcribens et iterum ſcribēs terræ impreſſiſſe uidetur, ſecundum quod Ioannes Apoſtolus ait. Lex per Moyſen data eſt, gratia & ue- *Ioan.1.*

ritas per Ieſum Chr̄m facta eſt. Cōſidera deniq; an uideri poſſit de tabula ueritatis legiſſe: unde refelleret phariſæos. *Textus* Qui ſine peccato ē ur̄um, primus in eā lapidē mittat. Verbū quidem abbreuiatū, ſed uiuū & efficax: & ancipiti gladio penetrabilius. Q̄ grauiter.n. ad uerbū hoc ſaxea corda transfoſſa, q̄ uehementer hoc uno lapillo cōtritæ ſint lapideæ frōtes, rubor ipſe confuſionis & clandeſtinus pbauit abſceſſus. Meruit qdē adultera lapidari: ſed is punire geſtiat, q dign9 nō eſt ēt ipſe puniri. Is p̄ſumat à peccatrice exigere ultionē, q eādē excipere nō meret̄. Alioqn ipſe ſibi uicinior, à ſe incipiat: in ſe prius ſententiā ferat exerceatq; uindictā. Hæc ueritas. Cæteꝝ adhuc minus eſt. Et ſi accuſatores refellit hęc ueritas, ſed reā necdū abſoluit, ſcribat iteꝝ, ſcribat gr̄am, legat et audiamus. *Textus* Nemo te condemnauit mulier? Nemo dn̄e. Nec ego te condēnabo: uade & amplius noli peccare. O uox miſericordiæ, ô auditus lætitiæ ſalutaris. *Pſal.142* Auditā fac mihi mane miſericordiā tuā: qa ī te ſperaui dn̄e. Sola nimiꝝ ſpes apud te miſerationis obtinet locū, nec oleū miſericordiæ, niſi in uaſe fiduciæ ponis. Sed eſt infidelis fiducia, ſoli9 utiq; maledictionis capax, cū uidelicet in ſpe peccamus. Quāq̄ nec fiducia illa dicenda ſit, ſed īſenſibilitas quædā & diſſimulatio pnicioſa. Quæ.n. fiducia ei q periculū nō attendit? Aut qd ibi timoris remedium: ubi nec timor ſentitur, nec materia ipſa timoris? Fiducia ſolatiū eſt, nec eget ille ſolatio q lętat̄ cū male fecerit: & in peſſimis reb9 magis exultat. Rogem9 itaq; fr̄es rn̄deri nobis quātas habeamus iniqtates & peccata, ſcelera nr̄a & delicta nobis deſiderem9 oſtēdi. Scrutemur uias nr̄as & ſtudia nr̄a: piculaq; uniuerſa uigili intētione pēſemus. Dicat qſq; in pauore ſuo, uadā ad portas inferi: ut iā nō niſi in ſola dei miſericordia reſpirem9. Hęc uera hoīs fiducia à ſe deficiētis & innitentis dn̄o ſuo. Hæc inq; uera fiducia cui miſericordia nō denegat̄, ppheta atteſtāte, qm̄ beneplacitū eſt dn̄o ſup timentes eū, & in eis q ſperāt ſup miſericordia ei9. Nec parua itaq; ſupetit nobis. In nobis quidē timoris, ī ipſo aūt cauſa fiduciæ. Suauis & mitis eſt, copioſæ miſericordiæ: p̄ſtabilis ſup malitia, multus ad ignoſcendū. Credamus ſanè uel inimicis, q in eo nihil aliud unde occaſionē ſtruēdæ calūniæ caperēt, īuenerūt. Cōpatiet̄ (aiunt) peccatrici, nec ſibi oblatā ullatenus occidi patiet̄. Tenebit̄ itaq; manifeſtus aduerſarius legis, cū abſoluerit lege dānatā. In ueſtrū ô phariſęi caput tota ueſtræ malignitatis adinuctio retorquet̄. Diffiditis cauſæ, q iudiciū ſubterfugitis. Nā illa quidē ſine iniuria legis abſoluit̄, q̄ ſine accuſatore relinquit̄. Sed conſiderem9 fr̄es, quonā hinc abeant phariſęi. Videtis ne duos ſenes (nam à ſenioribus exire cœperūt) qūo in pomerio Ioachim abſcondunt̄? Suſannā querūt uxorē eius: ſequamur eos: nā iniqua cogitatione pleni ſunt contra eā. Conſentire nobis aiunt ſenes, aiunt phariſæi, aiunt lupi, qui ab alterius paulo ante, licet errantis ouiculæ fuerant deuoratione fruſtrati. Cōſentire nobis, & cōmiſcere nobiſcū. Inueterati dieꝝ maloꝝ, mō accuſabatis adulteriū, mō adulteriū ſuadetis? Sed hęc ē tota iuſtitia ueſtra, & quæ palā arguitis eadem agitis in occulto. Hinc fuit q exiſtis unus poſt unū, cū ille oīum cōſcius occultoꝝ, ueſtras tā ualide pcuſſiſſet cōſcientias dicens. Qui ſine peccato eſt ueſtrū, primus in eā lapidē mittat. Meritò proinde ad diſcipulos ueritas ait. Niſi abūdauerit iuſtitia ur̄a pluſq; ſcribaꝝ & phariſęoꝝ, non *Matth.5.* intrabitis in regnū cœloꝝ. Alioqn dicemus, aiunt, contra te teſtimoniū. Semen Chanaan & nō Iuda: nec hoc qdē Moyſes in lege mandauit. An q decreuit adulterā lapidare, mādauit accuſare pudicā? An qui iuſſit adulterā lapidib9 opprimi: ēt iuſſit cōtra īſontē teſtimoniū ferri? Imò uerò ſicut adulterā, ſic ēt falſum teſtē non impunitū eſſe pręcepit. Sed qui gloriamini in lege, per legis pręuaricationem deū inhonoratis. Ingemuit Suſanna & ait: Anguſtię mihi ſunt undiq;. Vndiq;.n. mors. *Danie.13.* Hinc qdē corpea, inde ſpiritualis. Si hoc, inqt, egero mors mihi ē: ſi autē nō egero, non effugiam manus ueſtras. Veſtras ô

pharisæi manus, nec adultera effugit, nec
pudica: ueſtras accuſationes, nec ſanctꝰ,
nec peccator euadit. Diſſimulatis pecca
ta ueſtra, ubi inueneritis aliena: Alioq̄n ſi
quis fortè ſuũ non habet, ueſtrũ ei ĩpingi-
tis crimẽ. Quid tñ Suſanna facit ĩter mor
tẽ & mortẽ, aĩæ.ſ. & corporis undiq; an-
guſtiata? Melius eſt mihi, inq̄t, abſq; ope
incidere in manus hoĩum, q̄ derelinque-
re legẽ dei mei. Nimiꝝ ſciebat iſta q̄ hor
rendũ ſit incidere in manus Dei uiuentis.
Nã hoĩes cũ occiderint corpus, aĩæ non
habent ultra quid faciant: ille aũt timen-
dus eſt qui poteſtatẽ habet & corpus &
aĩam mittere in gehennam. Quid familia
Ioachim tardat? Irruat per poſticũ, nã in
pomerio clamor audit̃. Clamor ut lupo-
rũ grauiũ, & balantis ouiculæ inter eos.
Sed nõ patit̃ ab eis innoxiã deuorari qui
ab ipſis eoꝝ faucibꝰ tã dignãter eripuit:
ẽt eripi non merentẽ. Meritò proinde cũ
duceret̃ ad mortẽ, erat cor eius fiduciam
habẽs in dño, quẽ uſq; adeo timuiſſet ut
timorẽ oẽm poſtpoſuiſſet humanũ, & ip
ſius legem, & ſimul uitæ p̄poſuiſſet & fa
mæ. Non.n.dictus fuerat ſermo huiuſce-
modi aliq̄n de Suſanna. Sed & parentes
eius iuſti erant, et uir eius honoratior om
niũ Iudæoꝝ. Meritò igit̃ à iuſto iudice iu
ſtã de iniuſtis obtinuit ultionẽ: quæ tã ue
hementer iuſtitiã eſuriuit, ut ꝓꝑ eã contẽ-
neret mortẽ corꝑis, opprobriũ generis,
luctũ inconſolabilẽ amicoꝝ. Et nos fr̃es
ſi à Chr̄o audiuimus, nec ego te condem
nabo, ſi peccare iã nolumus contra ip̃m:
ſi in Chr̄o uolumus pie uiuere. neceſſe eſt
ſuſtineamus perſequutionẽ, ne malũ pro
malo, aut maledictũ ꝓ maledicto redda
mus. Alioquin qui patientiã non ſeruaue
rit, perdet iuſtitiã, hoc eſt uitã ꝑdet, hoc ẽ
perdet aĩam ſuã. Mihi uindictã & ego re
tribiduã, cit dñs. Ita prorſus eſt. Ipſe retri
buet, ſed ſi ei uindictã ſerues, ſi non tollas
ab eo iudiciũ, ſi nõ reddas retribuẽtibus
tibi mala. Faciet iudiciũ, ſed iniuriã patiẽ
ti in æquitate iudicabit, ſed pro mãſuetis
terræ. Iã uobis (ni fallor) moleſtum eſt ꝙ
delitiæ tardãt. Nõ miremini, delitię ſunt.
Non onerabunt quãlibet ſatiatos, nec à
ructantibus quidẽ poterunt faſtidiri. Miſ
ſus eſt Gabriel angelus à deo, in ciuitatẽ
Galilęę cui nomen Nazareth. Miraris ꝙ
Nazareth parua ciuitas, & tãti regis nũ-
cio illuſtret̃ & tanto? ſed magnus latet in
hac parua ciuitate theſaurus, latet ĩquã,
ſed hoĩes latet non deum. An non theſau
rus de Maria? ubicunq; illa eſt, & cor eiꝰ.
Oculi eius ſuper eã, ubiq; reſpicit humi-
litatẽ ancillæ ſuæ. Nouit cœlũ unigenitus
dei pr̄is? Si nouit cœlum, nouit & Naza-
reth. Quidni ſciat pr̄iã ſuã? q̄dni nouerit
hæreditatẽ ſuã? Cœlũ ex pr̄e, Nazareth
ex matre uendicat ſibi, ſicut ipſe ſe et filiũ
Dauid, & dñm eſſe teſtat̃. Cœlũ cœli do *Pſal.113.*
mino, terrã aũt dedit filijs hoĩum. Cedat
ergo ei utrunq; neceſſe eſt in poſſeſſionẽ,
qui non mõ dñs, ſed & filius hoĩs eſt. Au
di ẽt q̃uo terrã ſibi tanq̃ filius hoĩs uendi
cat, ſed & cõicat tanq̃ ſponſus. Flores, *Can.2.*
inquit, apparuerunt in terra noſtra. Neq;
hinc diſcrepat ꝙ Nazareth ĩterpretatur
flos. Amat florigerã patriam flos de radi
ce Ieſſe, & libẽter inter lilia paſcitur flos
cãpi, & lilium conualliũ. Cõmẽdat.n.flo
res pulchritudo. Suaueolẽtia, & ſpes fru-
ctus, gr̄a triplex. Teq; florẽ reputat Deꝰ.
Et bene ei cõplacet in te, ſi tibi nec hone-
ſtæ conuerſationis decor, nec bonæ opi-
nionis fragrantia, nec intentio deſit futu-
ræ retributionis. Fructus.n. ſpũs eſt uita
æterna. Ne timeas Maria inueniſti.n. gra *Textus*
tiam apud dñm. Quantam gr̄am? Gr̄am
plenam, gr̄am ſingularem. Singularem,
an generalẽ? Vtranq; ſine dubio, quia ple
nam & eo ſingularẽ quo generalem: ipſa
enim generalẽ ſingulariter accepiſti. Eo
inquã ſingularem quò generalẽ: nã ſola
præ oĩbus gratiam inueniſti. Singularem
ꝙ ſola hanc inueneris plenitudinem. Ge-
neralem ꝙ de ipſa plenitudine accipiant
uniuerſi. Benedicta tu in mulieribus, & *Textus*
benedictus fructus uentris tui. Singulari-
ter quidẽ fructus uẽtris tui eſt, ſed ad om
niũ quidẽ mentes te mediãte ꝑuenit. Sic
nimiꝝ ſic olim ros totus in uellere. totus
in area, ſed in nulla parte areæ totus ſicut
in uellere fuit. In te ſola rex ille diues, &
ꝑditus exinanitus, excelſus, humiliatus,

immenſus, abbreuiatus, & ab angelis mi
noratus eſt: uerus deniq; deus & dei filiꝰ
incarnatus. Sed quo fructu? Nẽpè ut oẽs
eius paupertate locupletemur: eius humi
litate ſubleuemur, eius minoratione ma-
gnificemur, eius incarnatione adhærẽtes
deo incipiamus unus eſſe ſpũs cũ eo. Sed
quid dicimus fratres? Cuinam potiſſimũ
uaſi gratia infundetur? Si (ut ſupra memi
nimus) capax quidẽ eſt miſericordię fidu
cia: patientia uerò iuſtitiæ, quale iam po-
terimus idoneũ gratiæ receptaculũ exhi
bere? Balſamũ eſt puriſſimum, et ſolidiſſi
mũ uas requirit. Et quid tã purum, q̄d ue
tã ſolidum, q̄ humilitas cordis? Meritò
proinde humilibus dat gr̄am: meritò re-
ſpexit deus humilitatẽ ancillæ ſuæ. Quo-
nã merito quæris? Eo utiq;, quo aĩum hu-
milem, meritũ non occuparet humanũ,
quo minus libere influeret diuinæ gratiæ
plenitudo. Sed ad hanc nobis humilitatẽ
quibuſdã erit gradibus aſcendendũ. Pri-
mo.n. cor hoĩs quẽ adhuc peccare dele-
ctat, nec miſerã conſuetudinem propoſi-
to meliore mutauit, ne ſit gratiæ capax,
proprijs uitijs pręꝑeditur. Secũdo quoq;
ubi corrigere mores, & priores neq̄tias
de cætero non iterare ꝓponit, ipſa tñ pec
cata præterita, licet iã amputata quodã-
modo uideantur: dũ in eo manent gr̄am
non admittunt. Manent aũt donec cõfeſ
ſione lauent̃, donec ſuccedẽtibus dignis
fructibus pœnitentię de medio fiant. Sed
uę tibi ſi fortè uitijs & peccatis pernicio-
ſior ſucceſſerit ingratitudo. Quid.n. tã eui
denter gr̄ę aduerſat̃? Tepeſcimus ꝓceſſu
tꝑis à feruore conuerſationis nr̄æ, paula-
tim refrigeſcit charitas, abundat iniq̄tas,
ut conſummemur carne qui ſpũ cepera-
mur. Inde.n. eſt ut minus ea ſciamus, q̄ à
deo donata ſunt nobis, indeuoti pariter
& ingrati. Timorẽ dñi relinquimus, reli-
gioſam omittimus ſolitudinẽ: uerboſi, cu
rioſi, faceti, ẽt detractores et murmurato
res, uacantes nugis, fugitantes labores di
ſciplinæ quoties ſine nota id licet: quaſi
uerò cõfeſtim ſit ẽt ſine noxa. Quid ergo
tantis repulſam obſtaculis gr̄am nobis
deeſſe miramur? Iã uerò ſiquis iuxta apo
ſtolum ut uerbũ Chriſti, uerbum gratiæ *Colo.3.*
in eo habitet gratus eſt, ſiquis deuotus, ſi
quis ſolicitus, ſiq̄s ſpiritu feruens, caueat
ſibi ne ſuis fidat meritis, ne ſuis operibus
innitatur: alioquin nec huiuſcemodi q̄dẽ
aĩum intrat gr̄a. Nimiꝝ plenus eſt, nec in
eo iã inuenit gr̄a locum ſibi. Cõſideretis *Lucæ.18.*
pharifæũ illum orantẽ. Non erat raptor,
non iniuſtus, nõ adulter. An ſine fructibꝰ
pœnitẽtię erat? Ieiunabat bis in ſabbato,
decimas dabat oĩm quæ poſſidebat. Sed
ingratũ forſitan ſuſpicamini. Audite q̄d
dicat. Deus gr̄as ago tibi. Sed nõ erat ua
cuus, non erat exinanitus, non erat humi
lis, ſed elatus. Non.n. quid ſibi deeſſet ſci
re ſtuduit, ſed exaggerauit meritũ ſuum,
nec erat ſolida plenitudo, ſed tumor. Va-
cuus ꝓinde redijt: quia plenitudinẽ ſimu
lauit. Nã publicanus ille qui exinanire ſe-
ipſum, qui uacuum uas exhibere curauit,
gr̄am retulit ampliorẽ. Nos ergo fratres
ſi gr̄am cupimus inuenire: ſic de cætero
abſtineamus à uitijs, ut de p̄teritis quoq;
peccatis digne pœniteamus. Nihilominꝰ
quoq; ſoliciti ſimus, & deuotos nos deo,
et uerè humiles exhibere: hmõi nẽpe aĩas
gratãter reſpicit pio illo reſpectu, de quo
ſapiẽs ait. Qm̃ gratia & miſericordia dei *Sap.4.*
eſt in ſanctos eius, et reſpectus in electos
illius. Et fortè propterea quater reuocat
aĩam quam reſpicit dicens. Reuertere re- *Canti.6.*
uertere Sunamitis, reuertere reuertere ut
intueamur te: quo uidelicet nec in peccã-
di conſuetudine, nec in conſcientia pecca
toꝝ: ſed nec in tepore & torpore ingrati
tudinis, aut in elatiõis cæcitate perſiſtat.
A quo nos quadripertio periculo reuoca
re & eripere dignet̃, q̄ factus eſt nobis à
deo ſapiẽtia, et iuſtitia, et ſanctificatio, &
redẽptio Ieſus Chr̄s dñs nr̄, q̄ cũ patre &
ſpiritu ſancto uiuit & regnat deus ꝑ infi-
nita ſecula ſeculorum. Amen.

Dominica in ramis palmarum, de tribus ordinibus obſequentium Chriſto. Sermo I.

NOn ſine cauſa ſpũm ſpõſi pariter
et dei ſui habens eccleſia ꝓceſſio
nẽ hodie noua quadã et mira cõ-
iũctione addidit paſſioni. Nam proceſſio
plauſum habet, paſſio planctũ. Qm̃ ergo *Roma.1.*

ſapientibus & inſipientibus debitores ſu
mus:uideamus quid utriſq; cõferat hæc
cõiunctio. Et prius quidē quid ſecularib⁹
indicet: qm̃ nõ prius quod ſpũale, ſed qđ
aĩale. Videat ſecularis aĩa, uideat & intel
ligat: qm̃ extrema gaudij luct⁹ occupat.
Prouer. 14. Propter hoc.n. qui cętera quoq; cœpit fa
cere & docere: nõ ſolũ uerbis prædicãs,
ſed exẽplis: quod ante prædixerat p̱ pro-
Eſaiæ. 40. phetam. Qm̃ oĩs caro fœnum, & oĩs gl'ia
eius tanq̃ flos fœni: ẽt apparens in carne
manifeſte ſtuduit probare ĩ ſeipſo. Vnde
& proceſſionis gloria uoluit ſublimari: q
paulo poſt ſibi nouerat imminere diem
ignominioſiſſimæ paſſiõis. Quis ergo ſpe
rare iã debeat in incerto gloriæ tp̃alis, cũ
uideat in ipſo quoq; qui peccatũ nõ fecit
creatore tẽporũ & conditore uniuerſita-
tis poſt exaltationẽ tantam: tantã nihilo-
minus humiliationẽ ſequi? In eadem .n. ci
uitate, à plebe eadẽ & eodẽ tp̃e nunc qdẽ
proceſſionis gloria & diuinis eſt laudib⁹
honoratus: pòſtmodũ uerò interrogatus
contumelijs, & tormẽto, & cũ ſceleratis
deputatus. Hic eſt tranſitorię finis lętitię:
Pſal. 26. hic fructus gloriæ tp̃alis. Propterea pru-
denter orat propheta ut cantet dño gl'ia
eius, & non cõpungat: id eſt p̱ceſſionem
habeat, quã paſſio non ſequat̃. Vobis aũt
chariſſimi tanq̃ ſpiritualibus ſpiritualia
cõparãtes, in proceſſione quidẽ cœleſtis
patriæ repræſentamus gloriam, in paſſio
ne monſtramus uiã. Nã ſi in proceſſione
quidem uenit tibi in mentẽ futura illa læ-
titia & exultatio multa nimis: qñ rapie-
mur in nubib⁹ obuiã Chr̃o in aera, ſi tota
cõcupiſcentia uidere deſideras diem illã,
qñ ſuſcipietur in cœleſti Hieruſalẽ Chr̃s
dñs caput cum oĩbus membris portans
triumphũ uictoriæ applaudentibus iam
nõ popularibus turmis, ſed uirtutibus an
gelicis clamãtibus undiq; pp̃lis utriuſq;
teſtamenti. Benedictus qui uenit in noĩe
dñi, ſi inq̃ cõſideraſti in proceſſione quò
properandũ ſit: diſce in paſſione quà ſit
eundũ. Hæc eſt.n. uia uitæ tribulatio prę-
ſens, uia gloriæ, uia ciuitatis habitaculi,
uia regni ſcd̃m q̃ clamat latro de cruce,
Lũcæ. 23. Memẽto mei dñe dũ ueneris in regnum

tuum. Euntẽ in regnum uidit, quò cũ per-
ueniſſet ſui memorẽ eſſe rogauit. Peruenit
ergo et ipſe. Sed ſi uis noſſe q̃ cõpendio-
ſa uia. Eadem die meruit cum dño eſſe in
paradiſo. Tolerabilẽ proinde reddit paſ
ſionis laborem gloria proceſſionis: qm̃
amanti nihil difficile eſt. Ne mireris q̃ p̃-
ſenti proceſſione cœleſtem dixerim rep̃-
ſentari: qñ unus et idem in utraq; ſuſcipit,
& ſi longè aliter & ab alijs. In hac.n. pro-
ceſſione irrationabili iumento Chriſtus
inſidet: in illa uerò iumẽtum futurum eſt.
ſed rationale, qm̃ hoĩes & iumẽta ſaluos
facies dñe. Cui ſimile eſt illud. Vt iumen- *Pſal. 72.*
tum factus ſum apud te, et ego ſemper te
cum. Et uide ſi non de proceſſione loquit̃
cum ſequitur. Tenuiſti manum dexterã
meam, & in uoluntate tua deduxiſti me:
& cum gloria ſuſcepiſti me. Ibi certè ne
ipſe quidem pullus deerit: qm̃ & ſi mur-
muret hęreticus paruulos non ſinens ue-
nire, paruulorũ baptiſmo detrahens, qui
paruulus natus eſt, et primã paruulorum
elegit aciem (innocentes loquor) hodie
quoq; paruulos à gratia nõ excludit: q̃a
nec pietati incongruũ, nec maieſtati eius
difficile eſt, ut ſuppleat munus gratię qđ
minus ĩ eis habet natura poſſibile. Ibi nõ
ramos arborꝝ, nõ uilia ueſtimẽta popula
ris turma proſternet: ſed demittẽt pẽnas
ſuas aĩalia ſancta: deponẽt coronas ſuas
ante thronũ agni uigintiquatuor ſeniores
& uirtutes oẽs angelicę q̃cq̃d habẽt gl'ię
uel decoris totũ ei aſcribent: totũ ei attri
buent. Iã uerò qm̃ de iumẽto & ueſtibus,
& de ramis arborꝝ mentio facta eſt: cõſi
derare diligentius libet triplex obſequiũ
quod in proceſſione hac exhiberi uideo
ſaluatori. Primum quidem à iumento cui
inſidet. Secũdũ ab eis q ſua illi ueſtimẽta
ſternũt. Tertiũ uerò ab his q dẽ arborib⁹
ramos cædere perhibent̃. Nõne tñ oẽs re
liqui ex eo qđ abundat ſibi mittunt, &
quaſi ſine grauamine obſequunt̃ dño: ſo
lũ uerò iumentũ ſemetipſum exponit ei⁹
obſequio? Silendũ mihi eſt, ut elationem
caueatis, an magis loquar ut habeatis cõ
ſolaitonẽ? Iumentũ cui inſidet Chr̃s, nõ-
ne uos eſtis, iuxta præceptum Apoſtoli

glorificantes & portantes Deum in cor-
1. Cor. 6. poribus ueſtris? Expendunt.n. ſeculares
hoĩes in obſequium dñi, non quidem cor
pora, ſed quæ adiacent & neceſſaria ſunt
corporibus, cum de terrena ſubſtantia
eleemoſynas largiuntur. Prælati quoque
ramos cędunt de arboribus, uerbi cauſa,
cum de fide & obedientia Abrahę, de ca
ſtitate Ioſeph, de manſuetudine Moyſi:
cæterorũq; ſanctorum uirtutibus euãge
lizant. Verumtñ & illi de promptuarijs
plenis largiuntur: & hi quæ acceperunt
gratis: gratis nihilominus dare iubentur.
Oẽs tñ ſi fideliter ſuo quiſq; intentus fue-
rit miniſterio in p̱ceſſiõe ſaluatoris ſunt,
& cũ eo ingrediũtur in ſanctam ciuitatẽ:
qm̃ tres p̃uidit propheta ſaluãdos: Noe
cædentem ramos in arcæ fabricã: Danie
lem in uili edulio, & labore abſtinẽtiæ fa
ctum tanq̃ iumentum ſaluatoremq; por
tantem: tertium quoq; Iob bene diſpen-
ſantẽ ſubſtantiã huius mundi, & de uelle
ribus ouium ſuarꝝ pauperum latera cale
facientem. Cui tñ in proceſſione illa Ieſus
propinquior, cui de tribus ordinibus ſal⁹
uicinior facile credo poteſtis aduertere.

In ramis palmarum, de paſſiõe & proceſſione, & quatuor ordinibus proceſſionis. Ser. II.

Neceſſe ẽ ut loquamur hodie bre-
uius pp̱ anguſtiã tp̃is. Multa qdẽ
nobis miniſtrat proceſſio quam
celebraturi ſumus: ſed eadem impedit ne
dicere plura poſſimus. Celebraturi ſum⁹
hodie proceſſionem, & paulo poſt audi-
turi paſſionem. Quid ſibi uult mirabilis
iſta cõiunctio, aut quid cogitauerunt pa-
tres noſtri paſſionẽ addẽtes proceſſioni?
Nam proceſſio quidem meritò repræſen
tatur hodie, quę facta eſt hodie. Paſſio ue
rò cur addita eſt, quam ſexta feria cõſtat
eſſe ſequutam? Opportune utiq; proceſ-
ſioni paſſio coniuncta eſt, ut diſcamus in
nulla lętitia huius ſeculi habere fiduciam:
ſcientes qm̃ extrema gaudij luctus occu-
pat. Propterea nõ ſimus ſtulti, ut occidat
nos proſperitas noſtra, ſed in die bonorꝝ
nõ immemores ſimus malorum: & ecõ-
uerſo. Iſtis.n. miſtum eſt præſens ſeculũ:
non ſecularibus tñ, ſed ẽt ſpiritualibus ui

ris. Nam ſecularibus uiris aliqñ quæ pla-
cent: qñq; quę diſplicẽt uidemus accide-
re: & ipſis nihilominus ſpiritualibus, non
ſemper triſtia, non ſemper lęta ſuccedũt,
ſed ueſpere & mane dies unus. Et illud.
Viſitas eum diluculo, & ſubito probas il *Iob. 6.*
lum. Verum hoc interim dũ præſens ſecu
lum manet, uel manat magis & fluit. Cæ
terꝝ poſt hoc ſeculum duo futura ſunt ſe-
cula ualde diuiſa et diuerſa: ita ut ĩ altero,
non niſi fletus & ſtridor dentium, in alte-
ro ſola gratiarꝝ actio & uox laudis. Ab-
ſterget.n. deus oẽm lachrymam ab ocu-
lis ſanctorꝝ: et mors iam non erit ampli⁹,
neq; luctus, neq; clamor: ſed nec ullus do
lor: qm̃ priora tranſierunt. Interim ſicut
amatores mundi multa patiunt̃ aduerſa:
ſic nec ipſis ſeruis Dei oĩa in hoc mundo
optata ſuccedunt. In die ergo malorꝝ me
mores ſunt bonorꝝ, ne puſillanimes fiant
et impatientes, ſicut is de quo legimus in
pſalmo. Confitebitur tibi cum benefece *Pſal. 48.*
ris ei. In die quoq; bonorꝝ nõ immmemo
res ſunt malorꝝ: ne extollantur & dicant
in abũdantia ſua, non mouebimur in ęter
nũ. Sicut.n. ſecularium rerꝝ proſperitas oc-
cidit ſtultum ſecularẽ, ſic põt & abundã
tia ſpũalis proſperitatis occidere ĩdoctũ
ſpũalem, atq; ideo non ſpũalem. Spũalis
q̃ppe dijudicat oĩa. Vnde aũt eueniat qđ
ſtultum occidit proſperitas, & non ſapiẽ
tem alibi habemus. Cor ſapientis ubi tri *Eccleſ. 7.*
ſtitia, & cor ſtultorꝝ ubi lætitia. Meritò *Vbi ſupra.*
proinde ait. Bonum eſt magis ire ad do-
mum luctus, q̃ ad domum cõuiuij. Licet
enim multos frãgat aduerſitas: tñ multo
plures extollit p̱ſperitas: ſicut ſcriptum
eſt. Cadent à latere tuo mille, ſiniſtro. ſ. p̱ *Pſal. 60.*
quod ſignat̃ aduerſitas: & decem milia. i.
multo plures à dextris tuis: in q̃bus p̱ſpe
ritas deſignat̃. Deniq; quia utrobiq; peri
culũ eſt: orat ſapiens & dicit. Diuitias & *Prouer. 30.*
paup̱tates ne dederis mihi: ne fortè aut di
uitiæ extollerẽt in ſuperbiã: aut paup̱tas
deijceret in ĩpatiẽtiã. Vnde & dñs ſicut in
paſſione patientiã: ita in proceſſione hu-
militatẽ exhibere curauit. In illa.n. tanq̃
ouis ad occiſionem ductus eſt, & quaſi
agn⁹ corã tõdente obmutuit, et nõ ap̱uit

os ſuum. Qui cũ percuteretur, non cõmi-
Lucæ. 24. nabatur: ſed magis orabat dicẽs. Pr̃ igno
ſce illis, quia neſciunt q̃d faciunt. In ꝓceſ-
ſione aũt q̃d? Parabant ſeſe populi: ut exi
rẽt obuiã ei, nec eum latebat qui nouerat
quid eſſet in hoĩe. Propter qđ & ipſe pa-
ratus eſt non in curribus & in equis, nec
in frenis argenteis, aut ſellis auro tectis:
ſed humilis aſelli tergo ſedens ſuppoſitis
apoſtoloꝝ ueſtibus quas ego de ꝑtioſio
ribus regionis fuiſſe non credo. Sed quid
fuit ꝙ proceſſionẽ habere uoluit, q̃ mox
futurã nouerat paſſionem? Forte ut ama-
rior eſſet paſſio, quã proceſſio ꝑceſſiſſet.
Ab eodẽ. n. populo in eodẽ loco & ipſo
tp̃e pauciſſimis dieb⁹ interpoſitis primo
cũ tanto triũpho ſuſceptus, poſtea cruci
fixus ẽ. O quã diſſimile eſt, tolle tolle cru
cifige eũ: & benedictus qui uenit in noĩe
dñi, oſanna in excelſis. Quã diſſimile rex
Iſrael: & non habemus regẽ niſi Cæſarẽ.
Q̃ꝫ diſſimiles rami uirẽtes, & crux, flores
& ſpinæ. Cui prius ſternebant ueſtimẽta
aliena: ecce ſuis exuit, & ſors mittitur ſup
ea. Væ tibi amaritudo peccatoꝝ noſtro-
rũ: propter quæ ſoluenda tanta amaritu-
do neceſſaria eſt. Iã uerò ad proceſſionẽ
accedẽs tanq̃ quatuor ordines in ea mihi
uideor intueri: et fortaſſis ĩ hac nr̃a ꝓceſ-
ſiõe hodie oẽs poterunt inueniri. Præibãt
enim aliqui & uiã parabant. Ipſi ſunt qui
uiã parãt dño ad corda ueſtra, qui uos re
gunt & dirigunt greſſus ueſtros in uiã pa
cis. Alij ſequebant̃, & hi ſunt q̃ ꝓpriæ in-
ſcientiæ conſcij deuote ſequunt̃, & adhæ
rẽt ſemp̃ ueſtigijs ꝑcedentiũ. Erãt quoq;
diſcipuli tanq̃ domeſtici lateri eius adhę
rẽtes. Ipſi ſunt q̃ optimã partẽ elegerũt,
qui in clauſtro ſoli deo uiuunt, ſemp̃ deo
adhærentes, & eius placitũ cõſiderãtes.
Ipſum quoq; iumentũ, cui inſidebat non
defuit, qđ deſignat duros cordę, & aĩos
quodãmodo beſtiales. Veꝝ non fuit ani
maliũ ibi hm̃õi copioſior multitudo, nec
oportuit. Tales. n. magis oneri ſunt q̃ ho
nori, nec ꝑꝑ eos ꝓceſſio ualde glorioſior
eſt. Hm̃õi nanq; cantare non norunt, ſed
male ſonoros dant rugitus. Ipſi ſunt qui
uirga ſemp̃ & calcaribus egent. Attamẽ

nec ipſos relinquit dñs, dũ diſciplinã fer-
re uoluerint. His. n. dicitur. Seruite dño in
timore, & apprehendite diſciplinã neq̃
iraſcat̃ dñs, et pereatis de uia iuſta. Poſtq̃
enim iumẽtum hoc diſciplinã ferre nolue
rit: quid reſtat niſi ut abijciat eũ dñs cum
indignatione quadã: & protinus exeat à
uia: currens ad ſpinas & tribulos, à q̃bus
ſuffocatur uerbũ dei, qui ſunt diuitiæ hu-
ius mundi & uoluptates carnis? Sed ſiq̃
tales ſunt hic q̃bus grauis ſit ordo, & oĩa
oneroſa quos pũgi frequenter oporteat
& urgeri: obſecramus eos ut ſtudeant de
iumentis ſi fortè queant in hoĩes cõmuta
ri, & cõputari inter eos, ut aut de ꝑceden
tibus, aut de adhærentibus & collaterali
bus, aut de ſequentibus ſint. Quod ſi non
faciunt obſecro, ut uel in eo qđ ſunt ꝑma
neant, & patienter interim ferant q̃ ſalu-
bria ſunt, & ſi minus ſuauia, donec cõpla
ceat dño reſpicere humilitatẽ eoꝝ, & in
meli⁹ aliquid eos promouere. Vultis aũt
ut aliquatenus conſolemur iumentũ no-
ſtrũ? Scimus equidẽ quia cantare non no
uit. Neq;. n. de eis eſt qui dicere poſſit. Cã Pſal. 118.
tabiles mihi erant iuſtificationes tuæ: in
loco peregrinationis meæ. Attamen unũ
eſt, q̃d nemini cæteroꝝ tã propè eſt dñs.
Nam nec ipſi qui hinc inde adhærent, tã
propè eũ habent ut iumentũ cui inſidet.
Et audi hoc ipſum à propheta. Propè eſt Pſal. 33.
dñs his qui tribulato ſunt corde. Nam &
mater quę ægrotantem nouit filiũ magis
fouet, & ſæpius amplectit̃ eũ. Nemo igit̃
indignetur: nemo contẽnat dum uoluerit
eſſe Chriſti iumentũ. Etenim qui ſcãdali-
zauerit unũ de puſillis iſtis, illũ grauiter
offendit, qui eos tanq̃ mater gremio ſuæ
fouet miſericordiæ, donec roborentur.
Vnde & moꝝ infirmitates patientiſſimè
ferendas beatus Benedictus admonuit.
Quatuor ergo ſunt genera in ꝓceſſione
dñi. Boni prudẽtes, & boni ſimplices, hi
ſunt q̃ pręeunt & qui ſequunt̃. Bonos aũt
addidi, quia prudẽtes non boni iniq̃ ſunt
iuxta illud. Sapiẽtes ſunt ut faciant mala, Hiere. 4
et ſimplices nõ boni ſtulti ſunt. In ꝓceſſio
ne aũt dñi nec iniqu⁹ locũ habet, nec ſtul
tus. Porrò q̃ adhærent ei cõtẽplatiui ſunt.

Qui portant eũ & onerantur eo: ipſi ſunt
duri corde et parum deuoti. Sed ecce oẽs
ſunt in proceſſione dñi: & nemo ex ipſis
faciẽ eius uidet. Nã qui præcedunt occu-
pati ſunt in paranda uia: ſoliciti circa pec
cata & tentationes alioꝝ. Qui ſequũtur,
ipſi oĩno faciẽ eius uidere nõ pñt: ſed ſicut
Moyſi dictũ eſt poſteriora eius uident.
Iumentũ cui inſidet, nunq̃ ad uidendũ le
uat oculos: ſed pronũ eſt ſemper in terrã.
Qui uerò adhærent ipſi aliq̃n uidere pñt,
ſed raptim et non cõtinuè nec plenè: dum
adhuc ſunt in uia. Attamen q̃tũ ad alios,
ipſi magis facie ad faciem eũ uidẽt: iuxta
qđ uere de Moyſe ſcriptũ eſt, q̃a cæteris
quidẽ prophetis per uiſiones & ſomnia:
Moyſi uerò facie ad faciem loquebatur.
Quantũ ad plenã ſanè uiſionem, nec ipſe
Moyſes dum uiueret in hoc mundo ĩpe-
trare potuit faciei ipſi⁹ uiſionẽ: quia ſicut
Exo. 33. ipſe ait. Non uidebit me homo & uiuet.
Nõ uidebor, inq̃t, in hac uita: nõ uidebit
quis faciẽ meã in hac uia, & in ꝓceſſione
iſta. Ipſe itaq; magna pietate ſua donet
nobis ſic in eius ꝓceſſione ꝑſeuerare dum
uiuimus, ut in magna illa ꝓceſſione, qua
cũ ſuis oĩbus à patre ſuſcipiendus eſt, &
traditurus regnũ deo & patri, ſanctã ciui
tatem ingredi mereamur, cũ eo qui uiuit
& regnat per oĩa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

De quinq; diebus proceſſionis, refectiõis, paſſionis, requietionis, reſurrectionis. Ser. III.

Vnde ſupra.

CVm uniuerſa fecerit deus ĩ nume
ro, põdere, & menſura: ſpeciali⁹
tñ ea tp̃a quibus in terris uiſus ẽ,
& cum hoĩbus conuerſatus eſt: quæcũq;
in eis operatus, locutus, aut paſſus eſt: ita
diſpoſuit, ut ne minimũ quidem momen
tum, ne unũ iota à ſacro uacauerit aut ꝑ-
terierit ſine myſterio. Euidentius tñ qua-
tuor proximos dies, & ipſum quẽ hodie
colimus illuſtrauit: diẽ proceſſionis, diẽ
refectionis, paſſionis, requietionis, & re-
ſurrectiõis ſuæ. Notabiles admodũ dies,
& inter cęteros inſignes magis. Prima ſi-
quidem die gloriã ſuſcipere dignatus eſt
humanam: & cũ ingenti quodã tripudio
& exultatione uniuerſæ terrę Hieroſoly-

mã nõ proprijs (ut hactenus cõſueuerat)
pedibus: ſed iumento uectus intrare. Et
hæc quidẽ præparatio ad paſſionẽ fuit,
excitata hinc maximè inuidia ſacerdotũ.
Sanè uenturas aliq̃n turbas ut raperẽt et
eum regem facerent, fugiẽs legitur decli-
naſſe. Nunc uerò ẽt non quęſitus affuit, ut
tanq̃ rex Iſrael ſuſciperet̃ & prædicaret̃
ab eis: quinetiã in hæc ipſa pręconia eoꝝ
(quod dubiũ nõ eſt) aĩos excitauit. Sic ni
mirũ & de paſſione aduertere eſt. Exijt
q̃nq; & abſcondit ſe ab eis. ſ. Iudæis. Nec
uolebat iam ambulare palã in Iudæa: q̃a
quærebãt eum interficere. Sciens autẽ ꝙ
uenerit hora eius tanq̃ poteſtatẽ habẽs,
ſpontaneus ipſe ſe obtulit paſſioni. Dece
bat nempe põtificem noſtrum tentari ꝑ
oĩa pro ſimilitudine abſque peccato, ut
tanq̃ uerus homo & proſpera hoĩum, &
aduerſa opportune uitaret: opportune ſu
ſciperet, & utrarũq; rerũ in ſeipſo nobis
ſalutare præberet exemplum. Vt. n. tem-
perantiæ eſt pręconia populi & ſeculi hu
ius proſpera declinare: ſic interdum iuſti
tiæ eſt, certa quidem diſpẽſatione admit
tere ea. Perſecutio quoq; & temporalis
oĩs aduerſitas pro loco & tempore pru-
denter aliq̃n fugienda erit: cum aũt neceſ
ſe fuerit, uiriliter toleranda. Et in his q̃dẽ
duobus (proſperitatem & aduerſitatem
loquor) humana omnis uita uerſatur. Ni
hilominus aũt in illis quatuor notiſſimis
utiq; ſpeciebus uirtus uniuerſa conſiſtit.
Ita ergo oẽm uirtutem implere decuit eũ
in quo plenius habitabat oĩs plenitudo
uirtutis, ut notum fieret omnibus, quia is
ſciret maxime abundare, ſciret & penu-
riam pati. Non. n. dei ſapiẽtia de his erat,
quos occidere proſperitas ſua non Dei
uirt⁹ de his quos perdere poſſet auerſio:
Vtrũq; enim ſcriptum eſt, ꝙ proſperitas
non tamen omnium, ſed ſtultorum occi-
dat illos: auerſio utiq; non quorumlibet,
ſed paruulorum perdat illos. Quàm mo
deſte tamen hanc ipſam uidetur gloriam
ſuſcepiſſe ad triumphalem occurſum in
aſino ueniens, non in curribus aut in eq̃s?
Et dicebat. Siquis uobis aliquid dixe-
rit: dicite, quia dominus his opus habet. Matth. 21

Opus magnum, opus ſalutis. Nēpe hoīes
& iumēta ſaluos facere uenerat: multipli
cans miſericordiā ſuam deus. Initia nr̄æ
cōuerſionis fouet iſta dignatio, ut primū
ex ancilla filiū generemus. Solutus eſt ad
mandatū dn̄i qui antea tenebatur, aut nō
ualens, aut non uolens benefacere, aut
utroqꝫ fortiꝰ uinculo alligatus, nec uolēs
ſcilicet nec ualens. Nō nouit interim pu-
rius ī dn̄o gratulari: perſuaſum tenet pla-
cere ei quod agit, & conſolat̄ in eo quod
ſibi eū quodāmodo ſe facere reputet de-
bitorē: ſæpius memorans, qa dn̄s his opꝰ
habet. Nā proceſſu tp̄is in eo magis affi-
ciet̄ ut ſuo ſolicitet̄ debito, & timeat ne
forte tātis beneficijs inueniat̄ ingratus: di
cēs, qa ſeruꝰ inutilis ſum, & bonoꝝ meo-
rum nō eges. At hęc quidē uerax affectio
& fidelis: hic filius liberæ, cū quo ancillæ
filius hæres eſſe nō poſſit. Ita ergo in hac
ꝓceſſione. Cęterꝝ ante paſſionē affectuo
ſius paterfamilias refectionē ſuis curauit
domeſticis exhibere: & in hoc quoqꝫ ap
paruit benignitas & humanitas ſaluato-
ris. Cū.n. dilexiſſet ſuos ī finē dilexit eos,
Lucæ.22. & dicebat. Deſiderio deſideraui hoc pa-
ſcha manducare uobiſcū anteq̄ꝫ patiar.
Oportebat.n. Expetierat eos ſatanas ut
cribaret ſicut triticū: opꝰ erat ꝑuenire re-
fectionē. Deniqꝫ q refecti paulominꝰ de-
fecerunt, qd̄ ieiuni feciſſent? Hinc fuit ꝙ
nō mō corpora: ſed ēt corda refecit & ea
q̄ꝫ maximè. Neqꝫ.n. corporalis paſſio, ſed
tētatio ſp̄ualis inſtabat, qd̄ ſingulariter
ille futurus eſſet donec trāſiret. Ea nimiꝝ
hoſtia ſicut ſola ꝓdeſſe potuit, ſic ſola ſuf
fecit: nec Chr̄m decuit ſimul et Petrū, aut
Iacobū uel Ioānē pro ſalute hoīum pati.
Crucifixi tn̄ fuere cū eo alij duo, ſed duo
nequā: de qbꝰ nulla prorſus ſuſpicio poſ-
ſet haberi: tanq̄ꝫ ex eis minus efficax ſacri
ficiū ſuppleret. Quibus ergo panibus in
cœna refecit apoſtolos? Vt ego arbitror
Ioan.4. qnqꝫ. Meus, inqt, cibus eſt: ut faciā uolun
tatē p̄ris mei. Cibꝰ utiqꝫ, ſed cibꝰ cordis.
Quid.n. ęquè cōfirmat & cor roborat hu
manū? qd ita in oī neceſſitate cōfortat &
ſuſtētat, ut diuinæ uolūtatis executio, ue
lut in quēdā aīę uētrē cōſciētiā.ſ. eius inge
ſta? Sic et ſermonē diuinæ exhortationis,
& promiſſionum eius conſolationem &
orantiū lachrymas, panes cordis eſſe ſo-
lus ille ignorat, cuiꝰ iā aruit cor pro eo ꝙ
ſuū ipſius panē comedere ſit oblitus. Sup
oīa aūt caro dn̄i uerè eſt cibus, & cibꝰ ui-
tæ, panis de cœlo uiuus. Nullum ex his in
hac tā ſolēni cœna dn̄i defuiſſe reperies,
ſi diligenter aduertas. Recūbentibus ad-
huc diſcipulis ſurgit à cœna, ꝑcingitur lin
teo: aquam ponit in peluim, diſcipulorū
pedes abluit et extergit. Non eſt uolūtas
carnis & ſanguinis hæc, ſed uoluntas pa
tris & ſanctificatio noſtra. Deniqꝫ ſi non
lauero te (ait dn̄s ad Petrū obnixius repu Ioan.13.
gnantē) nō habebis partē mecū. Scimus Ioan.6.
aūt quis dixit. Eum qui uenit ad me non
eijciam foras: quia deſcendi de cœlo, non
ut faciam uoluntatē meam, ſed uolunta-
tē eius qui miſit me. Opportune autē &
utiqꝫ more ſuo: poſt exemplū operis, ex-
hortationē ſermonis adiūxit. Interloquē
dum quoqꝫ (nā copioſiſſimus extitit ſer-
mo) multis eos promiſſionibus ꝑꝑ inſtā-
tem maxime paſſionē refouere & refocil
lare curauit: de reſurrectione ſua, de aduē
tu paracleti: de eoꝝ confirmatione & ali
qn̄ aſſumptione ad ſeipſum. Nec multo
poſt uentū eſt ad orationē, & uſqꝫ tertio
factus in agonia orabat. Vbi quidē nō ſo
lis oculis, ſed quaſi mēbris oībus fleuiſſe
uidet̄: ut totū corpꝰ eius, quod eſt eccl'ia
totius lachrymis corporis purgaret̄. Nā
de ſacro quidē corporis & ſanguinis ſui
nemo qui neſciat hanc quoqꝫ tantam &
tam ſingularē alimoniam ea primum die
exhibitā: ea die cōmendatam & mādatā
deinceps frequentari. Ex hoc iam dies ſe
quitur paſſionis. In qua nimiꝝ ſicut totū
hoīem ſaluum fecit, ſic de toto ſe fecit ho
ſtiā ſalutarē: corpus exponēs tātis ſuppli
cijs & iniurijs: aīum uerò geminæ cuiuſdā
humaniſſimæ cōpaſſiōis affectui: hinc q-
dē ſup mœrore incōſolabili ſanctaꝝ fœ-
minaꝝ, inde ſup deſperatiōe et diſperſio
ne diſcipuloꝝ. In his quatuor crux dn̄ica
fuit: & hæc oīa propter nos paſſus eſt, q
tanta charitate compaſſus eſt nobis. Ve-
runtn̄ q de ipſo erāt finem habuere, ſicut

ipſe lamētantibus mulieribus ait. Finem
utiqꝫ celerrimū & celeberrimū primo q-
dem requiē: deinde reſurrectionem. Nos
quoqꝫ ſi feſtinamus in illā ingredi requiē,
ꝑ multas tribulationes nobis (ſi memine
rimus) tranſeundū eſt. Et prius quidē do-
nec ſumus in tribulatione, magnū nobis
uidet̄ aſpirare ad requiē: tanq̄ꝫ nihil ſimus
amplius deſideraturi. Verū nō erit nobis
requies (ne in requie quidē ipſa) à deſide-
rio gl'ię, à deſiderio reſurrectiōis. Amodo
(inqt) iā, dicit ſp̄s, ut requieſcant à labo
ribus ſuis. A labore ergo requieſcūt q in
dn̄o moriunt̄, ſed nō requieſcunt interim
à clamore. Deniqꝫ ſub throno dei clamāt
aīæ occiſoꝝ: quia & ſi nihil habeant qd̄
moleſtet: nondum tn̄ totum habent qd̄
delectet, donec requiem reſurrectio, do-
nec ſabbatum paſcha ſequatur.

Feria quarta hebdomadæ pœnoſæ de paſſione domini. Sermo.

Vigilate aīo fratres: ne infructuoſè
uos huius tp̄is ſacra pertranſeāt.
Copioſa eſt benedictio: date re-
ceptacula munda, deuotas aīas, ſenſus ui
giles, affectus ſobrios, puras cōſcientias
exhibete tantis chariſmatibus gratiarū.
Nimiꝝ admonet uos ſolicitudinis huius
non mō ſpecialis ipſa conuerſatio quam
ꝓfeſſi eſtis: ſed & generalis eccleſiæ ob-
ſeruatio, cuius filij eſtis. Vniuerſi ſiquidē
Chriſtiani ſacra hac ſeptimana, aut præ
ſolito, aut præter ſolitū pietatem colunt,
modeſtiā exhibent, humilitatē ſectātur,
induunt grauitatem, ut Chriſto patienti
quodāmodo compati uideant̄. Quis.n. tā
irreligioſus qui non cōpungat̄? quis tam
inſolens ut nō humiliet̄? quis tā iracūdus
ut non indulgeat? quis tā delicioſus ut nō
abſtineat? quis tā flagitioſus ut nō conti-
neat? quis tā malitioſus, ut non pœniteat
his diebꝰ? Merito qdē. Nēpe adeſt paſſio
dn̄i uſqꝫ hodie terram mouēs, petras ſcin
dens, aperiens monumenta, propè eſt ēt
reſurrectio eius: in qua ſolēnitatē celebra
bitis altiſſimo dn̄o: utinā uſqꝫ in altiſſima
quæ fecit magnalia alacritate & auidita
te ſp̄us ſubeūtes. Nihil in mūdo poterat
melius fieri, q̄ꝫ quod factum eſt à dn̄o his
diebus. Nihil mundo poterat melius uel
utilius cōmendari: q̄ꝫ ut ritu perpetuo ce-
lebret, & ſingulis annis memoriale eius
in deſiderio aīæ, & memoriam abundan
tiæ ſuauitatis ſuæ eructet. Vutrunqꝫ autē
propter nos, ꝙ in utroqꝫ nobis ſalutis fru
ctus, in utroqꝫ uita ſpiritus noſtri. Mirabi
lis paſſio tua dn̄e Ieſu, quæ paſſiones om
nium noſtrū propulſauit: propitiata eſt
oībus iniquitatibus noſtris, & nulli unq̄ꝫ
peſti noſtræ inuenitur inefficax. Quid.n.
tam ad mortem, quod non tua morte ſal
uetur? In hac igitur paſſione fratres tria
ſpecialiter conuenit intueri: opus, modū,
cauſam. Nam in opere quidem patiētia:
in modo humilitas, in cauſa charitas cō-
mendatur. Patientia aūt ſingularis, ꝙ ui-
delicet cum ſupra dorſum eius fabricarēt
peccatores: cum ſic extēderetur in ligno,
ut dinumerarentur oīa oſſa eius: cum for-
tiſſimum illud propugnaculum, quod cu
ſtodit Iſrael, undiqꝫ fœdaretur, cum fora
rentur manus et pedes, ſicut agnus ad oc
ciſionem ductus ſit, & tanq̄ꝫ ouis coràm
tondente, non aperuit os ſuū, non aduer-
ſus patrem murmurans à quo miſſus fue
rat, non aduerſus humanum genus pro
quo quæ nō rapuit exoluebat: nō deniqꝫ
uel cōtra populum ipſum peculiarē ſibi,
à quo pro tantis beneficijs tanta mala re
cipiebat. Plectunt̄ aliqui ꝓ peccatis ſuis
& humiliter ſuſtinēt: hoc ipſum tn̄ eis ad
patientiam reputatur. Flagellātur alij nō
tam purgandi q̄ꝫ probandi coronandiqꝫ,
& maior in eis patiētia comprobatur &
cōmendatur. Qn̄o non maxima cenſeat̄
in Chriſto, qui in funiculo hęreditatis ſuę
ab his quibus ſpecialiter aduenerat ſal-
uator, crudeliſſima morte mulctabat̄ ſi-
cut ſur, nullum oīno peccatum, nec actu
ꝓprio, nec cōtractu: ſed nec ī quo creſce-
re poſſet habēs? Nimiꝝ ī quo habitat oīs
plenitudo diuinitatis, nō umbraticè, ſed
corporaliter: in quo deus eſt mundū re-
concilians ſibi: non figuratiue, ſed ſubſtā
tialiter: qui deniqꝫ plenus eſt gratiæ &
ueritatis, non cooperatiue, ſed perſonal'r.
Vt faciat opus ſuū alienū ē opus eius ab
eo (Eſaias loqtur) quia & opꝰ ſuū fuit qd̄ Eſa.28.

dedit ei pater ut faceret: & alienū ab eo
ut talis talia ſuſtineret. Ita ergo habes in
opere patientiā. Nam modū ipſum ſi dili
genter attendas: non modo mitē, ſed &
humilē corde cognoſces. Nēpe in humili
tate iudiciū eius ſublatum eſt, cū nec ad
tātas blaſphemias, nec ad falſiſſima quæ
ſibi obijciebantur crimina rñderet. Vidi-
mus, inqt, eū & non erat ei aſpectus, non
ſpecioſum forma præ filijs hoīum, ſed op
probriū hoīum & tanq̄ leproſum: nouiſ-
ſimū uiroꝝ plane uiꝝ doloꝝ à deo ꝑcuſ
ſū & hūiliatū: ita ut nulla eēt ei ſpēs neq̄
decor. O nouiſſimū & altiſſimū, ô humi-
lem & ſublimē, ô opprobrium hoīum &
gloriam angeloꝝ. Nemo illo ſublimior,
nemo humilior. Deniq̄ ſputis illitus eſt,
opprobrijs ſaturatꝰ eſt: morte turpiſſima
condēnatus eſt, cum ſceleratis deputatꝰ
eſt. Nihil ne merebit̄ uel iſta humilitas, q̄
hunc habet modū: imò q̄ tā eſt ultra mo
dum? Sicut eſt patientia ſingularis, ſic &
humilitas admirabilis utraq̄ ſine exem-
plo. Vtrāq̄ tñ magnifice cauſa ipſa cōmē
dat, nimiꝝ charitas eſt. Propter nimiam
quidem charitatē ſuam, qua dilexit nos
Deus, ut ſeruū redimeret, nec pater filio,
nec ſibi filius ipſe pepcit. Vere nimiā, qa
& menſurā excedit, modū ſuperat, planè
Io :: . 5. ſupeminens uniuerſis. Maiorē, inqt, chari
tatē nemo habet, q̄ ut aīam ſuam ponat
quis pro amicis ſuis. Tu maiorē habuiſti
dñe, ponens eam ēt pro inimicis. Cum.n.
adhuc inimici eſſemus, per mortē tuā, &
tibi reconciliati ſumus & patri. Quęnam
alia uidebit̄ eſſe uel fuiſſe, uel fore huic ſi-
milis charitati? Vix pro iuſto quis morit̄:
tu pro ipijs paſſus es: moriens ꝓ delicta
noſtra, qui ueniſti iuſtificare gratis pecca
tores, ſeruos facere fratres, captiuos co-
hæredes, exules reges. Nec ſanè aliud ali
quid patientiā hanc & humilitatē æquè
illuſtrat, q̄ ꝙ tradidit in mortē aīam ſuā,
et peccata multoꝝ tulit: ēt pro trāſgreſſo
ribus rogans ut nō perirēt. Fidelis ſermo
& oī acceptione dignus. Quia.n. uoluit
oblatus eſt. Non mō uoluit & oblatus ē,
ſed qa uoluit. Solus nimiꝝ poteſtatē ha-
buit ponēdi aīam ſuā; nemo eam abſtulit
ab eo ultro. Cū accepiſſet acetum dixit.
Conſummatū eſt. Nihil reſtat adimplen Ioan. 19.
dū: iā non eſt qd' expectē. Et inclinato ca
pite (factus obediens uſq̄ ad mortē) tra-
didit ſpūm. Quis tam facile qñ uult dor-
mit? Magna qdē infirmitas mori, ſed pla-
nè ſic mori uirtus īmēſa. Nēpe quod infir
mū eſt dei, fortiꝰ eſt hoībus. Pōt humana
ueſania ſibiipſi in mortē ſceleratas inijce-
re manꝰ, ſed nō hoc eſt ponere aīam ſuā,
urgere eā magis & uiolenter abrumpere
q̄ ad nutū ponere eſt. Tibi ipie Iuda miſe
ra planè facultas fuit non ponendi aīam,
ſed pēdendi: nec tradente te, ſed trahente
laqueo nequiſſimus ille ſpūs tuus exiuit,
non emiſſus à te, ſed amiſſus. Solꝰ in mor
tē tradidit aīam ſuā: q ſolus uirtute ꝓpria
regreſſus eſt ad uitā. Solus poteſtatē ha-
buit ponendi, q ſolus facultatē æquè ha-
buit liberā reſumendi: imperiū habens ui
tæ & mortis. Digna ergo charitas tā in-
æſtimabilis, humilitas tā admirabilis, pa
tientia tā inſupabilis. Digna planè tā ſan-
cta, tā imaculata hoſtia, tā acceptabilis,
dignus eſt agnus q occiſus eſt accipe for
titudinē, facere ad qd' uenit, tollere pec-
cata mūdi. Ego aūt dico peccatū triplex
qd inualuit ſuper terrā. Putatis qd' dicere
uelim concupiſcentiā carnis, & concupi-
ſcentiā oculoꝝ, & ſuperbiā uitæ? Funicu
lus triplex eſt qui difficile rūpitur: ꝓpea
multi trahunt, imò trahunt̄ hoc funiculo
uanitatis, ſed prior ille ternarius non īme
rito præualet in electis. Qūo.n. non illius
patientię recordatio oēm arceat uolupta
tē? qūo non illius humilitatis cōſideratio
ſuperbiā uitæ prorſus extundat? Nā cha-
ritas illa planè digna cuius meditatio ſic
mentem occupet, ſic totam ſibi uendicet
aīam, ut oīno uicium curioſitatis exuffler.
Fortis igitur cōtra hęc paſſio ſaluatoris:
ſed aliud ego triplex æquè peccatū quē-
admodū uirtus crucis expugnat dicere
cogitaui, & id fortè utilius audiatur. Pri-
mum quidē originale, ſecundū perſonale
dixerim, tertium ſingulare. Et originale
quidem maximū illud delictū uocat̄, qd'
à primo Adā cōtrahimus in quo peccaui
mus oēs, ꝑ quo morimur uniuerſi. Maxi-

mum planè quod ſic totū non mō genus
humanū: ſed & quēlibet ipſiꝰ generis oc-
cupat, ut non ſit q euadat, non ſit uſq̄ ad
unū. A primo hoīe uſq̄ ad nouiſſimū ꝓtē
ditur: & in ſingulis quoq̄ à planta pedis
uſq̄ ad uerticē diffundit̄ hoc uenenū. Sed
& aliter nihilominus ī uniuerſam dilatat̄
ætatē, ab ea.ſ. die qua ſua quēq̄ cōcipit,
uſq̄ ad eam qua cōis eum recipit mater.
Alioquin unde graue iugum ſuper oēs &
totos filios Adā, idq̄ à die exitus de uen-
tre matris eoꝝ, uſq̄ in diē ſepulturę ī ma-
trem oīum? In ſordibus generamur, in te-
nebris confouemur, in doloribus parturi
mur. Ante exitū miſeras oneramꝰ mr̄es:
in exitu more uipereo laceramus: miꝝ ꝙ
non ipſi pariter laceramur. Primā uocem
plorationis edimꝰ, merito quidē utpote
uallē plorationis ingreſſi, ut nobis illud
Iob. 14. ſancti Iob ex oī parte poſſit aptari. Ho-
mo natus de muliere, breui uiuens tpe, re
plet̄ multis miſerijs. Q; ueꝝ uerbum hoc
ſit, non nos uerba docuere, ſed uerbera.
Homo (inqt) natus de muliere, nihil abie
ctiꝰ. Et ne fortè ex ipſa ſibi uoluptate cor
poreoꝝ ſenſuū, quā de ſenſibilibus hau-
riat blādiat̄: in ipſo ſtatim introitu de exi
tu quoq̄ terribiliter admonet̄ cum dicit̄,
breui uiuens tpe. At ne ſpatiolū illud qd'
inter īgreſſum & egreſſum relinquit̄: ſibi
libeꝝ putet, repletur, ait, multis miſerijs.
Multis & multiplicibus (inquā) miſerijs
corporis, miſerijs cordis, miſerijs cū dor-
mit, miſerijs dū uigilat, miſerijs quaqua-
uerſum ſe uertat. Nimiꝝ ipſe quoq̄ natꝰ
ex uirgine imò factus ex muliere: ſed be-
nedicta in mulieribus, q loquit̄ ad matrē.
Ioan. 19. Mulier ecce filius tuus, ēt breui uiuēs tpe
ſup terrā: & nihilominus multis eſt reple
tus miſerijs, in illa breuitate appetitus īſi-
dijs, interrogatus cōtumelijs, pulſatꝰ iniu
rijs, uexatus ſupplicijs, cōuicijs laceſſitus.
Tu ne hanc ſufficere dubites obedientiā:
q̄ reatū oēm primæ ꝑuaricationis abſol-
uat? Imò uerò nō ſicut delictū, ita & do-
nū. Nā peccatū ex uno in condēnationē:
gratia aūt ex multis delictis ī iuſtificatio
nē. Et graue qdē oīno delictū illud origi-
nale, qd' nō ſolū ꝑſonā infecit, ſed & natu
ram. Perſonale tñ cuiq̄ grauius eſt, cū iā
laxatis habenis exhibemus undiq̄ mē-
bra noſtra arma iniquitatis peccato: nō
mō iā alieno, ſed & proprio crimine cō-
pediti. Singulare uerò eſt grauiſſimū qd'
cōmiſſum eſt ī dñm maieſtatis, cum uiri
impij uiꝝ iuſtum iniuſte occiderunt: et ſa
crilegas manus in ipſum dei filiū iniece-
runt crudeliſſimi homicidę: imò (ſi fas eſt
dicere) ēt deicidæ. Quid duo præcedētia
ad tertiū? Ad hoc expalluit & expauit to
ta machina mūdialis, & penè in antiquū
chaos ſunt oīa reuoluta. Ponamus aliquē
de regni principibꝰ terrā regiā populaſſe
in uaſtitate hoſtili: ponamus aliū qui cū
eſſet de conuiuio & conſilio regis unicū
eius filiū proditorijs manibus ſuffocaſſe.
Nūquid non primus reſpectu ſecundi in-
nocens uidebit̄ & īmunis? Sic eſt oē pec-
catum quantū ad hoc peccatū, et tñ hoc
peccatū in ſe pertulit: q ſeipſum fecit pec
catū, ut de peccato dānaret peccatū. Per
hoc.n. oē peccatū tam originale q̄ ꝑſona
le deletū eſt, et ipſum quoq̄ ſingulare eli
minatum eſt ꝑ ſeipſum. Argumentū mihi
eſt à maximo, ꝙ duo minora ſunt explo-
ſa. Et ecce argumentū. Peccatū multoꝝ
tulit, & pro tranſgreſſoribus rogauit ut
non perirent. Pater ignoſce illis, quia ne-
ſciunt quid faciūt. Volat irreuocabile uer Lūcæ. 2.
bum tuū dñe, nec reuertetur ad te uacuū:
ſed faciet ad quod miſiſti. Vide nunc opa
dñi, quæ poſuit prodigia ſuper terrā. Fla-
gellis cæſus ē, ſpinis coronatꝰ, clauis cō-
foſſus, affixꝰ patibulo, opprobrijs ſatura-
tus: oīum tñ doloꝝ īmemor: ignoſce, ait,
illis. Hinc multæ miſeriæ corporis, hinc
multæ miſericordię cordis, hinc dolores,
hinc miſerationes, hinc oleū exultatiōis,
hinc ſanguinis guttæ decurrētis in terrā.
Miſericordiæ dñi multæ, ſed & miſeriæ
dñi multę. Vincent ne miſeriæ miſericor-
dias, an miſericordię miſerias ſupabunt?
Vincāt miſericordię tuę antiquę dñe, uin-
cat ſapiētia malitiā. Magna.n. illoꝝ ini-
quitas, ſed nūquid non maior pietas tua
dñe? Multum per oēm modum. Nūquid
reddit̄ pro bono malū, ait, quia foderunt
foueam aīæ meæ? Planè foderunt in patiē Hier. 18.

tiæ foueã: occaſiones indignationis pluri
mas & permaximas miniſtrãtes. Sed qd
horum fouea ad abyſſum mãſuetudinis
tuę? Retribuentes mala pro bonis foueã
foderunt, ſed charitas nõ irritat̃, non p̃ci-
pitat̃, nunq̃ excidit, nõ in foueam ruit, &
pro retributis malis cumulat bona. Abſit
ut muſcæ morituræ exterminẽt ſuauitatẽ
unguenti, qd de tuo corꝑe fluit: qa apud
ſinũ tuum miſericordia, & copioſa apud
eũ redemptio. Muſcæ morituræ miſeriæ
ſunt, muſcæ morituræ blaſphemiæ ſunt,
muſcæ morituræ inſultationes ſunt, quas
tibi reddit generatio praua et exaſperãs.
Tu aũt quid? In ipſa eleuatiõe manuum
tuaꝝ cum iã ſacrificium matutinũ in ho-
locauſtũ ueſpertinum tranſiret: in ipſa in-
quam uirtute incenſi: quod cœlos aſcen-
debat, terrã operiebat, inferos reſperge-
bat, exaudiendus pro reuerentia tua cla-
mas: Pater ignoſce illis, qa neſciunt quid
faciunt. O q̃ multus es ad ignoſcẽdũ, ô q̃
magna multitudo dulcedinis tuæ dñe. O
q̃ lõgè cogitationes tuæ à cogitationibꝰ
nr̃is: ô q̃ firmata eſt ẽt ſuꝑ impios miſeri-
cordia tua. Mira res. Ille clamat ignoſce,
Iudęi crucifige. Molliti ſunt ſermones eiꝰ
ſuper oleũ, & iſti ſunt iacula. O charitas
patiẽs, ſed & cõpatiẽns. Charitas patiẽs
eſt, ſufficit. Charitas benigna eſt, cumulꝰ
eſt. Noli uinci à malo, charitas abundãs,
ſed uince in bono malũ, ſuperabundans
eſt. Non. n. ſola patientia, ſed & benigni-
tas dei ad pœnitentiã Iudęos adduxit, qa
benigna charitas: ẽt quos tolerat amat,
& amat tã ardenter. Patiẽs charitas diſſi
mulat, expectat, ſuſtinet delinquentẽ: ſed
benigna trahit, adducit, conuerti facit ab
errore uię ſuæ, deniq̃ cooꝑit multitudinẽ
peccatoꝝ. O Iudæi lapides eſtis, ſed lapi
dẽ ꝑcutitis molliorẽ: de quo reſonat tinni
tus pietatis & ebullit oleum charitatis.
Q̃uo potabis dñe deſiderãtes te torrẽte
uoluptatis tuæ, q ſic ꝓfundis crucifigẽtes
te oleo miſericordię tuę? Patet igit̃ qa hęc
paſſio potẽtiſſima ẽ ad exhauriẽda oĩum
genera peccatoꝝ. Sed qs ſcit ſi data eſt
mihi? Illi data eſt, qa alteri dari nõ po-
tuit. Nũqd angelo? Sed ille nõ eguit. Nũqd
diabolo? Sed ille nõ reſurgit. Deniq̃ nõ ĩ
ſimilitudinẽ angeloꝝ (abſit aũt ut in ſimi
litudinẽ dæmonũ) ſed in ſimilitudinẽ ho-
minum factus, & habitu inuentus ut hõ,
exinaniuit ſemetipſum, formã ſerui acci-
piẽs. Filius erat, & factus eſt tanq̃ ſeruꝰ.
Non ſolũ formã ſerui accepit ut ſubeſſet,
ſed ẽt mali ſerui ut uapularet, & ſerui pec
cati ut pœnã ſolueret cum culpã non ha-
beret. In ſimilitudinẽ (inquit) hoĩum non
hoĩs: quia primus hõ nec ĩ carne peccati,
nec in ſimilitudine carnis peccati creatus
eſt. Chriſtus. n. ĩ uniuerſali hoĩum miſeriã
preſſius & profundius ſe ĩmerſit, ne ſubti
lis ille diaboli oculꝰ magnũ hoc pietatis
deprehenderet ſacr̃m. Ideo habitu & oĩ
habitu inuentus eſt ut hõ, nec in eo q̃tum
ad naturæ debitũ ſignum aliquod ſingu-
laritatis apparuit. Quia ita. n. inuentus ẽ:
ideo crucifixus. Paucis aũt reuelauit ſeip
ſum ut eſſent qui crederent: reliquis autẽ
abſcõditus eſt. Quia ſi cognouiſſent, nũq̃ 1. Cor. 2.
dñm gloriæ crucifixiſſent. Ad hoc etiã illi
ſingulari peccato ignorantiã copulauit,
ut ſub aliqua iuſtitiæ umbra ignorantibꝰ
poſſet ignoſci. Duo aũt nobis in hęredita
tẽ reliquerat ille uetuſtus Adã, qui fugit à
facie dei laborẽ uidelicet & dolorem: la-
borẽ in actione, dolorem in paſſione. Nõ
hoc ipſe audierat in paradiſo, quem acce
perat ut operaretur & cuſtodiret illum.
Operaret̃ delectabiliter, cuſtodiret fide-
liter & ſibi & poſteris ſuis. Chriſtus dñs
laborẽ & dolorem cõſiderauit, ut trade-
ret eos in manus ſuas: imò ſe magis ĩ ma-
nus eoꝝ infixus ĩ limo ꝓfundi, & intraue
rũt aquæ iſtæ uſq̃ ad aĩam eius. Vide (ad
patrẽ inq̃t) humilitatẽ meam & laborem
meũ: qa pauper ego ſum, & in laboribus
à iuuẽtute mea. Laborauit ſuſtinẽs, manꝰ Pſal. 118.
eius in laboribꝰ ſeruierũt. De dolore uide
qd dixerit. O uos oẽs q trãſitis ꝑ uiã, attẽ
dite & uidete ſi ẽ dolor ſicut dolor meus. Threno. 1.
Vere lãguores nr̃os ipſe tulit, & infirmita Eſa. 53.
tes nr̃as ipſe portauit, uir dolorũ pauꝑ et
dolens, tentatus per oĩa abſq̃ peccato.
Et in uita paſſiuam habuit actionẽ, & in
morte paſſionẽ actiuam ſuſtinuit dũ ſalu
tẽ oparet̃ in medio terrę. Proinde memor
ero

ero quandiu fuero laborum illorũ quos
pertulit in prædicando, fatigationum in
diſcurrendo, tentationũ in ieiunãdo, uigi
liaꝝ in orando, lachrymarũ in cõpatien-
do. Recordabor ẽt dolorum eius, conui-
cioꝝ, ſputorum, colaphoꝝ, ſubſannatio-
num, exprobrationũ, clauorum, horũq̃
ſimiliũ, quæ per eũ & ſuper eum abundã
tius tranſierũt. Facit ergo mihi fortitudo,
facit ſimilitudo: ſed ſi acceſſerit ẽt imita-
tio ut ſequar ueſtigia eius. Alioq̃n ẽt exq̃
ret̃ à me ſanguis iuſtus qui effuſus eſt ſuꝑ
terrã, nec ĩmunis ero ab illo tam ſingulari
ſcelere Iudæoꝝ: quòd uidelicet tãtæ cha
ritati ingratus fuerim: quòd ſpũi grẽ cõtu
meliã fecerim, ꝙ ſanguinẽ teſtamẽti pol-
lutum duxerim, ꝙ conculcauerim filium
dei. Sunt pleriq̃ qui laborẽ & dolorẽ pa
tiuntur: ſed neceſſitas in cauſa eſt, non uo
luntas: & hi nõ ſunt conformes imaginis
filij dei. Sũt q ex uolũtate ſuſtinẽt, ſed nõ
eſt ei ſors, neq̃ pars in ſermone iſto. Vigi
lat tota nocte luxurioſus, non ſolũ patien
ter, ſed & libẽter, ut ſuã expleat uolupta-
tẽ: uigilat raptor ueſtitus ferro, ut diripiat
p̃dã: uigilat fur ut domũ ꝑfodiat alienã.
Sed hi oẽs & hoꝝ ſimiles longè ſunt à la
bore & dolore quẽ cõſiderat dñs. Hoĩes
aũt bonæ uoluntatis, qui Chriſtiana uo-
luntate diuitias paupertate cõmutarunt,
uel ẽt non habitas tanq̃ habitas contem
pſerunt, relinquentes oĩa propter ipſum,
ſicut & ipſe reliquit oĩa propter ipſos, ſe-
quuntur eũ quocunq̃ ierit. Hmõi aũt imi
tatio ualidiſſimũ argumentum mihi eſt,
ꝙ paſſio ſaluatoris & ſimilitudo humani
tatis in meã tranſeunt utilitatẽ. Hic. n. ſa-
por, hic fructus eſt & laboris & doloris.
Vide ergo q̃ magnificauerit facere tecũ
illa maieſtas. De oĩbus q̃ in cœlo & ſub
cœlo ſunt, dixit & facta ſunt. Et quid faci
lius dictu? Sed nunquid ſolo uerbo factũ
eſt, cũ te quẽ fecerat refecit? Triginta &
tribus annis ſuper terrã uiſus, & cũ hoĩbꝰ
conuerſatus: ẽt habuit in factis calũniato
res, in dictis inſultatores, non habens ubi
caput ſuum reclinaret. Quare hoc? Quia
uerbum à ſua ſubtilitate deſcenderat, &
groſſius acceꝑat indumentũ. Nã caro fa-
ctũ fuerat, & ideo groſſiori & moroſiori
opere utebat̃. Sicut autẽ cogitatio ueſtit
ſibi uocẽ corporeã abſq̃ ſui diminutione,
uel ante uocẽ, uel poſt uocẽ: ſic filius Dei
aſſumpſit carnẽ non cõmiſtionẽ paſſus,
neq̃ diminutionem, nec ante carnem nec
poſt carnẽ. Apud patrẽ inuiſibilis, ſed hic
manus nr̃æ tractauerunt de uerbo uitæ:
& qđ erat ab initio, uidimus oculis nr̃is.
Hoc autẽ uerbũ, quia carnẽ puriſſimã &
aĩam ſanctiſſimã unierat ſibi, libere mo-
derabat̃ actiones corporis ſui, tum quia
ſapiẽtia & iuſtitia erat: tũ qa nullã habe-
bat prorſus legẽ in mẽbris ſuis repugnan
tẽ legi mentis ſuæ. Meũ uerbũ nec ſapien
tia nec iuſtitia eſt, ſed tñ utriuſq̃ capax,
& poſſunt ei hæc abeſſe & adeſſe: abeſſe
aũt facilius. Familiare. n. magis iã nobis ẽ
carnis nr̃æ ſeruire uitijs, q̃ actiones et paſ
ſiones eius ordinare: pro eo ꝙ oĩs ętas ab
adoleſcentia prona eſt in malũ, inter fla-
gella quoq̃ & gladios: ẽt ſub diſcrimine
mortis ad ſuas ambiẽs uoluptates. Felix
cuius cogitatio hoc eſt uerbũ noſtrũ oẽs
actiones ſuas ad iuſtitiã dirigit, ut & intẽ
tio ſana ſit, & oꝑatio recta. Felix q paſſio
nes corꝑis ſui ꝑꝑ iuſtitiã ordinat, ut q̃cq̃d
patit̃, propter dei filiũ patiat̃: quatenus et
à corde tollat̃ murmuratio, & in ore uer-
ſet̃: gratiarum actio & uox laudis. Qui ſic
extulit ſe: iſte tollit grabatũ ſuum & ua-
dit in domũ ſuã. Grabatũ noſtrũ corpus
eſt, in quo prius languidi iacebamus: ſer-
uientes deſiderijs & cõcupiſcentijs nr̃is.
Nũc portamus illud cũ ſpiritui obedire
cogimus, & mortuũ noſtrum portamus:
quia corpus mortuũ eſt ꝓpter peccatũ.
Ambulamus tñ non currimus: qa corpus
qđ corrũpit̃ aggrauat aĩam, & deprimit
terrena inhabitatio ſenſum multa cogitã
tẽ. Ambulamus ẽt ĩ domũ noſtrã. In quã
domũ? In matrẽ oĩum, qa ſepulchra eorũ
domus illorũ in æternũ. Vel potius in do-
mum noſtrã: quam habemus ex deo non
manu factã æternã in cœlis. Qui ſub hoc
onere ambulamus poſito eo qđ putatis
quò curremus? Q̃uo uolabimus? Planè ſu
per pennas uentoꝝ. Amplexatus eſt nos
dñs Ieſus per laborẽ & dolorẽ noſtrum.

Amplectamur eum nos quoqꝫ uicarijs
quibuſdã amplexibus ꝓꝓ iuſtitiã & iuſti
tiã ſuã, actiones ad iuſtitiã dirigendo, paſ
ſiones ꝓꝓ iuſtitiam ſuſtinendo. Dicamus
quoqꝫ cũ ſpõſa. Tenui eũ nec dimittam.
dicamus ẽt cũ patriarcha, non dimittam
Gene. 32. te, niſi benedixeris mihi. Quid.n.iã ſupeſt
niſi benedictio? Quid poſt amplexũ, niſi
oſcluũ reſtat? Si ſic adhærerem deo: quõ
non iã clamare liberet? Oſculet̃ me oſcu-
Canti. 1. lo oris ſui. Ciba nos interim dñe lachry-
maꝝ pane, & potũ da nobis ĩ lachrymis
in menſura: donec ꝑducas nos ad mẽſurã
bonã & confertam & coagitatã, quã da
bis in ſinus noſtros, qui es in ſinu pr̃is ſuꝑ
oĩa benedictus deus in ſecula. Amen.

In cœna domini, de baptiſmo, & de ſacramento altaris, & ablutione pedum. Sermo.

HI ſunt dies quos obſeruare debe-
mus: dies pleni pietate & gratia
quibus ẽt ſceleratoꝝ hoĩum mẽ-
tes ad pœnitentiam prouocantur. Tãta
ſiquidẽ eſt uis ſacr̃orum eoꝝ, quæ diebꝰ
iſtis recoluntur, ut poſſint ipſa quoqꝫ la-
pidea ſcindere corda, & pectus omne li-
cet ferreum emollire ſufficiant. Deniqꝫ ui
demus uſqꝫ hodie ad paſſionẽ Chriſti nõ
modo cœleſtia cõpati, ſed terram moue
ri & petras ſcindi, & in confeſſione pec-
catoꝝ aperiri monumenta. At uerò qm̃
ſic eſt in ſpiritualibus cibis ſicut & in cor
poralibus ut in quibuſdã ſtatim præſtò
ſit ſapor, in aliquibus oporteat laborare:
quæ manifeſta ſunt, noſtro non indigent
miniſterio, quæ uerò clauſa ſunt, diligen-
tẽ uolunt habere conſideratorẽ. Neqꝫ.n.
tradit mater paruulo nucem integrã, ſed
frãgit eã & nucleum porrigit. Sic & ego
uobis fratres chariſſimi ſi poſſem ſacr̃a
quę clauſa ſunt aperire debuerã: ſed quia
minus poſſum, rogemus ut uobis pariter
& mihi mr̃ ſapientia frangat nuces iſtas,
nuces inquã quas ꝓtulit ſacerdotalis uir
ga uirtutis, quã emiſit dñs ex Siõ. Multa
quidẽ ſunt ſacr̃a, & ſcrutãdis oĩbus hora
nõ ſufficit. Fortaſſis ẽt aliqui ueſtrum im-
becilles ſunt ad tanta ſimul capiẽda. De
tribus itaqꝫ ſacr̃is quę ſatis congrua ſunt
huic tp̃i dicendum erit, quod dñs ipſe do
nauerit. Sacr̃m dicitur ſacrũ ſignum, ſiue
ſacrum ſecretum. Multa ſiquidẽ fiunt ꝓꝓ
ſe tm̃: alia uerò ꝓꝓ alia deſignãda, & ipſa
dicuntur ſigna & ſunt. Vt.n. de uſualibus
ſumamus exẽplum: datur annulus abſo-
lute ꝓꝓ annulum, et nulla eſt ſignificatio,
datur ad inueſtiendum de hæreditate ali
qua & ſignum eſt: ita ut iã dicere poſſit q
accipit. Annulus non ualet quicqꝫ, ſed hæ
reditas eſt quam quærebã. In hunc itaqꝫ
modum appropinquans paſſioni dñs de
gratia ſua inueſtire curauit ſuos, ut inuiſi-
bilis gratia ſigno aliquo uiſibili p̃ſtaret.
Ad hæc inſtituta ſunt oĩa ſacr̃a, ad hęc eu
chariſtiæ participatio, ad hæc pedũ ablu
tio, ad hęc deniqꝫ ipſe baptiſmus initium
ſacr̃orum oĩum: in quo cõplantamur ſi-
militudini mortis eius, unde & trina mer
ſio, tridui quod nunc celebrãdum eſt for
mam gerit. Sicut.n. in exterioribus diuer-
ſa ſunt ſigna, & ut cœpto ĩmoremur exẽ-
plo, uariæ ſunt inueſtituræ ſecundum ea,
de quibus iuueſtimur: uerbi gratia, inue-
ſtitur canonicus per librum, abbas ꝑ ba-
culum, epiſcopus per baculum et annulũ
ſimul, ſicut inquam in hmõi rebus eſt, ſic
& diuiſiones gratiaꝝ diuerſis ſunt tradi-
tæ ſacr̃is. Quæ eſt gratia unde per baptiſ
mũ inueſtimur? Vtiqꝫ purgatio delictoꝝ.
Quis.n. põt facere mundum de immũdo
conceptum ſemine, niſi qui ſolus eſt mũ-
dus, & in quem peccatũ non cadit deus?
Huius quidem gratiæ ſacr̃m prius erat
circũciſio, ut originalis rubiginem culpę
quæ manauerat à parentibus primis, cul
tellus eraderet, ſed ueniente domino qui
agnus eſt, totus ſuauis & mitis, cuius iu-
gum ſuaue eſt & onus leue: optime ſatis
mutatum eſt, ut inueteratam rubiginem
cum unctione ſancti ſpiritus aqua dilue-
ret, & acerbitas illa ceſſaret. Sed forte q̃-
rat aliquis & dicat. Si deletum eſt in ba-
ptiſmo quod contraximus à parentibus:
cur adhuc manet cupiditatis fomes &
uelut incẽtiuum quoddã peccati? Neqꝫ
enim dubium quin à primis parentibus
ĩ nos traducta ſit lex iſta peccati. Omnes
ſiquidem in peccatrice uoluptate genera
mur: propterea licet ĩuiti, illicitos quoſdã

motus cõcupiſcentiaꝝ & tanq̃ beſtiales
ſentimus. Dixi uobis ſæpius, nec mente
excidere debet: qm̃ in caſu primi hoĩs ce-
cidimus oẽs. Cecidimus autẽ ſuꝑ aceruũ
lapidũ, & in luto: unde non ſolũ inqnati,
ſed ẽt uulnerati et grauiter quaſſati ſumꝰ.
Lauari quidem cito poſſumus, ad ſanan-
dum uerò opus eſt curatione multa. La-
uamur igit̃ in baptiſmo, quia delet̃ chiro-
graphũ damnationis noſtræ: & gr̃a hæc
nobis confertur ne iã nobis cõcupiſcẽtia
noceat: ſi tñ à cõſenſu abſtineamus: atqꝫ
ita tanqꝫ ſanies inueterati ulceris remoue
tur, dum tollit̃ damnatio & reſponſum
mortis, quod priꝰ inde manabat. Sed qs
poterit tã efferos motus frangere? qs pru
ritũ ulceris huiꝰ ferre queat? Cõfidite qa
& in hoc gr̃a ſubuenit, & ut ſecuri ſitis,
ſacr̃i dñici corporis & ſanguinis pretioſi
inueſtituram habetis. Duo.n. illud ſacr̃m
operat̃ in nobis: ut uidelicet et ſenſum mi
nuat in minimis, & in grauioribus pecca
tis tollat oĩno conſenſum. Siqs ueſtrũ nõ
tam ſæpe modo, nõ tã acerbos ſentit ira-
cundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ, aut cẽte-
roꝝ hmõi: gratias agat corpori et ſangui
ni dñi, qm̃ uirtus ſacr̃i operatur in eo, &
gaudeat ꝙ peſſimũ ulcus accedat ad ſa
nitatẽ. Sed tñ quid agimus ꝙ in hoc cor-
pore peccati, & in hoc tp̃e malo non poſ
ſumus eſſe ſine peccato? Nunquid deſpe
rabimus? Abſit. Si dixerimus (ait beatus
1. Ioan. 1. Ioannes) quia peccatum non habemus,
noſipſos ſeducimꝰ, & ueritas in nobis nõ
eſt. Si aũt cõfeſſi fuerimus peccata nr̃a, fi
delis deꝰ eſt qui remittat nobis peccata,
& emundet nos ab oĩ iniqtate. Nã ut de
remiſſione quotidianoꝝ minime dubite
mus, habemus eius ſacr̃m, pedũ ablutio-
nẽ. Quęris forte unde ſciã ꝙ ſacr̃m ſit hu-
ius remiſſionis: maxime cũ ipſe dñs ꝓmi-
Ioan. 13. ſerit Petro dicẽs. Qđ ergo facio tu neſcis
modo: ſcies aũt poſtea: nihil aũt de ſacr̃o
locutus eſt: ſed tm̃ exemplũ, inquit, dedi
uobis, ut & uos ita faciatis. Verũ multa
habebat illis dicere, ſed tunc portare nõ
poterant. Ideoqꝫ nec ex toto uoluit eos
anxios, & ſuſpectos relinquere, nec dice-
re qđ tunc nõ caperent. Vis autẽ noſſe qa
pro ſacr̃o illud eſt, nõ pro ſolo exemplo
factũ? Illud attẽde quod Petro dictũ eſt.
Si non lauero te: nõ habebis partẽ mecũ.
Aliquid igitur latet quod neceſſariũ eſt
ad ſalutẽ, qñ ſine eo, nec ipſe Petrus partẽ
haberet in regno Chriſti & dei. Vide.n. ſi
non expauerit Petrus ad tantæ cõmina-
tionis terrificũ uerbum, ſi non agnouerit
ſalutare eſſe myſteriũ cum r̃ndit: Dñe nõ Ibidem.
tm̃ pedes meos, ſed & manus & caput.
Et unde ſcimus, quia ad diluẽda peccata
q̃ nõ ſunt ad mortẽ: et à quibus plenè ca-
uere nõ poſſumꝰ ante mortẽ ablutio iſta
ꝑtineat? Ex eo planè ꝙ offerẽti manus &
caput pariter ad abluendũ reſpõſum eſt.
Qui lotus eſt non indiget, niſi ut pedes la
uet. Lotus eſt qui grauia peccata non ha
bet, cuius caput.i. intẽtio, & manus.i. ope
ratio & conuerſatio mũda eſt: ſed pedes
qui ſunt aĩæ affectiones, dum in hoc pul-
uere gradimur ex toto mũdi eſſe nõ p̃nt
quin aliqñ uanitati, aliqñ uoluptati aut
curioſitati plus q̃ꝫ oportet cedat aĩus uel
ad horã. In multis.n. offendimus oẽs. Ve- Iaco. 3.
rũtamẽ nemo contẽnat aut paruipẽdat.
Impoſſibile eſt.n. cũ eis ſaluari, impoſſibi
le ẽ ea dilui, niſi ꝑ Chr̃m Ieſum et à Chr̃o.
Nemo inquã ꝑnicioſa ſecuritate dormi-
tet, declinãs in uerba malitię ad excuſan-
das excuſatiões in peccatis: qm̃ (ut audi-
uit Petrꝰ ab ipſo) niſi lauerit ea Chr̃s, nõ
habebimꝰ partẽ cũ eo. Nec ideo tñ ꝓ eis
neceſſe ẽ nimis eſſe ſolicitos: ignoſcet fa-
cile, imo & libẽter, ſi tm̃modo nos agno
ſcamus. In hmõi nãqꝫ quaſi ineuitabilibꝰ
& negligẽtia culpabilis eſt, & timor ĩmo
deratꝰ. Hinc ẽ qđ in or̃one quã ipſe cõſti
tuit quotidie ꝓ peccatis illis uoluit nos
orare. Sicut.n. de cõcupiſcẽtia diximꝰ ꝙ li
cet dãnationẽ abſtulerit, qa iuxta apl'm.
Nulla dãnatio ẽ his q ſunt ĩ Chr̃o Ieſu: tñ Roma. 8.
ad humiliãdos nos ipſam adhuc patit̃ ui
uere in nobis & grauiter affligere nos, ut
ſentiamꝰ qđ nobis gr̃a p̃ſtet, et ſꝑ ad illiꝰ
auxiliũ recurramꝰ: ſic et de minoribꝰ iſtis
pc̃tis pia diſpẽſatiõe nobiſcũ agit̃: ut nõ
penitꝰ auferant̃, ſed ĩ illis nos erudiat deꝰ,
ut cũ mĩma cauer̃ ñ poſſumꝰ, certi ſimꝰ ꝙ
nõ nr̃is uirib. maiora ſupemꝰ; ſemperqꝫ ti

morati, & omnino ſoliciti ſimus quomo
do eius gratiam non amittamus, quã no
bis tã multipliciter neceſſariã eẽ ſentim⁹.

In die ſancto Paſchæ de ſeptem ſignaculis quæ ſoluit agnus. Sermo I.

Apoca.5. Icit leo de tribu Iuda. Vicit planè
u malitiã ſapientia attingẽs à fine
uſq; ad finem fortiter, & ſuauiter
uniuerſa diſponẽs: ſed ꝓ me fortiter, ſua-
uiter mihi. Vicit Iudæoꝝ blaſphemias in
patibulo, fortẽ armatũ alligauit in atrio,
& de ipſo mortis ĩperio triũphauit. Vbi
enim ſunt opprobria tua Iudæe? ubi ſunt
fabulæ uaſa captiuitatis? ubi eſt mors ui-
ctoria tua? Cõfuſus ẽ calũniator, raptor
ſpoliatus eſt. Nouũ genus potẽtiæ: hacte
nus uictorioſa mors obſtupeſcit. Quid tu
Iudæe? qd pridie ante crucẽ agitabas ca-
put ſacrilegũ? qd ſacrũ hoĩs Chr̃i caput
Matth.27. exagitabas opprobrijs? Chr̃s, inquit, rex
Iſrael deſcendat de cruce. O uenenata lin
gua, uerbũ malitiæ, ſermo neq;. Non eſt
hoc Caipha quod paulo ante dicebas.
Expedit ut unus moriat̃ homo pro ppl'o,
Ioan.11. & non tota gẽs pereat. At illud quia mẽ-
daciũ non erat, nõ loquebaris de ꝓprio:
non à temetipſo dicebas: ſi rex Iſrael eſt,
deſcẽdat de cruce. Hoc planè tuũ eſt: ma
gis aũt eius qui mendax ẽ ab initio. Quid
enim conſequẽtiæ uidet̃ habere ut deſcẽ
dat ſi rex Iſrael eſt, & nõ magis aſcẽdat?
Sic non meminiſti ſerpens antique q̃; cõ-
fuſus abſceſſeris olim cũ dicere p̃ſumpſiſ
Mat.4. ſes. Mitte te deorſum, &, hęc oĩa tibi da-
bo, ſi ꝓcidens adoraueris me. Sic tibi Iu-
dæe excidit qđ audiſti: qa dñs regnauit
à ligno, ut regẽ abneges, quia manet in li
gno. Sed forſitã nec audiſti, qa nõ Iudęis,
ſed nationibus, hæc annũtiatio debebat̃.
Pſal 95. Dicite, inqt, in nationibus qa dñs regna-
uit à ligno. Meritò ꝓinde titulũ regni p̃-
ſes gentilis inſcripſit ligno, nec potuit Iu-
dęus, ut uoluit, corrũpere tituli inſcriptio
nẽ: nedũ impedire dñicã paſſionem et no
ſtrã redemptionẽ. Deſcendat (inquiunt)
ſi rex Iſrael eſt. Imo uerò quia rex Iſrael ẽ,
titulũ regni non deſerat: uirgã imperij nõ
deponat, cuius nimirꝝ imperiũ ſuꝑ hume
Eſai.c.9. rũ eius, ſicut præcinit Eſaias. Noli inqunt
Iudęi ad Pilatũ: noli ſcribere rex Iudęoꝝ, Ioan.19.
ſed quia ipſe dixit: rex ſum Iudæoꝝ. Et Pi
latus. Quod ſcripſi ſcripſi. Si Pilatus qđ
ſcripſit ſcripſit: Chr̃s non perficiet quod
ĩcepit? Ipſe.n. cœpit & ſaluabit nos. Sed
dicunt. Alios ſaluos fecit: ſeipſum nõ põt
ſaluum facere. Imo uerò ſi deſcẽderit, ne-
minẽ ſaluum faciet. Cũ.n. ſaluus eſſe non
poſſit, niſi qui perſeuerauerit uſq; in finẽ,
quãtominus poterit eſſe ſaluator? Alios
ergo ſaluos fecit: nã ſaluatione, cũ ſit ſal⁹
ipſe, non indiget. Operat̃ ſalutẽ noſtram,
nec caudã deeſſe patitur ſacrificio ueſper
tino hoſtiæ ſalutari. Nouit inique qd co-
gites. Non tibi dabit occaſionẽ ſurripien
dæ nobis perſeuerantiæ, q̃ ſola coronat̃.
Non faciet obmuteſcere prædicatorꝝ lin
guas conſolantiũ puſillanimes & dicen-
tiũ ſingulis: tu locum tuũ ne deſeras, qđ
ſine dubio ſequeretur: ſi rñdere poſſent,
qa Chriſtus ſuũ deſeruit. Proni.n. ſunt ſen
ſus hoĩs & cogitationes in malũ. Sine cã
(maligne) paraſti ſagittas tuas in pharc-
tra, & diſcipulorum ſuſpiria cumulas op
probrijs Iudæorꝝ. Illi qppe deſperãt: iſti
improperãt, ſed Chr̃m neutra tela noce-
bũt. Aliud tp̃s elegit cõfortãdis diſcipu-
lis, et aliud aduerſarijs cõfutãdis. Interim
patientiã magis exhibet: humilitatẽ com
mendat, obediẽtiã ĩplet, ꝑficit charitatẽ.
His nanq; uirtutũ gẽmis quatuor cornua
crucis ornant̃. Et eſt ſupereminẽtior cha-
ritas, à dextris obedientia, patientia à ſiã
niſtris: radix uirtutũ humilitas ĩ ꝓfundo.
His ditauit trophæũ crucis, cõſummatio
dñicæ paſſionis, cũ ad Iudæorꝝ blaſphe-
mias humilis, ad uulnera patiẽs: intus lin
guis, clauis exterius pungeret̃. Nã & cha
ritas in eo ꝑfecta eſt, ꝙ pro amicis aĩam
poſuit, & obediẽtia cõſummata, cũ incli
nato capite tradidit ſpũm, fact⁹ obediẽs
uſq; ad mortẽ. His ſpoliare dotibus, hac
priuare gl'ia Chr̃i ſatagebãt eccleſiã, q di
cebãt. Si rex Iſrael eſt deſcẽdat de cruce.
Nimirꝝ ut nõ ſit iã obedientiæ forma, nõ
incentiuũ amoris, non patiẽtiæ uel humi
litatis exẽplum, ſed deleri habeãt ex euã-
gelio uerba illa ſuauiſſima & dulciora ſu
per mel et fauũ. Maiorẽ hac dilectionem Ioan.15.
nemo

Ioan.15.a. nemo habet, q̃ ut aĩam ſuam ponat qs ꝓ
Ioan.17.a. amicis ſuis. Et ad patrẽ. Opus cõſumma-
Matt.11.d ui qđ dediſti mihi ut faciã. Itemque ad di
Ioan.12.b. ſcipulos: Diſcite à me qa mitis ſum, & hu
Nu.21.b. milis corde. Et ego ſi exaltat⁹ fuero à ter
ra: oĩa trahã ad me ipſum. Hoc eſt.n. qđ
dolet uenenati ſerpentis aſtutia, exaltatũ
in deſerto ſerpẽtẽ ęneum, cuius intuitu ſa
nentur uulnera quæ inflixit. Alioquin qm̃
alio inſtigante miſiſſe credimus uxorẽ Pi
Matt.27.c lati ad ipſum dicentem: Nihil tibi et iuſto
illi, multa.n. paſſa ſum hodie per uiſum ꝓ
pter eum. Timebat ergo iam tũc, ſed nũc
maximè, uirtute crucis eneruari ſe ſentiẽs
inimicus. Sera ducit̃ pœnitẽtia, & quos in
ſtigauit ad crucifigẽdum, inſtigat ad ſua-
dendũ ut de cruce deſcẽdat. Deniq; ſi rex
Iſrael eſt, inqunt, deſcẽdat de cruce, et cre
dimus ei. Hæc planè ſerpẽtis aſtutia: hæc
Matt.15.c. adinuẽtio neqtię ſpũalis. Audierat impi⁹
ſaluatoris uocẽ dicẽtis: Nõ ſum miſſus ni-
ſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael: &
nouerat quantũ ꝓ ſalute illius populi ze-
lũ gerere uideret̃: propterea malitioſe ni-
mis linguas erudiens blaſphemorũ ſugge
rebat ut dicerẽt: deſcendat, et credimus:
quaſi iam nihil poſſet obſtare quin deſcẽ
deret, q eorũ credulitatẽ tãtopere deſide
raret. Sed qd machinat̃: aut cui parat inſi
dias uerſipellis? Nẽpe ei in quo nihil profi
ciet inimicus, & filius iniqtatis non appo
net nocere ei. Nõ mouet̃ uana pollicitatio
ne, q nouit omniũ corda: ſicut nec expro-
bratiõe blaſphema mitiſſim⁹ oĩum moue
bat̃. Eò qppe tendebat malitioſa ſuaſio:
Deut.32. non ut ipſi crederẽt, ſed nr̃a quoq; ſiqua
erat fides in eum, omnimodis deperiret.
Soph.3.b. Legentes.n. dei perfecta ſunt opera, quã-
do fateremur deum, qui ſalutis opus reli-
quiſſet imperfectum? Sed audiamus qd
ad hæc Chriſtus reſpondeat per prophe
tam: Quæris ſigna Iudæe? Expecta me in
die reſurrectionis meæ. Si uis credere, ma
iora iam tibi opera demonſtraui. Multi-
plicaui ſigna: ſanitates perfeci heri & pri
die, hodie magis habeo conſummari. An
nõ maius erat quod uidiſti è corporibus
obſeſſis ſpiritus exire malignos, & de gra
batis ſuis exilire paralyticos: quàm è ma
nib⁹ meis uel pedib⁹ clauos reſilire quos
infixiſti? Sed patiendi tẽpus eſt, non faciẽ
di, & paſſionis horã ſicut p̃uenire fruſtra
conatus es, ſic nec poteris ĩpedire. Sed ſi
adhuc generatio praua & adultera ſignũ
q̃rit: non ei dabit̃ niſi ſignũ Ionæ ꝓphetæ.
Non ſignũ deſcẽſionis, ſed reſurrectionis.
Quòd ſi Iudæus nõ q̃rit: amplectat̃ et gau
deat Chriſtianus. Vicit.n. leo de tribu Iu-
da. Suſcitatus eſt paterna uoce leonis ca-
tulus: clauſo ꝓdijt tumulo, q de patibulo
non deſcendit. An uero id maius ſit, inimi
ci noſtri ſint iudices: q tã curioſe munierãt
monumentũ: ſignantes lapidẽ cũ cuſtodi
bus. Hunc.n. lapidẽ magnũ ualde, de quo
mulieres illę deuotæ inuicem querebant̃,
facta iã reſurrectione dñica, reuoluit an-
gelus, & reſedit (ſicut ſcriptũ eſt) ſuꝑ eũ. Marc.16.a
Conſtat ꝓinde clauſo exijſſe tumulo redi
uiuũ corpus, qđ clauſo uirginis utero na-
tũ ꝓceſſit in uitã, & ad diſcipulos clauſis
introiuit ianuis in conclaui. Sed eſt locus
unde clauſis noluit ꝓceder̃ ianuis, carcer
utiq; gehennalis. Confregit ſiqdẽ ferreos
uectes, repagula uniuerſa cõtriuit, ut libe
re ſuos educeret quos redemerat de ma-
nu inimici: & plenis egrederent̃ portis ag
mina ſanctorũ dealbatorũ, q lauerunt ſto
las ſuas, & candidas eas fecerũt in ſangui
ne agni. Cãdidas ꝓrſus in ſanguine agni:
qa exiuit cũ eo & in eo, ẽt aqua dealbãs:
& teſtimoniũ ꝑhibet ipſe q uidit. Aut cer
te candidas in ſanguine agni nouelli: ſan-
guine lacteo candido & rubicundo: ſicut
habes in cãtico Canticorũ: Dilectus me⁹ Canti.5.c.
(ait ſponſa) candidus & rubicundus ele-
ctus ex milibus. Inde eſt ꝙ in ſtola candi-
da & fulgureo uultu, teſtis quoq; reſurre
ctionis apparuit. Iam ſi confutãdis Iudęo
rum calũnijs ſufficere uidet̃ hoc ipſum ꝙ
clauſo egreſſus eſt monumẽto, cui inſultã
tes dicebant: Si rex Iſrael eſt, deſcendat
de cruce: (curioſius nanq; monumẽtum
claudere & ſignare ſtuduerãt, q̃; infigere
clauos) ſi igitur uicit leo de tribu Iuda in
hoc ipſo ꝓceſſu, & maius demonſtrauit
opus q̃; peterent: ipſum iã reſurrectionis
miraculum cui poterit comparari?
Legimus nonnullorũ p̃ceſſiſſe reſurre-

ctiones,aũt magis certe ſuſcitatiões, ſed
iſtius p̃ambulas,qb⁹ et duplici priuilegio
noſcit p̃eminere.Nã cæteri qdẽ reſurrexe-
Rom.6.b. rãt mortui iterũ morituri:Xp̃s reſurgẽs ex
mortuis iã nõ morit:mors illi ultra nõ dña
abit.Illi mortui denuo op⁹ hñt iterũ reſu
ſcitari:Xp̃s ꝙ mortu⁹ ẽ pctõ,mortu⁹ ẽ ſe
mel:ꝙ aũt uiuit,uiuit deo:uiuit ĩ æternita
te.Merito ꝓinde reſurgẽtiũ primitię xp̃s:
ꝗ ita reſurrexit ut cadere nõ adijciat, ꝗ ſo
lus attigit ĩmortalitatẽ.Eſt et aliud ĩ quo
reſurrectiõis huius ĩnoteſcat gl'ia ſingula
ris.Quis.n.ĩ oĩbus cæteris ſuſcitauit aliqñ
ſemetipſum?Ineffabile iſtud ẽ, ut à morte
ſe excitet ipſe ꝗ dormit:ſingular eſt: nõ ẽ
ꝗ faciat,nõ ẽ uſq; ad unũ. Heliſæus ꝓphe
4.Reg. ta mortuũ ſuſcitauit,ſed alterũ, non ſeip-
4.f. ſum.Ecce.n.quot annis iacet in monumẽ
to,qđ à ſe nõ põt,ſperãs ab alio ſuſcitari:
ab eo utiq; ꝗ triũphauit mortis imperiũ
in ſe ipſo.Inde eſt ꝙ cæteros qdẽ dicimus
ſuſcitatos, Xp̃m reſurrexiſſe,ꝗ ſolus uirtu
te ꝓpria uictor ꝓdiit de ſepulchro. Siqdẽ
& in hoc uicit leo de tribu Iuda. Quantũ
poterit,imò qd non poſſe uidebit uiuens,
& dicens pr̃i:Reſurrexi, & adhuc ſum te
cũ:ꝗ tã potens extitit deputatus cũ mor
tuis,ſed inter mortuos liber? Nec uero re
ſurrectionẽ diſtulit ultra tertiũ diẽ:ut pro
pheta fidelis inueniat,ꝗ dixit: Viuificabit
Oſee.6.a. nos poſt duos dies,in die tertia ſuſcitabit
nos. Decet nimirũ ut quẽadmodũ caput
p̃ceſſit,ſequant membra.In patibulo ſex-
ta feria redemit hoĩem, ipſa die qua fece-
rat hoĩem in initio:ſequenti die ſabbatiza
uit in monumẽto,conſummato opere qđ
ſuſceperat.Tertia uero, q̃ prima dierũ ẽ,
primitiæ dormiẽtium apparuit mortis ui
ctor nouus hõ.Ita & nos qcunq; ſeqmur
caput nr̃um:tota die hac qua plaſmati et
& redẽpti ſumus,non ceſſemus agere pœ
nitẽtiã,nõ ceſſemus tollere crucẽ noſtrã,
pſeuerãtes in ea ſicut ipſe pſeuerauit, do-
nec dicat ſpũs ut reqeſcamus à laborib⁹
nr̃is.Neminẽ audiamus fr̃es: nõ carnẽ &
ſanguinẽ,nõ ſpũm quẽlibet, deſcenſum à
cruce ſuadẽtẽ.Perſiſtamus in cruce,moria
mur in cruce:deponamur aliorũ manib⁹,
non nr̃a leuitate. Caput nr̃m depoſuere
uiri iuſti:nos ergo dignatione ſua angeli
ſancti deponant:ut conſummata uiriliter
die crucis,ſecũda,q̃ poſt mortẽ eſt, qeſca
mus ſuauiter,dormiam⁹ feliciter in ſepul
chris:expectantes beatã ſpẽ, & aduentũ
gl'iæ magni dei:ꝗ reſuſcitabit corpora no
ſtra tertia demũ die, cõfigurata corꝑi cla
ritatis ſuæ. Fœtent quatriduani, ſicut de
Lazaro ſcribit:Iã fœtet dñe: q̃triduan⁹ ẽ
.n.Adiuẽtio filiorũ Adam,quartã forma- Ioan.11.
uit diẽ, quã à dño nõ accepit. Propterea
corrupti ſunt,& abominabiles facti ſunt
taq̃ iumẽta q̃ in ſtercore ſuo putruerũt. Di
uinę ſiqdẽ ordinationis eſt triduũ qđ p̃di
ximus:in labore,in reqe, in reſurrectione.
Nõ placẽt hæc filijs hoĩum, ſed ſuã uolũt
p̃ferre diẽ:diſſerẽtes pniam, ut indulgeãt
uoluptati. Nõ eſt hæc dies quã fecit dñs:
quatriduani facti ſunt,& iã fœtẽt. Nõ no
uit hanc qđ de Maria natũ eſt ſanctũ: ter
tia reſurrexit die, ne uideret corruptionẽ.
Vicit itaq; leo de tribu Iuda. Occiſus eſt
agnus,ſed leo uicit.Leo rugiet: qs non pa
uebit?Leo,inquã,fortiſſimus beſtiarũ, ꝗ Amos.3.
ad nullius pauebit occurſum.ſ. leo de tri-
bu Iuda.Paueant ꝗ abnegauerũt, ꝗ dixe-
rũt:Non habemus regem niſi Cæſarẽ.Pa Ioan.19.
ueãt ꝗ dixerũt:Nolumus hũc regnare ſu-
per nos.Redit ſiqdẽ accepto regno,et ma
los male pdet.Vultis noſſe qa redit acce-
pto regno?Data eſt mihi,inqt,oĩs ptãs in
cœlo & in terra. Sed & pater in pſalmo:
Poſtula à me,ait,et dabo tibi gẽtes hęre- Matt.28.
ditatẽ tuã,et poſſeſſionẽ tuã terminos ter
ræ.Reges eos ĩ uirga ferrea:& tanq; uas
figuli cõfringes eos.Fortis ſiqdẽ leo eſt, Pſalm.2.
non crudelis:grauis tñ indignatio eius:et
intolerabilis ira colũbę. Sed ꝓ ſuis leo ru
giet,nõ in ſuos.Paueãt alieni: tribus Iuda
magis exultet.Gaudeãt ꝗ induti ſunt con
feſſione,quorũ oĩa oſſa dicũt:Dñe qs ſimi
lis tibi? Leo de tribu Iuda, radix Dauid.
Dicit.n.Dauid uiſu deſiderabilis, uel ma-
nu fortis:& idẽ ait. Ante te omne deſide-
riũ meũ,& fortitudinẽ meam ad te cuſto Pſal.37.
diã:Radix,inqt, Dauid. Nõ Dauid radix
eius,ſed ipſe radix Dauid:qa portat et nõ
portat.Merito Dauid ſancte filiũ tuũ uo-
cas dñm tuũ:qa nõ tu radicẽ portas, ſed

radix te.Radix fortitudinis tuæ & deſide
Apoc.5.b. rij:radix deſiderabilis: radix fortis. Vicit
leo de tribu Iuda, radix Dauid: aperire li-
brũ,& ſoluere ſeptẽ ſignacula eius.Apo-
calypſis uerba ſunt hæc.Diſcant ꝗ non le
gerũt:recolãt ꝗ nouerunt.Vidi, inqt Ioan
nes,in dextera ſedentis ſuper thronum li-
brũ ſignatũ ſigillis ſeptẽ, & non erat ꝗ le
geret uel aperiret.Ego, ait,flebam multũ
ꝙ nemo aperire librũ dignus inueniret.
Et unus de ſenioribus dixit mihi:Ne fleue
ris.Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix Da
uid.Et uidi,& ecce in medio throni agnũ
ſtantẽ tanq; occiſum. Et ueniens accepit
librũ de dextra ſedentis in throno,& ape
ruit librum,factaq; eſt lætitia magna, &
gratiarũ actio. Leonẽ Ioannes audierat,
& agnũ uidit.Agnus occiſus eſt: agnus
accepit librũ:agnus aperuit, & apparuit
leo.Deniq; dignus ẽ(aiũt ſeniores)agnus
ꝗ occiſus eſt,accipere fortitudinẽ.Nõ mã
ſuetudinẽ amittere,ſed accipere fortitudi
nẽ:ut & agnus maneat,& leo ſit.Plus di-
co:ut mihi uidet,idẽ ẽt liber eſt, ꝗ non po
terat aperiri.Quis.n.dignus iuueniret ape
rire hũc librũ?Indignũ ſe ꝓfitetur, & ipſe
baptiſta Ioannes,quo inter natos mulie-
rũ maior nemo ſurrexit.Non ſum,inq̃t,di
Mat.3. gnus ſoluere corrigiam calceamenti eius.
Marc.1.a. Venerat.n.ad nos calceata maieſtas,diui
Lucæ. nitas incarnata:uenerat dei ſapientia, ſed
Ioan.1. in libro clauſo utiq; & ſignato. Quod li-
gabat corrigia calceamenti:hoc claude-
bant ſignacula libri.Sed qd dicimus ſuꝑ
his ſeptẽ?An forte triplex aię uirtus,ratio,
memoria, & uolũtas, & quadrifaria cor
poris cõpoſitio,ex elemẽtis uidelicet qua
tuor,in his ſeptẽ eſt intelligenda, ut nihil
de ueritate humanitatis defuiſſe noueri-
mus ſaluatori?An magis humanitas eius
ipſe eſt liber, q̃rẽda ſunt ſignacula ſeptẽ?
Septẽ.n.quædã arbitror inueniri qbus ma
ximè celabat ĩ carne p̃ſentia maieſtatis,
ut non poſſet aperiri liber, & ſapientia q̃
latebat agnoſci.Sunt aũt quæ occurrunt
iterim,matris deſpõſatio,qua partus uir
ginis,& conceptionis puritas uelabatur:
ita ut hoĩs fabri filius,fabricator hoĩs pu-
taret.Infirmitas ẽt corꝑis, qua nimirũ plo
rans,uagiẽs,lactẽs,& dormiẽs,et cęteris
ſubiacẽs neceſſitatibus carnis, latebat in
ter hæc uirtus diuinitatis.Sic & circũciſio
nis ſignũ ſuſcipiẽs,peccati remediũ,ęgri-
tudinis medicinã, ꝗ morbũ omnẽ tollere
uenerat & peccatũ,& itẽ in Aegyptũ fu-
giens à facie Herodis reguli:nec dei filius
agnoſci poterat,nec rex cœli. Quid trina
illa tentatio inimici:in deſerto:in pinnacu
lo:ſupra montẽ?Si filius dei, inqt, es: dic
ut lapides iſti panes fiant.Et itẽ: Mitte te
deorſum.Neutrũ Xp̃s fecit:ut ſignaret li Matt.4.a.
ber:ut falleret aſtutus. Deniq; eouſq; ſe-
ductus eſt,ut haberet iã ꝓ cõſtãti hoĩem
eſſe purũ,& in tantã uæſaniã ſuꝑbia cęca
ꝓruperat,ut nõ diceret ultra, ſi filius Dei
es:ſed hęc oĩa tibi dabo ſi ꝓcidẽs adoraue
ris me.Sextũ eſt ſignaculũ crucis ubi pe-
pẽdit inter latrones,& cũ iniqs deputat⁹
eſt dñs maieſtatis.Clauſit & ſepultura li
brũ hũc:nec ullum ſignaculũ oĩno ſic ob
ſtruxit,ſic occultauit magnũ pietatis ſa-
cramentũ.Sepulto nimirũ dño ſola reſta
re deſperatio uidebat: adeo ut diſcipuli
dicerent:Quia nos ſperabamus.Quis nõ
illo fleret in tp̃e clauſum arctius librũ, & Lucæ24.a.
nõ eẽ ꝗ aperiret?Sed ne fleueris ultra Ioã
nes ſancte:ẽt tu noli flere Maria. Procul
ſit luctus:triſtitię nebula diſſipet. Lętami
in dño & exultate iuſti,& gl'iamini oẽs re
cti corde.Dignus eſt agnus ꝗ occiſus eſt,
leo ꝗ reſurrexit.Poſtremo liber ip̃e dign⁹ Pſal.31.a.
eſt aperire ſeipſum. Reſurgens nimirum
à mortuis: reſurgẽs autem uirtute pro-
pria,& poſt tres dies ſicut prędixerat te-
ſtimoniũ ꝑhibẽtibus inimicis,& reſurgẽs
in tanta maieſtate et gloria:indicat mani
feſte quæcunq; p̃diximus ſignacula uel
operimenta uolũtaria non neceſſaria,nec
conditionis fuiſſe,ſed dignationis. Quid
tu nuꝑ Iudęe ſignabat lapidẽ monumẽti?
Quia ſeductor ille dixerat adhuc uiuens: Hier.20.b
Poſt tres dies reſurgã.Vere ſeductor, ſed
pius,non malitioſus.Deniq; ſeduxiſti me
dñe,& ſeduct⁹ ſum(ait ꝓpheta ueſter ĩ ꝑ
ſona ur̃a)fortior me fuiſti,et ĩualuiſti.Sedu
xit uos ô Iudęi ĩ aſſione: nã in reſurrectio-
ne inualuit,& p̃ualuit uincẽs leo de tribu
Iuda.Eteni ſi cognouiſſẽt, nunq̃ dñm gl'ię 1.Cor.2.b.

Luc. 11. d. crucifixiſſent.Quid ergo facturus es?Et p̄
Matt.12.d dixit,& iam reuixit.Diligenter explora ſi
gnaculũ ſepulturę:aptum eſt.n.Dat̃ tibi
ſignũ Ionę ꝓphetæ:qa & hoc p̄dixit ipſe.
Egreditur Ionas de uentre ceti, Chriſtus
de corde terræ tetia die ꝓcedit.Niſi q̄ ma
nifeſtè plus q̄ Ionas hic: q ſemetipſum ui
riliter,& ab ipſo utero mortis eduxit.Pro
pterea uiri Niniuitę conſurgent cõtra uos
in iudicio:ꝓpterea ipſi iudices ueſtri erũt:
qa ꝓphetæ obtẽperauerunt,uos nec dño
ꝓphetarum.Vbi eſt quod dicebatis:De-
Matt.27.c ſcendat de cruce,& credimus ei? Crucis
ſignaculum dirumpere uoluiſtis, promit
tentes ad fidem uos introituros.Ecce ap-
tum non diruptũ eſt,introite.Alioquin ſi
nõ creditis reſurgenti,utiq; nec credidiſ-
ſetis deſcendenti. Sic uos ſcandalizabat
1.C.10.d. crux Chriſti.Verbũ.n.crucis Iudæis qdẽ
ſcãdalũ eſt:ait apoſtolus.Excitet uos ſal-
tẽ nouitas reſurrectionis.Inuenimus nos
ĩ cruce gloriã.Nobis q ſaluamur dei uirt9
eſt: & oĩum(ut oſtẽdimus)plenitudo uir
tutũ. Sit uobis pars, uel in reſurrectione.
Sed forte et illa,imò multo magis illa uos
ſcandalizat:& odor uitæ nobis in uitam,
uobis eſt odor mortis in mortẽ. Quid er-
Luca,15.e go inſiſtimus?Nõ ſuſtinet audire ſympho
niã & chorũ ſenior frater: occiſum nobis
ſaginatũ uitulũ indignat̃. Foris ſtat, oĩno
non acqeſcit intrare.Ingrediamur nos fra
tres, & epulemur in azymis ſynceritatis
1.Coe.5. & ueritatis:etenim Paſcha nr̃um imolat9
eſt Xp̄ss.Amplectamur cõmendatas no
bis in cruce uirtutes:humilitatẽ, patiẽtiã,
obediẽtiã & charitatẽ.In hac quoq; tam
p̄cipua ſolẽnitate qd cõmendet̃ nobis ſe
dula cogitatione pẽſemus. Nẽpe reſurre-
ctio,trãſitus et tranſmigratio.Chriſtus.n.
fratres nõ recidit hodie,ſed reſurrexit: nõ
rediјt,ſed trãſiit:trãſmigrauit, non remea
uit.Deniq; & ipſum qd celebramus Pa-
ſcha,tranſitus,non reditus interpretat̃:&
Galilæa ubi uidendus nobis ꝓmittit̃ q re
ſurrexit,nõ remeationẽ ſonat,ſed tranſmi
grationẽ.Credo iã aliquorꝫ ingenia p̄uo-
lãt:& quorſum hęc uelint tẽdere,ſuſpicã-
tur.Dicimus tñ breuiter:p̄ſertim ne deuo
tionẽ ur̃am in tãta ſolẽnitate, ſermonis ui
deatur ꝓlixitas onerare.Si poſt conſum-
mationẽ crucis in noſtrã hanc mortalita-
tẽ,& uitæ præſentis ęrũnas Chriſtus dñs
reuixiſſet:ego eũ fratres nõ tranſiſſe dice-
rẽ,ſed rediјſſe:nõ trãſmigraſſe in ſublimi9
aliqd,ſed ad ſtatũ remeaſſe priorẽ. Nunc
aũt qa trãſiit in nouitatẽ uitę, nos quoq; ĩ
uitat ad trãſitũ,uocat ĩ Galilęã.Propterea
ſiqdẽ q̄ mortuus eſt peccato, mortuus ẽ
ſemel:qa q̄ iã uiuit,uiuit nõ carni,ſed deo.
Quid nos dicimus q ſacrã dñi reſurrectio
nẽ Paſchę priuamus noĩe,ut ſit nobis in re
ditũ magis q̃ in trãſitũ? Luximus his die-
bus,cõpunctioni & orationi,grauitati &
abſtinẽtiæ dediti:cęterorꝫ negligẽtias tẽ-
porũ ſacro hoc quadragenario redimere
& diluere cupientes. Communicauimus
paſſionibus Xp̄i: cõplantati ei denuo ſu-
mus ꝑ baptiſmũ quẽdã lachrymarũ,pœ-
nitentiæ,cõfeſſionis.Si ergo mortui ſum9
peccato, quomõ uiuemus adhuc in illo?
Si negligentias plãximus,qd cauſę eſt ut
recidamus nũc in eaſdẽ? Inuenimur nunc
iterũ curioſi ut ante,uerboſi ut ante, pigri
& negligẽtes ut ante:uani,ſuſpicioſi, de-
tractores,iracũdi,cęteriſq; impliciti uitiјs
q̃ tã anxie deplorauimus his diebus? La-
ui pedes meos: quomõ iterũ inquinabo
eos? Exui me tunicã meã, quomõ induã
eã?Non eſt tranſmigratio hæc fratres:nõ
ſic uidebit̃ Chriſtus,nõ hoc iter quo oſtẽ
dat nobis deus ſalutare ſuũ. Deniq; q re- Luca,9.
tro reſpicit,indignus ẽ regno dei.Sic ama
tores ſeculi, inimici crucis Chriſti, cuius ĩ
uanũ accepto nomine dicunt̃ Chriſtiani:
toto hoc tp̄e quadrageſimali ad inſtãtes
inhiãt dies reſurrectionis, heu ut liberius
indulgeant uoluptati. Obnubilat fratres
ſolennitatis lætitiam materia triſtior: ſed
ipſius plangimus ſolennitatis iniuriã,quã
diſſimulare nõ poſſumus,nec in ipſa, imò
min9 in ipſa.Proh dolor peccãdi tẽpus,ter
minus recidẽdi,facta eſt reſurrectio ſalua
toris.Ex hoc nẽpe comeſſationes et ebrie
tates redeũt,cubilia & ĩpudicitię repetũ-
tur: et laxant̃ cõcupiſcẽtiјs fręna,quaſi ad
hoc ſurrexerit Xp̄s, & nõ magis ꝓpter iu
ſtificationẽ noſtrã. Sic honoratis miſeri
Xp̄m quẽ ſuſcepiſtis? Vẽturo paraſtis ho

ſpiritum,confitentes peccata cũ gemitu:
caſtigantes corpora,eleemoſynas impẽ-
dentes:& ecce ſuſceptum proditis inimi
cis imò exire compellitis,priores neqtias
admittẽdo.Neq;.n.cohabitatio eſſe põt
luci ad tenebras,Chriſti cũ ſuperbia, cũ
auaritia,cũ ambitione,cũ fraterno odio,
cũ luxuria,cum fornicatione.Quid.n.mi-
nus p̄ſenti debet̃ q̃ uenturo? Quid minus
reuerentiæ,reſurrectionis tẽpus exigit q̃
paſſionis?Sed uos(ut manifeſtũ eſt)neu-
trã honoratis. Nam ſi cõpateremini, &
conregnaretis:ſi cõmoreremini,& conre
ſurgeretis. Nũc aũt ex ſola conſuetudine
tp̄is & ſimulatione quadã humiliatio illa
ꝓceſſit, quam non ſeqtur exultatio ſpiri-
tualis.Propter hoc(ut ait apoſtolus) mul
ti infirmi & imbecilles, & dormiũt mul-
1.Cor.11.g ti.Propter hoc crebra in diuerſis regioni-
bus hoĩum mortalitas ſpecialr̃ his dieb9.
Quid enim?Deprehenſi eſtis inter angu-
ſtias p̄uaricatores,nõ qui p̄uaricati eſtis,
ſed q perſiſtitis in peccato addentes p̄ua
ricationẽ:aut penitus ĩpœnitentes, aut te
pidè pœnitentes: nec pericula fugientes,
uel poſt miſerã experientiã incentiua pec
Iob.40. cati.Irretiuit uos inimicus ꝑplexis (ut ait
ſcriptura)neruis teſticulorũ. Si hac con-
ſcientia Xp̄i ſacramẽta refugitis: nihil uo
Ioan. 6.f. bis cõmune cum Chriſto,non habetis ui
tam in uobis.Ipſum adhuc audite dicẽtẽ:
Niſi manducaueritis carnem filiј homi-
nis,& biberitis eius ſanguinem, nõ habe
bitis uitam in uobis. Si indigne ſuſcipitis,
iudiciũ uobis manducatis, ſanctũ domi-
ni non diiudicantes. Redite ergo p̄uarica
tores ad cor,& in toto corde quærite do
minum, & odite malum: pœnitentes nõ
uerbo tantũ & lingua,ſed ſpiritu & ueri-
tate. Quia uero non ſatis cecidiſſe piget
hominem(ut uidetur) qui adhuc manere
diſponit in lubrico: aut erraſſe, q ducem
non quærit:ſit uere compunctionis indi-
cium,opportunitatis fuga: ſubtractio oc
caſionis.Alioquin timendũ ualde ne dies
iſta(ſi qdem & ipſa poſita eſt in ruinam
& reſurrectionem multorum in Iſrael) re
probet uos uel tanquam manifeſte alie-
nos à Chriſto, Chriſto nõ communican
tes,uel tanq̃ ſocios Iudæ, in quem intra-
uit ſatanas poſt buccellam.Sed quid ad
nos fratres de his qui foris ſunt iudicare,
niſi q̄ in eodem nos fuiſſe laqueo plangi-
mus,ab eodem erutos gratulamur, ſola
miſericordia operante,in quo miſerabili-
ter eos detineri fraterna charitate dole-
mus?Vtinã aũt nos iã ſanctificati,& peni
tus alieni ab hac miſera & ſacrilega con-
ſuetudine inueniamur,nec qcq̃ ĩ nobis pe
reat aut minuat̃ de exercitio ſp̄uali ſacræ
reſurrectiõis aduẽtu,ſed trãſire magis,&
excreſcere ſtudeam9.Quicunq;.n.poſt la
mẽta pœnitẽtię nõ ad carnales redit cõſo
lationes,ſed ĩ fiduciã diuinę miſerationis
excedit,ingredit̃ nouã quãdã deuotionẽ,
& gaudiũ in ſpiritu ſancto:nec tã cõpun-
git̃ p̄teritorũ recordatiõe peccatorꝫ,q̃ de
lectat̃ memoria,& inflãmat̃ æternorꝫ de
ſiderio p̄miorum: is plane eſt q cũ Xp̄o
reſurgit,q Paſcha celebrat, qui feſtinat in Colo. 3.a.
Galilęã.Vos ergo chariſſimi ſi cõſurrexi-
ſtis cũ Xp̄o,q̃ ſurſum ſunt q̃rite, ubi Xp̄s
eſt ĩ dextera dei ſedẽs q̃ ſurſum ſunt ſapite
nõ q̃ ſup̱ terrã:ut quẽadmodũ Xp̄s reſur-
rexit à mortuis ꝑ gl'iam p̄ris,ita & uos in
nouitate uitę ambuletis:ut à ſeculari læti
tia,et cõſolatiõe mũdi ꝑ cõpũctionẽ,et tri
ſtitiã q̃ ſcd̃m deũ ẽ, ad deuotionẽ ſanctã,
et ſp̄ualẽ uos trãſir̃ gaudeatis exultationẽ
ipſo p̄ſtãte q trãſiuit ex hoc mũdo ad pa-
trẽ,& nos quoq; trahere poſt ſe,& ĩ Gali
lęã uocar̃ dignat̃, ut ſemetip̄m nobis oſtẽ
dat, q ẽ ſup̱ oĩa de9 bñdict9 ĩ ſecula.Amẽ.

In tempore reſurrectionis ad abbates de lectione euangelica,Maria Magdalene, & Maria Iacobi & Salome &c. Sermo. II.

a Ccepimus ab apoſtolo habitare Epheſ.3.
Chriſtum per fidem in cordibus
noſtris.Vnde uidetur non incon-
grue intelligi poſſe tandiu Chriſtum in
nobis uiuere:quandiu uiuit fides.At poſt
quã fides noſtra mortua eſt,quodãmodo
Chriſtus mortuus eſt in nobis. Porro fi-
dei uitam, opera atteſtantur, ſicut ſcri-
ptum eſt:Opera quæ dedit mihi pater,ip Ioan.10.f.
ſa teſtimonium perhibent de me. Nec di
ſcrepare uidetur ab hac ſententia, qui fi-
dem ſine operibus mortuam aſſerit in ſe-

Iaco. 2.d. metipſa. Sicut.n.corporis huius uitam ex
motu ſuo dignoſcimus:ita & fidei uitam
ex opibus bonis. Itaq; uita qdem corpo-
ris eſt aĩa per quã moueť & ſentit: uita ue
ro fidei charitas eſt:qa per illã operať: ſi-
cut in apľo legis: Fides quæ per dilectio-
Galat.5.a nem operatur. Vnde & refrigeſcente cha
ritate fides moriť, ſicut corpus anima re-
cedente. Tu ergo ſi uideris hominẽ in bo
nis operibus ſtrenuum,et feruore conuer
ſationis hilarem:uiuere in eo fidem nõ du
bites,indubitata tenẽs uitę illius argumẽ
ta. Sed ſunt nõnulli qui cum ſpiritu cœpe
rit:heu,carne poſtea cõſummanť. Scim⁹
aũt qa nõ pmaneat in eis ſpiritus uitæ,qa
Gene.6.a. ſcriptũ eſt. Non pmanebit ſpũs meus in
hoĩe in æternum,qa caro eſt. Quòd ſi nõ
pmaneat ſpiritus, haud dubiũ quin exci-
dat charitas,quæ nimirũ diffuſa eſt in cor
dibus noſtris p ſpiritũ ſanctũ q datus eſt
Roma.5.a nobis. Porrò fidei uitã (ut iam diximus)
in charitate conſtituit, q fidem p dilectio
nem phibuit operari. Hinc ergo colligiť,
recedente ſpiritu fidem mori:qm̃ ſpiritus
eſt qui uiuificat. Deniq; ſi ſapere ſecundũ
carnẽ mors eſt, non dubiũ quin illi quos
uiuere lætabamur, quandiu facta carnis
ſpiritu mortificabant, ſecundũ carnẽ ui-
Roma.8.c. uentes plãgendi ſint tanquã mortui. Vn-
de & in eodẽ apoſtolo legis: Si, inqt, ſecũ
dũ carnẽ uixeritis, moriemini:ſi aũt ſpiri-
tu facta carnis mortificaueritis, uiuetis.
Vę tibi qcunq; es canis reuerſus ad uomi
tũ,& ſus lota in uolutabro luti. Non eos
tantũ loquor q corpore,ſed ẽt eos q cor-
de redeunt in Aegyptũ, ſęculi huius oble
ctamenta ſectantes,ac pinde fidei uitam
quæ eſt charitas,non habẽtes. Si qs.n.di
ligit mundũ,nõ eſt charitas patris in eo.
Quis magis mortuus eo q fouet ignẽ in ſi
nu,peccatũ in cõſciẽtia,nec ſentit, nec ex
paueſcit,nec excutit? Ecce igiť Xp̃s in ſe-
pulchro,fides mortua eſt in aĩo. Quid fa-
ciemus ei? Quid fecerũt ſanctæ mulieres,
quę ſolę ex oĩbus ſuis ampliori tenebanť
affectu? Emerunt aromata,ut ueniẽtes un
gerent Ieſum. Nunquid ut ſuſcitarent? Et
nos ſcimus fratres, qa ſuſcitare noſtrum
non eſt,ſed ungere nobis incumbit. Cur
hoc? nẽpe ne fœteat qui huiuſmodi eſt,
ne ſit cæteris odor mortis, ne pereffluat,
& penitus diſſoluatur. Emant pinde aro
mata ſua tres mulieres, mens, lingua, ma
nus. De his.n.ut arbitror, Petrus manda- *Ioan.21.*
tũ accepit tertio paſceř gregẽ dñi. Paſce,
inqt,mente,paſce ore,paſce opere. Paſce
animi oratione,uerbi exhortatione, exẽ-
pli exhibitione. Quærat igiť mẽs aroma-
ta ſua,añ oĩa cõpaſſionis affectũ, dehinc
rectitudinis zelũ:et inter hęc diſcretionis
ſpiritũ nõ omittat. Quoties peccantẽ ui-
deris fratrẽ,continuo pcedere debet cõ-
paſſionis affectus, tanq̃ cognatus huma
nitati, qppe quẽ concipis ex teipſo. Vos *Gala.6.*
(inqt apoſtolus) q ſpiritales eſtis, inſtrui-
te huiuſmodi in ſpiritu lenitatis, conſide-
rãs teipſum,ne & tu tenteris. Et cũ exiret
dñs baiulãs ſibi crucẽ, & plangerẽt ſuper
eũ nondũ qdẽ oẽs tribus terræ, ſed mulie
res paucę, cõuerſus ad eas: Filiæ, inqt, Hie *Luca.23.*
ruſalẽ,nolite fleř ſuper me:ſed ſuper uoſ-
ipſas flete, & ſuper filios ueſtros. Ordinẽ
diligẽter attẽde. Super uos, inqt, primo:
deinde ſup filios ueſtros. Temetipſum at
tende,ut alijs noueris cõpati,ut arguas ſpi
ritu lenitatis. Teipſum cõſidera, ne & tu
tẽteris. Sed qa exẽplũ efficacius pſuadet,
& altius imprimit aĩo, mitto uos ad ſan-
ctũ illũ ſenẽ: q cũ audiſſet peccaſſe unum
ex fratribus, amariſſime flebat, inqens: Il
le hodie, & ego cras. Qui ſic flebat ſuper
ſe,putas qa nõ cõpaſſus ſit fratri? Hic ita-
que cõpaſſionis affectus multis ſiqdẽ p-
deſt,qa aĩus liberalis cõtriſtare quẽ p ſe
uiderit anxiũ, erubeſcit. Sed qd agimus
q; nõnulli dura ceruice & attrita ſunt frõ
te,ut quo magis eis cõpatimur,tãto ma-
gis nr̃a & cõpaſſione & patientia abutũ
tur? Non'ne ſicut cõpatiebamur fratri, ita
ipſi iuſtitię cõpatiendũ eſt, quã uidemus
tã ĩprudẽter abijci, tã ĩprudẽter puocari?
Scio qa ſi qua in nobis eſt charitas, cõtẽ-
ptũ hunc dei ferre ęquanimiter non poſſu
mus. Hic eſt zelus iuſtitiæ quo aduerſus
delinquẽtes accẽdimur,tanq̃ pietate du
cti erga eã quã cõtemni uidemus iuſtitiã
dei. Veruntamen oportet ut priora ſibi
uẽdicet compaſſionis affectus. Alioqn in

ſpiritũ uehementi cõterimus naues Thar
ſis,cõterimus quaſſatũ calamũ:extingui
mus linũ fumigãs. Sed cũ uterq; aderit ui
delicet & cõpaſſionis affectus, & zelus
iuſtitiæ,neceſſe eſt ut adſit ſpiritus diſcre
tionis,ne fortè cũ oporteat hũc exhiberi
ille pcedat, & indiſcretio ipſa confundat
uniuerſa. Habeat itaq; mẽs nr̃a tertiũ ſpi
ritũ diſcretionis,ut miſcẽs aptè tpibus tẽ
pora, opportune æmulari et nihilominus
ignoſceř ſciat. Samaritanus ſit, cuſtodiẽs
& obſeruãs qñ oleũ miſericordiæ, qñ ui-
nũ feruoris exhibeat. Et ne fortè meũ pu
tetis inuẽtũ, pphetã audite in pſalmo hęc
Pſal.118. eadẽ & eodẽ ordine poſtulantẽ. Bonita-
tẽ inqt, & diſciplinã et ſciẽtiam doce me.
Sed unde hęc nobis? Neq; .n. talia pfert
uirtutũ germina terra cordis nr̃i:ſed ma-
gis ſpinas & tribulos germinat nobis.
Emere ergo oportet. A quo aũt emenda
Eſa.55. ſunt? Ab eo utiq; q ait: Venite ẽmite abſq;
argẽto & abſq; ulla cõmutatione uinũ et
& lac. Non ignoratis qd lactis dulcedo,
qd uini deſignet auſteritas? Quid eſt aũt
emere ſine argẽto & ſine cõmutatione?
Non talis eſt emptio apud amatores hu
ius ſeculi,ſed apud auctorẽ ſeculi,alia eſſe
Pſal.15. non põt. Propheta.n. dixit dño. Deus me
us es tu,qm̃ bonorũ meorũ nõ eges. Quã
igiť cõmutationẽ ei dabis hõ p gratia ſua
q nullius eget, & cuius ſunt uniuerſa? Gra
tia gratis dať,ẽt cũ emiť gratis emiť:qa qđ
dať p ea,nobis melius retineť. Tria ergo
aromata mentis numo pprię uoluntatis
emẽda ſunt, q̃ qdẽ dimittẽtes nihil amit
timus,ẽt & lucramur plurimũ cõmutan-
tes illã in melius,ut cõmunis fiat q̃ ppria
fuit. Porrò cõmunis uoluntas charitas ẽ.
Emimus ergo abſq; cõmutatione recipiẽ
tes qđ nõ habuimus, & qđ habuimus me
lius retinẽtes. Quãdo uerò cõpatieť fratri
q ĩ ppria uolũtate neſcit cõpati niſi ſibi?
aut qñ amãs ſeipſum diliget iuſtitiam, &
odio habebit iniqtatẽ? Simulare qdẽ põt
ante oculos hominũ ẽt & ſemetipſum ſe
ducere,ut cũ priuato amore uel odio du-
ciť, cõpaſſionis affectũ aut zelũ putet eſ
ſe iuſtitiæ. Verũ facile eſt noſſe,q̃ ſint alie
na à ppria uolũtate, q̃ ppria ſunt charita
tis,cui illa rectà fronte contrariã ſe cõſti-
tuit. Nam charitas benigna eſt, charitas *1.Cor.13.*
ſuper iniqtate non gaudet. Iam de ſpiritu
diſcretionis ſcimus,qa nihil ſic illũ extin-
guit qũo uoluntas ppria ſubuertẽs corda
hoĩum & rationis oculos claudẽs. Emen
da pinde ſunt tria mẽtis aromata, affect⁹
cõpaſſionis, rectitudinis zelus, et ſpiritus
diſcretionis, numo (ut dictũ eſt) pprię uo
lũtatis. Lingue quoq; aromata tria nihilo
minus ſunt, modeſtia in increpando, co-
pia in exhortãdo, efficacia in pſuadendo.
Vis habere hæc aromata? Eme illa à dño
deo tuo. Eme, inquã, ſicut & priora ſine
ulla cõmutatione:ut aliqd recipias: pdas
nihil. Eme à dño moderatã correptionẽ,
qa oĩno magnũ quoddã bonũ & datum
optimũ ẽ, & qđ habeãt pauci. Linguã.n.
(ut ait btũs Iacobus) nemo domare põt.
Videas multos (ſyncera licet intẽtione et *Iaco.3.*
benigno accedant aĩo) leuiter dicere qđ
grauiter audiatur. Volat irreuocabile uer
bũ:et qđ ſanare debuerat (q̃a mordacius
fortè uideť) exaſperat et exulcerat magis,
qñ negligẽtię addiť ĩpudentia,ẽt & impa
tientia cumulať, ut q ſordidus erat ſordę-
ſcat adhuc, declinãs in uerba malitiæ ad
excuſandas excuſationes in peccatis, ac
more phrenetici nõ ſolũ repellens, ſed &
mordere tẽtãs medici manũ. Multis quo
q; non ſuppetit uerborũ copia, ſed prę ſer
monis inopia linguã ſuã palato adhære-
ſcere ſentiũt, qđ & ipſum interdũ ſolet au
dictibus obeſſe nõ parũ. Alijs uerò ad ma
nũ eſt abũdãtia multa ſermonis, ſed q̃ di
cũt minus ſapiũt, minus acceptanť, et qa
grãm nõ habẽt, minus efficacia ſunt q̃ lo
quunť. Vides q̃ neceſſe ſit emere ab eo à
quo omne bonũ eſt, à quo oĩs ſciẽtia, mo
deſtiã in increpãdo, copiã in exhortãdo,
efficaciã in pſuadendo. Proinde eme iſta
numo cõfeſſionis, ut prius peccata tua cõ
fitearis, quã ad expurganda accedas alie
na. Magnũ pr̃ſus & mirabile ſacramẽtũ
aĩę ſuſcitatio. Vide ne ad illud ĩmũdus ac
cedas. Quod ſi fortè non potes innocẽs,
imo quia non potes, laua inter innocẽtes
manus tuas anteq; circũdes monumenta
dñi. Omnia ſiqdẽ in cõfeſſione lauanť. Et

hæc ablutio in quandam innocentiã tibi deputabitur, ut inter innocentes aſſiſtas. Ad altaris officiũ nemo accedit in ueſte cõmuni, ſed qſquis acceſſurus eſt albis induitur. Et tu ergo cum ad dñi monumẽtũ properas lauare, dealbare, induere ueſtimentis gloriæ, ut dicat̃ tibi. Confeſſionẽ

Pſal. 103. & decorẽ induiſti. Quia ubi confeſſio, ibi in conſpectu dñi pulchritudo eſt. Hæc ꝓ eo dicta ſunt ut aromata linguæ moderata increpatio, copioſa exhortatio, efficax perſuaſio numo cõfeſſionis emantur. Veruntamẽ legimus & quotidianis ẽt experimentis didicimus, cuius uita deſpicit̃, reſtat ut ꝑ̃dicatio contẽnat̃. Paret ergo & manus aromata ſua ne ſubſannet nos ſapiẽs tanq̃ pigrũ illũ, cui labor ſit manum ad os porrigere, ne poſſit dicere is quẽ arguit. Tu q aliũ doces, teipſum nõ doces. alligas.n.onera grauia et importabilia, et imponis ea in humeros hominum, digito

Nota. tuo nolens ea mouere. Dico uobis, ſermo qdem uiuus & efficax exemplũ eſt operis, facile ꝑſuadens qđ intendimus, dũ factibile ꝓbat eſſe qđ ſuademus. Pro huiuſmodi habeat neceſſe eſt ẽt manus aromata ſua, continentiã in carne, miſericordiã

Ad Tit. 2. in fratre, patientiam in pietate. Vnde apoſtolus ait. Sobrie & iuſte & pie uiuamus. Hæc.n.tria ſunt cõuerſationi nr̃æ maxime

Matt. 16. neceſſaria, qm̃ primũ debemus nobis, ſecundũ ꝓximo, tertiũ deo. Nã q fornicat̃, in corpus ſuũ peccat, magno illud priuãs honore & pauẽdo adijciens, pudendóq; dedecori, tollens membrũ Xp̃i & faciẽs membrũ meretricis. Ego aũt nõ ab ea tãtũ quæ tã abominabilis eſt, ſed ab oĩ uoluptate carnis continendũ dico. Ante oĩa igit̃ ꝑfectã hanc continentiã quære, quã debes tibijpſi. Nemo.n.tibi ꝓpinqiuor ẽ. Deihinc ad de miſericordiã quã debes ꝓ

2. Timo. 3. ximo, qa cũ eo ſaluandus es. Deinde pa

Actu. 14. tiẽtiã quã debes deo, qa ab eo ſalutãdus es. Omnes.n.q pie uolunt uiuere in Xp̃o ꝑſequutionẽ patient̃. Et ꝑ multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cœlorũ. Vide ergo ne ꝑ impatiẽtiã pereas, ſed uniuerſa ꝓ eo ſuſtine, q prior ꝓ te maiora ſuſtinuit, & apud quẽ infructuoſa patientia non erit, ſicut ait ꝓpheta. Patiẽtia pau

Pſal. 9. perum non peribit in finem. Porrò hæc manus aromata numo ſubiectionis emũtur. Hæc eſt enim quæ dirigit greſſus noſtros, & ſanctæ conuerſationis gratiam promeretur. Nam ſi contraria lex inuenta eſt in membris noſtris per inobedientiam, quis neſciat per obedientiam continentiam dari? Ipſa quoq; eſt quæ miſericordiã ordinare nouit, ipſa quæ patientiã & docet & donat. Cũ his igit̃ aromatib⁹ accede ad eũ in quo fides mortua eſt. Verum ſi conſideremus q̃ magnũ ſit ad nos ſuſcitare eum q huiuſmodi eſt, q̃ difficile ſit uel accedere ad cor eius quod lapidea quædã obſtinatio, & impudẽtia clauſit, puto q̃ dicere habeamus & nos. Quis reuoluet lapidẽ ab oſtio monumenti? Attamen dum ſic trepidi ueremur accedere cunctantes ad tam grande miraculũ, fit nonnunq̃ ut ſolita pietate, ꝑ̃parationem cordis noſtri audiat auris diuina, & ad uocẽ uirtutis eius reſurgat q erat mortuus. Et ecce angelus dñi, hilaritas quædam in uultu illius tanq̃ ĩ oſtio monumẽti nobis apparet & fulgor qdã index reſurrectionis, ut aperte uideat̃ facies eius ĩmutata, acceſſum ꝑ̃bens nobis ad cor ſuum, imò & aduocans, ipſumq; obſtinationis ſuæ reuoluens lapidẽ & ſedens ſuper eũ: ita ut ſuſcitata fide ipſa, ẽt linteamina qbus obuoluta fuerat ipſe demõſtret. Dumq; oĩa quę in corde ſuo prius actitabant̃ aperit, & confitet̃ quomodo ſeipſum ſepelierat intus, ipſam tepiditatem, & negligentiam ſuã prodens. Venite, inqt, & uidete locum ubi poſitus erat dominus. Matth. 28.

In tempore reſurrectionis, de Merſione Naamam septies in Iordane, & de mũdatione ſeptẽplicis lepræ, & de ſeptẽ apparitionibus domini reſurgẽtis, quibus ſeptem dona ſpiritus ſancti deſignantur. Ser. III.

SIcut in corporum medicina prius purgationes adhibentur, deinde refectiones, ut ſcilicet prius exinaniatur corpus ab humoribus noxijs, dehinc cibis ſanioribus foueatur, ſic medicus animarum dominus Chriſtus, cuius tota diſpenſatio quam exhibuit in carne medicina ſalutis eſt, ante paſſionem ſuã

ſeptẽ dedit purgationes, poſt ſreurrectionẽ ſuam totidem cibos ſalubres pariter

4. Reg. 5. & ſuaues. Heliſæus noſter Naam leproſum ſepties in Iordane mergi ꝑ̃cepit, qui interpretatur deſcenſus. In deſcẽſu domini noſtri Ieſu Chriſti.i. humilitate cõuerſationis eius quam exhibuit ante paſſionẽ, mũdamur et purgamur. In reſurrectione uero, & uita quã oſtendit quadraginta diebus reficimur, & delectabilibus paſcimur alimentis. Septempliciter.n. occupauit nos lepra ſuꝑbię, ĩ ꝓprietate poſſeſſionũ, in gloria ueſtium, in uoluptate corporum, in ore quoq; dupliciter, ſimiliter & in corde. Prima eſt lepra domus, qua diuites eſſe uolumus ĩ hoc ſeculo, ſed ab iſta mũdamur ſi immergimur ĩ Iordane.i.in Chriſti deſcenſu. Inuenimus.n.qm̃ ille cum eſſet diues, ꝓpter nos pauper factus eſt. Deſcẽdit ab inenarrabilibus cœli diuitijs, et ueniens in mundum nec iſtas qualeſcunq; diuitias habere uoluit, ſed in tanta paupertate uenit, ut natus cõtinuò poneretur in ꝑ̃ſepio, qa ei non erat locus in diuerſorio. Deniq; qs neſciat qm̃ filius hoĩs nõ habebat ut caput ſuũ reclinaret? Qui bene mergit̃ hic, qñ quæret diuitias huius mundi? Et uerè magna abuſio, & magna nimis, ut diues eſſe uelit uermiculus uilis, ꝓpter quẽ deus maieſtatis & dominus Sabaoth uoluit pauper fieri: Porrò in lepra ueſtis, omnẽ ſeculi huius põpoſam intellige uanitatem. Nã ab illa nihilo minus in Iordanis merſione mũdaberis, ubi inuenies Chriſtũ dñi uilibus pãnis inuolutũ factum opprobrium hoĩum, et abiectionẽ plebis. A lepra quoq; corporis mundamur in ipſo Iordane, ſi bene cogitantes dominicã paſſionẽ erubeſcimus ſequi corporis uoluptatẽ. At in ore (ut diximus) duplex eſt lepra. Cum.n.aduerſi qc quã contigerit murmuramus, & impatiẽtiæ uerbũ tanquã lepræ ſanies effluit. ſed ab hac mundamur, ſi illũ attendimus q tanq̃ ouis ad occiſionẽ ductus eſt, et non aperuit os ſuũ. Qui cũ malediceret̃ nõ remaledicebat, cũ pateretur nõ cõminabatur. In ꝓ̃ſperis quoq; contra eum q dixit, Non qui ſeipſum commendat ille ꝓbatus eſt, cõmendamus noſmetipſos, non in multa patientia ſed in arrogãtia, & inqnat nos altera lepra, uerbũ iactantiæ. Vt ergo mũdemur ab illa mergamur ĩ Iordane, & imitemur eũ q non q̃rebat gl'iã ſuã. Vñ & dęmonia q̃ clamabãt, qa ipſe eſſet dei filius, ꝑ̃cipiebat obmuteſcere, & illuminatos cæcos dicere ꝓhibebat. In corde duplex eſt lepra, ꝓpria uolũtas, & ꝓpriũ cõſiliũ. Lepra utraq; nimis peſſima, eoq; ꝑniciosior, quo magis interior. Volũtatẽ dico ꝓpriã q̃ nõ ẽ cõmunis cũ deo et hoĩbus, ſed nr̃a tãtũ, qñ qđ uolum⁹ nõ ad honorẽ dei, nõ ad utilitatẽ fratrũ, ſed ꝓp noſmetipſos facimus nõ intendentes placer̃ deo & ꝓdeſſe fratribus, ſed ſatisfacere ꝓprijs motib⁹ aĩoꝝ. Huic cõtraria eſt recta frõte charitas q̃ deus eſt. Hęc.n.aduerſus deũ inimicitias exercẽs ẽ, et guerrã crudeliſſimã. Quid.n.odit aut punit de⁹ ꝑ̃ter ꝓpriã uolũtatẽ? Ceſſet uoluntas ꝓpria & ĩfernus nõ erit. In quẽ.n.ignis ille deſæuiet, niſi in ꝓpriã uoluntatẽ? Etiam nunc cũ frigus aut famẽ, aut aliqd tale patimur, qd lædit̃ niſi ꝓpria uoluntas? Quod ſi uoluntarie ſuſtinemus, ipſa iam uoluntas cõmunis ẽ, ſed infirmitas q̃dã & uelut pruritus uolũtatis adhuc de ꝓprio eſt, & ĩ illo oẽs pœnas ſuſtinem⁹ donec penit⁹ cõſumat̃. Nam uoluntas illa ꝓprie dicit̃ cui aſſentimus, et cui ſe liberũ inclinat arbitriũ. Hęc aũt deſideria & concupiſcentiæ quæ inuitos tenent nõ uoluntas, ſed corruptio uoluntatis eſt. Porrò uoluntas ꝓpria quo furore dñm maieſtatis ĩpugnet, audiãt, et timeãt ſerui ꝓprię uolũtatis. Primo nanq; ſeipſam ſubtrahit, et ſubducit ei⁹ dñatui, cu tanq̃ auctori ſeruir̃ iur̃ debuerat, dũ effici t̃ ſua. Sed nunqd cõtẽta erit hac iniuria? Addit adhuc, & qđ in ſe eſt oĩa quoq; q dei ſunt tollit, et diripit. Quẽ.n.modũ ſibi ponit humana cupiditas? Non ne q ꝑ uſurã acquirit pecuniã modicã ſimiliter mũdũ lucrari conaret̃ uniuerſũ ſi nõ deeſſet poſſibilitas, ſi ſuppeteret uoluntati facultas? Dico fiducialr̃, nemini q ſit ĩ propria Nota. uolũtate, poſſet uniuerſus mũdus ſufficere. Sed utinã uel rebus iſtis eſſet cõtẽta, ne in ipſum (horribile dictu) deſæuiret au-

ctorē. Nunc aūt & ipſum (quantū in ipſa
eſt) deū perimit uolūtas ꝓpria. Omnino
.n. uellet deū peccata ſua aut uindicarī nō
poſſe aut nolle, aut ea neſcire. Vult ergo
eū non eſſe deū, q̄ quantū in ipſa eſt uult
eū, aut ĩpotentē, aut iniuſtum eſſe, aut inſi
pientē. Crudelis planè & oĩno execrāda
malitia, q̄ dei potentiā, iuſtitiā, ſapiētiā ꝑi
re deſiderat. Hæc eſt crudelis beſtia, fera
peſſima, rapaciſſima lupa, & leęna ſæuiſ-
ſima. Hæc eſt ĩmundiſſima lepra animi ꝓ
pter quā in Iordane mergi oporteat, &
imitari eū q nō uenit facere uolūtatē ſuā.
Vnde & ĩ paſſione, nō mea inqt uolūtas,
ſed tua fiat. Lepra uerò ꝓprij̄ conſilij̄ eò ꝑ
nicioſior eſt quò magis occulta, et quātò
plus abūdat, tantò ſibi qſqꝫ ſanior eſſe ui
deť. Hæc illoꝝ eſt q zelū dei habent, ſed
non ſcd̄m ſcientiā, ſequentes errorē ſuū,
& obſtinati in eo, ita ut nullis uelint cōſi-
lij̄s acqeſcere. Hi ſunt unitatis diuiſores,
inimici pacis, charitatis expertes, uanita-
te tumētes, placentes ſibi, & magni ĩ ocu
lis ſuis, ignorātes dei iuſtitiā, & ſuā uolen
tes cōſtituere. Et q̄ maior ſuperbia q̄ꝫ ut
unus homo toti congregationi iudicium
ſuū p̄ferat, tanq̄ꝫ ipſe ſolus habeat ſpiritū
dei? idololatriæ ſcelus eſt nō acqeſcere, et
quaſi pctm̄ ariolādi repugnare. Eant nūc
q ſe faciunt religioſiores alij̄s, q nō ſunt ſi
cut cæteri hoīum, ecce arioli, & idolola-
træ facti ſunt: ſi tn̄ uel ei, q dixit hoc plus
Matth. 18. q̄ꝫ ſibi iudicāt eſſe credēdū. Neqꝫ hinc diſ
ſonat ueritatis ſermo, quē dixit. Si eccle-
ſiā non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, &
Publicanus. Sed ubi poterit hęc lepra mū
dari niſi in Iordane? Ibi mergere, qcunqꝫ
huiuſmodi es, & attēde qd fecerit magni
cōſilij̄ angelus, qūo conſiliū ſuū poſtpo-
ſuerit conſilio uel magis uoluntati mulie
ris unius (beatā uirginē loquor,) & fabri
Luce. 2. pauperis, ipſe eſt Ioſeph. Inuētus .n. in me
dio doctorū audiens eos, & interrogans
quodāmodo increpatus à matre eſt. Fili
qd feciſti nobis ſic? At ille. Quid erat, in-
qt, ꝙ me q̄rebatis? Neſciebatis qa in his
q̄ patris mei ſunt oportet me eſſe? At illi
nō intellexerūt uerbū. Et qd fecit uerbū?
Non capiebať in ſe, deſcēdit, ita ut eſſet
etiam ſubditus illis. Quis iam non erubē
ſcat obſtinatus eſſe in conſilio ſuo qn̄ ſuū
ſapiētia ipſa deſeruit? Sic mutauit cōſiliū
ſuū, ut qd̄ iam tunc ceperat, extunc uſqꝫ
ad triceſimū ætatis ſuæ annū ꝓrſus dimi-
ſerit. nihil .n. ab hoc duodecimo anno de
eius doctrina uel operibus ĩuenis uſqꝫ ad
annos triginta. Sed fortè q̄rendū ab ipſo
eſt qūo uoluntatē ſuā, conſiliū ue relique
rit. O dn̄e uolūtas de qua dixiſti, ut nō fie
ret, ſi bona nō erat, qūo tua erat? Si bona
erat quare derelicta eſt? ſic et cōſiliū ſi nō
bonū, qūo tuū? ſi bonū, qūo relinquēdū?
Et bona erant, & eius erant, neqꝫ minus
tn̄ relinquenda ob hoc uidelicet ut fierēt
meliora: Neqꝫ .n. oportebat ꝓpria p̄iudi-
carī cōmunib⁹. Erat ergo uolūtas Xp̄i, et
bona erat qua dicebat. Si fieri poteſt, trā Marci. 14.
ſeat à me calix iſte, ſed ea de qua dicebat,
fiat uoluntas tua, melior erat: qa commu
nis non ſolū patris, ſed & Chriſti ipſius
(oblatus eſt .n. qa ipſe uoluit) & noſtra.
Niſi .n. granū frumenti cadens in terram
mortuū eſſet, ipſum ſolum maneret, mor
tuū uerò multū fructū attulit. Atqꝫ hæc
uolūtas patris erat, ut uidelicet haberet
quos adoptaret ĩ filios. Xp̄i erat ut ſit ip̄e
primogenitus in multis fratribus. Noſtrā
erat, qa ꝓ nobis faciebať ut redimeremur.
De cōſilio idē dicimus. Xp̄i .n. erat, & bo
nū erat conſiliū illud qd̄ ait, qa in his q̄ pa
tris mei ſunt, oportet me eſſe. Sed qa illi
nō intellexerunt mutauit illud cōſiliū, ut
nos mūdaret ab ea lepra q̄ ꝓprij̄ cōſilij̄ ē.
Exēplū .n. dedit nobis, ut et nos it facia-
mus. Nā ab initio nouerat qd eſſet factu-
rus, ſed uoluit formā nobis huius humili-
tatis exhibere, & ad lauādā peſſimā hāc
leprā diuinū in ſeipſo parare Iordanē. Au
diāt igiť utriqꝫ pariter q ꝓpriæ uolūtatis
& q ꝓprij̄ cōſilij̄ lepra ſordēt, audiant qd
ſpūs dicat eccl̄ij̄s breui uno uerſiculo le-
prā utrāque cōdēnās. Sapientia, ait, q̄ de Iaco. 3.
ſurſum eſt, primū qdē pudica eſt cōtra ꝓ
priæ uolūtatis ĩpuritatē, deinde pacifica
cōtra conſilii ꝓprij̄ obſtinatā rebellionē.
Dū ab his ſeptē purgatus fuerit ęger, tan
quā poſt ſeptē cellas q̄rat ſeptē fercula q̄
ſunt ſeptē ſpūs ſcti dona. Porrò ſicut in ui

ta dn̄i ante paſſionē ſeptē purgationes in
uenimus, ſic & in apparitionibus ſeptē q̄
poſt reſurrectionē factæ leguň, ſeptē illa
dona ſpiritus ſancti poſſumus ĩuenire. In
prima ſpiritū timoris accipe qn̄ mulieri-
bus ſanctis uenientibus deſcendit angelus
de cœlo, et terręmotus factus eſt, ita ut ip
ſas timore perterritas oportuerit ab ange
lo cōſolari. In ſpiritu pietatis apparuit Si-
moni, qa magna & oĩno & uerè dn̄o Ieſu
digna pietatis dignatio, ꝙ ei quaſi ſingu-
lariter & ante cæteros dignatus eſt appa
rere, quē p̄ cæteris de negatione eius rea
cōſciētia cōfundebat, ut ubi abūdauit de
Rom. 5. lictū, ſupabundaret & gr̄a. In ſpū ſciētiæ
duobus ꝑgētib⁹ in Emaus ſcripturas ex-
poſuit, incipiēs à Moyſe et ꝓphetis. In ſpi
ritu fortitudinis ianuis clauſis ĩtrauit oſtē
dens manus & latus, ſicut ſolent in ſignū
uirtutis clypeorū foramina demonſtrari.
In ſpiritu conſilij̄ fruſtra in piſcatione la-
borātes mittere in dexterā rete cōſuluit.
In ſpiritu intellectus aperuit illis ſenſum
ut ĩtelligerēt ſcripturas. In ſpiritu ſapiētię
die quadrageſimo apparuit eis, qn̄ uiden
tibus illis eleuatus eſt, & uiderūt filiū ho
minis aſcendētē ubi erat prius. Vſqꝫ ad il-
lam .n. diem quaſi per ſtultitiam prædica
tionis ſaluos faciebat credentes. poſt-
quam uerò coràm eis aſcēdit ad patrem,
iam cœpit ſapientia declarari.

In tempore reſurrectionis, quomodo quibuſdā non dum natus eſt Chriſtus, quibuſdam nondum paſſus, quibuſdam nondum reſurrexit, quibuſdam nondum aſcendit in cœlum, quibuſdam nōdum miſit ſpiritum ſanctum. *Sermo.* IIII.

OMnia q̄ de ſaluatore legimus me
dicamina ſunt aĩarū noſtraꝝ. Vi-
deamus ergo ne qn̄ fortè dicať de
nobis. Curauimus Babylonē & nō eſt ſa
nata. Cogitet unuſqſqꝫ quātū operenť in
eo tam ſalutaria medicamēta. Sunt .n. q-
bus nondū natus eſt Xp̄s, ſunt qbus nō-
dū eſt paſſus, ſunt qbus nō reſurrexit uſqꝫ
adhuc. Alij̄s quoqꝫ nondū aſcendit, alij̄s
Philip. 2. nondū miſit ſpiritū ſanctū. Quomodo .n.
operať eius humilitas, q cū in forma dei
eſſet non rapinā arbitratus eſt eſſe ſe ęqua
lē deo, ſed ſemetipſum exinanuit formā
ſerui accipiens: qūo inquā dei humilitas
in ſuperbo homine operatur? Quæ illius
humilitatis ueſtigia in his qui adhuc toto
deſiderio terrenis diuitij̄s & honoribus
inhiant? An non modo exhilaratur con-
ſcientia ueſtra fratres mei, ꝙ dicere pote
ſtis: Paruulus natus eſt nobis? Sunt qbus Eſaiæ. 9.
nōdum eſt paſſus Chriſtus, q labores fu-
giūt & mortē metuunt uſqꝫ adhuc, quaſi
uerò ille & labores ſuſtinendo, & mortē
moriendo non uicerit. Sunt qbus nondū
ſurrexit, q ĩ laborū anxietate et afflictione
pœnitentiæ morte afficiuntur tota die, nō
dum ſpūali cōſolatione recepta. Sed niſi
breuiati fuiſſent dies illi, qs poſſet ſuſtine
re? Alij̄s ſurrexit Chriſtus, ſed nōdū aſcen
dit, imò cū eis adhuc pia dulcedine cōmo
rať in terris, his. ſ. q in deuotione ſunt tota
die, flent in orationibus, ſuſpirant in medi
tationibus ſuis, & oĩa feſtiua & iucunda
ſunt eis, & per omnes dies illos continuū
Alleluia cantatur. Sed oportet lac eis ſub
trahi, ut diſcant ueſci ſolido cibo, & expe
dit eis ut Chriſtus uadat, & hæc tēpora-
lis deuotio ſubtrahatur. Sed quando hoc
capere poterunt? Deſertos ſeſe à dn̄o, pri
uatos gratia conqueruntur. Sed expectēt
paululum, ſedeāt in ciuitate, donec induā
tur ſolidiori quadā uirtute ex alto, & ma-
iora ꝑcipiant chariſmata ſpiritus ſancti, ſi
cut apoſtoli ꝓmoti ſunt in gradum altio-
rem & ſupereminentiorem uiam charita
tis ingreſſi, non iam ſoliciti qūo flerēt pau
lulum, ſed quomodo magna quadam ui-
ctoria de cōmuni aduerſario triūpharēt,
& cōculcarent Sathanā ſub pedibus ſuis.

In octaua Paſchæ de tribus teſtimonij̄s in cœlo & in terra. *Sermo.* I.

OMne quod natū eſt ex deo uincit
mundū. Poſtq̄ꝫ unigenitus dei nō 1. Ioan. 5.
rapinā arbitratus eſt eſſe ſe æqua
lē deo, hoīs quoqꝫ dignatus eſt fieri filius
& habitu inuentus ut homo, non immeri
to iam de cœleſti generatione exiguitas
humana præſumit. Neque enim indignū
eſt Deo, eorum fieri patrem quorum ſe
Chriſtus fecerit fratrem. hinc eſt ꝙ bea-
tus Ioānes qui ſæpius nobis ac ſtudioſius
hanc cōmendat adoptionē filiorū dei, in

ipſo quoq; euangelij ſui principio. Quot-
quot, inqt, receperunt eũ dedit eis ptãtẽ
Ioan. 1. filios dei fieri. Huic ergo uerbo ſimile eſt
qđ audiuimus hodie de eius epiſtola reci
tari. Omne, inqt, qđ natũ eſt ex deo, uin-
1. Ioan. 5. cit mundũ. Quotquot. n. ſunt Chriſti, cũ
1. Ioan. 15. Chriſto eos mundus odit, ſed cũ Chriſto
ſuperat̃ pariter & ab ipſis. Nolite, ait, mi-
rari ſi odit uos mundus, ſcitote qa priorẽ
Ioan. 16. me uobis odio habuit. Et itẽ. Confidite,
Roma. 8. inqt, qa ego uici mundũ. Sic nimirũ mani
feſta fit ſermonis illius ueritas quẽ ait apo
ſtolus. Quos pſciuit inqt (haud dubiũ qn
deus pater) & pdeſtinauit cõformes fieri
imaginis filij ſui. Vide cõformationẽ. Poſt
ipſum adoptant̃, ut ſit ipſe primogenitus
in multis fratrib⁹. poſt ipm odit mundus
eos, poſt ipſum et ab eis uincit̃ mũdus. Be
ne ergo qđ natũ eſt ex deo uincit mũdũ,
ut ſit teſtimoniũ cœleſtis generationis ui
ctoria tentationis. & ſicut is q filius eſt p
naturã, mũdũ cũ ſuo principe triũphauit:
ſi & nos uictores inueniamur quotquot
ſumus filij adoptionis. Victores ſanè ſed
in ipſo q cõfortat nos, in quo & poſſum⁹
oia: qa hæc eſt uictoria q̃ uincit mundũ, fi
des nr̃a. Fide ſiqdem in dei filios adopta
mur, fidẽ ĩ nobis mũdus ĩ maligno poſit⁹
odit atq; pſeqtur, fide quoq; & uincit̃ ſi-
cut ſcriptũ eſt. Sancti p fidẽ uicerunt re-
Hebr. 11. gna. Quidni attribuat̃ fidei uictoria cuius
Abdiæ. eſt ẽt uita? Iuſtus, inqt, ex fide uiuit. Quo-
ties ergo tẽtationi reſiſtis, quoties uincis
malignũ, noli pprijs tribuere uiribus, no
li in te ſed magis in dño gloriari. Quãdo
.n. fortis ille armatus tuę cederet infirmi-
tati? Audi deniq; qd dñici conſtitutus pa
1. Pet. 5. ſtor ouilis admoneat. Aduerſarius, inqt,
ueſter diabolus tanq̃ leo rugiẽs circuit q̃-
rẽs quẽ deuoret, cui reſiſtite fortes ĩ fide.
Hebr. 11. Vides quẽadmodũ ſibi ueritatis teſtimo
1. Pet. 5. nia cõcinãt? Paulus fide regna uiciſſe ſan-
1. Ioan. 5. ctos, Petrus principi mundi reſiſtendũ in
Textus. fide. Ioannes quoq;. Hæc eſt inquit, uicto
ria q̃ uincit mũdum fides noſtra. Sequit̃.
Quis eſt qui uincit mundum, niſi qui cre-
dit quoniam Ieſus eſt filius dei? Certum
id quidem fratres, omnem qui non credit
in filium dei, ex hoc ipſo iam nõ modo ui

ctũ eſſe, ſed ẽt iudicatum. Sine fide. n. im-
poſsibile eſt placere deo. Verũtamen po
teſt fortè mouere q tam multos uidem⁹
credẽtes Ieſum filiũ dei eſſe, adhuc tamẽ
mũdi nihilominus cupiditatib⁹ irretitos.
Quid ergo ait, Quis eſt q uincit mundũ,
niſi q credit qa Ieſus eſt filius dei, cũ & ip
ſe iã mundus id credat? An non ipſi quoq;
dæmones & credũt & cõtremiſcũt? Sed
dico. Putas ne filiũ dei reputat Ieſum, qſ-
qs ille eſt hõ, q ipſius nec terretur cõmina
tionibus nec attrahit̃ pmiſſionibus, nec p
ceptis obtẽperat, nec cõſilijs acquieſcit.
Non'ne is ẽt ſi fateat̃ ſe noſſe deũ factis ta Iaco. 2.
men negat? Porrò fides ſine opibus mor-
tua eſt in ſemetipſa. Nec ſanè mirũ uideri
põt ſi nequaq̃; uincit, q̃ nec uiuit qdẽ. Quę
ris quæ nã ſit uiuida & uictorioſa fides? Il
la ſine dubio, per quã Chriſtus habitat in
cordibus noſtris. Chriſtus. n. & uirtus eſt
& uita noſtra. Cum Chriſtus apparuerit Col. 3.
uita ueſtra (ait apoſtolus) tunc & uos ap
parebitis cũ ipſo in gloria. Vnde gloria ni
ſi de uictoria? Aut quare cũ ipſo appare-
bimus, niſi qa in ipſo & uincimus? Deni-
que ſi his tantũ data eſt ptãs filios dei fie
ri, q ſuſcipiunt Chriſtũ, de his quoq; ſolis
intelligendũ eſt quod dicit̃. Oĩs q natus 1. Ioan. 5.
ẽ ex deo, uincit mũdũ. Inde eſt q hic quo
que cũ dixiſſet, qs eſt q uincit mundũ niſi
qui credit quia Ieſus eſt filius dei? ut pla
nius faceret eam cõmendari fidẽ, per quã
ut dictũ eſt Chriſtus in cordibus noſtris
habitat, addidit continuo de ipſius aduẽ
tu dicens Hic eſt qui uenit per aquam & Vbi ſupra
ſanguinẽ Ieſus Chriſtus. Adhuc autem ſu
pereminentiorem uiam oſtendens, & ſpi
ritus eſt inquit q teſtificat̃, qm̃ Ieſus eſt fi-
lius dei. Sanè q interponit (ſignãter repe-
tẽs) nõ in aqua ſolũ, ſed in aqua & ſangui
ne, ad Moyſi differẽtiã arbitror accipien
dũ. Moyſes qdẽ in aqua uenit à qua et no
men accepit ut Moyſes uocaretur. Reco Exo. 2.
lãt qbus nota eſt hiſtoria ueteris teſtamẽ
ti quẽadmodũ ĩ Aegypto dũ paruuli oẽs
Iſraelitici germinis necarent̃, expoſitũ in
aquis Moyſen tulerit filia Pharaõis. Et ui
de ſi non manifeſtè Chriſti, & in hoc ipſo
uidet̃ pceſſiſſe figura. Simili nẽpe cũ Pha-
raone

raone ẽt Herodes ſuſpitione laborãs ad
eadẽ cõuerſus eſt crudelitatis argumẽta,
ſed eodẽ mõ eſt & ipſe deluſus. Vtrobiq;
punius ſuſpecta pſona trucidat̃ numero-
ſitas puerorũ, utrobiq; q quærebat̃, eua-
dit. Et qũo Moyſen filia Pharaonis, ita
Chriſtũ quoq; Aegyptus (q̃ non immeri
to Pharaonis intelligit̃ filia) ſuſcepit con-
ſeruandũ. Manifeſtè tñ pluſquã Moyſes
hic, utpote q uenerit nõ in aqua tm̃, ſed in
aqua, et ſanguine. Aquæ. n. multæ, populi
multi. Venit ergo in aqua tantũ, q cõgre-
gauit qdẽ ppl'm, ſed populũ nõ redemit.
Nã & ipſa quoq; de ſeruitute Aegyptia
liberatio, non Moyſi, ſed agni ſanguine
facta eſt, liberandos nos pfigurans à ua-
na nr̃a cõuerſatione huius ſeculi ſanguine
agni ĩmaculati Xp̃i Ieſu. Hic eſt uerus le-
gifer noſter, apud quẽ copioſa eſt redem
ptio: mortuus eſt. n. nõ tm̃ p gente, ſed ut
filios dei q diſpſi erãt cõgregaret in unũ.
Memẽto ſanè hũc eſſe Ioannẽ, q uidit, et
teſtimoniũ phibuitet, ſcimus qa uerũ ẽ te
ſtimoniũ eius exiſſe de latere dñi dormiẽ
tis in cruce ſanguinem ſimul, & aquã: quo
uidelicet dormienti nouo Adæ noua de
latere ſuo pferretur pariter & redimeret̃
eccleſia. Sic ergo hodie quoq; ad nos per
aquã & ſanguinem uenit, ſit aqua, & ſan
guis teſtimoniũ aduentus eius, fideiq; ui-
ctricis. Non ſolũ autẽ, ſed teſtimoniũ eſt
maius his quod phibet ſpiritus ueritatis.
Horũ triũ teſtimoniũ uerum certumq; ẽ,
& felix aĩa q̃ meret̃ illud accipere. Tres
.n. ſunt q teſtimoniũ dãt in terra, ſpiritus,
aqua, et ſanguis. In aqua qdem baptiſmũ
intellige, in ſanguine martyrium, in ſpiri-
Roma. 5. tu charitatẽ. Spiritus. n. eſt qui uiuificat, et
fidei uita dilectio. Deniq; ſi quæris quid
ſpiritui, & charitati? reſpondeat Paulus
Quia charitas dei diffuſa eſt in cordibus
nr̃is, p ſpiritũ ſanctũ, qui datus eſt nobis.
Neceſſario quoq; ſpiritus addit̃ aquæ &
1. Cor. 13. ſanguini, cui eodẽ apoſtolo teſte ſine cha
ritate qcquid habeas nihil pſit. Iam uerò
qa baptiſmũ aqua, martyriũ diximus ſan
guine deſignari: memento & unicum &
quotidianũ eſſe baptiſmum, ſimiliter &
martyriũ. Eſt. n. & martyrij genus, & quę

dam effuſio ſanguinis in quotidiana cor-
poris afflictione. Eſt & baptiſmus aliqs
in compunctione cordis, & lachrymarũ
aſſiduitate. Sic quippe infirmis, et puſillis
corde neceſſe eſt, ut quem ſemel p Chri-
ſto ponere non ſufficiunt, ſaltem mitiori
quodã, ſed diuturniori martyrio ſangui-
nem fundant. Sic & baptiſmi ſacramen-
tum qm̃ iterari nõ licet, his qui ſæpius in
multis offendunt, frequenti oportet ablu
tione ſuppleri. Vnde & pphetà. Lauabo, Pſalm. 6.
inqt, p ſingulas noctes lectũ meũ, lachry
mis meis ſtratũ meũ rigabo. Vis ergo noſ
ſe qs eſt q uincit mundũ? Quæ in eo uincẽ
da ſunt, diligentius intuere. Siqdẽ & hoc 1. Ioan. 2.
ipſum beatus iſte Ioannes indicat dicẽs.
Chariſſimi nolite diligere mundũ, neque
ea quæ in mundo ſunt. Omne. n. qđ in mũ
do eſt, concupiſcentia carnis eſt, & con-
cupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi.
Hæ ſunt tres turmæ quas fecerunt Chal-
dęi, ſed memini quoq; ſanctũ Iacob feciſ Gene. 32.
ſe tres turmas, cũ timeret à facie Eſau re-
diens de Meſopotamia. Et uobis ergo
aduerſus triplex genus tẽtationis triplici
opus eſt munimẽto, ut carnis qdẽ cõcupi
ſcentia ipſius mortificatione uincat̃ (quã
ſi meminiſtis ĩ ſanguinis teſtimonio dixi-
mus intelligẽdã) oculorũ uerò cõcupiſcẽ
tiã ſuperet ſtudiũ compunctionis, & aſſi
duitas lachrymarũ. Porrò ambitionis ua
nitatẽ uirtus charitatis excludat, q̃ ſola ca
ſtificat aĩum, ſola purgat intẽtionẽ. Certũ
qppe triũphati mũdi teſtimoniũ ẽ, ſi cor
pus caſtiges, & ſubijcias ſeruituti, ne pni-
cioſa libertate ſeruiat uoluptati, ſi fletui p
beas oculos magis q̃; petulantiæ, uel cu-
rioſitati, ſi deniq; ſpirituali dilectione fla
grãs nulli aĩum dederis uanitati. Merito
ſane unus ẽ q in terra pariter, & in cœlo te
ſtimoniũ phibet ſpũs, qa ſiue copis affli-
ctio ceſſabit, ſiue lachrymarũ fons exicca
bit̃, ſed charitas nunquã excidit. Prælibà-
tio quędã eſt in pſenti, cõſummatio et ple
nitudo in futuro manet. Veruntamẽ licet
maneat poſt aquam, & ſanguinẽ ſpiritus
(aqua qppe & ſanguis regnũ dei nõ poſ-
ſidebũt) interim tñ aut uix aut nullo mõ
inuenire eſt ſpiritũ ſine illis, quoniam hi

tres,inquit,unum ſunt:ut quolibet ex his
tribus deficiēte,adeſſe cętera nō p̃ſumas.
Simul uerò iūcta teſtimonia iſta credibi-
lia facta ſunt nimis,nec poterit cui in ter-
ris ſuppetunt hæc, carere teſtimonio uel
in cœlis.Cōfitetur dei filiū coràm hoībus
non uerbo neq; lingua,ſed opere & ueri-
tate,et filius quoq; cōfitebitur eum corã
angelis dei.An uerò ei deeſſe poterit in te
ſtimonio pater cui filiū uideat atteſtãtē?
Sine dubio cōfitebitur & ipſe qđ uiderit
in abſcondito. Sed neq; ſpiritus q̃dem à
patre filioq́; diſſentiet quippe q patris fi-
lijq́; ſit ſpiritus.Deniq; quodammodo ca
reat teſtimonio eius in cœlo, q habere il-
lud meruit et in terra?Tres ergo ſunt qui
teſtimoniū dant in cœlo, pater, & filius,
& ſpiritus ſanctus. Et nequã fortè diſſo-
nantiã ſuſpiceris,hi tres unum ſunt. Ma-
gnū profecto habituri ſunt teſtimonium
quos in cœlo pater ſuſceperit tanquam
filios & hęredes,filius aſciuerit tanquam
fratres & cohęredes,ſpiritus ſanctus ad-
hærentes deo unum ſpiritū faciat eſſe cū
eo.Eſt.n.ſpiritus ipſe indiſſolubile uincu-
lum trinitatis,per quem ſicut pater,& fi-
lius unum ſunt, ſic & nos unum ſumus in
ipſis,eo miſerante,qui pro diſcipulis hoc
ipſum orare dignatus eſt Ieſu Chriſto do
mino noſtro.

De iiſdem teſtimonijs. Sermo. I I.
Vnde ſupra.

E X epiſtola beati Ioannis hodie
nobis eſt lectio recitata, in qua
diſcimus teſtimoniū dari triplex
in cœlo,triplex in terra.Et q̃dem pro meo
ſapere illud ſtabilitatis,hoc reparationis
eſt ſignū:illud angelos,iſtud homines:il-
lud beatos à miſeris, iſtud iuſtos diſcer-
nit ab impijs.Angelis ſiquidem qui in pri
ma illa præuaricatione ſuperbiente luci-
fero in ueritate ſteterunt,merito teſtimo
nium perhibet uiſio trinitatis,hominibus
quos diuina miſeratio ſaluat ſpūs, aqua,
& ſanguis.Quidni perhibeat teſtimoniū
pater à quibus honoratus eſt, ut pater?
Tibi uerò maligne ſic loq̃tur.Si ergo ego *Mala.1.*
pater,ubi eſt honor meus?Careas omni-
no neceſſe eſt teſtimonio patris, cuius ti-
bi gloriam uſurpare conaris,non honora
re eum cupiens,ſed ęquare.Sedebo,inq̃t, *Eſa.14.*
in monte teſtamēti, & ſimilis ero altiſſi-
mo.Ita'ne modo creatus,patri ſpirituum
conſedebis?Et certè necdum tibi dixit.Se *Pſal.109.*
de à dextris meis.Si neſcis ô impudēs,uni
genitus ille eſt cui æterna generatione pa
tris ęqualitas collata eſt,& cōſeſſus. Tu
rapinã cogitans eſſe æqualis deo,filio glo
riã īuides,gl'iã quaſi unigeniti à pr̃e, ut ne
ab ipſo q̃dē teſtimoniū merearis habere.
An uero poterit deteſtato à patre & filio
utriuſq; ſpiritus atteſtari?Abominat̃ ſup-
bum ꝓfecto & inquietum, qui ſuper q̃e-
tum,& humilē requieſcit. amator pacis,
& unitatis conſecrator, aduerſum te pro
pace & unitate zelatur. Quid mirum fra
tres ſi timemus ne fortè puſillam hanc ui
neã dn̄i depaſci ſingularis ferus incipiat?
Quantos.n.cœleſtis uineę palmites pri-
ma illa ſingularitas conculcauit? Sed for
tè ſuperbiam quidam in eo facile aduerti
ſtis,non aūt ſingularitatē.Dico ergo.Vbi
ſtabat uniuerſitas angelorum, nunquid
caruit ſingularitatis uitio, qui ſedere uel-
le præſumpſit?An fortè quæritis unde mi
hi nota ſit hæc ſtatio angelorū?Duos te-
neo idoneos teſtes,quorum uterq; quod
uidit hoc teſtatur.Vidi dn̄m ſedentē(ait *Eſaiæ.6.*
Eſaias)Seraphim aūt ſtabant.Et Daniel, *Dani.7.*
millia inq̃t,miliū miniſtrabãt ei,et decies
centena milia aſſiſtebant ei.An & tertiū
deſideratis,ut in ore trium teſtiū ſtet om
ne uerbum?Apoſtolū ꝓfero qui uſq; ad
tertiū raptus eſt cœlum,& rediens loque
batur. Non'ne oēs adminiſtratorij ſunt *Hebr.1.*
ſpiritus?Siccine ubi ſtant omnes, Vniuer
ſi miniſtrant,tu pacis inimice ſedebis?Pla
nè contriſtas ſpiritum qui habitare facit
unius moris in domo Offendis charitatē,
q̃a ſcindis unitatē,rūpis uinculum pacis.
Merito ꝓinde angelorum, qui ſuum nec
ordinem,nec domicilium reliquere,cha-
ritati,unitati, & paci ſpiritus atteſtatur,
à quo ſanè tua & inuidia & ſingularitas
& inquietudo reprobatur. Et hæc quidē
de eo teſtimonio quod datur in cœlis.Eſt
& aliud quod datur in terra ad diſcernen
dos utiq; q in ea ſunt exules ab indigenis,

hoc eſt cœli ciues à ciuibus Babylonis.
Quando.n. ſine teſtimonio electos ſuos
deſerat deus?aut certè quæ nam eis eſſe
poterat conſolatio inter ſpem & metum
ſolicitudine anxia fluctuantibus, ſi nullū
oīno electionis ſuæ habere teſtimonium
mererentur? Nouit dn̄s q ſunt eius, & ſo
lus ipſe ſcit quos elegerit à p̃cipio.Quis
uerò ſcit hoīum,ſi ē dign⁹ amor̃ uel odio?
Quòd ſi ut certū eſt,certitudo nobis oīno
negat̃,nunquid non tanto delectabiliora
erunt, ſiqua fortè electionis huius ſigna
poſſimus inuenire? Quã.n.requiem habere
pōt ſpiritus noſter dū p̄deſtinationis ſuę
nullū adhuc teſtimoniū tenet? Fidelis ꝓ-
inde ſermo & omni acceptione dignus,
quo ſalutis teſtimonia cōmēdant̃.Hoc ſa
nè uerbo & electis conſolatio miniſtrat̃,
et ſubtrahit̃ reprobis excuſatio.Cognitis
ſiq̃dē ſignis uitæ,q̃ſquis hęc negligit,ma-
nifeſte cōuincit̃ ī uano acciper̃ aīam ſuã,
& ꝓ nihilo habere terram deſiderabilē
cōprobat̃.Tres ſunt,inq̃t,q teſtimonium
dãt in terra,ſpiritus,aqua,& ſanguis. Sci
tis fratres q̃a in primo hoīe peccauimus
oēs,in ipſo ēt cecidimus uniuerſi. Cecidi-
mus ſanè in carcerē,luto pariter & lapidi
bus plenū.Exinde iacebamus captiui, in
q̃nati,conquaſſati,donec uenit deſidera-
tus gentibus, q nos redimeret, ablueret,
adiuuaret.Hic eſt.n.q ſanguinē ꝓpriū de
dit ī redēptionē, aquã ſimul ꝓduxit de la
ter̃ ſuo ī ablutionē,emiſit deinde de excel
ſo ſpiritū ſuū q adiuuaret infirmitatē no-
ſtrã.Vis ergo noſſe an hæc aliq̃d operent̃
in te,ne forte reus ſis ſanguinis dn̄i quem
euacuas quãtū in te eſt: ſed & aqua ipſa
q̄ debuerat mundare in ſordibus ꝑmanē
ti iudiciū damnationis accumulet ſpirit⁹
quoq; cui reſiſtis non liberet maledictū
à labijs ſuis? Cauendū.n. ne ſint tibi hæc
infructuoſa,quæ neceſſario eſſent pariter
& damnoſa.Quis eſt aūt q teſtimonium
habet effuſi nō ſine cauſa ſanguinis Chri
ſti niſi q cōtinet à peccatis?Seruus.n. pec
cati eſt q peccatū facit,ut ſi deinceps con
tinere potuerit & iugū abijcere miſeræ
ſeruitutis,certiſſimū ſit teſtimoniū redē-
ptionis, quam operatur ſine dubio ſan-
guis Chriſti.Verum nō ſufficit peccatori
continentia,ſi non etiã adſit pœnitentia.
Habet ergo & ab aqua teſtimonium, q
laborat in gemitu ſuo lauãs per ſingulas
noctes lectum ſuum.Sicut.n. ſanguis ille
redemit ut non regnet peccatum in no-
ſtro mortali corpore, ſic aqua illa abluit
ab his peccatis quæ commiſimus ante.
Sed quid erit quòd longo catenarum uſu
& carceris habitatione crudeli,confracti
ſumus,atq; colliſi defecimus in uia uitæ?
Inuocemus ſpiritum uiuificatorem & ad
iutorem, confidentes quia dabit pater q
eſt in cœlis ſpiritum bonum petentibus
ſe.Sane nouum ſuperueniſſe ſpiritum cer
tiſſime conuerſatio noua teſtatur.Iam ut
breuiter repetam,à ſanguine & aqua &
ſpiritu habere eſt teſtimonium, ſi conti-
nes à peccatis,ſi dignos agis pœnitentiæ
fructus, ſi facis opera uitæ.

In rogationibus de tribus panibus.

Vis ueſtrum habebit amicū,&c. *Luc.11.*
Q Quid eſt q̄ amicum unum perhi-
bet aduenisſe, nec tamen conten
tus eſt quęrere panē unū?Putas'ne tã uo-
racem æſtimabat amicum,ut non poſſet
uni ſufficere panis unus? Nã uni q̃dē tres
apponere panes inconſequens oīno uide
tur.Puta ergo cū uxor̃ et mãcipio hoīem
aduenisſe, ut ſuū cuiq; panē apponere ue
lit amicus.Ego q̃dem amicū uenientē ad
me,non aliū intelligo q̄ meipſum.Nemo
q̃ppe charior mihi, nemo germanior eſt.
Ad me ergo de uia uenit amicus, cū trãſi
toria deſerēs ad cor redeo ſicut ſcriptum
eſt.Redite p̄uaricatores ad cor. Deinde *Eſai.c.46.*
tūc uerè ſibi q̃ſq; amicus eſt,cū de uia re-
dit,q̄m q diligit iniq̃tatē odit aīam ſuam.
A die itaq; cōuerſionis meę,de uia ad me
uenit amicus. Venit de regiōe lōginqua,
ubi paſcer̃ porcos & ipſoꝝ ſiliquas īſatia
bil'r eſurire ſolebat. Venit fame laborãs,
cōfectus inedia,attenuatus ieiunio.Venit
necеē hn̄s inuenir̃ amicū,ſed heu me pau
perē elegit hoſpitē,et uacuū ingredit̃ ha-
bitaculū.Quid faciã huic amico miſero et
miſerabili?Oīno.n.nō habeo qđ ponã an̄
illū.Fateor amicus eſt, ſed ego mēdicus.
Quid ueniſti ad me amice ī neceſſitate tã

ta? Non ſum mendicus,& nō eſt in domo
mea panis. Feſtina, inqt, diſcurre, ſuſcita
amicū tuū illū magnū, quo maiorem dile
ctionē nemo habet, ſed neq; ſubſtātiam
Matt.7. ampliorē. Quære, pete, pulſa, qa oīs qui q̄
rit inuenit, & q petit accipit, & pulſanti
aperiet. Clama & dic, amice cōmoda mi
hi tres panes. Qui ſunt iſti panes fratres?
Vtinā mereamur accipere eos. Forte.n.
et ipſos nemo ſcit, niſi q accipit. Credo tn̄
petendos nobis eſſe tres panes, ueritatis,
charitatis, fortitudinis. His tribus egere
me fateor, ueniente ad me amico de uia,
ueniēte aūt (ut dixi) cū uxore & mācipio.
Deficit qppe ratio mea (ipſe eſt.n. uir) prę
ignorātia ueritatis, languet & uolūtas p̄
inedia affectionis, infirmat caro præ ino-
pia fortitudinis. Nam & ratio minus in-
telligit q̄ agenda ſunt, & uoluntas minus
diligit intellecta, & ad hæc ēt corpus qd'
corrūpit aggrauat aīam, ut nō quæcunq;
uolumus illa faciamus. Aruit cor meū ēt
& corpus meū, qa oblitus ſum comedere
panē meū. Neq;.n. paterer hūc defectū,
ſi iugiter exercitata eſſet ratio in inqſitio-
ne ueritatis, uoluntas in deſiderio charita
tis, caro in operatione uirtutis. Cōmoda
ergo mihi amice tres panes, ut intelligā,
ut diligā, ut faciā uoluntatē tuā. Sic.n uiui
Pſal.29. tur, & in talibus uita ſpiritus mei, dicente
ſcriptura. Quoniā uita in uolūtate eius.

In aſcēſione domini de euāgelica lectione. Ser. I.

Matt.16. Ecumbentibus undecim diſcipu
r lis apparuit illis Ieſus. Apparuit
uerè benignitas & humanitas ſal
uatoris. Multam.n. fiduciam præſtat, q
libētius aſſit orationi incūbentibus, quan
do nec recūbētibus quidem dedignatur
adeſſe. Apparuit, inquā benignitas eius q
cognouit figmentum noſtrum, nec dedi-
gnat neceſſitates noſtras ſed miſeratur,
ſi tamen curam carnis non in deſiderio fa
cimus ſed in neceſſitate. Quod cōſiderās
idem apoſtolus: Siue manducamus, inqt,
ſiue aliquid aliud facimus, omnia in glo-
1 Cor. 10. riam domini faciamus. Poteſt tamen qd'
recumbentibus apparuit ad id quoq;
referri, quod alibi calumniantibus Iudęis
aduerſus diſcipulos non ieiunantes; Non

poſſunt, inquit, filij ſponſi lugere quādiu Matt.9.
cum eis eſt ſponſus. Sequitur. Et expro- Textus.
brauit incredulitatē illorū & duritiā cor-
dis, quia his qui uiderant eum reſurrexiſ-
ſe non crediderant. Audis Chriſtū diſci- Chriſtus
pulos increpantē, imò qd durius ſonat, ēt increpat
exprobiātē, nec quādocunq;, ſed ea hora apoſtolos.
qua eis corporalē pręſentiā ſubtractur⁹,
uideri poterat magis ab īcrepatione par
cere debuiſſe. Noli ergo indignari de cæ-
tero ſi te quoq; aliquādo Chriſti uicarius
increpauerit. Id.n. exhibet qd aſcenſurus
ab eis in cœlum, ſuis Chriſtus legitur ex-
hibuiſſe diſcipulis. Sed qd eſt fratres qd'
dicit, his qui uiderant eum reſurrexiſſe nō
crediderant? Aut qui fuere, quorum bea-
ti oculi glorioſum reſurrectionis domini
cæ meruerunt uidere miraculum? Neque
.n. reſurgentē illum qſquā legit aut credit
uidiſſe mortalium. Reſtat ergo de ange-
lis accipiendū, qbus utiq; reſurrectionis
teſtimoniū ꝓhibentibus apoſtolorū puſil
lanimitas hæſitauit. Iam uerò ut faciat qd
Pſal.118. ſcriptū eſt. Bonitatē & diſciplinā & ſcien
tiā doce me, uiſitationis grām, exprobra
tionis cenſurā, p̄dicationis quoq; doctri-
Mar.16. na ſequat et dicat. Qui crediderit et bapti
zatus fuerit, ſaluus erit. Sed qd ad hæc di
cemus fratres? Magna nimis uidet ſecula
ribus hoīb⁹ in hoc uerbo data fiducia, ue
reorq; ne dare eā incipiāt ī occaſionē car
nis, blandientes ſibi plus q̄ oporteat ſine
opibus de baptiſmo & credulitate. Verū
Vbi ſup. tamē cōſideremus qd ſeqtur. Signa autē
eos q crediderint hęc ſequent. Nec minor
fortaſſe uidebit ipſis quoq; religioſis ex
hoc uerbo ꝓuenire deſperatio, quā ex uer
bo priore uanæ ſpei data ſecularibus oc-
caſio uideret. Quis.n. ea quæ in p̄ſenti lo-
co ſcripta ſunt ſigna uidet habere creduli
tatis ſine qua nemo poterit ſaluari, qm̄ q
non crediderit condemnabit. Et ſine fide
Hebr.11. impoſſibile eſt placere deo. Quis inquā
dæmonia eijcit, linguis nouis loqtur, ſer-
pētes tollit? Quid ergo? Si nemo hæc ha-
bet aut ꝑpauci nrīs uident habere tēpori
b⁹, aut nemo ſaluabit, aut hi ſoli q his mu
neribus gloriant, quæ non tā merita ſunt
quàm indicia meritorum, adeo ut multi
dicen-

Signa eorū qui credūt:

dicentes. Nōne in noīe tuo dæmonia eie-
Matth.7. cimus, & in noīe tuo uirtutes multas feci
mus? audire habeāt ī iudicio, neſcio uos,
diſcedite à me operarij iniqtatis. Vbi eſt
Roma.2. qd' ait apoſtol⁹ cū de iuſto iudice loque
ret, q reddet unicuiq; iuxta opera ſua. Si
(quod abſit) q̄renda ſunt in iudicio ſigna
potius q̄ merita? Sunt tn̄ & ipſa merita
ſigna q̄dam certiora utiq; & ſalubriora.
Nec difficile arbitror noſſe quēadmodū
intelligi ſigna poſſint p̄ſentia, ut ſint indu
bitata ſigna credulitatis, ac p hoc & ſalu
In cōpun- tis. Primū.n. opus fidei p dilectionē ope-
ctione eij- rantis cordis cōpunctio ē, in qua ſine du-
ciuntur dæ bio eijciunt dæmonia, cū eradicant è cor
monia. de peccata. Exinde q in Chrm credūt lin
guis loquunt nouis cū iā recedunt uetera
de ore eorū, nec de cętero uetuſta ꝓtopa
rentū lingua loquunt declinantiū in uer-
ba malitiæ ad excuſandas excuſationes ī
peccatis. Vbi uerò cōpunctione cordis et
oris confeſſione priora ſunt deleta pecca
ta, ne recidiuū patiant, & iā ſint poſterio
ra peiora prioribus, ſerpētes tollāt neceſ
ſe eſt .i. ut uenenatas ſuggeſtiones extin-
guāt. Quid tn̄ agendū, ſi qua fortè radix
pullulat q̄ tā uelociter nequeat extirpari,
ſed ſtimulat aīum concupiſcentia carnis?
Profecto ſi mortiferū qd biberint, nō eos
nocebit: qm̄ iuxta ſaluatoris exēplū, cū
guſtauerint nolent bibere .i. cū ſenſerint
nolēt cōſentire. Sic.n. nō eos nocebit, qa
nulla dānatio eſt his qui ſunt in Chriſto
Ieſu concupiſcentię ſenſus abſq; cōſenſu.
Quid tn̄? Moleſta certè & ꝑiculoſa et ſic
corruptæ & infirmę affectionis lucta, ſed
qui crediderint, ſuper ægros manus ipo-
nent & bene habebunt, id eſt ægras affe
ctiones bonis operibus operient, & hoc
remedio curabuntur.

Item in die aſcenſionis quomodo aſcendit ſup oēs cœlos ut adimpleret omnia. Sermo II.

Olennitas iſta fratres chariſſimi
s glorioſa ē, &, ut ita dicā, gaudio-
ſa, ī qua & ſingularis Chrō glīa,
& nobis ſpiritalis lætitia exhibet. Con-
ſummatio.n. & adimpletio eſt reliquarū
ſolennitatū, & fœlix clauſula totius itine
rarij filij dei. Qui.n. deſcendit ipſe eſt, & q
aſcendit hodierna die ſuper oēs cœlos ut
adimpleret oīa. Iam.n. cū ſe dn̄m uniuer-
ſorum quæ ſunt in terra & in mari & in
inferno ꝓbaſſet, non reſtabat niſi ut aeris
& cœlorum ſe eſſe dn̄m argumentis ſimi
libus uel certè potioribus approbaret.
Terra.n. cognouit dn̄m, quia ad uocem
uirtutis eius cum clamaſſet magna uoce,
Lazare ueni foras, mortuū reddidit. Co-
gnouit mare, quia ſolidū ſe præbuit ſub
pedibus eius, ita ut apoſtoli eum putarēt
phantaſma eſſe. Cognouit infernus cuius
ipſe portas æreas & uectes ferreos cōfre
git, ubi & ligauit illū inſatiabilem homi-
cidā qui uocatur diabolus & Sathanas.
Profecto q mortuos ſuſcitauit, leproſos
mundauit, cæcos illuminauit, claudos fir
mauit, & oēs exſufflauit infirmitates dn̄s
oīum fuit, & eadem manu qua fecerat, q̄
defecerāt reficiebat. Sic & q in ore piſcis
cū ipſo piſce ſtaterem inueniri prædixit,
patet proculdubio quia maris et oīum q̄
in mari mouent dn̄s fuit. Qui uerò tradu-
xit aereas poteſtates & affixit eas cruci
ſuæ, claret qa ſup infernales officinas po
teſtatē accepit. Hic eſt.n. qui pertranſiit
benefaciendo & ſanando oēs oppreſſos
à diabolo, q ſtetit in loco cāpeſtri ut do-
ceret turbas, ante præſidē ut alapas ſuſti
neret, toto tpe quo ī terris uiſus eſt, & cū
hoībus conuerſatus in laboribus multis,
ſtans & operans ſalutē in medio terræ.
Ad claudendā igitur tunicam tuā incon-
ſutilem dn̄e Ieſu, ad perficiendā fidei nr̄æ
integritatē, reſtat ut uidētibus diſcipulis
per mediū aeris ſicut aeris dn̄s aſcendas
ſup oēs cœlos. Extūc probabitur qa dn̄s
uniuerſorum tu es, quia omnia in oībus
adimpleſti, & iam tibi profecto debebit
ut in nomine tuo omne genu flectat, cœ-
leſtium terreſtrium & infernorū, & oīs
lingua confiteatur quia tu es in gloria &
in dextera patris. In hac dextera ſunt de-
lectationes uſq; in finem, & ideò monet
apoſtolus ut quæramus quę ſurſum ſunt,
ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: qa Colo.3.
illic profecto theſaurus noſter eſt Ieſus
Chriſtus, in quo ſunt omnes theſauri ſa-
pientiæ & ſciētiæ abſcōditi, in quo habi-

tat oĩs plenitudo diuinitatis corporal'r.
Quid tñ putatis fratres, quãtus dolor &
timor irruperit apoſtolica pectora, cum
eũ uiderunt à ſe tolli & attolli in aera, nõ
ſcalis adiutũ, non ſubleuatũ funibus, & ſi
angelico comitatũ obſequio nõ tñ fultũ
auxilio, ſed gradientẽ in multitudine for-
titudinis ſuæ? Impletũ eſt qd' eis dixerat.
Ioan. 8. Quò ego uado, uos non poteſtis uenire.
Quocunq;.n. terrarꝝ iĳſſet eum indiuiſibi
liter ſeq̃rent̃, mare (ſicut Petrus fecit ali-
qñ) cum eo ẽt ſubmergendi intrarẽt, ſed
Sapien. 9. hac ſeq non poterãt: quia corpus qd' cor
rũpitur, aggrauat aĩam, & deprimit ter-
rena inhabitatio ſenſum multa cogitãtẽ.
Dolor ergo nimius erat, qa uidebant illũ
(ꝑꝑ quẽ oĩa reliquerant) à ſuis ſenſibus et
aſpectibus tolli, ut non poſſent ablato à
ſe ſponſo, filĳ ſponſi non lũgere, timor qa
orphani relinquebant̃ in medio Iudæorꝝ
nondũ confirmati uirtute ex alto. Benedi
cens ergo eis ferebat̃ in cœlũ, fortè cõcuſ
ſis illius ſingularis miſericordiæ uiſcerib⁹
cũ miſeros ſuos & pauperẽ ſuam ſcholã
relinqueret, niſi ꝙ ueniebat parare eis lo
cũ, & quia expediebat ut p̃ſentiã eis ſub-
traheret corporalẽ. Q; felix, q̃; digna iſta
ꝓceſſio ad quã ne ipſi quidẽ adhuc apl'i
digni fuerunt admitti, cũ & aĩarum ſan-
ctarꝝ, & cœleſtiũ uirtutum triũphali põ-
pa deductus ad patrẽ, ſedet à dextris dei.
Nunc uerè adimpleuit oĩa, quia natus eſt
inter hoĩes, cum hoĩbus conuerſatus eſt,
ab hoĩbus & pro hoĩbus paſſus & mor-
tuus eſt, reſurrexit, aſcendit, ſedet ad de-
xterã dei. agnoſco tunicã deſuꝑ contextã
ꝑ totũ, quã ſuꝑna illa manſio claudit, ubi
adimpletus eſt et adimpleuit oĩa dñs Ie-
ſus Chr̃s. Verũtamen quid mihi & ſolẽni
tatibus iſtis? Quis me conſolabit̃ dñe Ie-
ſu, qa te non uidi in cruce ſuſpenſum, pla-
gis liuidũ, pallidũ morte, qa non ſum cru
cifixo cõpaſſus, obſecutus mortuo, ut ſal
tẽ lachrymis meis loca illa uulnerꝝ delini
rẽ? Qũo me dereliquiſti inſalutatũ, cũ for
moſus in ſtola tua rex gl'iæ in alta cœlorꝝ
te recepiſti? Prorſus renuiſſet cõſolari aĩa
mea, niſi me angeli in uoce exultatiõis p̃-
Actu. 1. ueniſſent, q dixerũt. Viri Galilæi qd ſtatis
aſpicientes in cœlũ? Hic Ieſus q̃ aſſumpt⁹
eſt à uobis ĩ cœlũ, ſic ueniet quẽadmodũ
uidiſtis eũ euntẽ in cœlũ, ſic inquiunt ue-
niet. Ergo ne ueniet quęrere nos, in illa tã
ſingulari q̃; uniuerſali ꝓceſſione, cũ pręce
dentibus oĩbus angelis & ſubſequentib⁹
hoĩbus uniuerſis deſcẽdet iudicare uiuos
et mortuos? Proculdubio ueniet, ſed qũo
aſcendit, non qũo ante deſcẽdit. Humilis
enim prius uenit aĩas ſaluare, ſublimis au
tẽ ueniet cadauer iſtud reſuſcitare, et cõfi
gurare corpori claritatis ſuæ, ut ĩfirmiori
huic uaſculo abũdãtiorẽ ĩpendere uideat̃
honorẽ. Tunc.n. uidebit̃ cũ poteſtate ma
gna & maieſtate, qui prius in infirmitate
carnis latuerat. Intuebor & ego eum, ſed
non mõ: uidebo eũ, ſed non propè: ita ut
hæc ſecunda glorificatio priori glorifica
tioni ꝑꝑ excellentem gloriã manifeſte p̃-
luceat. Manipulus primitiarꝝ noſtrarum
Chriſtus oblatus ẽ, ad dexterã patris aſ-
ſumptus, et aſſiſtit nũc uultu dei ꝓ nobis.
Sed aũt ad dexterã habens in dextera &
miſericordiã, in ſiniſtra iudiciũ, & miſeri-
cordiã multã nimis, & iudiciũ multũ ni-
mis: in dextera aquã, in ſiniſtra ignẽ ĩmo-
biliter tenens. Et quidẽ corroborauit mi-
ſericordiã ſuã ſuper timentes ſe ſecũdum
altitudinẽ cœli à terra, ut maiores cumu-
los miſerationum dñi ſentiant q̃; ſit ſpatĳ
inter cœlũ & terrã. propoſitũ nãq; dei ſu-
per illos manet ĩmobile, & miſericordia
dñi ab æterno & uſq; in æternum ſuꝑ ti-
mentes eum. Ab æterno per prædeſtina-
tionẽ, in ęternum per glorificationẽ. Simi
liter & in reprobis terribilis eſt ſuꝑ filios
hoĩum, & utrinq; ſtat fixa ſententia æter
nitatis, & in his q ſalui fiunt, et in his q pe
reunt. Quis ſcit ſi oĩum ueſtrũ quos hic ui
deo noĩa ſcripta ſunt in cœlis, & in libro
p̃deſtinationis annotata? Vocationis.n.
& iuiſtficatiõis ueſtræ aliqua ſigna mihi
uideor intueri in conuerſatione huius tã-
tę humilitatis. Quãto putas gaudio reple
rent̃ oĩa oſſa mea, ſi id ſcire contingeret?
Sed neſcit hõ utrum ſit dignus amore an
odio. Propterea dilectiſſimi p̃ſeuerate in
diſciplina quã ſuſcepiſtis, ut ꝑ humilitatẽ
ad ſublimitatẽ aſcendatis, qa hęc eſt uia,

& non alia pręter ipſam. Qui aliter uadit
cadit potius q̃; aſcendit, quia ſola eſt hu-
militas quæ exaltat, ſola q̃ ducit ad uitã.
Chriſtus.n. cum per naturã diuinitatis nõ
haberet quo creſceret uel aſcenderet, qa
ultra deũ nihil eſt, per deſcẽſum qũo cre-
ſceret inuenit, ueniẽs ĩcarnari, pati, mori,
ne moreremur in æternũ: ꝑꝑ qd' deus ex-
altauit illũ, qa reſurrexit, aſcẽdit, ſedet ad
dexteram dei. Vade & tu fac ſil'r. Neq;.n.
aſcendere potes niſi deſcẽderis, qa ut ęter
Matth. 26. na lege fixũ eſt: Oĩs q ſe exaltat humilia-
bit̃, & qui ſe humiliat exaltabit̃. O ꝑuerſi
tas, ô abuſio filiorꝝ Adam, quia cũ aſcen-
dere difficillimũ ſit, deſcendere aũt facilli
mum, ipſi & leuiter aſcendũt & difficili⁹
deſcendunt, parati ad honores & celſitu
dines graduũ eccleſiaſticorꝝ, ipſis ẽt an-
gelicis humeris formidandos. Ad ſequẽ-
dum aũt te dñe Ieſu uix inueniunt̃ qui uel
trahi patiant̃, qui uelint duci per uiã man
Cantic. 1. datorꝝ tuorꝝ. Alĳ.n. trahunt̃, qui poſſunt
Vbi ſupra. dicere. Trahe me poſt te, alĳ ducunt̃ qui
dicunt. Introduxit me rex in cellaria ſua.
Alĳ rapiunt̃ ſicut apoſtolus raptus eſt ad
tertium cœlũ. Et primi quidem felices q
in patientia ſua poſſident aĩas ſuas. ſecũ-
di feliciores, quia ex uoluntate ſua confi-
tentur ei. tertĳ feliciſſimi qui in profundiſ
ſima dei miſericordia, quaſi quodammo
do ſepulta iã arbitrĳ ſui poteſtate in diui-
tias gloriæ, in ſpiritu ardoris rapiunt̃, ne-
ſcientes ſiue in corpore, ſiue extra corp⁹,
hoc ſolũ ſcientes ꝙ rapti ſint. Beatus qui
ubiq; te ducẽ habet dñe Ieſu, non illũ re-
fugam ſpũm, qui ſtatim aſcendere uoluit
& tota diuinitatis dextera percuſſus eſt.
Nos aũt popul⁹ tuus & oues paſcuæ tuę
Ioan. 14. ſequamur te, per te, ad te. Quia tu es uia,
Ioan. 6. ueritas & uita: uia in exemplo, ueritas in
promiſſo, uita in pręmio. Verba.n. æternę
uitæ habes, & nos cognoſcimus, et credi
mus, qa tu es Chr̃s filius dei uiui, q es ſuꝑ
oĩa deus benedictus in ſecula. Amen.

De intellectu & affectu. Sermo tertius unde ſupra, & legitur in octauis.

HOdie cœlorum dñs, cœlorum al
ta cœleſti potentia penetrauit, et
infirma carnis tanq̃; nubila q̃dã
excutiens, induit ſtolam gloriæ. Eleuatus
eſt Sol in ortu ſuo, incaluit & inualuit. Di
latauit & multiplicauit radios ſuper ter-
ram, nec eſt qui ſe abſcõdat à calore ei⁹.
Redĳt ad regionem ſapientiæ, ſapientia
dei, ubi oẽs bonum & intelligunt, & req-
runt, intellectu perſpicaciſſimi, affectu pa
ratiſſimi, ad audiendam uocẽ ſermonum
eius. Nos aũt in regiõe iſta ſumus ubi plu
rimum eſt malitiæ, ſapientiæ parꝝ: quia
corpus quod corrũpitur aggrauat aĩam,
& deprimit terrena inhabitatio ſenſum *Sapien. 9.*
multa cogitantẽ. Per ſenſum hic ego arbi
tror intellectum deſignari, qui tunc uerè
deprimitur, cũ multa cogitat, cũ non col
ligit ſe circa illã unam & unicam medita
tionem quæ concipit̃ de ciuitate illa cui⁹
participatio eius in idipſum. Hmõi intel-
lectum oportet deprimi & diſtrahi per
multa, multis & multiplicibus modis.
Aĩam uerò hic æſtimo dici affectiones q̃
corrupto corpore diuerſis paſſionibus af
ficiunt̃, quæ mitigari nunq̃; poſſunt ne di
cã ſanari, donec uoluntas unũ quærat &
tendat ad unũ. Duo ergo ſunt quæ in no-
bis purganda ſunt intellectus & affect⁹.
Intellectus ut nouerit, affectus ut uelit.
Felices & uerè felices illi duo uiri Helias
& Enoch, qbus oẽs materię et occaſiões
ablatæ ſunt quę eorꝝ intellectũ impediãt
uel affectũ, quia ſoli deo uiuentes nec no
uerũt niſi deũ, nec cupiũt niſi deũ. Deniq; *Sapien. 4.*
& de Enoch legitur qa raptus eſt ne ma-
litia mutaret intellectũ eius, aut ne fictio
deciperet aĩam illius. Intellectus noſter
turbatus erat, ne dicam cæcatus, affect⁹
inquinatus erat, & multũ inquinatus: ſed
Chr̃s intellectũ illuminat, ſpũs ſanctus
affectum purgat. Venit.n. filius dei & tot
& tanta mirabilia in mundo oꝑatus eſt,
ut nõ ĩmeritò intellectũ noſtrũ ab oĩbus
mundanis rebus euocauerit, ut ſemꝑ co-
gitemus, & nunq̃; cogitare ſufficiamus,
qa mirabilia fecit. Verè latiſſimos nobis
ad ſpaciandũ intelligẽtię cãpos dereliqt,
& torrens cogitationum iſtarum profun
diſſimus eſt, qui iuxta prophetam non
poſſit tranſuadari. Quis enim ſufficiat co
gitare qualiter rerũ dominus præuenerit *Ezech. 47*

nos,uenerit ad nos, ſubuenerit nobis , &
ſingularis illa maieſtas uoluerit mori ut
uiueremus,ſeruire ut regnarem⁹, exulare
ut repatriaremus , & uſq; ad ſeruiliſſima
opa inclinari , ut conſtitueret nos ſup oīa
opa ſua? Talē ſe obtulit ap̄l'is ap̄l'orꝝ dn̄s
ut iā nō inuiſibilia dei p ea q̄ facta ſunt in-
tellecta cōſpiceret , ſed ipſe facie ad faciē
uideret,q oīa fecit . Et qa diſcipuli carna-
les erant,& deus ſp̄us eſt, nec bene cōue
nit ſpiritui & carni,umbra corporis ſui tē
perauit ſe eis,ut obiectu uiuificæ carnis ui
derent uerbū in carne, ſolē in nube, lumē
in teſta,cereū in laterna.Spirit⁹.n.oris nr̄i
Threno.4. Chr̄s dn̄s,cui diximus.In umbra tua uiui
mus inter gentes.In umbra,inqt , tua īter
gentes non inter angelos , ubi puriſſimū
lumē puriſſimis oculis intuebimur. Vnde
& uirtus altiſſimi obūbrauit uirgini,ne ni
mio ſplendore præſtricta,diuinitatis ful-
gur ēt ſingularis aqla tolerare nō poſſet.
Ad hoc aūt carnē eius propoſuit, ut oēm
cogitatū eorꝝ ab humanis rebus ad car-
nē ſuā(qua & mirabilia dicebat & mira-
bilia faciebat) adunaret , & ſic de carne
transferret ad ſp̄ūm, quia ſp̄us eſt Deus:
& eos qui adorant eū in ſp̄ū & ueritate
oportet adorare.Nō tibi uidet̄ eis intelle
ctū illuminaſſe cū aperuit illis ſenſum ut
intelligerent ſcripturas, oſtēdens qa hæc
oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à
mortuis,& ita intrare ī gloriā ſuā.Sed illi
ſanctiſſimæ carni eius aſſuefacti,uerbum
de diſceſſu eius audire nō poterāt , ut eos
relinqueret pro quo oīa reliqſſent . Qua-
re hoc? Quia intellectus illuminatus erat
Ioan.16. ſed nondum purgatus affectus. Vnde &
benignus magiſter blande eos ac dulci-
ter conſolabat̄ dicens . Expedit uobis ut
ego uadā.Si.n.nō abiero, paracletus non
ueniet ad uos.Sed qa hęc locutus ſum uo
bis, triſtitia īpleuit cor ueſtrū. Quid ē qđ
Chr̄o cōmorāte in terris ſp̄us ſanctus ad
eos uenire nō potuit? An carnis illius cō-
ſortiū abhorrebat q̄ de ipſo & p ip̄m in
uirgine & de uirgine matre cōcepta erat
& nata? Abſit.Sed ut oſtenderet nobis p
quā ambularemus uiā, formā apponeret
cui īprimeremur . Et ille qdē illis plorāti-
bus eleuatus ī cœlū, ſp̄ūm ſanctū miſit , q
affectū eorꝝ.i. uolūtatē mūdauit, imo po
tius alterauit,ut iā magis dn̄m uelint aſcē
diſſe,q̄ prius detinuiſſe uoluerant. Imple
tū eſt qđ eis prædixerat, uos aūt contri-
ſtabimini,ſed triſtitia ueſtra conuertet̄ in
gaudiū . Sic ergo eorꝝ ītelligētia p Chr̄m
illuminata eſt , & uoluntas emūdata per
ſp̄ūm:ut ſicut bonū nouerit, ſic & uelint,
qđ ſolū perfecta religio uel religioſa pfe
ctio eſt.Recordor nunc Heliſęi ſancti,cui
cū Helias dixiſſet ut in diſceſſu uel aſcēſu
ſuo poſtularet quod uellet,rn̄dit. Oro ut 4. Reg.
fiat ſp̄us tuus duplex in me.At ille. Rē dif
ficilē poſtulaſti.Attamē ſi uideris qn̄ tol-
lar à te, erit qđ petiiſti . Nónne tibi uidet̄
Helias aſcendētis dn̄i ſignare perſonam.
Heliſæus uerò chorꝝ apoſtolicū in aſcen
ſione Chr̄i anxie ſuſpirantē? Sicut.n. Heli
ſæus ab Helia nullo pacto auelli poterat,
ſic nec apoſtoli à Chr̄i præſentia poterāt
ſeparari.Vix.n.tandē eis perſuaſit,qa ſine
fide īpoſſibile eſſet placere deo . Quis eſt
ergo ſp̄us iſte duplex qui q̄rit̄, niſi illumi-
natio intellectus , & affectus purgatio?
Res difficilis quia rarus in terris eſt q illū
habere mereat̄.Attamē, inquit, ſi uideris
qn̄ tollar à te,erit quod petiiſti. Nihil eſt
quod pp hoc habeant pdere uel debeāt
alūni tui dn̄e Ieſu, quia uidentibus illis es
eleuatus in cœlū, & deſiderātibus oculis
te ſequuti ſunt gradientē in multitudine
fortitudinis tuæ . Vel certè ſp̄ūm duplicē
dicere poſſumus illud qđ ſaluator ad di-
ſcipulos ait.Qui credit ī me, opa q̄ ego fa Ioan.14.
cio & ipſe faciet , & maiora horꝝ faciet.
Nōne maiora Chr̄o p Chr̄m tn̄ fecit Pe- Act.5.
trus,de quo legit̄ qa in plateis ponebant̄
infirmi in lectulis, ut ueniente Petro ſaltē
umbra illius obūbraret quēquā illorꝝ, &
liberarent̄ ab infirmitatibus ſuis? Nuſq.n.
dn̄s umbra ſua inuenit̄ infirmitates ſanaſ-
ſe. Nō dubito ego intellectū oīum ueſtrū
(qui hic eſtis)illuminatū eſſe,ſed nō affe-
ctū æquè eſſe purgatū, manifeſtis appro
babo coniecturis . Oēs quod bonum eſt
noſtis, & uiā per quā incedere, & qūo in
ea īcedere debeatis,ſed uolūtas nō una ē.
Quidā.n.ad oīa uiæ & uitæ hui⁹ exercitia

non ſolū ambulāt ſed & currunt,imo po
tius uolāt,ut eis & uigiliæ breues, & cibi
dulces, & panni ſuaues, labores non ſolū
tolerabiles , ſed & appetibiles uideātur.
Aliī aūt nō ſic, ſed corde arido et affectio
ne,recalcitrante uix trahunt̄ ad hæc , uix
gehennali timore cōpellunt̄. Quoſdā nec
cōpellimus qdē,qbus frons mulieris me
retricis facta eſt, & nolūt erubeſcere. Sūt
iterꝝ multi inter nos q de uno pane come
dunt nobiſcū, dormiunt nobiſcū, cantāt
nobiſcū, laborant, miſeri & miſerabiles,
utpote ſocii tribulationis,ſed cōſolatiōis
nō ita . Nunqd abbreuiata eſt man⁹ dn̄i,
ut oībus donare nō poſſit,q aperit manū
ſuā, & implet oē aīal benedictione? Quid
ergo in cauſa eſt? Illud oīno, qa nō uident
Chr̄m cū tollit̄ ab eis.i. nō cogitant qūo
eos orphanos reliquerit, ꝙ peregrini &
aduenę ſint ſup terram, ꝙ tādiu fæculenti
corporis horrido carcere teneant̄ , & nō
ſint cū Chr̄o.Hmōi aūt ſi diu ita pmanſe
rint ſub onere,aut opprimunt̄ & ſuccum
bunt,aut quodāmodo in inferno ſunt , ut
nunq̄ ad plenū reſpirēt in luce miſeratio-
nū dn̄i, nec in libertatē ſp̄us , q̄ ſola facit
iugū ſuaue & onus leue.Inde aūt tam pni
cioſa tepiditas emanat, qa affectus.i. uo-
luntas eorꝝ nondū purgata eſt, nec bonū
ſic uolunt ſicut nouerūt, à ,ppria concupi
ſcentia abſtracti grauiter & illecti. Amāt
enim ī carne ſua terrenas cōſolatiūculas,
ſiue in uerbo,ſiue in ſigno, ſiue ī facto ſiue
in aliquo alio: & ſi hæc interrūpūt aliqn̄,
non tn̄ penitus rūpunt. Inde ē ꝙ raro affe
ctiones ſuas dirigunt in deū, & eorꝝ com
punctio non cōtinua ſed horaria eſt . Im-
pleri aūt uiſitationibus dn̄i aīa non pōt,q̄
his diſtractionib⁹ ſubiacet, et quāto ma-
gis illis euacuabit̄ , tāto amplius iſtis īple
bit̄ ſi multū,multū: ſi parū,parꝝ. Vel certè
ſi magis ,pbas, nunq̄ iſte illis miſceri po-
terunt in æternū, qa ubi uaſa uacua nō in-
uenit,oleū ſtare neceſſe eſt: nec mittūt ui
nū nouū niſi in utres nouos ut ambo cō-
ſeruent̄. Neq;.n.ſp̄us & caro , ignis & te-
piditas in uno domicilio cōmorant̄,p̄ſer-
tim cū tepiditas ipſi dn̄o ſoleat uomitū
,puocare.Si.n.ap̄l'i adhuc carni dn̄icæ in-
hærētes q̄ ſola ſancta(qa ſancti ſanctorꝝ)
erat,ſp̄ū ſancto repleri nequerunt donec
tolleret̄ ab eis: Tu carni tuæ (q̄ ſordidiſſi-
ma eſt,et diuerſarꝝ ſpurcitiarꝝ phantaſiis
repleta) aſtrictus & conglutinatus , illū
meraciſſimū ſp̄ūm te poſſe putas ſuſcipe,
niſi carneis, iſtis cōſolationibus funditus
renunciare tētaueris ? Reuera cū incepis,
triſtitia īplebit cor tuum: ſed ſi pſeueraris
tirſtitia tua cōuertet̄ in gaudium . Tūc.n.
purgabit̄ affectus & uoluntas renouabit̄
uel poti⁹ noua creabit̄: ut oīa q̄ primò dif
ficilia imo īpoſſibilia uidebant̄, cū multa
pcurrant̄ dulcedine & auiditate. Emitte,
inqt,ſp̄ūm tuū & creabunt̄, & renouabis
faciē terrę.Sicut p faciē exterior homo co Pſal.130.
gnoſcit̄,ſic p uoluntatē demonſtrat̄ inte-
rior. Emiſſo ergo ſp̄ū creat̄ & renouat̄ fa
cies terræ.i.terrena uoluntas fit cœleſtis,
parata ad nutū citius obedire . Beati q ta
les ſunt: qa non ſolū malū non ſentiūt,ſed
in mira quadā cordis dilatione cōmoran
tur . De illis.n. quos ſupra cōmemoraui- Gene.6.
mus,terribiliter ait deus. Non pmanebit
ſp̄us meus in hoībus iſtis , qa caro ſunt.i.
carnales. & qcqd in eis ſp̄us fuerat: in car
nē euanuit. Quia igit̄ chariſſimi hodierna
dies eſt,in qua ſponſus aufert̄ à nobis, &
nō ſine tumultu aliquo aīorꝝ noſtrorꝝ:ad
hoc tn̄ ut mittat nobis ſpiritum ueritatis,
ploremus & oremus ut dignos nos inue
niat uel potius efficiat , & repleat domū
iſtā ubi ſumus ſedētes , quatenus nō uexa
tio ſed unctio eius doceat nos de oībus:
ſicq; & ītellectu clarificato & affectu pu
rificato,ueniat ad nos,et apud nos faciat
māſionē.Et ſicut ſerpēs Moyſi deuorauit
oēs ſerpētes magorꝝ,ſic iſte cum uenerit,
abſorbebit oēs carnales affectiōes et de-
lectatiōes nr̄as & cōſolationes, ita ut de
labore reqem,de tribulatione lætitiā , de
cōtumelia gl'iā habeamus , ſicut illi quos
repleuerat,ibāt gaudētes à cōſpectu cōci
lii,qm̄ digni habiti ſunt pro noīe Ieſu cō-
tumeliam pati.Sp̄us.n.Ieſu, ſp̄us bonus,
ſpiritus ſanctus,ſpirit⁹ rectus, ſpiritus dul
cis,ſpiritus principalis , quicqd in hoc ſe-
culo nequā uidet̄ difficile et anguſtū,leue
facit & latū: opprobriū gaudiū iudicat,

deſpectionẽ exultationẽ eſſe perſuadet.
Thre. 3. Scrutemur ergo iuxta ꝓphetã uias nr̃as,
& ſtudia nr̃a, leuemus corda nr̃a cũ ma-
nibus, ut in ſolẽnitate ſancti ſpũs gaudea-
mus & abũdãti⁹ gaudeam⁹, q nos ĩducat
in oẽm ſicut promiſit dei filius ueritatẽ.

In die aſcenſionis, De duobus non bonis montibus, & de ſeptẽ aſcenſionibus Chiſti. Ser. IIII.

S I natiuitatis & reſurrectionis do
minicæ digna deuotione ſolẽnia
celebramus, hodiernum quoque
aſcenſionis diẽ nõ minus deuotè cõuenit
celebrari. In nullo ſiquidẽ à feſtiuitatibus
illis iſta degenerat, ſed finis earꝝ & adim
pletio eſt. Meritò quidẽ ſolẽnitatis & lę-
titię dies agit̃, qñ ſol ille ſupercœleſtis, ſol
iuſtitiæ noſtris ſe præſentauit obtutibus,
nube carnis & mortalitatis ſacco, fulgo-
rem ſuum, & lucẽ temperans inacceſſibi
lẽ. Magna quoqꝫ lętitia & exultatio mul
ta nimis, qñ conſciſſo ſacco, lætitia circũ-
datus ẽ, factaqꝫ de medio ſacci ipſius nõ
quidẽ ſubſtantia, ſed uetuſtate, ſed corru
ptione, ſed miſeria, ſed uilitate, nr̃æ dedi-
cauit primordia reſurrectiõis. Verꝝ tñ qd
mihi & ſolẽnitatibus iſtis, ſi conuerſatio
mea uſqꝫ adhuc detinet̃ in terris? Quis ue
rò uel deſiderare præſumeret aſcẽſum cœ
li, niſi quia is qui deſcenderat prior aſcen
dit? Dico ergo uobis nõ multo mihi tole
rabilior uideret̃ exilĳ huius habitatio q̃
gehẽna, niſi dñs Sabaoth reliqſſet nobis
ſemen fiduciæ & expectationis, qñ eleua
tus eſt in nubibus & ſpẽ fecit credẽtibus.
Ioan. 16. Deniqꝫ niſi ego abiero, inquit, paraclet⁹
nõ ueniet ad uos. Quis paracletus? Vtiqꝫ
ꝑ quem diffundit̃ charitas, & iã ſpes non
cõfundit. Ille paracletus ꝑ quem in cœlis
ſit cõuerſatio noſtra uirtus ex alto, ꝑ quã
Ioan. 14. ſurſum ſint corda ueſtra. Vado, inquit, pa
rare uobis locũ: & ſi abiero, iterꝝ ueniam
& aſſumã uos ad meipſum. Vbi.n. fuerit
corpus, ibi congregabunt̃ & aquilæ. Vi-
déſne quẽadmodũ cæterarꝝ ſolennitatũ,
ea quã hodie celebramus, & conſumma
tionẽ habeat, & fructum declaret, & au-
geat gratiã? Sicut.n. cætera oĩa eius q no-
bis natus ẽ, & nobis datus, ita ipſa quoqꝫ
ipſius aſcenſio ꝑꝑ nos facta eſt, & facit ꝓ
nobis. In noſtra ſiquidẽ uita, multa (quã-
tũ in nobis eſt) uidemur agere caſu, mul-
ta neceſſitate, ſed Chr̃s dei uirtus & Dei
ſapientia neutri potuit ſubiacere. Quæ.n.
dei uirtutẽ neceſſitas cogeret, aut qd age
ret dei ſapientia caſu? Oĩa proinde q̃cũqꝫ
loquutus eſt, quæcũqꝫ opatus eſt, q̃cũqꝫ
paſſus eſt ne dubites fuiſſe uolũtaria, ple
na ſacr̃orum, plena ſalutis. Hęc ſcientes ſi
qd aliqñ eorꝝ quæ de Chriſto ſunt in no-
ſtrã ſcientiam uenire contingat, nõ ſic au-
diendum eſt tanq̃ ſi inuentitium quidpiã
proferamus, ſed tanqꝫ id qd ẽt priuſq̃ cau
ſa ſciret̃, conſtaret nequaqꝫ ſine cauſa fuiſ
ſe. Sicut.n. q ſcribit certis rationibus col-
locat uniuerſa, ita quæ à deo ſunt, ordina-
ta ſunt, maximeqꝫ ea quæ præſens in car-
ne eſt operata maieſtas. Sed uæ anguſtæ
cognitioni, uæ pauptati ſcientiæ noſtræ;
qui tm̃ ex parte cognoſcimus, & ꝑte mo
dica. Vix ſcintillulæ quædã nobis elucent
de tanta luminis copia, de lucerna poſita
ſuꝑ candelabrũ. Sanè quãto minus ſingu-
li capimus, tanto fidelius cæteris cõican-
da ſunt q̃ ſingulis reuelant̃. Et ego fratres
quæ mihi ad ueſtrã ędificationẽ de aſcen
ſione imò de aſcenſionibus ſuis donare ip
ſe dignat̃ nec uolo nec debeo ſubtrahere
uobis, præſertim ꝙ hæc ſit ſpũalium pro
gatiua donorꝝ, ut cõicata non minuant̃.
Aliquibus fortaſſis hęc nota ſunt, quibus
ſimiliter reuelata ſunt, ſed ꝑꝑ eos q forte
nõ aduerterunt ſublimioribus intẽti, aut
alĳs occupati, ſeu ẽt ꝑꝑ eos qui minus ca
pacis intelligentiæ ſunt mihi incũbit loq
quæ ſentio. Chriſtus qui deſcendit ipſe ẽ,
& qui aſcendit. Apoſtoli uerba ſunt hęc. Epheſ.
Ego aũt credo eum in hoc ipſo ꝙ deſcen
derit aſcendiſſe. Sic.n. oportebat Chr̃m
aſcendere, ut nos aſcendere doceremur.
Cupidi quidẽ ſumus aſcenſionis: exalta-
tionem concupiſcimus oẽs. Nobiles.n.
creaturæ ſumus, & magni cuiuſdã animi,
ideoqꝫ altitudinẽ naturali appetimus deſi
derio. Sed uæ nobis, ſi uoluerimus eũ ſeq
qui ait. Sedebo in monte teſtamẽti, in la- Eſaiæ.
teribus aquilonis. Heu miſer in lateribus
aqlonis. Frigidus eſt mons ille, nõ te ſeq-
mur. Ptãtis habes cõcupiſcẽtiã, altitudinẽ

præſumis potentiæ. Quanti tñ uſqꝫ hodie
fœda ſequunt̃ infeliciaqꝫ ueſtigia, imò ue-
rò quã pauci euadunt qbus non dominã-
di libido dominet̃? Hinc eſt ꝙ benefici
uocant̃ qui poteſtatẽ habent, hinc ꝙ lau-
dat̃ peccator in deſiderĳs aĩæ ſuę. Poten-
tibus ſiquidem oẽs adulant̃, inuidẽt oẽs.
Quẽ ſequimini miſeri hoĩes, quẽ ſeqmini?
An nõ uidetis Sathanam tanqꝫ fulgur de
cœlo cadentẽ? Nõne iſte eſt mons in quẽ
aſcendit angelus, & diabolus factus eſt?
Vel illud aduertite, ꝙ poſt caſum ſuũ iui-
dia cruciante male ſolicitus de ſupplantã
do hoĩe, illius tñ mõtis aſcenſum nullate
nus auſus eſt ſuadere ei, in quo minimũ
pro inani aſcẽſu tã ĩmane p̃cipitiũ cogno
ſceret̃ expertus. Sed nõ defuit uerſuto ho
ſti qd ageret. Similẽ ei mõtẽ alterꝝ demõ
Gene. 3. ſtrauit. Eritis, inqens, ſicut dĳ, ſcientes bo
nũ & malũ. Pernicioſa ẽt hęc aſcẽſio, imo
magis deſcenſio eſt de Hieruſalẽ in Hieri
cho. Peſſimus mons inflãs ſcientia, in quẽ
tñ uſqꝫ hodie uideas tãta concupiſcentia
plurimos repere filiorꝝ Adã, ac ſi non no
uerint quãtũ pr̃ eorꝝ in illius montis aſcẽ
ſu deſcenderit, imo q̃ꝫ grauiter ceciderit,
quantũ tota deiecta ſit & cõquaſſata po
ſteritas. Nõdũ ſanata ſunt uulnera q̃ tibi
in aſcẽſu mõtis illius ĩflicta ſunt, licet ad-
huc in pr̃e lateres, et nũc iterꝝ in ꝓpria ꝑ-
ſona conaris aſcẽdere ut ſit error nouiſſi-
mus peior priore? Quænã miſeris tã dira
Pſal. 4. libido? Filĳ hoĩum uſqꝫ quo graui corde,
ut qd diligitis uanitatẽ et q̃ritis mẽdaciũ?
An ignoratis, qm̃ ĩfirma mũdi elegit de⁹
1. Cor. 1. ut cõfundat fortia: & ſtultos mũdi elegit
de⁹, ut cõfundat ſapiẽtes? Nõ nos dei cõ-
minatio terror reuocat ꝑdituri ſapiẽtiã ſa
piẽtiũ et prudẽtiã prudẽtiũ reprobaturi?
nõ pr̃is exẽplũ, nõ deniqꝫ ſenſus ipſe nr̃, et
durę experiẽtia neceſſitatis, cui ſum⁹ addi
ẽti ꝑ inſipiẽtẽ ſciẽtię appetitũ? Ecce uobis
fr̃es mõtẽ demõſtrauimus aliũ, nõ in quẽ
aſcẽdatis, ſed quẽ fugiatis. Ipſe eſt in quẽ
aſcẽdebat, q uoluit ẽẽ ſicut deus ſciẽs bo-
nũ et malũ, ipſe quẽ uſqꝫ hodie filĳ ei⁹ ac-
cumulãt & eleuãt nihil inueniẽtes tã uile
unde nõ uelint montẽ eleuare ſciẽtiæ. Vi-
deas aliũ literarꝝ, aliũ mũdialis curæ, iſtũ
placitationũ diſplicẽtiũ Deo, illũ ſeruilis
cuiuslibet artis tã uehementer affectare
ſciẽtiã, ut laborẽ nõ reputet, tantũmõdo
ut poſſit aliqbus doctior reputari. Sic ędi
ficant Babel, ſic putãt ad dei ſe ꝑuẽturos
ſimilitudinẽ, ſic cõcupiſcũt qđ nõ expe-
dit, qđ expedit omittẽtes. Quid uobis et
mõtibus iſtis in quorꝝ aſcenſu tanta diffi
cultas eſt, & tã grande ꝑiculũ? aut cur eũ
deſeritis mõtẽ cuius & facilis eſt aſcẽſus
& ꝑutilis? Poteſtatis ambitio angelũ fe-
licitate priuauit angelica, ſciẽtię appetit⁹
hoĩem ĩmortalitatis gloria ſpoliauit. Co
net̃ quis aſcendere in montẽ poteſtatis,
quantos putas contradictores habebit,
quãtos ĩueniet repulſores obſtacula q̃ta,
q̃ꝫ difficilẽ uiã? Quid ſi tandẽ eũ adipiſci
contigerit, qđ optabat? Potentes ait ſcri Sapien. 6.
ptura, potenter tormẽta patient̃, ut p̃ſen-
tes ſolicitudines & anxietates quas pote
ſtas ipſa parit omittã. Cupidus alter eſt
inflãtis ſciẽtiæ, quantũ laborabit, quantũ
anxiabit̃ ſpũs eius? Et tñ audiet, nec ſi te
ruperis apprehendes. In amaritudine mo
rabit̃ oculus eius, quoties uidere cõtige-
rit cui ſe poſteriorẽ iudicet aut putet ab
alĳs reputari. Quid cũ ĩtumuerit multũ? 1. Corin. 1.
Perdã inquit dñs, ſapientiã ſapientiũ, &
prudentiã prudentiũ reprobabo. Iam ne
multis ĩmorer, uidiſtis (ut arbitror) quam
fugiendus nobis ſit mons uterqꝫ, ſi p̃cipi-
tium angeli, ſi caſum hoĩs expaueſcimus.
Mõtes Gelboe nec ros nec pluuia ueniãt
ſuꝑ uos. Quid tñ agimus? Aſcẽdere ſic nõ
expedit, & aſcendendi tenemur cõcupi-
ſcentia. Quis docebit nos aſcenſum ſalu-
brẽ? Quis niſi de quo legimus. Qm̃ q de- Ephe. 4.
ſcendit ipſe eſt et q aſcendit? Ab ipſo de-
monſtranda nobis erat aſcẽſionis uia, ne
ductoris imò ſeductoris iniqui aut ueſti-
giũ aut cõſiliũ ſequeremur. Quia ergo nõ
erat quo aſcẽderet deſcẽdit altiſſimus, &
ſuo nobis deſcẽſu ſuauẽ ac ſalubrẽ dedica
uit aſcenſum. Deſcẽdit de monte potẽtiæ
carnis infirmitate circũdatus: deſcẽdit de
mõte ſciẽtię: qm̃ placuit deo ꝑ ſtultitiã p̃-
dicatiõis ſaluos facere credẽtes. Quid.n.
tenello corpe & infantilib⁹ mẽbris uidet̃
infirmius? Quid ĩdocti⁹ apparet paruulo.

qui ſola matris ubera nouerit? Quis īpo-
tẽtior eo cuius oĩa membra clauis affixa,
cuius oĩa dinumerãtur oſſa? Quis inſipiẽ-
tior eo qui tradebat in mortem aĩam ſuã,
& quæ nõ rapuit tunc exoluebat? Vides
ꝙ multum deſcenderit, quantũ à poten-
tia ſua, quantum à ſapientia ſua exinanie
rit ſemetipſum. Sed non potuit altius mõ
tẽ bonitatis aſcendere, nec ſuã cõmenda
re expreſſius charitatẽ. Nec mirũ ſi deſcẽ
dendo Chriſtus aſcẽdit, qñ priorũ uterq;
cecidit aſcendendo. Et mihi quidẽ uidet̃
montis huius aſcenſorem quærere qui di
Pſal.24. cebat. Quis aſcendet in montem dñi, aut
quis ſtabit in loco ſancto eius? Forte etiã
Eſaias aſcenſionis deſiderio cadentes in-
tuens hoĩes ad hunc reuocabat montem
exclamans. Venite aſcendamus in mon-
Eſaiæ.2. tem dñi. An non manifeſte eos de priorũ
montiũ aſcenſione redarguens mõtis hu
ius prædicat ubertatẽ: qui ait, ut quid ſu-
ſpicamini montes coagulatos? Mõs coa
Pſal.66. gulatus mons pinguis. Hic eſt igit̃ mons
Pſal.67. domus dñi præparatus in uertice mõtiũ,
Canti.2. ſuper quos ſalientẽ ſponſum inſpexerat
quæ dicebat. Ecce uenitis ſaliens in mõ-
tibus. Docebat.n. ignarum uiæ: trahebat
paruulũ, infantulum deducebat. Ideoq;
uelut quibuſdã paſſibus ibat, ut de uirtu-
te ĩ uirtutem uideret̃ deus deorũ in Sion.
Iuſtitia.n. eius ſicut montes dei. Sed iã (ſi
placet) ſaltus ẽt ipſos intueamur quibus
Pſal.18. exultauit ut gigas ad currendam uiã, &
cuius egreſſio à ſummo cœli per gradus
quoſdã uſq; ad ſummũ eius occurrit. Pri-
mum ergo conſtitue montẽ illum in quẽ
Matth.18. aſcendit cũ Petro & Iacobo & Ioanne:
ubi & transfiguratus eſt ante eos. Reful-
ſit facies eius ut ſol, & ueſtimenta eius fa
cta ſunt alba ſicut nix. Reſurrectionis glo
ria iſta eſt, quã in mõte ſpei cõtẽplamur.
Vt quid.n. aſcendit ut transfiguraret̃, niſi
ut doceret nos cogitatione aſcendere ad
futurã illam gloriã quæ reuelabitur in no
bis? Felix cuius meditatio in conſpectu
dñi eſt ſemper, qui in corde ſuo delecta-
tiones dexteræ dñi uſq; in finẽ ſedula co-
gitatione reuoluit. Quid.n. graue illi po-
terit uideri qui ſemꝑ mente tractat, ꝙ nõ
ſint cõdignæ paſſiones huius tp̃is ad futu
rã gloriã? Quid cõcupiſcere poterit in ſe-
culo nequã, cuius oculus ſemꝑ uidet bo-
na dñi in terra uiuentiũ, ſemꝑ uidet æter
na p̃mia? Tibi dixit cor meũ (ꝓpheta lo- Pſal.26.
quitur dño) tibi dixit cor meũ, exquiſiuit
te facies mea: faciẽ tuam dñe requiram.
Quis mihi tribuat ut oẽs ſurgentes ſteris
in excelſo, & uideatis exultationẽ q̃ uen-
tura eſt uobis à dño? Non ſit moleſtũ uo
bis obſecro, ꝙ in monte hoc aliqñ diuti⁹
immoremur. Poterimus.n. cœteros feſti-
nantius pertranſire. Veruntamen in iſto
quẽ non detineat ſententia illa ſancti Pe-
tri, quam in eo protulit & de eo. Dñe (in- Matth.17.
quiens) bonum eſt nos hic eſſe? Quid eſt,
bonum eſt, imo quid aliud uidet̃ bonum
ꝙ in bonis aĩam demorari, qñquidẽ ad-
huc corpus non poteſt? Puto ꝙ eius qui
ingrediebatur in locũ tabernaculi admi-
rabilis uſq; ad domum dei, in uoce exul-
tationis & confeſſionis ſonus epulantis
fuerit, bonum eſt nos hic eſſe. Quis.n. ex
uobis ſecum cogitans futurã illam uitã,
ſed lætitiam, ſed iucunditatẽ, ſed beatitu
dinẽ, ſed gloriam filiorũ dei: quis inquã ta
lia tranquilla ſecum conſcientia uoluens
non continuo de plenitudine intimę ſua-
uitatis eructat, dñe bonũ eſt nos hic eſſe?
Non ſanè in hac ęrumnoſa peregrinatio-
ne ubi corpore detinetur, ſed in ſuaui ac
ſalubri illa cogitatione in qua corde uer-
ſatur. Quis mihi dabit pennas ſicut colũ- Pſal.54.
bæ, & uolabo et requieſcã? Vos autẽ filij
hoĩum, filij hoĩs qui deſcendit de Hieruſa
lem ĩ Hiericho, filij hoĩum uſq;quo graui
corde? Aſcendite ad cor altum, & exalta
bitur deus. Hic eſt.n. mons in quo transfi
guratur Chriſtus. Aſcẽdite, & ſcietis qm̃
dñs ſanctum ſuum mirificauit. Obſecro
uos fratres mei non grauentur corda ue-
ſtra in curis ſecularibus: nam de crapula,
& ebrietate (gratias deo) non magnope
re neceſſe habeo uos admonere. Exone-
rate obſecro corda ueſtra graui mole ter
renarũ cogitationum, ut ſciatis mirifica-
tum à dño ſanctum ſuũ. Leuate corda ue
ſtra cũ manib⁹ quibuſdã cogitationũ, ut
trãsfigaratum dñm uideatis. Formate in

cordibus ueſtris non modo patriarcharũ
& ꝓphetarũ tabernacula, ſed oẽs dom⁹
illius cœleſtis multiplices manſiones ſe-
cundũ eum q circuibat ĩmolans in taber-
naculo dñi hoſtiã uociferationis cantãs,
Pſal.83. & pſalmũ illũ dicens dño. Q̃ dilecta ta-
bernacula tua dñe uirtutũ, concupiſcit et
deficit aĩa mea ĩ atria dñi. Circuite & uos
chariſſimi cũ pietatis et deuotiõis hoſtia
uiſitantes aĩo ſedes ſupernas & multas q̃
in domo pr̃is ſunt manſiones humiliter
proſternentes corda ueſtra ante thronũ
dei & agni, cũ reuerentia ſupplicãtes ſin-
gulis ordinibus angelorũ, patriarcharum
numerũ, cuneos prophetarũ, & ſenatum
apoſtolicũ ſalutantes, coronas martyrũ
ſuſpiciẽtes purpureis rutilantes floribus,
redolentes lilijs, choros uirginũ admiran
tes, atq; ad melliſluũ noui cantici ſonum
quantũ p̃ualet infirmitas cordis erigẽtes
Pſal.41. auditũ. Hæc recordatus ſum (ꝓpheta lo-
quit̃ dño) & effudi in me aĩam meã. Quę?
Pſal.76. Qm̃ tranſibo in locũ tabernaculi admira
bilis uſq; ad domũ dei. Et itẽ. Memor fui
(inq̃t) dei & delectatus ſum. Quẽ uiderũt
apl̃i uidit et iſte, nec diſſimili, ut arbitror,
uiſione: uiſi ꝙ ſpũale totũ habuit hui⁹ ui-
ſio, corpeũ nihil. Oĩno nõ uidit eũ ſicut is
Eſaiæ.53. q dicebat. Vidimus eũ, et non erat illi ſpe
cies neq; decor. Transfiguratũ ꝓculdu-
bio uidit & ſpecioſum forma prę filijs ho
minũ, qui delectatũ ſe perhibet ſicut &
Mat.17. apoſtoli, bonũ eſt (inquiunt dño) nos hic
eſſe. Et ut nihil deſit ꝓpoſitæ ſimilitudi-
ni, illi quidẽ proni cecidiſſe legunt̃, hic ue
rò ſuũ fatet̃ ſpũm defeciſſe. Q̃ magna mul
titudo dulcedinis tuæ dñe, quã abſcondi
ſti timentibus te. Aſcendentes igit̃ in hũc
montẽ & reuelata facie gloriã dñi ſpecu-
lãtes haud dubiũ quin clamare habeatis
& uos, trahe nos poſt te. Quid.n. prodeſt
ſcire quò ſit eũdũ, ſiquidẽ qua debeas ire
non noueris? Alterũ proinde montẽ aſcẽ-
das neceſſe eſt, in quo prædicãtẽ audias,
& ſcalã erigentẽ octo diſtinctã ſcalarib⁹
Matth.5. cuius ſummitas cœlos tangit. Beati qui
perſequutionẽ patiunt̃ ꝑꝑ iuſtitiã, qm̃ ip-
ſorũ eſt regnũ cœlorũ. Iã ſi primũ aſcẽde-
ris montẽ iugi meditatione ſupernæ glo-
riæ, iſtum nihilominus montem aſcẽdere
non grauaberis, ut in lege eius mediteris
die ac nocte: ſicut idem propheta non ſo
lum meditabat̃ in præmijs, ſed & in man
datis dñi quæ dilexit. Sic.n. audies & tu,
& quo eã ſcitis ꝑꝑ aſcenſionem primã, et
uiam ſcitis ꝑꝑ ſecundã. Propterea in cor-
de tuo pone uiã ueritatis inquirere, ne ſor
tè ſis de eorũ numero qui uiã ciuitatis ha-
bitaculi non inuenerunt. Magis aũt ſolici
tus eſto aſcẽdere nõ mõ cogitatione cœ-
leſtis gloriæ, ſed & conuerſatione q̃ cœle
ſtẽ gloriam mereat̃. Tertium nihilomin⁹
montẽ lego, in quẽ aſcendit ſolus orare.
Vides ergo ꝙ bene ſpõſa in cãticis, ecce,
inquit, uenit iſte ſaliẽs in montibus. In pri Can.2.
mo trãsfiguratus eſt, ut ſcires quò tende
res, in ſecundo uerba uitæ loquut⁹ eſt, ut
ſcires quà peruenires. Orauit in tertio, ut
eundi & perueniendi bonã obtinere ſtu-
deas uoluntatẽ. Scienti.n. bonũ & non fa Iacobi. 4.
cienti peccatũ ẽ illi. Propterea ſciens qm̃
in oratione dat̃ bona uoluntas, cũ uideris
quæ agenda ſunt ut conualeſcas ad agen
da quę uideris, aſcende tu ad orationem,
ora inſtãter, ora ꝑſeueranter, ſicut ille ꝑ-
noctabat in oratione, & dabit pater bo-
nus, ſpũm bonũ petenti ſe. Et uide quàm
utiliter orationis tꝑe ẽt corporalis loci ſe
cretũ quærimus, qñ hoc ille non ſolũ do-
cuit uerbo, Intra, inquiens, in cubiculum Matth. 6.
tuũ & clauſo oſtio ora patrem tuum: ſed
& cõmendauit exemplo, nec domeſtico
rum quenq; admittens: ſed ſolus aſcen-
dens ad orationẽ. Putas poterimus aliq̃d
amplius de eius aſcenſionibus inuenire?
Poterimus utiq;. Volo.n. ut nec iumẽti ip-
ſius ſis immemor ſuper qđ legitur aſcen
diſſe. Volo ut nec ipſam crucis aſcẽſionẽ
omittas. Nã & in illa exaltari oportebat
filium hoĩs. Et ego, inquit, ſi exaltatus fue
ro à terra, oĩa traham ad meipſum. Itaq; Ioan.12.
cum iã & cognitio ſuppetit & uelle adia
cet, q̃d agis quod perficere bonũ nõ inue
nis? ſed aſinini quidam & beſtiales mot⁹
legẽ contrariam habent & captiuare te
uolunt. Quid inquã facies ſuꝑ cõcupiſcẽ-
tijs irrationabilib⁹, q̃ ſunt in mẽbris tuis?
Vrget te ẽt cum ieiunare conſentis gulæ

illecebra, cũ uigilare proponis, ſomnolẽtia premit. Quid faciemus huic aſino? Aſininũ.n. iſtud eſt cõe cũ aſinis: quia homo
Pſal. 48. comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Aſcende dñe ſup aſinum iſtũ, cõculca hos beſtiales mot⁹, quia domari debẽt ne dominari ꝑualeãt. Niſi.n. calcati fuerint, conculcabunt nos: niſi premanẽ, opprimẽt nos. Propterea ſequere aĩa mea & in hac aſcẽſione Chriſtum dñm, ut ſub te ſit appetitus tuus & tu domineris illius. Nã ut in cœlum aſcendas prius neceſſe eſt leuare te ſup te, calcando carnalia deſideria quæ in te militant aduerſum te. Sequere etiã aſcendentem crucẽ exaltatũ à terra: ut non ſolũ ſuper te, ſed & ſup oẽm quoq; mundũ mentis faſtigio colloceris, uniuerſa q̃ in terris ſunt deorſum aſpiciens & deſpiciẽs ſicut ſcriptũ eſt. Cernent terrã de longè. Nulla te mundi oblectamenta inclinent, nullæ
Eſa. 33. aduerſitates deijciant. Abſit tibi gloriari niſi in cruce dñi tui Ieſu Chri, per quẽ tibi mundus crucifixus eſt: ut q̃ mũdus appetit crucẽ reputes, & tu crucifixus mũdo, illis q̃ mundus crucẽ reputat, toto inhæreas amore. Iã uerò qd ex hoc reſtat, niſi ut ad illũ aſcendas qui eſt ſupra oĩa deus benedictus in ſecula? Diſſolui iam & eſſe
Pſal. 83. cũ Chriſto, multo magis optimum. Beatus uir cuius eſt auxiliũ abs te, ait ꝓpheta ad dñm, aſcẽſiões in corde ſuo diſpoſuit, ibit de uirtute in uirtutẽ uſq; ad uidendũ deum deoꝝ in Sion. Hæc eſt ultima aſcẽſio in qua implenẽ oĩa, ſicut ait apoſtol⁹.
Ephe. 4. Chrs, qui deſcendit ipſe eſt & qui aſcen-
Eſa. 64. dit: ut adĩpleret oĩa. Sed de illa aſcẽſione
1. Cor. 2. qd dicã? Quò aſcendemus? ut ubi Chrs eſt & nos ſim⁹. Quid ibi erit? Oculus de⁹ non uidit abſq; te, q̃ pręparaſti diligentibus te. Deſideremus hanc fratres mei, ſuſpiremus ad eam iugiter, et eo magis affectus uigeat quo deficit intellectus.

De magnanimitate, longanimitate & unanimitate.
Sermo. V.

Actu. 1. TRiplicem nobis in eccleſia primitiua uirtutem ſanctus Lucas breui ſermone commendat, ubi poſt dominicam aſcenſionem unanimiter eos in oratione perſeueraſſe deſcribit, expectantes cœleſtem conſolationem cuius acceperant repromiſſionem. Laudabili ſiquidem magnanimitate puſillus grex paſtoris ſolatio deſtitutus, minime tamẽ dubitãs quoniam illi cura eſſet de eis, ſed paternam pro eis gereret ſolicitudinem, deuotis pulſabat ſupplicationibus cœlũ, certus quòd penetrarent illud iuſtorum orationes, nec pauperum preces ſpernerentur à domino, aut ſine copioſa benedictione redirent. Sed nec ſine longanimitate perſiſtebant indeficiẽtes, iuxta illud propheticum. Si moram fecerit expecta eum, quia ueniens ueniet et non tardabit.
Abac. 2. Porrò unanimitas quidem legitur, euidẽter expreſſa, quòd hęc ſola diuini ſpiritus charismata mereatur. Neq; enim ẽ Deus diſſenſionis ſed pacis, neq; habitare facit niſi unius moris in domo. Iure igitur præparationẽ cordis eorum audiuit auris diuina, nec ab expectatiõe ſua cõfudit eos, q & magnanimes & lõganimes & unanimes eſſent. Certiſſima nanq; hæc teſtimonia ſunt fidei, ſpei, charitatis. Et quidẽ euidenter ſpes longanimitatem, unanimitatem charitas operatur. Nunquid fides quoq; magnanimum facit? Et ſola. Quicquid enim ſine fide pręſumitur, non eſt ulla animi ſolida magnitudo, ſed uentoſa quædam inflatio & tumor inanis. Vis audire magnanimem uirum? Omnia, inqt,
Philip. 4. poſſum in eo qui me confortat. Imitemur triplicem hanc præparationem fratres, ſi deſideramus ſupereffluentem menſuram ſpiritus obtinere. Omnibus enim præter Chriſtum ad menſurã datur ſpiritus, ſed menſuræ cumulus ſupereffluentis uidetẽ quodammodo exceſſiſſe menſuram. Euidens fuit magnanimitas in conuerſione noſtra, ſit etiam in conſummatione lõganimitas, ſit unanimitas in conuerſatione. Huiuſmodi ſiquidem animabus cœleſtis illa Hieruſalem deſiderat inſtaurari, quibus nec fidei magnitudo deſit in ſuſcipiẽdo onere Chriſti, nec longitudo ſpei in perſiſtendo, nec charitatis iũctura, quod eſt uinculum perfectionis.

Item in aſcenſione domini de intellectu & affectu.
Sermo. VI.

HOdie ſedenti in throno antiquo dierum, confeſſurus pariter oblatus ẽ filius hoĩs, & erit deinceps non modo germen dñi in magnificẽtia et gloria, ſed & fructus terrę ſublimis. Felix unio, & amplectẽdum ineffabilibus gaudijs ſacrm. Idem.n. & germen dñi, & fructus terræ: idẽ & ipſe dei filius, & fructus uentris Mariæ eſt. Idem filius Dauid, & dñs, de quo hodie gaudium eius impletũ
Pſal. 109. d eſt, unde olim præcinẽs aiebat: Dixit dñs dño meo, ſede à dextris meis. Qũo.n. non dñs germẽ dñi? Idem tñ & filius eius, utpote fructus terræ ſublimis, fructus uirgę quæ de radice Ieſſe proceſſit. Hodie igiẽ ſuũ hũc, & hoĩs filium apud ſemetipſum pr̃ clarificat claritate quã habuit priuſq; mundus fieret apud ipſum. Hodie ueritatem quæ de terra orta eſt, cœlum ſibi redditam gloriaẽ. Hodie ſponſus auferẽ à filijs, & lugendũ eis eſt, ſicut ipſe prædixit.
Matth. 9. Non.n. poterant filij ſponſi lugere donec ſponſus cũ eis erat: ſed uenit dies ut auferaẽ ab eis, ut decętero lugeant & ieiunẽt.
Matt. 17. b Vbi illud iã Petre qđ dixeras: Dñe bonũ eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula? Ecce.n. ingreſſus eſt amplius & pſectius tabernaculũ, non manufactũ. i. non huius creationis. Qũo ergo iam bonũ eſt nos hic eſſe? Immo uerò moleſtũ eſt, graue ẽ, periculoſum eſt. Nimiꝝ ubi malitiæ plurimum, ſapientię modicũ, ſi tñ uel modicũ inueniẽ, ubi uiſcoſa oĩa, oĩa lubrica, opta tenebris, obſeſſa laqueis peccatoꝝ: ubi periclitanẽ aĩæ: ubi ſpũs affligunẽ ſub ſole, ubi tm̃ uanitas & afflictio ſpũs eſt. Leuemus igiẽ fratres mei, leuemus in cœlum corda cũ manibus: & aſcendentem dñm ſequi uelut quibuſdã paſſibus deuotionis & fidei contendamus. Erit.n. cum ſine mora, ſine difficultate obuiã illi in nubibus rapiemur: id poterunt corpora ſpiritualia, qđ meritò interim nequeũt ſpũs aĩales. Nunc.n. quantis conatibus corda
Sap. 9. a. leuare neceſſe eſt: quæ quidẽ (ut miſerabiliter ſatis in libro ꝓprię experientiæ legimus) & corruptio corporis aggrauat, & terrena ĩhabitatio deprimit? At forte tradẽdum eſt quid ſit leuare cor: aut quẽadmodũ illud oporteat eleuari, ſed tradẽdũ ſanè magis ab apl'o q̃ à nobis. Si conſur-
Colo. 3. a. rexiſtis, inquit, cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non q̃ ſuper terrã. Ac ſi manifeſtius dicat. Si cõſurrexiſtis, & coaſcendite: ſi conuiuitis, et conregnate. Sequamur fratres ſequamur agnum quocunq; ierit: ſequamur patientẽ, ſequamur & reſurgentem, ſequamur multo libentius aſcendentẽ. Crucifigatur uetus homo noſter ſimul cum illo: ut deſtruatur corpus peccati: ut ultra non ſeruiamus peccato, mortificatis nimiꝝ mẽbris noſtris quę ſunt ſuper terram. Sed et qũo ipſe reſurrexit à mortuis per gloriã patris: ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. In hoc.n. mortu⁹ eſt & reſurrexit, ut peccatis mortui, iuſtitiæ uiuamus. Cæterum qm̃ uitæ nouitas locum exigit tutiorem, & reſurrectionis dignitas altiorem expetit gradum: ſequamur ẽt aſcẽdentẽ, quærere uidelicet & ſapere quæ ſurſum ſunt ubi ille eſt, nõ quæ ſup terram. Quę-
Venit(inqt) Ioãnes non mãducans, nec bi
bens: planè nec ueſtiens. Sicut.n.nõ eſt lo
cuſta cibus, niſi aliquoꝝ fortè irrationabi
lium aĩaliũ, ſic nec pilus cameli humanũ
eſt indumentũ. Quid tu pilos tuos came
le depoſuiſti? Vtinã gibbũ magis depoſuiſ
ſes. Quid uos irrõnabiles feræ & reptilia
deſerti: cibos exqritis delicatos? Ioannes
ſctũs hõ miſſus à deo, imò angelus dei, ſi-
cut ait pr̃. Ecce mitto angelũ meũ ante te. Lucæ.7.
Hic ergo Ioãnes quo nullus maior ĩ natis
mulieꝝ ĩnocẽtiſſimũ illud corpus ſic caſti
gat, ſic extenuat, ſic affligit: uos ĩdui feſtia
tis byſſo et purpura, et ſplendide epulari?
Heu hic ẽ pñtis tot⁹ honor diei, hęc Bapti
ſtę reuerẽtia tota: hęc natiuitatis ei⁹ ꝓphe
tata quõdã lętitia ẽ. Cui⁹.n.memoriã agi-
tis ô nimis delicati cultores, cui⁹ celebra-
tis natalẽ? Nõne illi⁹ q in eremo fuit hirſu
tus ueſte, cõfect⁹ ĩedia? Quid exiſtis in de
ſertũ uider̃ filij Babylõis, arũdinẽ uẽto agi
tatã? Quid igit̃? Hoĩem mollibus ueſtitũ?
Nutritũ mollibus? In his nẽpe tota uerſat̃
hęc ur̃a celebritas: ĩ ppl'aris fauoris aura ſe
ctãda: in gl'ia ueſtiũ & uoluptate ciboꝝ.

Sed q̄d hęc ad Ioãnē? Neq;.n.Ioãnes fecit
Luc.1. ſic, aut talib⁹ unq̄ potuit delectari. Multi
(inq̄t angelus) in natiuitate ei⁹ gaudebūt.
Verū id q̄dem multi in natiuitate eius gau
dēt: & paganis ipſis (ut audiuimus) læta
eſt & ſolēnis. Illi celebrãt q̄d ignorãt, ſed
nõ ita debuerant chriſtiani. Nunc uerò et
ipſi in hac beati Ioãnis Baptiſtæ natiuita-
te gaudēt: ſed utinam de natiuitate, nõ de
uanitate. Quid eſt.n.niſi uanitas uanitatū
q̄cq̄d ſub ſole eſt, aut quid amplius habet
homo de uniuerſo labore ſuo quo labo-
rat? Fratres ſub ſole eſt q̄cq̄d oculis cerni
tur, q̄cq̄d huic corporeæ luci ſubiacere ui-
detur. Quid uero illud niſi uapor ad modi
Eſaiæ.40. cū parens? Quid illud niſi fœnū & flos fœ
ni? Oīs caro fœnum (ait dñs) & oīs gloria
eius quaſi flos fœni. Fœnū aruit & flos de
cidit: uerbū aūt dñi manet in æternum. In
hoc uerbo laboremus fratres: in quo et ui
uere & gaudere poſſimus in æternū. Ope
remur non cibū qui perit, ſed qui p̄manet
Luc.4. in uitã æternã. Quis ille? Nõ ĩ ſolo pane ui
uit homo, ſed in omni uerbo q̄d procedit
de ore Dei. Seminemus in hoc uerbo cha
riſſimi, ſeminemus in ſpiritu: q̄m qui in car
ne ſeminant, ſolam hñt metere corruptio
nē. Gaudeamus ĩtus & nõ ſub ſole: ſed iu-
xta Ap̄l'm tanq̄ triſtes p̄p humilitatē &
grauitatem: ſemp̄ aūt gaudētes p̄p inter-
nam cõſolationem. Gaudeamus dilectiſ-
ſimi in natali beati Ioãnis, & gaudeamus
de ipſa natiuitate. Copioſa q̄dem nobis
in eius recordatione cauſa: multiplex eſt
materia gaudiorū. Ille erat lucerna ardēs
& lucens: & Iudæi uoluerūt exultare in lu
ce eius: ipſe uerò potius gaudebat in feruo
re deuotionis, gaudebat ad uocem ſponſi
tanq̄ amicus ſponſi. Nobis in utroq; gau
dendū eſt, in altero q̄dem ei, nobis in alte
ro cõgaudēdū. Ardebat.n.ſibi, nobis aūt
lucebat. Gaudeam⁹ in feruore eius ad imi
tationē, gaudeam⁹ in lumine, nõ tñ ibi ma
nētes, ſed ut in lumine ei⁹ uideam⁹ lumē.
Lumē utiq; uerū q̄d nõ eſt ipſe, ſed cui te
Matt.11. ſtimoniū perhibet ipſe. Venit Ioannes (ait
dñs) nec mãducans nec bibens. Incentiuū
feruoris id mihi eſt, & materia humilita-
tis. Quis.n.in nobis eſt fratres, qui Ioãnis
pniam intuens ſuam nõ dico magnifica-
re, ſed alicuius ſaltem momenti reputare
præſumat? Quis audeat murmurare in la-
boribus ſuis, et dicere, ſatis eſt q̄d patior,
nedum nimis? Quæ.n.homicidia, quæ ſa-
crilegia aut flagitia ſic puniebat Ioannes
in ſeipſo? Accendamur ad pniam fratres,
Interrogemus cõſciẽtias nr̃as, & anime-
mur ad ultionem exigendam de nobis, ut
horrendū poſſimus euadere iudiciū Dei
uiuentis. Quicq̄d uerò minus eſt feruoris
humilitas ſuppleat puræ cõfeſſionis. Fide
lis eſt Deus ſi cõfiteamur iniq̄tates nr̃as,
ſi miſerias noſtras exponamus, ſi non ex-
cuſemus infirmitates noſtras, dimittet no
bis peccata noſtra. Ex hoc ſanè & erga p̄
ximorū delicta feruorem intuere Ioannis.
Hic nēpe dignus eſt & rationi conſenta-
neus ordo, ut ĩcipiendū tibi memineris à
teipſo. Ab occultis (inquit) meis munda Pſal.18.
me: & ab alienis parce ſeruo tuo. Genimi Lc.3.
na uiperarū (ait Ioannes) q̄s oſtēdit uobis
fugere à uentura ira? De quanto mētis fer
uore procedere putas ſcintillas iſtas: imò
carbones deſolatorios? Sic neq; phariſęis
parcens. Nolite (inq̄t) dicere q̄a patrē ha- Vbi ſup.
bemus Abrahã: potens eſt enim Deus de
lapidib⁹ iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Sed
minus hoc uideat̄, ſi uel ipſum uerer̄ potē-
tis uultum, & non tota libertate ſpūs ar-
guit peccantē regem crudelem atq; ſup̄-
bum: ſacra quadã uehementia ad hoc ip-
ſum p̄diens de deſerto, ſi uel blãditijs eius
uel ipſo mortis terrore mouet̄. Metuebat
(inq̄t) Herodes Ioãnem, & audito eo mul
ta faciebat, & libenter eum audiebat. At
ille nihil ob hoc parcēs: non licet, ait, tibi
habere eã. Ligatus quoq; et in carcerē tru
ſus, nihilominus ſtetit in ueritate, & occu
buit p̄ ueritate feliciter. Ferueat ēt in no-
bis zelus iſte chariſſimi. Ferueat amor iu-
ſtitię, odiū iniq̄tatis. Nemo (fr̃es) uitia pal
pet: pc̄tã diſſimulet nemo. Nemo dicat,
nūq̄d cuſtos fr̃is mei ſum ego? Nemo q̄d
in ſe eſt æquanimiter ferat: cū uiderit ordi
nē deperire, minui diſciplinã. Eſt.n.cõſen-
tire ſilere cū arguere poſſis: & ſcimus q̄a
ſimilis pœna faciētes maneat & cõſentiē-
tes. Iam uerò ſup̄ humili & oīno feruētiſſi

ma deuotione Ioannis erga dñm quid lo-
quemur? Inde.n.exultauit in utero: inde
expauit in Iordane baptizaturus eū: in-
de nõ modo Xp̄m qui putabat̄, ſed uel ip
ſam corrigiã calciamenti eius ſoluere di-
gnum ſe eſſe negabat: inde gaudebat ami
cus ſponſi ad uocē ſponſi: inde gr̃am ſe ac
cepiſſe pro gr̃a fatebat̄: illum aūt non ad
mēſurã habere ſpm̄, ſed plenitudinem de
Pſal.61. qua oēs accipent clamitabat. Nónne deo
ſubiecta eris aīa mea? Alioq̄n non ero lu-
cerna ardens: niſi toto corde, tota mente,
& ex oībus uiribus meis diligã dñm Deū
meū. Sola.n.eſt charitas quę accendit ad
ſalutē: ſola quã infundit & inflãmat ſpūs,
quem extinguere p̄hibemur. Habes quē-
admodū Ioãnes arſerit, & in hoc ipſo quē
admodū luxerit, indicatū eſt ſi aduertiſti.
Neq;.n.ardorē eius noſſe poteras niſi lu-
xiſſet. Luxit ergo ut ſupra memini exem-
plo, digito, uerbo, opere ſeipſum Chriſtū
indice noſmetipſos nobis ſermone decla-
Lūcæ.1. rans. Tu puer p̄pheta altiſſimi uocaberis
(ait pater) prębis.n.ante faciem dñi para
re uias eius, ad dandam ſciam ſalutis ple-
bi eius. Ad dandã (inq̄t) nõ ſalutē (neq;.n.
ille lux) ſed ſciam ſalutis ut teſtimonium
perhiberet de lumine. Sciam (inquit) ſalu
tis, ĩ remiſſionē pc̄tõrū. Num ſalutis ſciam
ſapiens paruipēdere poteſt? Ponamus tñ
necdum ueniſſe Ioãnem, necdū ſignificaſ-
ſe de Chriſto. Vbi ſalutē quęremus? Pecca
ui pc̄tm̄ grande q̄d ſanguine uitulorū uel
hircorū deleri non põt: q̄a nõ holocauſtis
delectat̄ altiſſimus. Memoria mea ĩfecta
eſt fęce hui⁹ amurcę, nõ eſt nouacula quæ
membranã hanc radere poſſit: q̄a tota to
tã imbibit fęcem. Si peccati mei oblitus
fuero, ſtultus ſum & ingratus. Si in memo
ria mea permanet, arguet me in ęternum.
Quid igit̄ faciã? Ibo ad Ioannem, & audiã
uocem lætitiæ: miſericordiæ uocē, ſermo-
nem gr̃æ, uerbum remiſſionis & pacis. Ec
Ioan.1. ce (inq̄t) agnus Dei: ecce qui tollit pecca-
Ioan.3. ta mūdi. Et alibi. Qui habet ſpõſam (inq̄t)
ſponſus eſt. Oſtēdit igit̄ quia uenit Deus,
q̄a ſponſus, q̄a agnus. Quia Deus, certum
eſt ꝙ peccata remittere poſſit, ſed utrum
uelit adhuc in quęſtione eſt. Vult p̄fectò,
q̄a ſponſus eſt, q̄a amabilis eſt. Et Ioãnes
amicus ſponſi eſt, quia ſponſus niſi ami-
cos habere non nouit. Et licet uelit glorio
ſam ſpõſam non hñtem maculam, aut ru-
gam, aut aliq̄d eiuſmodi, non tñ quærit ta
lem. Vbi.n.illam inueniret? Sed talem po
tius ipſe facit: talem ſibi exhibet ipſe. Au-
di deniq; quid dicat per p̄phetam. Vulgò Hier.3.
dicit̄. Nunquid mulier ſi dormierit cum al
tero uiro, reuertet̄ ad uirum ſuum priorē?
Tu aūt fornicata es cum amatoribus mul
tis, reuertere tñ ad me, & ego ſuſcipiã te.
Ecce quod poſſit, ecce ꝙ uelit. Sed tu for-
taſſis timeas eam, quam facere uenit delĩ
ctorū purgationem, ne uſtione et ſciſſione
oſſa & medullas oſſium collidat, ne dolo
rem ĩferat morte grauiorem. Audi, agnus
eſt, in manſuetudine uenit cum lana & la
cte, ſolo uerbo iuſtificans impium. Quid
enim (iuxta comicum) facilius dictu? Tan Matt.8.
tū (inq̄t) dic uerbo, & ſanabit̄ puer meus.
Vt quid ergo deinceps hęſitemus fratres,
& non omni fiducia ad thronū glorię aſcē
damus? Agamus Ioanni gratias, & eo me
diante trãſeamus ad Chriſtū, quia, ut ait
ipſe, illum oportet creſcere, me aūt minui.
Quomodo minui? Splendore utiq; nõ fer
uore. Retraxit radios, recollegit ſe, ne fie-
ret ſicut is qui totum p̄fert ſpiritum ſuū.
Illum (inquit) oportet creſcere, qui exhau
riri non põt: de cuius plenitudine omnes
accipiant: me aūt minui, cui datus eſt ſpi-
ritus ad menſurã, & danda magis opera
ut ardere ſemp̄ ualeam, q̄ lucere. Præceſſi
ſolem tanq̄ ſydus matutinum, abſcondi
neceſſe eſt, orto iam ſole. Non eſt mihi ni
ſi modicum olei quo ungar, uolo illud in
uaſe tutius quàm in lampade poſſidere.

In uigilia Petri & Pauli apoſtolorum. *Sermo.*

In ſanctorū uigilijs neceſſe eſt ui-
gilare hominem ſpiritualem, qui
ſolennitates eorū celebrare deſi-
derat in ſpiritu & ueritate. Aliæ enim car
nalium, aliæ ſpiritualium uigiliæ. Illi & ni
tidiores cultus, & epulas præparant lau-
tiores, & fortaſſis in ipſis uigilijs operant̄
opera tenebrarū, lætantur cum malefece-
rint, & exultãt in rebus peſſimis. Vos non
ita didiciſtis Chriſtum qui Chriſtum ſe-

tuti eſtis, qui omnia reliqſtis, qui uigilanti oculo uigiliarum nomen debetis attendere. Ad hoc enim uigiliæ proponũtur, ut euigilemus ſi in aliquo peccato uel negligentia dormitamus, & pręoccupemus faciem ſanctorum in confeſſione. Non ſic filij huius ſeculi nõ ſic, qui potentes ſunt ad bibendum uinum, & uiri fortes ad miſcẽdam ebrietatem, qui obdormierunt in flagitijs, & facinoribus ſuis. Illud uos non lateat, qa ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt: & qui dormiunt, nocte dormiunt, & fruſtra ſonat eis nomen uigiliaꝝ ſanctaꝝ, cum ipſi magis dormire ſtudeant quàm uigilare. Vos non eſtis filij noctis, neqꝫ tenebrarũ, ſed lucis & diei, ut non uos præoccupent natalitij ſanctoꝝ dies & inueniant imparatos. Tria ſunt igitur quæ in feſtiuitatibus ſanctoꝝ uigilanter conſiderare debemus, auxilium ſancti, exemplum eius, confuſionẽ noſtrã. Auxilium eius, qa qui potens in terra, potentior eſt in cœlis ante faciem domini Dei ſui. Si.n. dum hic uiueret miſertus eſt peccatoribus, & orauit pro eis: nunc tãto amplius quãtò uerius agnoſcit miſerias noſtras, orat ꝓ nobis patrẽ: quia beata illa patria charitatem eius nõ imutauit, ſed augmentauit. Neqꝫ.n. quia impaſſibilis omnino, ideò & incompaſſibilis factus eſt: ſed nunc potius induit ſibi uiſcera miſericordiæ, cum ante fontẽ miſericordiæ exiſtit. Eſt & alia cauſa quæ magis urget ſanctos, ut ſoliciti ſint de nobis, quia iuxta uocem Apoſtoli Deus ꝓuidet pro nobis ne ſine nobis cõſummentur, ſi-
Pſal.141. cut ait ſanctus Dauid: Me expectant iuſti donec retribuas mihi. Debemus etiam attendere exemplum eius: qa quãdiu in terris uiſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt non declinauit ad dexteram, neqꝫ ad ſiniſtram: ſed uiam regiã tenuit donec
Ioan.14. ueniret ad illum qui dicit: Ego ſum uia ueritas & uita. Intuemini humilitatem operum eius: auctoritatẽ uerboꝝ eius, & tũc uidebitis quomodo tam uerbo ꝙ exemplo luxerit iter homines: qualia nobis ueſtigia dereliquerit ut ambulemus per ea, & non erremus in eis. Verè iuxta ꝓphetã.
Eſa.26. Semita iuſti recta eſt, rectus callis iuſti ad ambulandum. Sed & diligentiori intuitu confuſionem noſtram inſpiciamus: qa homo ille ſimilis nobis fuit paſſibilis, ex eodem luto formatus ex quo & nos. Quid ergo eſt qđ non ſolum difficile, ſed & impoſſibile credimus ut faciamus oꝑa quæ fecit, ut ſequamur ueſtigia eius? Confundamur fratres, & contremiſcamus ad uocẽ iſtam, ſi fortè hæc confuſio adducat nobis gloriam, ſi fortè generet gratiã nobis timor iſte. Hoĩes iſti fuerunt qui præceſſerunt nos, qui tam mirabiliter proceſſerũt per uias uitæ, ut uix eos hoĩes fuiſſe credamus. Sic ergo in ſanctoꝝ feſtiuitatibus et gaudere & confundi debemus. gaudere, quia patronos præmiſimus cõfundi, quia eos imitari non poſſumus. Ita ſemꝑ gaudium noſtrum in hac ualle lachrymarũ, lachrymarum pane condiri debet, ut ſemper non ſolum extrema, ſed & prima gaudij luctus occupet: qa etſi magna eſt gaudioꝝ materia, ſed maxima eſt dolorum.
Memor fui Dei, clamat iuſtus, & delecta Pſal.76.
tus ſum. ſed & ſtatim ſubiungit: Defecit ſpiritus meus, turbatus ſum, & nõ ſum locutus. Quod ſi hæc in uigilijs uniuſcuiuſqꝫ ſancti cogitare debemus, quid faciemus in ſolẽnitate ſanctoꝝ, & ſummoꝝ apoſtoloꝝ, Petrum & Paulum loquor? Sufficeret unius feſtiuitas ad infundendam exultationẽ uniuerſę terræ, ſed amboꝝ iuncta eſt ad cumulum gaudioꝝ, ut quõ in uita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte non ſint ſeparati. Quid illis potẽtius dum fuerunt in terris? quoꝝ alteri traduntur claues regni cœloꝝ, alteri magiſterium gẽtium, alter Ananiam et Sapphiram occidit in uerbis oris ſui, alter donat quicquid donat in pſona Chriſti, & cum infirmatur tunc fortior eſt & potẽs. Quàm potẽtiores ſunt in cœlis, qui tam potẽtes fuerunt in terris? Et qui nobis reliquerunt maiora exẽpla, ꝙ illi qui in fame & ſiti, in frigore et nuditate, et in oĩbus illis quę Paulus enumerat, iugiter ſunt afflicti, & demũ felici martyrio regna cœleſtia cõſcenderunt? Vere nobis rubor cõfuſionis ſunt, quos uix audemus reſpicere, ne dicã imitari. Oremus ergo eos, ut ipſi ꝓpitiũ nobis reddãt amicũ ſuũ iudicẽ noſtrũ q eſt Deus bñdict⁹ in ſcl'a. Amẽ.

In die feſto eorundem. *Sermo. I.*

Gloriosa nobis ſolennitas illuxit, quam pręclari martyres martyꝝ duces, apoſtoloꝝ principes morte clariſſima cõſecrarũt. Iſti ſũt Petrus & Paulus duo magna luminaria, quos Deus in corꝑe eccleſię ſuę cõſtituit quaſi geminum lumẽ oculoꝝ. Hi mihi traditi ſunt in magiſtros & in mediatores: quibus ſecure me cõmittere poſſim: qa & notas mihi fecerunt uias uitę, & mediantibus illis ad illum mediatorẽ aſcendere potero, qui uenit pacificare per ſanguinẽ ſuum & quę in cœlis & quæ in terris ſunt. Ille.n. in utraqꝫ natura puriſſimus eſt, qui peccatũ non fecit, nec inuentus eſt dolus in ore eius. Quõ ad illum accedere audebo qui ſum ſupra modum peccans peccator, qui peccaui ſupra numerũ arenæ maris, cum ille purior ego impurior eſſe non poſſim? Verendum ne incidam in manus dei uiuentis, ſi illi appropinquare uel inhærere præſumpſero, quem à me tanta differentia diuidit, quantum diſtat inter bonũ & malũ. Propterea dedit mihi Deus hoĩes iſtos, qui & hoĩes eſſent & peccatores, & maximi pctõres, qui in ſeipſis, & de ſeipſis diſcerent ꝙ late alijs miſereri deberent. Magnoꝝ.n. criminum rei magnis criminib⁹ facile donabunt ueniam, & in qua menſura menſum eſt eis remetiẽt nobis. Peccauit peccatũ grande Petrus apl's: & fortaſſis quo grandius nullũ eſt: & tam uelociſſime ꝙ facillimè ueniã conſecutus eſt, & ſic ut nihil de ſingularitate ſui primatus amitteret. Sed & Paulus qui in ipſa uiſcera naſcentis eccleſiæ tam ſingul'r ꝙ incomparabil'r graſſatus eſt, per ipſius filij Dei uocem ad fidẽ adducitur, & pro tantis malis, tantis bonis repletus eſt, ut uas electionis fieret ad portandũ nomen eius coràm gentibus et regibus, & filijs Iſrael. Vis dignum & cœleſtibus ferculis repletũ: de quo & ſanus eſcam, & infirmus accipiat medicinã. Tales decebat humano generi paſtores & doctores conſtitui, qui & dulces eſſent et potentes, & nihilominus ſapientes. Dulces ut me blãde & miſericorditer ſuſciperent. Potentes, ut fortiter protegerent. Sapientes, ut ad uiam & per uiam ducerent quæ ducit ad ciuitatem. Quid Petro dulcius qui tam dulciter ad ſe omnes conuocat pctõres, ſicut & act⁹ apoſtolici & epiſtolaꝝ eius ſeries atteſtatur? Quid illo potẽtius cui & terra obediuit, cum mortuos reddidit, & mare ſub pedibus eius ſe calcabile præbuit, qui Simonẽ magum ſpiritu oris ſui in aere attigit, qui claues regni cœloꝝ tam ſingulariter accepit, ut pręce-
dat ſnĩa Petri ſnĩam cœli? Deniqꝫ quod- Matt.16.
cunqꝫ ligaueris (inquit) ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunqꝫ ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Quid aũt illo ſapientius, cui non caro & ſanguis reuelauit? Libentiſſime Paulũ ſequor: qui præ nimia dulcedine luget eos: qui peccauerunt & non egerunt pnĩam, qui fortior eſt omni principatu & poteſtate, ſapiẽtiam & medullam ſacroꝝ ſenſuũ, non à primo uel ſecundo, ſed à tertio cœlo largiter aſportauit. Hi ſunt magiſtri noſtri, qui à magiſtro omnium uias uitæ plenius didicerunt, & docent nos uſqꝫ in hodiernum diem. Quid ergo docuerunt, uel docent non Apoſtoli ſancti? Non piſcatoriã artem, non ſcenofactoriam uel qcquid huiuſmodi eſt: non Platonem legere, non Ariſtotelis uerſutias inuerſare, non ſemꝑ diſcere, & nunqꝫ ad ueritatis ſcientiã peruenire. Docuerũt me uiuere. Putas paruã res eſt ſcire uiuere? Magnũ aliqd imò maximũ eſt. Non uiuit qui ſuperbia inflatur, qui luxuria ſordidatᷣ, qui cæteris inficitᷣ peſtibus: qm̃ non eſt hoc uiuere, ſed uitã cõfundere, & appropinquare uſqꝫ ad portas mortis. Bonam autẽ uitam ego puto: & mala pati, & bona facere, & ſic perſeuerare uſqꝫ ad mortẽ. Dicitᷣ uulgo, qa qui bene ſe paſcit, bene uiuit: ſed mẽtita eſt iniquitas ſibi: qa nõ bene uiuit, niſi qui bonũ facit. Arbitror aũt ꝙ tu q in cõgregatione es, bene uiuis, ſi uiuis ordinabil'r, ſociabiliter, & humiliter. Ordinabiliter tibi, ſociabiliter ꝓximo, humiliter Deo. Ordinabiliter, ut in omni conuerſatione tua ſolicitus ſis obſeruare uias tuas, et in cõſpectu dñi, & in conſpectu proximi: cauens & tibi à

peccato, & illi à ſcandalo. Sociabiliter, ut
ſtudeas amari & amare, blandum te et af
fabilē exhibere: ſupportare non ſolū patiē
ter, ſed et libēter infirmitates fratrum tuo
rum, tam morꝝ q̃ corporꝝ. Humilr, ut cū
hæc oīa feceris: ſpiritum uanitatis ſtudeas
exufflare qui ex hmōi naſci ſolet: & quan
tumcūq; illum ſenſeris, negare oīno cōſen
ſum. Sic & in patiēdo malum, qm̄ triplex
eſt: triplicem ꝓuidentiā adhibere te opor
tet. Eſt. n. qđ à te pateris, qđ à ꝓximo, qđ
à Deo. Primum eſt auſteritas pnīæ, ſcđm
uexatio alienæ malitiæ: tertiū flagellū cor
rectionis diuinæ. In eo qđ à te pateris, de-
bes uolūtariè ſacrificare: qđ à ꝓximo, pa
tienter ferre: qđ à Deo, ſi ne murmure, &
cū gratiarꝝ actione ſuſtinere. Non ſic mul
ti filiorꝝ Adam, qui errauerunt in ſolitudi
ne in inaquoſo. Errauerūt planè & errāt à
uia ueritatis, q in ſolitudinē ſupbiæ recedē
tes, ſocialē uitā habere nō uolūt: quorꝝ ſin
gularitas aſſociari nō pōt. Sed et ī inaquo
ſo: qa nullo imbre lachrymarꝝ cōpūcti in
terra ſterili, & arenti ꝑpetua ſiccitate mo
rant̃. Propterea uiam ciuitatis habitaculi
nō inuenerūt: qa inueterati in terra aliena
coinqnati ſunt cū mortuis: deputati cum
his q in inferno ſunt. Nō erat ita ſolitarius
Thre. 3 ille de quo ſctūs Hieremias ait. Bonū eſt
uiro cū portauerit iugum ab adoleſcētia
ſua. Sedebit ſolitarius & tacebit, qa leua-
uit ſe ſup ſe. Illi errauerunt, ſed iſte ſedebit
ſemꝑ. Illi. n. errāt corde: iſte aūt non ſedet:
ſed ſedebit ſolitarius, cū habuerit honorē
ſingularitatis, illius uidelicet iudiciariꝫ po
teſtatis inſigne, qđ ſancti in terra poſſide
bunt, cū lætitia ſempiterna erit eis. Qua-
re? Quia leuauit ſe ſup ſe. i. cū adoleſcens
eſſet: & ætatis lubricæ ſentiret ardores, ſe
nem induit, relinquens qđ erat, aſſumens
qđ non erat. Leuauit (inqt) ſe ſup ſe: quia
nō reſpicit ad ſe: ſed ad illū qui eſt ſup ſe.
Sedebit. n. & tacebit? ēt modo à ſtrepitu
diabolicarꝝ ſuggeſtionū, à ſtrepitu carna
liū deſideriorꝝ, à ſtrepitu mundi. Felix aīa
quę linguas iſtas nō exaudit, audiat licet:
illa multū felicior (ſi tū aliqua eſt) cui peni
1. Cor. 2. tus non loquunt̃. Hæc eſt ſapientia quam
Apl's loqtur inter ꝑfectos, abſcondita in
myſterio: quam nemo principum ſeculi 1. Cor. 2.
huius cognouit. Sic me Apoſtoli & uiue-
re & cōſcendere docuerunt. Gratias tibi
dñe Ieſu, qui abſcōdiſti hęc à ſapientibus
& prudentibus, & reuelaſti ea paruulis
iſtis qui te ſecuti ſunt: & reliquerunt om-
nia propter nomen tuum.

In eadem ſolennitate. *Sermo.* II.

SAncti iſti quorꝝ ſolēnis hodie paſ
ſio celebrat̃, multam nobis de ſe
loquendi cauſam, multam quoq;
materiā prębuere. Verꝝ ego unum timeo:
ne toties audita uerba ſalutis, uileſcere no
bis incipiant tanq̃ uerba. Vilis ſiquidem
& uolatilis res uerbū hoīs, nullius molis,
nullius ponderis, nullius pretij, nullius ſoli
ditatis. Aerem uerberat, unde & uerbum
dicit̃: & ſicut folium qđ uēto rapit̃, effluit,
& non eſt qui cōſideret. Nemo ueſtrū fra
tres ſic accipiat: imò nemo ſic deſpiciat
uerbum Dei. Dico. n. uobis: bonū illi fuiſ-
ſet, ſi non audiſſet homo ille. Fructus uitæ
ſunt uerba Dei, non folia: & ſi folia, ſed au
rea ſunt. Proinde non paruipendant̃, non
ꝑtranſeant, non præteruolent. Ipſa quoq;
colligite fragmenta ne pereant. Terra. n.
quæ ſæpius ſuperuenientē ſuſceperit im-
brem, & non fecerit fructū, terra reproba
eſt, ꝓxima maledicto. Sic & ea quę in euā
gelio ſterilis ficulnea legitur, ſi poſtea q̃
foderit circa eam uineæ cultor, atq; miſe-
rit ſtercora, nihilominus ſterilis inuēta fue
rit: nonne iam ſecuris ad radicem illius ar-
boris eſt ponēda? Et ego dico uobis, ſi mi Lucæ 13
nus boni in ſecularibus īuenerit, maiorem
in eis dominus habiturus eſt patientiam,
quàm in nobis, quibus cœleſtium conſo-
lationum pluuiam uoluntariam ſegrega-
uit: qbus non ſarculus diſciplinæ, non pau
pertatis & uilitatis ſtercora defuerūt. An
non ſtercora ſunt abominationes Aegy-
ptiorum, quas immolamus Deo noſtro?
Stercora planè uilia ad aſpectum, ſed ad
fructum utilia. Non refugiat hanc fœdita
tem, qui fœcunditatem deſiderat. Siqui-
dem ex deformi ſtercorum aceruo, qui
portatur in agrum, formoſus ſurget acer-
uus manipulorꝝ, qui reportabit̃ ex agro.
Propterea nō uileſcat uobis utilitas p̃cio-
ſa:

ſa: ſed p̃cioſius cunctis theſauris Aegypti
Chriſti improperiū æſtimate. Verūtamē
terrenū hn̄tibus ſterqliniū, ipſa quoque
cœleſtis non deeſt pluuia: q̃ eſt orationū
deuotio, iucūda ruminatio pſalmodię, dul
cis meditatio: cōſolatio ſcripturarū. De-
niq; & hæc ipſa pluuia eſt, quā accipitis
ꝑ os meū, ſi qn̄ de flumine: cuius impetus
lætificat dei ciuitatē: & torrente uolupta
tis illius aliqua ſuper uos, dū de eis loqui
mur, ſtillicidia ſtillare contigerit. Sed ne-
ceſſe habeo interdū circunfodere, qn̄ qdē
poſuerūt me cuſtodē, & cultorē in uineis.
Heu q meā non colui, nec cuſtodiui, ne-
ceſſe habeo tn̄, dū hunc occupo locū &
circūfodere nōnunq̃, & apponere ſterco
ra. Moleſtū id qdē, ſed diſſimulare nō au
deo: ſciēs multò amplius ſecurim nocitu-
rā, q̃ ſarculū: ignem q̃ fimū. Itaq; et argue
re, & increpare interdum neceſſe eſt: nec
ignoro fimū eſſe uerbū increpatoriū, uer-
bū īproperij, & qđ ſi nō excuſet neceſſi-
tas, ipſum quoq; minus deceat ꝓferentē.
Sed qd agimus cp hoc fimo & ſi aliquos
impinguari, ſed alios planè & lapidari, et
indurari uidemus? Hinc nanq; ſcriptū eſt.
Eccli. 22. De ſtercore boū lapidabit̃ piger. An non
īpinguat̃, qui increpatus benignè accipit,
manſuetè reſpondet, libenter emendare
conat̃? Hæc planè ſalubris & fœcunda im
pinguatio eſt, ut corripiat me iuſtus in mi
ſericordia & increpet: oleū aūt peccato-
ris nō īpinguet caput meū. Ex ea ſiqdem
pinguedine quā generat oleū peccatoris
abundantius pullulāt ſpinæ & tribuli, &
oīs radix amaritudinis germinat copioſiꝰ.
Itaq; q iuſtorū increpationē miſericordiā
nominat: ſatis indicat quēadmodū ſuſci-
pienda ſit, q̃ benigno aīo, q̃ deuota mēte:
quantaq; ei gratia ſit habēda. Sic. n. acci-
pientibus nobis erit īpinguatio ſalubris,
nō fertilis uitiorū quēadmodū oleū pecca
toris: ſed fructus illius quē ſcđm Apoſto-
Roma. 6. lū habemus in ſanctificationē. Quid autē
faciamus tibi ô piger, q ad hanc miſericor
diā irritaris magis & exaſperaris? Non'ne
bonū fimū ſparſi in agro tuo? Vnde ergo
Pſalm. 10. lapides habet? Sed tu inimice hō qm̄ qui
diligit iniqtatē, odit aīam ſuām: tu inquā
inimice homo hoc feciſti: qui deſidiā tuā
nō excutere, ſed excuſare pergens fimū ti
bi ꝑuertis in lapides: & un̄ impinguari de
bueras, lapidaris. Hæc idcirco dicta ſunt
fratres, ut noueritis q̃ benignè audiendū
ſit, q̃ deuote ſuſcipiendū: q̃ ſolicitè conſer
uandū qcquid ad aīarum ſalutē ꝑtinet, &
nō ſicut uerbū hoīum: ſed ſicut (quod ue-
rè eſt) uerbum dei, ſiue illud cōſolatoriū,
ſiue commonitoriū, ſiue etiam increpato
rium audiatur. Exceſſi fateor, ipſius pro-
pemodum teſtiuitatis oblitus; ſed (ut ar-
bitror) nō ad inſipientiā uobis, ſi firmiter
inhęſerint animo quæ audiſtis. Et nunc iā
de ſolennitate ipſa uel breuiter aliqd lo-
qui tentemus. Apoſtolorum Chriſti fe-
ſtus agitur dies, quibus ſanè plurimum à
nobis honorē deberi ſcio. Sed utrum poſ-
ſit aliquis exhiberi hæſito ſatis. Nimis. n. Pſal. 138.
honorati ſunt amici tui deus: nimis cōfor
tatus eſt principatus eorū. Quid. n? Si in
terra adhuc poſiti oīa poterāt: nō qdē in
ſe, ſed in Chriſto: qd nō poterūt hodie ui-
uentes in æterna felicitate cū ipſo? Mor-
tales adhuc & morituri imperiū uitæ &
mortis uidebantur habere: ſolo nimirū
uerbo mortificantes uiuos, et mortuos ſu
ſcitātes: quātò magis nunc cum honorati
ſunt nimis: nimiſq; cōfortatus eſt principa-
tus eorū? Sed qd eſt fratres? Cum apoſto
lorꝝ beata hodie memoria celebret̃: nun-
qd natiuitatis ſeu cōuerſiōis eorꝝ, aut cer
tè uitæ, uel miracilorꝝ ſolennis agit̃ cōme
moratio? Nō eſt fratres natiuitatis huma
næ ſolennitas, ſicut paulo ante beati Ioan
nis diē natalitiū celebraſtis. Ille. n. naſcēs
honorat̃, qa naſcit̃ ſanctificatus. Deniq; ī
Ioanne ſolo celebrior eſt paſſione natiui-
tas: qa & ſi paſſus ꝓ Xp̄o eſt, cū ꝓ iuſtitia
& ueritate occubuit: euidentius tn̄ natus
ꝓ eo eſt, nimirū hō miſſus à deo q in hoc
natus eſt, & ad hoc uenit in mūdū, ut phi
beret teſtimoniū ueritati. Sed neq; cōuer
ſionē apoſtolorꝝ, aut eorum miracula ho
die recenſemus: ſicut cæteris diebus alijs,
alterius qdē conuerſio, alterius de carcere
liberatio facta ꝑ angelū feſtiuis eccleſiæ
gaudijs ad memoriā reuocat̃. Mortē ſpe-
cialius ueneraт̃: qua nihil īter hoīes huma

nō iudicio plus horret. Cōſiderate frēs ec cleſiæ ſanctæ iudiciū, ſcdm fidē, nō ſcdm faciē iudicantis. Mortem ſiqdem Apl'orꝝ in eorꝝ recolit ſolennitate præcipua. Hodie nimirum Petrus crucifixus eſt: hodie decollatus eſt Paulus. Hæc hodiernæ cauſa feſtiuitatis: hæc præſentiū materia gaudiorꝝ. In his igiť feſtum agens diem, & lætum, ſine dubio ſpiritū ſponſi habet eccleſia, ſpiritū dñi: in cuius cōſpectu (ſicut habes in pſalmo.) Precioſa eſt mors ſctōrꝝ.
Pſal. 115 Quantos.n. dum paterenť Apoſtoli credimus aſtuiſſe, qui nequaq̄ precioſis mortibus illorꝝ inuiderēt? Viſi ſunt.n. oculis inſipientiū mori, & æſtimata eſt afflictio exitus eorꝝ. Et ſic quidem uiſi ſunt oculis inſipientiū. Mihi (ait ꝓpheta) nimis honorati
Pſal. 138. ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorꝝ. Fratres amici Dei mori uidenť oculis inſipientium, ſed in oculis ſapientiū iudicanť potius obdormire. Deniq; & Lazarus dormiebat, quia amicus erat: & cum dederit dilectis ſuis ſomnū, ecce hæreditas dñi. Studeamus fratres ui uere uita iuſtorū, ſed morte eorum mori multò magis deſideremus. Sapientia.n. iuſtorꝝ nouiſſima præfert: ibi nos iudicans, ubi nos ĩuenerit. Oīno neceſſe eſt uitę præſentis finē futuræ cohærere principio, nec ibi tolerabilis diſſimilitudo eſt. Sicut.n. ſi qs duo ſibi (ut ita dixerim) cinctoria cōſuere aut colligare uoluerit: minus de reliqs partibus curans, ipſa quæ ſibi copulanda ſunt capita uniformiter parat, ne diſſideāt à ſeipſis: ita dico uobis quantūlibet extiterit cōuerſatio ſpūalis: ſi carnalis fuerit cōſummatio nr̄a, uitæ illi ſpūali penitus non cohæret, nec caro & ſanguis regnum Dei
Eccleſiaſti ci. 7. poterunt poſſidere. Fili (ait Sapiens) memorare nouiſſima tua, & nō peccabis. Nimirū q̄ hæc maximè recordatio faciat timoratū: timor expellat pctm̄, negligētia nō admittat. Hinc & Moyſes de quibuſ
Deute. 3. dam. Vtinā (ait) ſaperent & intelligerent, ac nouiſſima ꝓuiderent. In qbus utiq; uerbis tria nobis uideo cōmēdari, ſapientiā, intelligentiam, ꝓuidentiā. Arbitror ſanè tribus eas aſſignari poſſe tpibus, ut æternitati q̄dam imago reformari uideatur in nobis, præſentia moderātibus per ſapientiā, prǽterita per intelligentiā diiudicantibus, nouiſſima ꝓuidentibus ad cautelā. Hęc nēpe ſpiritalis ē exercitij ſumma: hæc forma ſtudij ſpiritalis, ut ſapiēter diſponamus pñtia nr̄a: recogitemus in amaritudine animæ nr̄æ præterita, futura quoq; ſolicitè ꝓuideamus. Sobrie & iuſte, et pie ui
Tit. 2. uamus in hoc ſeculo (ait Apl's) ut uidelicet in præſenti ſobrietas obſeruet, ut iuſta ſatisfactione preterita quę nobis ſine fructu ſalutis preteriere tp̄a redimanť, ut pietatis clypeū, iminentibus de futuro periculis opponamus. Sola eſt.n. quæ ad oīa ualet pietas, cultus.ſ. Dei humilis & deuotus, nec aliter nobis eſt prouidere nouiſſima, niſi ut uniuerſa quæ nobis ĩminere uidenť pericula, ſedula nobiſcū cogitatione uerſantes, diſcamus de nr̄a oīno īduſtria: magis aūt de nr̄is diffidere meritis, & ſoli diuinæ nos ꝓtectioni cōmittere pio quodam mētis affectu pię intētionis in ipſum, cuius datum optimū, & donū pfectū eſt, cōſummatio felix, & mors pretioſa. Habes in euāgelio tria hæc ipſo tibi ſermone dñi cōmendata. Beati (inqt) paupes, bea
Matt. 5. ti mites, beati qui lugent. Beati qui futura ſapiūt, prę deſiderio cœleſtiū interno quodā ſapore mētis, pñtia reſpuentes. Beati q̄ nouiſſima ꝓuidēt: in māſuetudine ſuſcipientes inſitū uerbū qd' eorꝝ ſaluare aīas pōt, & pietate cordis ad futurā tendunt hæreditatē. Beati qui priſtinū intelligentes errorem, crebris lauant lachrymis lectum ſuū. Vides qd optat uir ſanctus, quid obtinere cupit eis pro qbus orat. Vtinā (inqt) ſaperent & intelligerēt, ac nouiſſima ꝓuiderent. Ac ſi manifeſtius dicat, utinā eſſet in eis ſpūs ſapientiæ & intelligentiæ & cōſilij. Vtinā hæc ĩ nobis īueniant fratres, ut ſuauiter oīa nr̄a per ſapientiā diſponamus, ut ītellectu pterita pcta dānemus, ut ꝓuideamus futura cōſilio. Vtinā ſapiamus ad pñtis uitę moderationē: utinā intelligam⁹ ad pteritę correptionē, utinā deuota in deū fide ꝓuideam⁹, ut felicē hēamus (ipſo miſerāte) cōſummationē. Hic.n eſt funiculus triplex quo trahimur ad ſalutē, ordinata cōuerſatio, rectū iudiciū, fides deuota.

Item in ſolennitate eorundem, de lectione libri Sapientiæ: Hi ſunt uiri miſericordiæ. Sermo. III.

Erito fratres Apoſtolis ſanctis at tribuit mater eccleſia, qd' in ſapiē
Eccleſiaſti ci. 44. tiæ libris legiť. Hi ſunt uiri miſericordiæ, quorꝝ iuſtitię obliuionē non acceperunt, cum ſemine eorꝝ ꝑmanent bona. Sunt.n. hi planè uiri miſericordiæ, ſiue qa miſericordiā cōſequuti, ſiue qa miſericordia pleni, ſeu qa miſericorditer à Deo nobis donati ſunt. Et uide quā miſericordiā conſecuti ſunt. Paulū interroga de ſeipſo,
1. Timot. 1. uel magis ſpōte confitentē auſculta. Qui fui blaſphemus & perſecutor & iniquus: ſed miſericordiā conſecutus ſum. Quis.n. non audiuit quāta mala fecerit ſanctis in Hierl'm? Nec ſolum in Hierl'm, ſed & per totam Iudæā inſaniæ ferebať habenis, ut Chriſti membra laniaret in terris. Deniq; hac furia uectus ibat, ſed præuentus à gr̄a eſt. Ibat ſpirans minarꝝ, & cædis in diſcipulos dñi, & diſcipulus dñi factus eſt: cui oſtenderet quanta eū oporteret pro noīe ipſius pati. Ibat dirum toto corpore uirus exhalans, & ſubito in electionis uas mutatus eſt, ut iam cor illius eructuaret uer-
Actu. 9. bum bonū, uerbū pium, & diceret: Dñe
1. Timot. 1. qd me uis facere? Hæc utiq; hęc mutatio dexteræ excelſi. Meritò ꝓinde loquebať. Fidelis ſermo & omni acceptiōe dignus: q̄m dñs Ieſus uenit pctōres ſaluos facere: quorꝝ prim⁹ ego ſum. Hoc ergo apud beatum Paulum fiduciæ & cōſolationis accipite fratres, ut ad dñm iam conuerſos, nō nimis cruciet præteritorꝝ cōſcientia delictorꝝ: ſed tantū humiliet uos ſicut et ipm.
1. Cor. 15. Ego ſum, inquit, minimus aplorꝝ, qui non ſum dignus uocari apl's: qa pſecutus ſum eccleſiam Dei. Ita & nos humiliemur ſub potenti manu Dei: & fiduciā habeamus, qa & nos miſericordiam cōſecuti ſumus, abluti ſumus, ſanctificati ſumus. Et hoc qdem oīb⁹ nobis: q̄m omnes peccauimus, & egemus hac gloria Dei. Verum apud beatum Petrū aliud habeo qd' apponā, eo charius quo rarius, & quo ſingularius eo ſublimius. Nam peccauit Paulus, ſed ignorans fecit in incredulitate ſua. Petrus cum cecidit apertos habebat oculos. Porrò ubi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia. Eorum ſiquidem qui peccāt anteq̄ Deum nouerint: anteq̄ miſerationes eius experti ſint, anteq̄ portauerint iugum ſuaue & onus leue: priuſquam deuotionis gratiam, & cōſolationes acceperint ſpiritus ſancti: eorꝝ inquā copioſa redemptio eſt, & tales omnes nos fuimus. At eorꝝ qui poſt cōuerſionem ſuā peccātis, & uitijs implicanť ingrati acceptę gratiæ: & poſt miſſam manū ad aratrū retro reſpiciūt tepidi & carnales facti: aut poſt agnitā uiam ueritatis retro eunt apoſtatę manifeſti: eorꝝ utiq; perpaucos inuenias, qui poſt hęc redeant in gradū priſtinum: ſed magis in ſordibus poſiti ſordeſcāt adhuc. Super quos ꝓpheta deplorat. Quō Thren. 4.
obſcuratum eſt aurum, īquit, mutatus eſt color optimus: & qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora? Nec tñ ſiqs huiuſmodi eſt deſperamus de eo, tantum ut reſurgere uelit cito. Quanto.n. diutius permanebit, tanto euadet difficilius. Beatus uerò q tenebit & allidet paruulos Babylonis ad petrā. Etenim ſi creuerint, uix poterunt ſuperari. Filioli hæc dico ut non peccetis: ſed & ſiquis peccauerit, aduocatum habemus apud patrē, qui poteſt qd' nos minime poſſumus: tātum qui cecidit nō adijciat in malum ut ꝓfundius cadat, ſed magis ut reſurgat, cōfidens quòd nec ei negabitur uenia: ſi tamen ex corde confiteatur peccata ſua. Si enim is de quo loquimur Petrus poſt tam grauem lapſum ad tantam redijt eminentiam ſanctitatis: quis de cætero deſperet ſi tantum egredi uoluerit à peccatis? Attende quod ſcri- Matt. 26.
ptum eſt. Egreſſus foras fleuit amare. In egreſſu confeſſionem oris: in amaro fletu compūctionē cordis intellige. Et attende quòd tunc primum recordatus eſt uerbi quod dixerat Ieſus: tūc primum cordi fuit uerbum quo prædicta fuerat eius infirmitas: cum euanuit pręſumpta temeritas. Vę tibi qui poſt lapſum fortiorē te nobis exhibes. Vt quid tam rigidus es in tuā ipſius perniciē? Inclinare potius ut melius erigaris, & ne ꝓhibeas frāgi qd' diſtortum eſt,

ut poſſit melius ſolidari. Quid indignaris
Pſal.97. increpãti gallo? tibi potius indignare. Plu
uiã uoluntariã (ait Pſalmiſta) ſegregabis
deus hæreditati tuæ, & infirma eſt. Bona
īfirmitas q̃ ſegregat hęreditati, q̃ medicũ
non repellit. Induratos.n. tanq̃ uas figuli ī
uirga ferrea cõteret, & hæreditas infirma
Vbi ſupra ta eſt ait, tu uerò p̱feciſti eã. Audiſtis cer-
tè quã miſericordiã conſequuti ſint Apo-
ſtoli noſtri: ut iam nemo ex uobis ſup̱ pec
catis p̃teritis ultra quã neceſſe ſit confun-
dat, in cubili conſcientiæ ſuæ cõpunctus.
Quid.n.? Fortè peccaſti in ſeculo. Nunq̇d
amplius Paulo? Quòd ſi & ipſa in religio
ne, nunq̇d plus Petro? Attamẽ illi in toto
corde pœnitentiã agentes, nõ mõ ſalutẽ,
ſed & ſanctitatẽ conſequuti ſunt: ẽt & ſa-
lutis miniſteriũ et magiſteriũ adepti ſunt
ſanctitatis. Et tu ergo fac ſimiliter, q̃m ꝓ-
Eccli.46. pter te ſcriptura loquitur. Viros illos eſſe
miſericordiæ: utiq; propter multam miſe
ricordiã quã conſequi meruerunt. Potes
tñ in hoc uerbo ẽt illud non inconuenien-
ter accipere uiros miſericordiæ fuiſſe Apo
ſtolos. i. plenos miſericordia, ſeu uiros mi
ſericordiæ datos eccleſiæ uniuerſæ. Sci-
mus.n. ꝙ uiri iſti, nec ſibi uixere, nec ſibi
mortui ſunt: ſed ei q ꝓ ipſis mortuus eſt:
magis aũt nobis oĩbus ꝓpter illũ. Quan-
tum.n. proderit nobis eorum iuſtitia: quã
do ipſa quoq; ſicut oſtenſum eſt, tantum
profuere peccata? Pro nobis facit eorũ ui
ta, eorũ doctrina, ẽt & mors ipſa. Etenim
in cõuerſatione cõtinentiã, in p̃dicatione
ſapientiam, in paſſione ſua patientiam no
bis beati Apoſtoli contulerunt. Quartũ
uſq; hodie conferre non ceſſant miſericor
dia pleni, quod eſt ſanctarũ fructus oratio
nũ. Quanuis & in ipſa eorũ uita adhuc in
uenias quod adnumeres, fiduciam. ſ. quã
nobis miraculorũ exhibitione p̃buerunt.
Et quis enumeret quã multa nobis ꝑ eos
beneficia prouenerunt? Bene ergo de eis
ſcriptura loquit̃: q̃m hi ſunt uiri miſericor
diæ. Et addidit. Quorũ iuſtitiæ obliuionẽ
non acceperũt. Vis ut nec tua accipiat ob
liuionẽ? A triplici caue p̃iculo: & florebit
in æternũ ante dñm. Legis.n. q̃a tepidus
es: incipiã te euomere ex ore meo. Legis,
ſi auerterit ſe iuſtus à iuſtitia ſua, & cæte- *Apoca.3.*
ra. Omnium iuſtitiarum eius non recor- *Ezech.*
dabor. Legis quibuſdam dicendum in iu *Matt.7.*
dicio, non noui uos: illis ſine dubio qui re
ceperunt mercedẽ ſuam. Ergo omnis iu-
ſtitia tepida: omnis tranſitoria, omnis uẽ
dita erit in obliuionem corã deo. Sed non
ita apoſtolorum iuſtitię, quòd ex eo ſatis
apparet quod ſequitur. Cum ſemine eo-
rum permanent bona. Manent enim uſq;
hodie in nobis apoſtolorum ueſtigia, &
eorum religio: quia ex deo eſt, nõ poteſt
diſſolui. Veſtes Iſraelitici populi quadra
ginta annis in deſerto perſeuerauerunt
integræ: multo magis apoſtolorum ue-
ſtes ſuper iumentum ſaluatoris impoſitę.
Cum ſemine (inquit) eorum. Quod eſt ſe-
men, quia ſequutus adiungit, Hæreditas
ſancta nepotes eorũ. Iidem profecto et ſe
men ſunt, & nepotes. Meminiſtis credo
(ſcientibus enim legem loquor) memini-
ſtis inquam legalis mãdati, ut ſuſcitet fra
ter ſuperſtes ſemen fratri defuncto ſine ſe
mine. Quis ſine ſemine? Singulariter ait, *Pſal.*
ego ſum donec tranſeã. Ideoq; reſurgens, *Ioan.*
Vade (inquit) dic fratribus meis. Ac ſi di-
cat. Fratres ſunt, faciant quod fratres. Er-
go per euangelium ipſi nos genuerũt: nõ
tamen ſibi, ſed Chriſto, quia per euange-
lium Chriſti. Hinc eſt quod moleſte tulit
Paulus quoſdam eorum dici à quibus ge
niti fuerant per euangelium: indignãs ad-
uerſus eos qui dicebant: Ego ſum Pauli,
ego ſum Cephę, ego Apollo: Chriſti ma-
gis omnes & fieri uolens & dici. Itaq; ſe-
men apoſtolorum ſumus per prædicatio *1.Cor.*
nem, ſed per adoptionem & hæreditatẽ
ſemen Chriſti, & apoſtolorum nepotes.

De Dauid & Golia, & quinque lapidibus. Ser.

Vdiuimus ex libro Regum Go- *1.Reg.*
a liam uirum procerę ſtaturæ, præ-
ſumentè ſuper multa fortitudine
& magnitudine corporis ſui: uociferantẽ
aduerſus phalangas Iſrael, & prouocan-
tem eas ad ſingulare certamen. Audiui-
mus etiam à deo ſuſcitatum ſpiritum pue
ri iunioris, ut indigne ferret uirum ſpuriũ
& incircunciſum caſtris Iſrael, & dei ſum
mi exprobrantem agminibus. Specta-
uimus

uimus procedentem adoleſcentulum in
funda & lapide aduerſus monſtruoſę ma
gnitudinis hominem, loricatũ & clypeo
protectum ac galea, cęteriſq; terribilem
militaribus armis: ſiqua in nobis erant ui
ſcera pietatis, non potuimus non timere
ſic ineunti conflictũ, non congaudere uin
centi. Laudauimus magnanimitatẽ par-
uuli ꝙ comederet aĩam eius zelus dom9
dei, & opprobria exprobrantiũ ei à ſe nõ
duceret aliena, ſed tanq; ad propriã mo-
ueretur iniuriã, & doleret ſuper contritio
ne Ioſeph. Mirati ſumus tãtã in adoleſcẽ
te fiduciã, fiduciam quanta non inueniret̃
in uniuerſo Iſraele. Collatã deniq; cœlit9
uictoriã, & diuina manifeſte patratã uir-
tute, tam læti ſuſcepimus, q̃ ſoliciti certa
men expectauimus, armati fidè paruuli,
& gloriantis propria in uirtute gigantis.
Iã ſi ſpiritalẽ ſecũdũ apoſtoli teſtimoniũ
legem eſſe non ignoramus, & ſcriptã eſſe
ꝑꝑ nos, non ſolũ exterioris ſup̱ficiei oble
ctandos aſpectu, ſed interiorꝶ quoq; ſen
ſuũ guſtu tanq; medulla tritici ſatiãdos,
conſiderandũ nobis eſt quiſnam uideat̃
iſte Golias, q populo dei iã repromiſſio-
nis terrã ingreſſo, iãq; multis ex hoſtibus
triumphanti, ſolus exprobrare pręſumit,
elatus & inflatus ſpiritu carnis ſuæ. Cre-
do.n. non incongrue in ſuperbo hoĩe ſup̱-
biæ uitiũ deſignari. Ipſum nãq; eſt pecca
tum maximũ, q̃d dei populo magis inſul
tat, & inſurgit ſpecialiter aduerſus eos q
cætera iã uideantur uiciſſe peccata. Hinc
eſt q̃d prouocat ad ſingulare certamen
tanq; cæteris iã ſubactis. Nã & Philiſtæi
illo in tp̱e timebant oĩno aduerſus Iſrael
inire conflictũ, niſi q̃d de Golia enormis
magnitudinis uiro eorꝶ fiducia tota pen-
debat. Vnde.n. eiuſmodi aĩam ſup̱bia ten
tet: quam ſibi ſubiugauit inuidia, ſeu tepi
ditas ea, q̃ ſolet dei uomitũ ꝓuocare, aut
pigritia q̃ facit ut boum ſtercoribus lapi
det? Vnde inquã ei ſuperbia, unde extollẽ
tia oculorꝶ, cui adeo cætera uitia dñant̃,
ut dĳudicari ſe ab uniuerſis tanq; male ſi-
bi conſcius arbitret̃? Quis deniq; niſi ma
nu fortis, q cætera iam ſibi potẽti uirtute
uitia ſubiugauit, aduerſus nequiſſimũ ſu-
perbiæ uitiũ dimicaturus accedat? Proce
dat, inq̇t, Dauid manu fortis, q̃m non eſt
uincere tm̃ hoſtẽ, niſi in manu forti. Arme
tur ipſe cõtra Goliã, qui & urſum uicerit
& leonẽ. Videat ſanè utrũ Saulis ei arma
poſſint prodeſſe, utrũ ſeculari ſapiẽtia &
philoſophicis traditionibus ſeu ẽt diuina
rũ ſuperficie ſcripturarũ, quam nimirũ oc
cidentẽ literã uocat apl's, uideat inquam *1.Cor.3.*
utrũ his armis debellare ſup̱biã, utrũ hac
uia humilitatẽ app̄hendere poſſit: ut one
rari ſeſe magis q̃ roborari ſentiens hmõi
arma atq; ĩpedimenta proĳciat, iactans
oĩno cogitatũ ſuum in dño, & de propria
penit9 deſperãs induſtria, ſola fide arma-
tus non reputet Goliæ ꝓceritatẽ: ne fortè
magnitudinis ei9 mole premat̃, ſed poti9
pſallat ſpiritu, pſallat & mente. Dñs, in- *Thren.3.*
quiens, defenſor uitæ meæ &c. Nã & Pe *Matth.14.*
trus dum nec uentorꝶ uiolẽtiã, nec maris
profundũ, corporiſq; põdus cõſideraret
in uerbo dñi iactans ſemetipſum, nec pe-
rire potuit nec timere. At ubi uidit uentũ
ualidũ uenientẽ, timuit: ipſoq; timore ꝓti
nus mergi cœpit. Simile aliq̇d etiam nũc
athletæ noſtro rex Saul ſuadere tentat.
Non potes (inquiens) reſiſtere Philiſtæo *1.Reg.17.*
iſti: nec pugnare aduerſus eũ q̃m puer es,
hic autẽ uir bellator ab adoleſcentia ſua.
Veruntñ nõ acquieſcit ille tale aliq̇d me-
ditari, ſed p̃ſumens de uirtute eius, cuius
auxilio priora certamina iã uiciſſet, acce-
dit intrepid9. Colligit igit̃ (abiectis armis
Saulis) quinq; lapides de torrẽte, quos ni
mirꝶ (cũ leuia queq; tolleret) leuigare tor
rẽs potuit, ſed nõ ẽt tollere ſecũ. Torrens
q̇ppe quẽ ptrãſeat aĩa nr̃a ſeculũ p̃ſens ẽ,
ſcriptura teſte. Q̃m generatio aduenit & *Eccli.1.*
generatio p̃terit, tanq̃ tumens undę undã *Eſa.40.*
impellens. Quia ergo oĩs caro fœnum &
oĩs gloria eius tanq; flos agri, hmõi leuia
facile ſecum trahit torrens inundans: uer
bum aũt dñi nullis fluctibus cedens, ma-
net in ęternum. Arbitror proinde non in-
congrue quinq; lapidibus iſtis, quinque-
pertitum uerbũ intelligi, cõminationis,
promiſſionis, dilectionis, imitationis, &
orationis. Horꝶ q̇ppe uerborꝶ late patẽs
copia ĩ diuinarũ reperitur ſerie ſcriptura-

rum. Et fortè ipſa ſunt quinq; uerba quo- [1. Corin. 7.] rum meminit Paulus, malens quinq; uerba loqui in ſenſu, q̃ decē milia in lingua. Præterit.n. figura huius mundi, & iuxta aliud teſtimoniū. Et mūdus tranſit et cō- [1. Io n.] cupiſcentia eius. Hæc aūt uerba tranſeunte mundo non modo manēt, uerumetiā leuigant̄ magis, dū pertranſeuntibus pluribus multiplex eſt ſcientia. Iam uerò collectos iſtos lapides cōtra ſuperbiæ ſpūm dimicaturus Dauid in uaſe memoriæ ſuæ reponat, conſiderans quanta nobis comminet̄ Deus, quanta promittat, quātam nobis exhibeat charitatē, & q̃ multa nobis ſanctitatis exēpla ꝓponat: quēadmodum deniq; orationū nobis ubiq; cōmendet inſtātiam. Hos inquam lapides ſecū tollat, quiſquis ſuperbiæ uitiū debellare feſtinat, ut quoties uenenatū audet erigere caput quibuslibet ex his lapidibus manu cogitationis ei occurrat, percuſſus in frōte Golias deijciat̄, opertus confuſiōe. In quo ſanè conflictu funda quoq; neceſſaria eſt lōganimitatis formā habēs, quā huic maximè certamini nulla rōne deeſſe neceſſe eſt. Quoties ergo uanitatis cogitatio mētē pulſat, ſi intimo cordis affectu diuinas expaueſcere cœperis cōminationes, ſeu ꝓmiſſiones eius deſiderare, nō ſuſtinet Golias utriuslibet lapidis iactum, ſed reprimit̄ illico tumor oīs. Qđ ſi uenerit in mentē dilectio illa tam ineffabilis, quā tibi deus maieſtatis exhibuit, an non illico iardeſcēs ad charitatē prorſus abominari incipis & abijcere uanitatē? Sic & exēpla ſanctoꝝ ſi diligenti tibi cōſideratione proponas, erit ſine dubio ad reprimendā elationē cogitatio iſta perutilis. Iā uerò ſi fortè inſurgente ſubito elatione nihil ex his q̃ diximus apprehendere querit manus tua, toto feruore, ad eā cōuertere q̃ ſola reſtat orōnem, & continuo quē eleuatū uideras & exaltatū ſicut cedros Libani ſubuerſus ipius iā non erit. Sed q̃ras fortaſſe quēadmodū ſuo ipſi⁹ gladio Goliē poſſis abſcindere caput, id.n. tanto tibi iucundius, quāto moleſtius hoſti. Dico breuiter, qm̃ expertis loquor, & q faciIe capiant & aduertant ſine mora, qđ in ſemetipſis crebro ſentiunt actitari. Quoties te prouocante uanitate ad recordationem cōminationis diuinæ ſeu ꝓmiſſionis aut cæteroꝝ quæ ſupra diximus confundi cœperis & erubeſcere, deuictus eſt quidem Golias, ſed forſitan adhuc uiuit. Accede itaq; propius ne fortè reſurgat, et ſtans ſuper eū mucrone proprio caput eius abſcinde, de ea ipſa q̃ te appetit uanitate perimens uanitatē. Elata ſiquidē cogitatione pulſatus, ſi ex ea ipſa materiam & occaſionem ſumas humilitatis, quo nimiꝝ humilius deinceps & abiectius tāq̃ de ſuperbo homine ſentias de teipſo: Goliam utiq; Goliæ gladio peremiſti.

De euangelica lectione, ubi ſuſtinens dominum ſeptē panibus turba reficitur. Ser. I.

Miſereor ſuper turbā, quia iam triduo ſuſtinent me, nec habent qđ manducent. [Matth. 15.] Euāgeliū fratres ob hoc ſcriptū eſt ut legat̄: nec ob aliud legitur quàm ut rationabilem conſolationē uel deſolationē exinde capiamus. Eſt.n. ſecularibus cōſolatio uana, de terrenarum affluentia reꝝ, uana nihilominus de eaꝝ penuria deſolatio. At euangeliū ſpeculū ueritatis nemini blanditur, nullum ſeducit, talē in eo ſe quiſq; reperiet qualis fuerit, ut nec ibi timore trepidet ubi non eſt timor: nec lætet̄ cū male fecerit. Sed quid dicit ſcriptura? Siqs auditor eſt uerbi & [Iaco. 1.] non factor, hic comparatur uiro conſiderāti uultū natiuitatis ſuæ in ſpeculo. Cōſiderauit.n. ſe & abijt & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Nos aūt fratres nō ſic obſecro non ſic, ſed cōſideremus noſmetipſos in ea quam audiuimus ſacri euangelij lectione, ut ꝓficiamus ex ea, & corrigam⁹ ſecundū eam ſiqua in nobis deprehendimus corrigenda. Propter hoc.n. optat ꝓ- [Pſal. 5.] pheta dirigi uias ſuas, ad cuſtodiēdas iu- [Pſal. 118.] ſtificationes dñi. Tunc inquiens nō confundar, cū perſpexero in oībus mandatis tuis. Et ego quidem non confundor, ſed glorior pro uobis fratres mei, qm̃ ſaluatorem in deſerto ſequuti exiſtis ad eū extra caſtra: ſed uereor nequis forte in triduana expectatione puſillanimis inueniatur, et in Aegyptum ſeculi hujus nequam

uel corde uel etiam & corpore reuertat̄. [Pſal. 26.] Meritò proinde clamat diuina ſcriptura et dicit. Expecta dñm, uiriliter age, et cōfortetur cor tuū, et ſuſtine dñm. Sed quādiu neceſſe ē ſuſtinere? Prorſus donec miſereatur tui. Quæris qñ? Miſereor, inquit, ſuper turbam, quia iam triduo ſuſtinent me. Viam.n. trium dierum eas neceſſe eſt in deſerto, ſi gratū deo tuo offerre uolueris ſacrificium, & triduo ſuſtineas ſaluatorem, ſi miraculi panibus deſideras ſatiari. Prima eſt dies timoris, dies in quā declarans & illuminans tenebras tuas, interiores.ſ. & horrendum gehennæ ſupplicium demonſtrans: in quo ſunt tenebræ exteriores, huiuſcemodi ſiquidem cogitatio ſicut ipſi noſtis, noſtræ ſolet exercere primordia conuerſionis. Secūda eſt pietatis dies, qua reſpiramus in luce miſerationū dei. Tertia dies eſt ratiōis, in qua ueritas innoteſcit, ut tanq; ex debito quodam naturæ ſine aliqua contradictione, creatori ſubiecta ſit creatura, ſeruus ſeruiat redemptori. Ex hinc iubemur iam diſcūbere ut charitas ordinet̄ in nobis, ex hinc aperit dñs manum ſuam, & implet oē aīal benedictiōe. Verū qm̃ apoſtolis dicitur, facite hoīes diſcumbere, quorum nos, (licet ad confuſionē noſtrā) habetis uicarios qualeſcunq;, diſcūbere uos admonemus fratres chariſſimi, ut refecti pane bñdictiōis ſubſiſtere poſſitis ī uia: ne forte miſera neceſſitate compulſi deſcendatis & uos in Aegyptū, & incipiant uobis illudere qui necdū uobiſcū in deſerto ſequuti ſunt ſaluatorem. Miſeri ſanè & ipſi qui nō exiere cū exeuntibus, ſed planè miſerabiliores oībus hoībus, qui profecti quidē cū alijs, ſed non cum alijs ſunt refecti. Porrò ſi qui fuere qui diſcumbētibus alijs poſt dumeta ſeu diuerſoria quæuis abſcōditi latuere, hoīes eiuſmodi ieiunos uacuosq; remanſiſſe quis neſciat? Sic & eos nihilominus qui leuitate & curioſitate ducti, circunquaq; uagantes minime reſederunt, aut qui reſederunt quidem, ſed non in ordine nec in numero cæteroꝝ. Hortamur ꝓinde charitatem ueſtrā, & paſtorali ſolicitudine admonemus nequis ex uobis inueniat̄ angulos amare, ſectari latebras, quærere diuerticula: qm̃ q male agit odit lucem, et non uenit ad lucē ut nō arguātur opera eius. Sed nec inueniantur in nobis qui circunferantur omni uento doctrinæ, inſtabiles & inquieti, nihil in ſe ſoliditatis, nihil grauitatis habentes, tanq; puluis quem proijcit uentus à facie terrę. Nā de his quid dicam quorum manus cōtra oēs, & manus oīum contra ipſos? Hi ſunt [1. Corin. 12.] qui ſeparant ſemetipſos, aīales, ſpūm nō habentes: qm̃ nemo in ſpiritu dei loquēs dicit anathema Ieſu. Nequiſſima planè et pernicioſiſſima peſtis: qm̃ uniuerſos uni⁹ obſtinatio turbat, & fit oībus diſcordiæ fomes, materia ſcandalorum. Deniq; ꝓphetam audi, qui de uinea dñi loquens. Singularis, inquit, ferus depaſtus eſt eā. [Pſal. 79.] Pro huiuſmodi rogo & obſecro uos fratres mei fugite ſimulationem omnem & angelos propriæ uolūtatis, fugite inquietudinem & ſpiritum leuitatis, fugite obſtinationem, & nequiſſimum uitium ſingularitatis, niſi forte (qđ abſit) fraudare uultis animas ueſtras panis edulio benedicti. Iam uerò ne lōgius protraham uos, ſeptē panes quibus reficiamini iſti ſunt. Primus panis uerbum dei in quo uita ho- [Lucæ. 4.] minis eſt, ſicut & ipſe teſtatur. Secundus panis obedientia eſt, qm̃ meus cibus eſt, inquit, ut faciam uoluntatē eius qui miſit [Ioan. 4.] me. Tertius panis meditatio ſancta, de qua ſcriptum eſt. Cogitatio ſancta cōſeruabit te. Et quæ alio in loco nominari uidetur panis uitæ & intellectus. Quartus panis orantium lachrymæ. Quintus uerò [Ioan. 6.] pœnitentię labor eſt. Nec mireris q laborem aut lachrymas panem dixerim, niſi forte excidit tibi qđ in propheta legiſti. Cibabis nos pane lachrymarum. et item [Pſal. 79.] in alio pſalmo. Labores, inquit, manuum [Pſal. 129.] tuarum quia manducabis, beatus es & bene tibi erit. Sextus panis eſt iucunda unanimitas ſocialis, panis inquam ex diuerſis granis confectus, fermētatus utiq; ſapiētia dei. Porrò ſeptimus panis eſt eu- [Ioan. 6.] chariſtia, qm̃ panis, inquit, quem ego do, caro mea eſt pro mundi uita.

De ſeptem miſericordijs. Sermo ſecundus. Vnde ſupra.

Pſal. 88. m Iſericordias dñi in æternum cantabo. Vt quid.n.mihi inſipiens neſcio q̃ cogitatio de pœnitẽtiæ huius onere murmurat, ut aggrauet illud ſuꝑ ceruicẽ meã? Aliud onus ſentio, ſuauius quidem, ſed utiq; multo maius. Sic.n. onerat me miſerationibus ſuis deus, ſic cõcludit, ſic obruit beneficijs ſuis ut onus aliud ſentire nõ poſſim. Quid.n. retribuam dño pro oĩbus quæ retribuit mihi? Tanta tribuit & tanta retribuit, & tu mihi de alio onere loqueris? Deficit ſpũs meus, prorſus deficit in tanta beneficioꝝ conſideratione. Et licet dignas nõ ſufficiam gratias agere, ſed ingratitudinẽ prorſus odit aĩa mea. Peremptoria ſiquidẽ res eſt ingratitudo, hoſtis gratiæ, inimica ſalutis. Dico ego uobis, q̃m pro meo ſapere nihil ita diſplicet deo præſertim in filijs gratię, in hominibus conuerſionis, quẽadmodum ingratitudo. Vias.n. obſtruit gratię, & ubi fuerit illa, iam gratia acceſſum non inuenit, locũ non habet. Hinc mihi fratres triſtitia magna, & dolor cõtinuus eſt cordi meo, quod nonnullos tam pronos ad leuitatẽ, ad riſum, & ad ſcurrilia uerba tam faciles uideo: ut pertimeſcã ualde ne fortè pluſq̃ expediat diuinę miſericordię ſint ĩmemores & ingrati tã multis beneficijs ſuis, aliqñ deſerantur à gratia quã non ut gratiam ueneranť. Nam de eo quid dicã, q in murmure & ĩpatiẽtia obſtinato ꝑdurat aĩo, aut quem pœnitet adhæſiſſe deo, & contra morẽ & contra rõnem bonum factũ pœnitentia comitať, qui ſine dubio miſerationibus Dei, non modo nõ habet gratiã ſed contumeliam reddit? Oĩno.n. quantũ in ſe eſt parum honorat eũ à quo uocatus eſt, quiſquis ei ſeruit ĩ triſtitia & rancore, ſi tñ ſeruire ei quis põt in ea triſtitia quæ ſecũdum carnẽ eſt & mortẽ operatur. Putas ergo quia maior illi deť gr̃a, & non magis ẽt quod uideť habere auferatur ab eo? Nõne.n. iure perditũ reputatur, qđ ingrato donatum ẽ? Aut dediſſe

Nota. non pœnitet, qđ perijſſe uideť? Oportet proinde gratum eſſe hoĩem & deuotum, qui percepta gratiæ munera, non modo manere ſibi deſideret ſed et multiplicari. Nemo ſanè eſt qui non facile ſi quærit inueniat, unde plurimum ſit obnoxius deo, q̃m non eſt qui ſe abſcõdat à calore eius. Sed nos maxime, quos ſegregauit ſibi, & aſſumpſit ad ſeruiendum ſibi ſoli, ſi iuxta apoſtolum. Non accepimus ſpũm huius Roma. 8 mundi, ſed ſpũm qui ex deo eſt: ut ſciamꝰ quæ à deo donata ſunt nobis: oĩno plurima inueniemus, unde cõtinuas ei gratias agere debeamus. Quis.n. in nobis eſt qui non confiteri poſſit, q̃m miſericordia tua magna eſt ſuper me? Itaq; de tanta multitudine miſerationum dñi, uobis breuiter aliquas proponere uelim, ut q ſapiẽs eſt, occaſione accepta ſapientior fiat. Septẽ ergo in me uideo miſericordias dñi, quas et uoſipſi credo facile inuenietis in uobis. Prima eſt qđ à multis peccatis adhuc in ſeculo poſitũ cuſtodiuit, prima inquã nõ inter oẽs quas mihi ĩpẽdit, ſed prima inter has ſeptẽ. Quis.n. non uideat qđ ſicut in multis cecidi, ſic & in alia poteram cecidiſſe peccata, niſi oĩpotentis pietas cõſeruaſſet? Fateor & fatebor, niſi quia dñs adiuuit me, paulominus cecidiſſet in omne peccatũ aĩa mea. Et hæc quãta dignatio pietatis, quod ingratũ & paruipendẽtem ſic gratia conſeruabat, qđ in multis contrariũ & contemnentẽ, nihilominus ab alijs benigniſſime protegebat? At ſecũda miſeratio tua ſuper me dñe, quonã poterit explicari ſermone, q̃ benigna, q̃ liberalis, quãq; gratuita fuerit? Ego peccabã, & tu diſſimulabas. Non continebã à ſcelerib9, & tu à uerberib9 abſtinebas. Prolongabã ego multo tꝑe iniquitatem meam, & tu dñe pietatem tuã. Sed quid prodeſſet expectatio, niſi ſequereť pœnitudo? Cumulus eſſet dãnationis dicente Dño. Hęc feciſti & tacui. Tertia proinde Pſal. 49. miſeratio fuit, quod uiſitauit cor meũ & ĩmutauit, ut amara fierent q̃ male dulcia prius erant: qui lætabar cũ malefacerẽ et exultabã in rebus peſſimis, ĩciperem demũ recogitare ei annos meos in amaritudine aĩę meæ. Et nũc dñe cõmouiſti terrã cordis mei & cõturbaſti eã, ſana cõtritio

nes eius, quia cõmota eſt. Multi.n. pœnitentia ducti ſunt ſed infructuoſa, q̃m pœnitentia eoꝝ reprobata eſt, ſicut & prior culpa. Itaq; & hæc miſeratio quarta fuit, q̃ pœnitentem miſericorditer ſuſcepiſti, ut in eoꝝ numero inuenirer, de q̃bus pſal

Pſal. 31. miſta: Beati, inquit, quoꝝ remiſſę ſunt iniquitates. Sequitur miſericordia quinta, ꝑ quam mihi continendi deinceps & emẽdatius uiuendi præſtitiſti uirtutem ne recidiuũ paterer, & eſſet nouiſſimus error peior priore. Oĩno.n. manifeſte tuę ẽ (dñe deus) & non humanę uirtutis, ſuſceptum ſemel peccati iugũ à ceruicib9 excutere, q̃m oĩs qui facit peccatũ ſeruus eſt peccati: nec eſt liberari niſi in manu forti. Iã uerò poſtq̃ in his quinq; miſerationibus à malo liberaueris, ut fiat qđ ſcriptum eſt.

Pſal. 36. Declina à malo & fac bonũ, in duabus alijs bona largiris. Hæ duæ ſunt gr̃a ꝓmerendi, qua uidelicet munus bonæ cõuerſationis indulges: & ſpes obtinẽdi, qua donas homini indigno & peccatori de tua toties experta bonitate uſq; ad cœleſtia ſperanda præſumere.

De fragmentis ſeptem miſericordiarum: Sermo tertius, unde ſupra.

r Citis quid fecerim ſeptem uobis hodie miſericordias ꝓponendo? Septẽ utiq; panes diſtribui. Nã ſi factæ ſunt mihi lachrymæ meę panes die ac nocte, quanto magis diuinæ miſerationes? Multo.n. dulcius iſtæ ſapiũt, reficiũt multo melius, ampliuſq; confirmant cor hoĩs. Verum multa nobis, ni fallor, ex his panibus hodie cecidere fragmẽta. Nam & ego ipſe ſentiebam inter frangendum multas è manib9 euadere micas, atq; inter digitos properãtis elabi. Vtrũ ipſi collegeritis aliqua, uos uideritis. Ego (ſi nõdũ faſtiditis) noſtra quę mihi collegeram ſine inuidia cõicabo, ne fortè incurrã maledictionẽ abſcondentis frumenta in populis. Primus itaq; panis, ſi bene memini, conſeruatio gratiæ fuit, qua me licet indignũ, à multis peccatis adhuc in ſeculo poſitũ cuſtodiuit. Huius ergo tria teneo fragmenta, habẽtia prorſus magnũ delectamentũ ſaporis & alimoniã uitæ. Tribus ſiquidẽ modis à peccato me memini cõſeruatũ, occaſionis ſubtractione, reſiſtendi data uirtute, affectionis ſanitate. Multa.n. in peccata facile cecidiſſem, ſi data eſſet occaſio, ſed dei miſeratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoq; paulominus cecidiſſem grauiter impulſus uiolentia tẽtationis, ſed uirtutẽ dedit dñs rex uirtutũ, ut ſub me eſſet appetitus meus, & ei quam ſentiebã concupiſcẽtiæ minime conſentirẽ. Sed & à quibuſdã tam longè me fecit miſeratio tua dñe, ut penitus abominarer ea, & ne ulla quidem eoꝝ me tentatio moleſtaret. Secundus quoq; panis fuit expectatio, qua tardabat ultionẽ, indulgentiã cogitabat. Et huius ergo panis tria fragmenta accipite, cogitantes longanimitatẽ quã exhibuit, electionẽ prædeſtinationis ſuæ quã impleri uoluit, & charitatẽ nimiam qua nos dilexit. Propter hoc.n. expectãs expectauit me dñs & nõ intẽdit mihi, ſed oculos ſuos auertit à peccatis meis, quaſi nolẽs aduertere quãtũ delinquerẽ. Propter hoc inquã diſſimulabat et cõmẽdaret patientiã ſuam, ut ĩpleret electionẽ ſuam, ut cõfirmaret charitatẽ ſuã. De tertio quoq; pane eius. ſ. miſericordię qua cõuertit nos ad pœnitentiã, tria non tam fragmenta q̃ fruſta uobis appono. Tũc.n. ut bene memini, concuſſit cor meũ, excitans illud ut aduerteret ſuoꝝ uulnera peccatorum, & uulneꝝ ſentiret dolorẽ. Etiã et terruit deducens ad portas inferi, & præparata iniquis ſupplicia monſtrans. Et ut nihil iam noxiæ remaneret delectationis, meliorẽ mihi conſolationẽ inſpirans ſpẽ indulgentiæ dedit. In his tribus ego cõuerſus ſum, credo qđ & uoſipſi. Iã uerò quarti panis (ipſa ẽ indulgentia) obſecro uos diligẽter colligite fragmẽta ne ꝑeãt. Sũt.n. ſalubria ualde, & dulciora ſuꝑ mel & fauũ. Sic.n. ex toto indulſit, & tã liberaliter oẽm donauit iniuriã, ut iam non dãnet ulciſcẽdo: nec cõfundat ĩproperando: nec minus diligat ĩputando. Sunt.n. aliqui ſic donãtes iniuriã, ut non ulciſcanť, ſæpius tñ ĩproperent. Sũt & alij qui ſileant licet, manet tñ alta mente repoſta, & rancorem tenẽt in

animo, quarum utiqꝫ neutra plena indulgentia eſt. Longè ab his oĩbus benigniſſima eſt diuinitatis natura, liberaliter agit, ignoſcit plenarie, ita ut ꝓꝑ fiduciã peccatorꝝ (ſed pœnitentiũ) ubi abundauit delictũ, ſoleat & gratia ſuꝑabundare. Teſtis eſt Paulus gentiũ doctor, qui plus oĩbus cũ diuina gratia laborauit. Teſtis ẽ Mathæus de teloneo electus in apoſtolũ, cui ẽt noui teſtamenti primũ ſcriptorem eſſe donatũ eſt. Teſtis & Petrꝰ, cui poſt trinã negationẽ, totius eccleſię paſtoralis cura cõmiſſa eſt. Teſtis deniqꝫ ẽt famoſiſſima illa peccatrix, cui in ipſo conuerſionis initio tanta multitudo dilectionis cõceſſa ẽ, tanta poſtmodũ indulta gr̃a familiaritatis. Quis accuſauit Mariã, & ꝓ ſe eã oportuit reſpondere? Si phariſæus murmurat, ſi Martha conquerit̃, ſi ſcandalizant̃ apoſtoli, Maria tacet: Chr̃s excuſat, ẽt & laudat tacentẽ. Deniqꝫ illud quantæ ꝓ̃rogatiuæ, quantæ excellentiæ fuit, qđ reſurgentẽ à mortuis prima uidere, tangere prima meruit? Sed iã tranſeamus ad alia. Bonũ eſt quidẽ nos hic eſſe, ubi dat̃ fiducia peccatoribus, ſed oportet ẽt cętera nõ tacere. Itaqꝫ & in continentia ipſa quæ eſt panis quintus, tria nihilominus ĩuenio unde

Luc. 1. meritò clamare poſſim. Quia fecit mihi magna qui potens eſt. Fortè paruũ aliqđ reputatis continentiã ueſtrã, ſed ego non ita. Scio. n. quos habeat oppugnatores, & quãtę illã neceſſe ſit eſſe uirtutis ut poſſit reſiſtere talibus. Primus ſiquidẽ continentiæ nr̃ę hoſtis, caro eſt aduerſus ſpũm concupiſcens. Q; domeſticus hoſtis, q̃ꝫ ꝑnicioſa lucta, q̃ inteſtinũ bellũ? Hoſtem Hunc crudeliſſimũ nec fugere poſſumus (ô aĩa mea) nec fugare, circunferre illũ neceſſe eſt, qm̃ alligatus eſt nobis. nã qđ periculoſius eſt & miſerabilius, hoſtẽ nr̃m ipſi cogimur ſuſtentare, perimere eũ non licet. Vide ergo q̃ꝫ ſolicite te cuſtodire neceſſe ſit ab ea, quę dormit in ſinu tuo. Veruntñ non eſt hic ſolus aduerſarius mihi, aliũ adhuc habeo qui circuncinxit et obſedit me undiqꝫ. & ſi ignoratis, hoſtis ille eſt p̃ſens ſeculũ nequã. Concluſit inimicꝰ uias meas, & ꝑ quinqꝫ portas, quinqꝫ uidelicet corporis ſenſus, iàculis ſuis uulnerat me, & mors intrat ꝑ feneſtras meas. Sufficere nimis poterãt iſti duo. Sed (heu me) ecce uideo uentũ ualidũ uenientẽ ab aquilone, à quo pandit̃ oẽ malũ. Et nunc quid ſuꝑeſt aliud? Dñe ſalua nos: perimꝰ. Ecce. n. malleus uniuerſæ terræ. Ecce ſerpens callidior cunctis aĩantibus. Ecce inimicus ille quẽ nec uidere poſſum, quãtominus cauere? Neqꝫ. n. eſt colluctatio ſeruare uolentibus continentiã, continentiã aũt dico non à ſola luxuria, ſed à cæteris quoqꝫ (ſicut neceſſe eſt) uitijs et peccatis: nõ aduerſus carnẽ et ſanguinẽ tm̃, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarꝝ harꝝ, cõtra ſpiritualia nequitię in cœleſtibus. Et q̃s eſt q̃ iacula eorꝝ ignea poſſit extinguere? Para-

Pſal. 10. uerunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde. Sed & narrauerũt ut abſconderẽt laqueos, & dixerũt. Quis uidebit eos? Nũc q̃dẽ aperte & uiolẽter, nũc occulte & fraudulẽter, ſemper aũt malitioſe & crudeliter ĩpugnant̃ & ꝑſequunt̃ nos. Et ad hæc toleranda nedicã ſuperanda, q̃s idoneus? Credo iã uobis aliquatenus innoteſcit cõtinentię difficultas, ut iuxta apoſtolũ ſciatis q̃ à deo donata ſunt uobis. Oĩno. n. in dño facimꝰ hanc uirtutẽ, & ipſe ad nihilũ deducit tribulantes nos. Ipſe eſt qui nõ mõ carnem noſtrã cũ concupiſcẽtijs ſuis, ſed & p̃ſens ſeculũ nequã cũ curioſitatibus ſuis & uanitatibus, ẽt et ipſum cũ tẽtationibus ſuis conterit ſatanã ſub pedibus nr̃is. Nũquid non meritò dixerã inueniendũ in continẽtia, unde clamarẽ quia fecit mihi magna qui potens eſt? Iã uerò ſexti panis fragmẽta accipite. Eſt aũt panis iſte gr̃a ꝓmerẽdi bona. ſ. æternæ uitę. Quã gr̃am in tribꝰ maximè conſtare arbitror, in odio p̃teritorꝝ malorꝝ, & cõtẽptu p̃ſentiũ bonorꝝ, & deſiderio futurorꝝ. Septimꝰ quoqꝫ panis eſt ſpes obtinendi, cuius nihilominus teneo fragmẽta tria, & eorꝝ ſapor dulcis admodum gutturi meo. Tria inquã ſunt quæ ſic roborãt & confirmant cor meũ, ut nulla me penuria meritorum, nulla cõſideratio propriæ uilitatis, nulla æſtimatio cœleſtis beatitudinis, ab altitudine ſpei deijcere poſſit in ea firmiter radicatum. Deſideratis ea, an reſeruãda ſunt ꝓꝑ eum qui dixit. Mel inueniſti? comede qđ ſufficit tibi. Sic complet̃ hodie qđ de ſeipſa ſapientia ꝓphetauit, & nunc idipſum uideo: qm̃ qui edunt me, adhuc eſurient. Proinde nõ uos ꝓtraham ultra, ſed nec ueſtram fraudabo eſuriem, qm̃ q̃dẽ ſic paratos uideo, ac ſi necdum ſumpſeritis quicqꝫ. Tria conſidero in quibus tota ſpes mea conſiſtit, charitatem adoptionis, ueritatem ꝓmiſſionis, poteſtatẽ redditionis. Murmuret iam quantum uoluerit inſipiens cogitatio mea dicẽs. Quis. n. es tu aut quanta eſt illa gloria, quibus ue meritis hanc obtinere ſperas? Et ego fiducialiter reſpondebo. Scio cui credidi & certus ſum, q̃a in charitate nimia adoptauit me, quia uerax in ꝓmiſſione, quia potens in exhibitione, licet. n. ei facere quod uoluerit. Hic eſt funiculus triplex qui difficile rumpit̃, quem nobis à patria noſtra in hunc carcerem uſqꝫ demiſſum firmiter obſecro teneamus: ut ipſe nos ſubleuet, ipſe nos trahat & pertrahat uſqꝫ ad conſpectum gloriæ magni Dei, qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

In natali ſancti Victoris confeſſoris, ſepulti in monaſterio Arremarẽſi Trecenſis diœceſis, qui obijt quarto calendas martij. *Sermo* I.

Victoris uita et gloria ſpecialis, nõ tam ad gloriam quã ad uirtutem ꝓuocat oẽs qui recto ſunt corde. Non recti planè ſed ꝑuerſi eſt animi antè quærere gloriam q̃ꝫ exercere uirtutem, et uelle coronari qui legitime non certauerit.

Pſal. 126. Vanum eſt uobis, inquit ante lucẽ ſurgere. Ita eſt. Fruſtra ad celſitudinem nitit̃ gloriæ, qui prius non claruit uirtute. Fruſtra fatuæ uirgines ſpõſo obuiam ſurgũt, quarꝝ lãpades extinguunt̃: & ideo fatuæ quia uacuis gloriant̃ lampadibꝰ, uirtutis oleum non habentes. Abſit mihi gloriari niſi in gloria illorꝝ, quibus ꝓpheta cõgra-

Pſal. 88. tulãs ait. Dñe in lumine uultus tui ambulabunt, & in noĩe tuo exultabũt tota die, & ĩ iuſtitia tua exaltabunt̃. Et infert. Qm̃ gl'ia uirtutis eorꝝ tu es. Pulchre non eorꝝ, ſed uirtutis eorum gloria commendatur. Quæ. n. ſine uirtute ẽ gloria, profecto indebita uenit, p̃propere affectat̃, ꝑiculoſe captat̃. Virtus, gradus ad gloriam: uirtus, mater gloriæ eſt. Fallax gloria & uana ẽ pulchritudo quam illa non parturiuit. Sola eſt cui gloria iure debet̃, et ſecure impẽdit̃. Sancto Victori nec uirtus nec gloria deeſt. ſed quemadmodum ambæ res & quo ordine in hoĩe ꝓceſſerunt, id operæpretium ĩtueri. Pugnauit fortiter, uiriliter ſuperauit, & ſic demum gloria & honore coronat̃. Quomodo nempè inglorius remanſiſſet bellator fortis, humilis Victor? q̃ꝫ q̃ꝫ nec in die uirtutis ſuæ ſine gloria fuit ſignis & ꝓdigijs admirandus. Habemus dilectiſſimi in uita Victoris, & qđ digne miremur & quod ſalubriter imitemur. Miror uina dediſſe in eremo, non uitem ſed fontem. Miror & ſtupeo infantẽ adhuc in utero pauori fuiſſe pauẽdis dæmonijs, quippe ab ipſis p̃cognitum, & iã tunc ex noĩe deſignatum. Nec uacuũ nomen ubi hoſtium fuga & extorta confeſſio uictoriam cõceſſit infantulo. Quis itẽ non miret̃ furẽ à dæmone deprehenſum, & rurſum à dæmone mox hoĩem liberatum? Quis non ẽt omni admiratione ſtupendum ducat, carne circũdatum hominem, cœlis patentibus, carnis oculos ſuperno infigere lumini & uidere uiſiones dei, angelico inſuꝑ mulceri cantico, doceri oraculo? Hæc atqꝫ ſimilia in ſancto homine ueneramur, non ęmulamur. Meritò quidem qñ & ſine ſalutis ꝑiculo poſſunt non fieri, & ſine ſalutis periculo nequeũt uſurpari. Tutius ſanè ęmulanda ſolidiora quàm ſublimiora, & quę magis uirtutem redoleãt, gloriam minus. Studeamus ꝓinde moribus conformari, cui in mirabilibus ſimilari, & ſi uolumus non ualemus. Aemulemur in uiro ſobrium uictum, deuotum affectum, æmulemur manſuetudinem ſpiritus, caſtimoniam corporis, oris cuſtodiam, animi puritatem, ponere fręnum iræ & modum linguæ, dormire parcius, orare frequẽtius, cõmonere noſmet ipſos pſalmis, hymnis & cãticis ſpiritualibus, diebꝰ iungere noctes, et diuinis lau

dibus occupare. Aemulemur chariſmata
meliora. Diſcam⁹ ab ipſo qđ mitis & hu
milis corde fuit. Aemulemur iquã qđ ex-
tit liberalis in paupes, iucundus ad hoſpi
tes, patiẽs ad peccãtes, benignus ad oẽs.
Hoc.n.melius. In his forma eſt cui iprima
mur, in miraculis gl'ia à qua reprimamur.
Illa lętificẽt, iſta ędificẽt. moueãt illa, iſta
ꝓmoueãt. Epulemur dilectiſſimi ad men
ſam diuitis uocati, mẽſam abũdantẽ pani
bus, delitijs cumulatã. An nõ diues ꝗ exẽ
plis nos reficit, ꝓtegit meritis, lętificat ſi-
gnis? Diues planè, in cuius hodie cõuiuio
ſolẽni angeli & hoĩes pariter cõgregant.
Hi ut reficiant, illi ut delitient. Iſti ut profi
ciant, illi ut gaudeant. Cuius uita repleta
bonis, qd niſi menſa referta cibis? Nec tñ
oĩbus oĩa apponunt, ſed ut tollat qſq; qđ
ſibi expedire & cõuenire uidebit. Et ego
quidem conſilio ſalubriori diligenter cõ-
ſidero quæ mihi apponunt. Cautũ eſt mi
hi eligere mea, & aliena non tangere. Nõ
extendam manũ ad gloriam miraculoꝝ:
ne ſi attentauero qđ deſuper non accepi,
perdam meritò & qđ uideor accepiſſe.
Non leuo cũ illo oculos ad rimãda ſecre
ta cœleſtia, ne oppꝭſſus à gloria cõfuſus re
ſiliam, ſerò confugiens ad conſiliũ ſapien
Eccl'i. 3. tis qui ait. Altiora te ne quæſieris, & for-
tiora te ne ſcrutatus fueris. Infert mẽſis ui
nũ nouũ aquaꝝ rubentiũ: non tango, ꝗa
non mihi appoſitũ ſcio, ꝗ ſimiliter elemẽ
ta mutare, naturas innouare non ualeo.
Cerno itẽ in menſa Victoris angelos illũ
audiſſe canentes. Nũquid uidebo & ego
mihi ſuper nos exhiberi cantores: aut cer
tè citharœdos illos de Apocalypſi corã
me citharizare in citharis ſuis? Impat ille
dæmonibus adhuc in corpe uiuẽs, uinctũ
in corpe ſoluit corpe iã ſolutus. Cibi ſunt
ſed non mei, equidẽ iucundi & ſapidi: ſed
non tangit illos aĩa mea, qm̃ nõ eſt inopi
mihi unde ſufficiam talia redhibere. At ſi
diligenter conſidero, ecce præ oculis in
menſa ſancti, cenſura iudicij, diſciplinę ui-
gor, ſanctitatis ſpeculũ, uitæ forma, uirtu
tis inſigne. Hæc à me & abſq; p̃ſumptio-
ne ſumunt, & ſalubriter inſumuntur: & ſi
diſſimulo, diſtricte repoſcunt. Audi ad-
huc quæriam mihi iure appoſita putem.
Si panem doloris & uinũ compũctionis
de diuitis menſa obtuleris, tollo ſecurus
qui ſum paup & inops. Erũt mihi lachry Pſal. 41
mæ meæ panes die ac nocte, & poculum
meũ cum fletu miſcebo. Pars mea hæc ꝗ
dolẽda cõmiſi. Nec me tñ pigebit ut ęſti-
mo cibi huius, qm̃ qui oppoſuit ſcientiã
addidit & dolorem. Sed & ſi tẽperantię,
ſi iuſtitiæ, ſi prudẽtiæ uel fortitudinis exẽ-
pla appareant, ea incũctanter ſumo, ſciẽs
quia talia oportet me p̃parare. Hæc mihi
apponi, hęc à me repetitũ iri non dubito.
Nũquid ſigna & prodigia exigenda à no
bis ſunt, ut ea diuiti uiciſſim præparem?
Fratres uaſa ſunt in honorem illi qui nos
inuitauit, non cibi pauperꝝ. Tu ergo qui
inuitatus es, diligenter cõſidera quid tibi
ille, quid ſibimet appoſuerit. non.n. qcqd
in menſa apponit, tibi apponit. Quid ſi in
poculo aureo fuerit propinatũ? Non po-
culũ tibi ſed potus apponit. Sume potũ
& pone aurꝝ. Ergo exempla bonorꝝ ope
rũ & rectitudinem morꝝ paterfamilias
cõicat ita domeſticis, ut prærogatiuã ſibi
retineat in miraculis. In his tñ atq; illis, il-
le glorificandus eſt, cuius munus ſancte
uiuere, cuius uirtus ſigna facere eſt, qui in
trinitate perfecta uiuit & regnat deus in
ſecula ſeculorum. Amen.

De eodem. Sermo ſecundus.

GAudete in dño dilectiſſimi, qui i-
ter cõtinua ſuæ pietatis beneficia
indulſit hoĩem mũdo, cuius mul-
ti ſaluarentur exemplo. Iterꝝ dico gaude
te, qđ factus de medio appropiauit deo,
ut multo plures eius interceſſione ſaluen
tur. Habet ex hoĩbus cui hoĩum peccata
donet, miſericors & miſerator dñs. Ha-
bet tp̃s & locum intercedẽdi pius & mi-
ſericors aduocatus. Equidem locũ quie-
tum & tp̃s feriatum. In terris uiſus eſt, ut
eſſet exemplo, in cœlũ leuatus eſt, ut ſit
patrocinio. Hic informat ad uitam, illic
inuitat ad gloriam. Factus eſt mediator
ad regnum qui fuit incitator ad opus. Bo
nus mediator, qui ſibi iam poſtulans ni-
hil, totum in nos tranferre deſiderat, &
ſupplicantis affectum & ſupplicationis

fructum. Quid.n. quærat ſibi qui nullius
eget? Dñs conſeruat eũ, & uiuificat eũ, et
beatũ facit eũ in gloria, nihil illi deerit in
loco paſcuæ collocato. Hęc dies glorioſę
migrationis eius, dies lætitiæ cordis eius,
exultemus & lætemur in ea. Introiuit in
potentias dñi, gaudeamus quia nunc po
tentior eſt ad ſaluandũ. Hodie Victor po
ſito corpe quo ſolo prępediri ab introitu
gloriæ uidebat, tanto alacrior quãto ex-
peditior penetrauit ĩ ſancta, ſimilis fact⁹
in gloria ſanctorꝝ. Hodie de nouiſſimo et
humili loco quẽ ſibi ex conſilio ſaluato-
ris elegerat, ipſo ſummo p̃ſefamilias euo
cante, uerus amicus aſcendit ſupius, & ẽ
illi gloria corã ſimul diſcũbentibus. Ho-
die deſpecto mũdo et mũdi principe triũ
phato, ſupra mundũ uerè uictor aſcẽdit,
accipiens de manu dñi coronã uictoriæ.
aſcendit aũt cũ imenſa ſupellectili meri-
torꝝ, clarus triũphis, miraculis glorioſus.
Pauſat miles emeritus, & poſt labores ſu
doresq; ſacræ pactæ militiæ locat felici-
ter, coronat ſublimiter. Aĩa eius in bonis
demorabit. Quæris ubi? Cũ Abraã Iſaac
& Iacob in regno cœlorꝝ. Ita cũ talib⁹ &
tali in loco ſibi ſedet. Sedet excelſa & ful
gida, ſedet lætabunda & laudans. Sedet
delicata et ornata monilibus ſuis, ſtipata
malis, fulcita florib⁹. Sedet inquã ſibi ua
cua curis, delitijs affluens, abũdãs ocij &
ꝗetis ad uacandũ ſapientiæ. Quæ ſedit et
fleuit ſup flumina Babylõis, ſedet mõ ad
fontẽ uitæ, & cõuerſatio illi ſecus torren-
tẽ uoluptatis, cuius ĩpetus lætificat ciuita
tẽ dei. Inuenit ſibi fontẽ hortorꝝ, puteum
aquarꝝ uiuentiũ, & cũ Samaritana potat
aqua ſapiẽtiæ ſalutaris, ut non ſitiat ĩ ęter
nũ. Dat illi de fructu manuũ ſuarꝝ, & lau
dant eã in portis opa eius, & gloriat teſti
monio cõſcientiæ. Cõſcientię dico ſuę nõ
alteri⁹. Sedet media angelorꝝ, digna pla-
nè eorꝝ cõſortio, quorꝝ deſiderio flagrat,
puritate nitet, caſtimonia decorat. Sedet
inter ap'l'os uir ap'l'icæ grãæ: nec eſt qđ ſe
abſcondat à cuneo prophetarꝝ, ꝗ quẽ illi
p̃dixerunt, glorificauit & portauit in cor
pore ſuo. Neq; ſe putat uictorioſis marty
rũ choris Victor noſter arcẽdũ, qui duro
& diuturno martyrio uiuentẽ ſui corpo-
ris hoſtiã ĩmolauit. Sedet ueteran⁹ miles
debita iã ſuauitate & ſecuritate quietus.
Securus quidem ſibi: ſed noſtri ſolicitus.
Non.n. cũ putredine carnis ſimul ſe exuit
uiſcerib⁹ pietatis: nec ſibi ſic induit ſtolã
gloriæ, ut noſtræ pariter miſeriæ ſuæq; ip
ſius miſericordiæ obliuionẽ indueret. Nõ
eſt terra obliuionis quã aĩa Victoris inha
bitat, nõ terra laboris ut occupet ĩ ea, nõ
deniq; terra ſed cœlũ ẽ. Nũquid cœleſtis
habitatio aĩas quas admittit indurat, aut
memoria priuat, aut ſpoliat pietate? Fra-
tres latitudo cœli dilatat corda, non ar-
ctat: exhilarat mẽtes, nõ alienat: affectio
nes nõ contrahit, ſed extendit. In lumine
dei ſerenat memoria, non obſcurat. In lu-
mine dei diſcit qđ neſcit, non qđ ſcit de-
diſcit. Supni ſpũs illi qui ab initio cœlos
inhabitant, nũquid ꝗa incolũt cœlos, de-
ſpiciũt terras, & nõ magis eas uiſitant &
frequentant? Nũqd ꝙ ſemp uident faciẽ Hebr. 1.
p̃ris miniſteriũ euacuat pietatis? Oẽs ni-
hilomin⁹ adminiſtratorij ſpũs ſunt, miſſi
in miniſteriũ pp eos ꝗ hæreditatẽ capiũt
ſalutis. Quid ergo? Diſcurrunt angeli &
ſuccurrunt hoĩbus, & ꝗ ex nobis ſunt ne-
ſciunt nos: nec norũt iam cõpati in ꝗbus
paſſi ſunt & ipſi? Qui dolores neſciũt, ſen
tiunt tñ noſtros: & ꝗ uenerunt de magna
tribulatione non recognoſcunt iã in quo
fuerunt? Scio ꝗ dixit. Me expectant iuſti
donec retribuas mihi. Iuſtus eſt Victor ẽt Pſal. 141.
expectãs noſtrã proculdubio retributio
nẽ. Non eſt ille pincerna Pharaonis, ꝗ in- Gene. 40.
uentã gratiã retinuit ſibi prophetæ ſui pa
riter & captiui minime recordatus. Mini
ſter Chr̃i eſt, Chr̃m ſequit. Nõ ẽ ille obli-
tus ſuæ ꝓmiſſionis nec ſocio paſſionis re-
gni conſortiũ denegauit. Non eſt diſcipu
lus cõtra magiſtrũ, nõ põt Victor quicq̃
facere niſi qđ uiderit magiſtrũ facientẽ.
Opera quę ille fecit, & iſte fecit ſimiliter.
Iam cœlos ingreſſus quos & antè aptos
beatis oculis ſuſpiciebat, uerè nũc reuela
ta facie ſpeculat gloriã dei, abſorpt⁹ qdẽ,
ſed nõ oblit⁹ clamorẽ pauperꝝ. Beata ui-
ſio qua in eandem imaginẽ transformat
de claritate in claritatem, tãquam à do-

mini ſpiritũ.Paruulus ad pugnã, magnus
ad uictoriam,matris uiſcera necdũ exiẽs
& iam eijciens dæmonia, cũ incremento
uirtutũ ac meritoꝝ uictor uiuẽs inter pec
catores translatus eſt. O uiꝝ p̃cipuæ ſan
ctitatis, ꝗ antè ſanctus ꝙ natus, antè ope
ꝙ noīe Victor. Adhuc utero clauſus iam
de hoſte triũphauit.O uenerandã ẽt ipſis
angelis ſanctitatẽ,quam pari ſtudio & ſi
diſpari uoluntate, & mali fugitant & fre
quẽtant boni. Nec facilè dixerim ꝗd uiꝝ
aſtruat ſanctiorem hoꝝ fauor,aut pauor
illoꝝ.Corpore deniq; terras,mẽte cœlos
inhabitans:aliqñ familiarius aliꝗd nũciã
tes,aliqñ ineffabili cãtus ſuauitate plauſi
biles ſupernoꝝ uoces ſpirituũ audiebat.
Verè aīa tua Victor, una ex gẽmis, q̃ tibi
in cruce apparuerũt.Verè infixa cruci, cũ
diuinæ inſerta glorię, eandem ſibi clarita
tis imaginem induit quã inuenit. Vincẽti
expandit gremiũ ſuũ, qui pugnanti dede
rat ſpũm ſuũ.O uictrix aīa quæ ſicut paſ-
ſer tranſuolans, mundi laqueos euaſiſti:
reſpice ad incautas aīas ĩtricatas illis,pe-
riclitantes in illis, ut tuo patrocinio erua-
mur.O miles emerite qui chriſtianæ mili
tiæ duris laborib⁹ angelicæ felicitatis re-
quiem cõmutaſti:reſpice ad ĩbelles et im
becilles cõmilitones tuos,qui inter hoſti
les gladios et ſpiritales nequitias tuis lau
dibus occupamur.O Victor inclyte,ꝗ &
de terra et de cœlo glorioſiſſime triũpha
ſti,illi⁹ gloriã nobiliter ſuꝑbus deſpiciẽs,
& huius regna pie uiolentus diripiens, re
ſpice de cœlo ad uinctos terræ, ut hæc ſit
tuoꝝ conſummatio triumphoꝝ ſi & no
bis demũ uiciſſe te ſentiamus. Nam ſi ex
re nomen tibi, ꝑfecta ueritas noīs ex nr̃a
liberatione cenſebit: & certè deeſt inter-
pretationi quãdiu nos qui tui ſumus mini
me liberamur. Q̃ piũ ꝙ dulcè ꝙ ſuaue ô
Victor ĩ hoc loco afflictionis & ĩ hoc cor
pore mortis te canere,te colere, te p̃cari.
Nomẽ tuũ & memoriale tuũ fauus diſtil
lans in labijs captiuoꝝ,mel & lac ſub lin
gua eoꝝ,qui tui memoria delectant̃. Eia
ergo fortis athleta,dulcis patrone,aduo-
cate fidelis.exurge in adiutorium nobis,
ut et nos de noſtra ereptione gaudeam⁹,
& tu de plena uictoria glorieris.Oīpotẽs
pater, peccauim⁹ tibi facti filij alieni, ſed
appropiauimus ĩ Victore, qui dum uicit
cupiditatem ſuam, uincat & iram tuam,
nos quoq; in gratiam potenter reſtituat.
O Victor Ieſu te in noſtro uictore lauda-
mus, quia te in illo uiciſſe cognoſcimus.
Da ei pijſſime Ieſu ſic de ſua in te uictoria
gloriari,ut non ſubeat obliuio noſtri. Fili
dei immitte ei noſtri ſemper in cõſpectu
tuo memorem eſſe,noſtram in tuo tremẽ
do iudicio ſuſcipère & agere cauſam,qui
cũ patre & ſpiritu ſancto uiuis & regnas
deus per oīa ſecula ſeculorum. Amen.

In feſto beatæ Mariæ Magdalenæ. Sermo.

HOdie miſericordia et ueritas ob-
uiauerunt ſibi, & multitudo miſe
rationum dñi in peccatricem fœ-
minam refuſa eſt. Filius.n.uirginis, pecca
tricis & menſtruatæ manibus attrectat̃,
deumq; atq; dei filiũ mulier infrunita cõ-
tingit. Tangit pedes mundi atq; mundã-
tis,immũda: & ueſtigijs creatoris mulier
criminoſa procũbit. Tranſit in affectum
cordis præuaricatrix, & redit ad cor: &
magnitudinem ſceleꝝ,lachrymaꝝ mul-
titudo cõdẽnat.Diſſimulat pietas tangẽ-
tis officiũ, & obſequioꝝ inſtãtiam remu
neratorius ille maieſtatis ocul⁹ felici dedi
gnatione non inſpicit. Oſculat̃ Maria pe
des Chr̃i frequentibus oſculis, & oculis
inũdãtibus ueſtigia redẽptoris infundit,
tergit crinibus,odoriferis illinit et irrorat
unguentis.Videt & inuidet ſingularitatis
amator, & utrũq; redarguit Phariſæi ia-
ctantia,illũ ignorantiæ,p̃ſumptionis iſtã.
Sed deliberans ꝓuidentia ſuſpendit iudi
ciũ,dũ affectat obſequiũ, & inuectiuã re
tinet p̃paratã, donec Mariæ ſacrificiũ in
holocauſtũ ꝑtranſeat.Gaudent angeli ſu
per peccatrice pœnitentiã agẽre,& odo-
ris fragrantia cœleſtis ille conuẽtus aſper
git̃,ſaluantemq; & ſaluandã tota miſeri-
cordiæ dulcedo ꝑtingit. Vbi abundauit Rom.
delictũ,ſuꝑabũdauit & gr̃a, & numero-
ſitatem criminũ p̃ponderãs pietas inter-
cludit. Q̃ magna multitudo dulcedinis
tuæ dñe in peccatricis cõfeſſione,ꝙ iuſta
reprehenſio in Phariſæi ſuperbia & abu-

ſione? Enumerat̃ obſequentis obſequiũ,
& ꝑ obliquũ tangit̃ indignantis iniꝗtas,
tota literali cohęrẽtia Simonis inuidiã im
pugnante. Et quia ubi ſpũs dñi, ibi liber-
2.Cor.3.d. tas:dimittunt̃ illi peccata multa quæ mul
tũ diligit: ĩmittunt̃ illi, ꝗ multũ negligit.
Nõ erat ſatiatus ab uberibus ſponſæ,nec
induerat cõpaſſionis affectũ, legem rele-
gens quæ miſericordiã neſcit, nouit iuſti-
tiam.Lex dura duris & lapideis ꝓmulga
ta,parata ꝑcutere, neſciens miſereri. Lex
excludens pœnitentiæ locũ, ueniam ne-
gans,emẽdationis ignara. Lex uinũ duꝝ
& acidũ de botris amariſſimis eliquatũ,
conſecratũ feritati, diriuatũ Iſraeli, ſalua-
tori ꝓpinatũ.Vinũ de quo dentes biben-
tiũ obſtupeſcunt: non de genimine uitis
illius ꝗd ſaluator bibit nouũ in regno pa
Canti.1.a. tris ſui.Verè meliora ſunt ubera ſponſæ ui
no iſto. Quænã, ais, ſunt iſta? Procedat in
mediũ Paulus apoſtolus, & ubera felici
lacte manantia nobis aſſignet. Gaudere,
inquit,cũ gaudentibus,flere cũ flentibus.
Rom.12.c. O ꝙ breui ſermociunculo totius religio-
nis depinxit inſigne, ꝙ eleganti clauſula
ꝓpoſuit,pietatẽ, ęquitatẽ ſtatuit,ſubmo-
uit inuidiã? His uberibus mater eccleſia
lactat ꝓficientes,nutrit ꝑfectos. Gaude-
re,inquit, cũ gaudentibus. Faceſſat hinc
ſecularis plauſus inſania, & lętitia mũdia
lis abſcedat,ꝗa nõ eſt gaudere ĩpijs, dicit
Prou.2.c. dñs.Nũquid illoꝝ os gaudio repleri ęſti
mas,qui lætant̃ cũ malefecerint, & exul-
tant in rebus peſſimis? Sed nec illi ꝗ laudi
bus adulatorijs rapiunt̃,diuinæ iubilatio-
nis agnouere lętitiã.Nũquid qui ueſtiunt̃
purpura & byſſo, & epulantur quotidie
ſplendide, gaudiũ & lætitiã obtinebunt?
Abſit ũt in terra ſuauiter uiuẽtiũ gaudio-
rũ inueniat̃ materia,cũ tantis alternatio-
nibus tota mundi facies ĩmutet̃,ut eleuãs
allidat̃, & reſpiret alliſus. Sed eſt gaudiũ
continua ſibi iucunditate firmiſſimũ, ꝗd
ꝑfectus aīus de ſecura ſibi conſciẽtia pol-
licet̃. Mens.n.ab huius mundi aſpergine
pure p̃ſſeq; deterſa, & in diuinę contẽpla
tionis acumen totũ deſiderij ſui figẽs affe
ctũ,gaudẽs gaudet in dño, & exultat aīa
ſua in Deo ſalutari ſuó. Talis aīa minas
aſpernat̃,neſcit timorẽ, ſpẽ falſam eludit,
& oīum ſcandaloꝝ ĩmunis, in pace in id-
ipſum dormiens requieſcit. Pax multa dili-
gentibus legẽ tuã (ait iuſtus) & non eſt il- Pſal.118.
lis ſcandalũ.Nouerat.n.ꝗa lictores nõ ꝑ-
ſequunt̃ martyres,ſed coronãt. Cũ hmõi
gaudẽtibus gaudet apoſtolus, & ut abũ
dantius gaudeãt, tota ſecuritate ꝓmittit.
Hoc gaudiũ certũ & plenũ eſt: tantóque
certius idẽ,quanto uicinius circa identita
tẽ ĩprimit̃.Hęc eſt mamilla cõgratulatio-
nis,de qua lac exhortatiõis effundit̃ quo
nutriunt̃ ꝑfecti,ut cum auulſi fuerint à la-
cte iſto, epulent̃ ab introitu gloriæ Dei.
Secunda eſt flere cũ flentibus. Nunquid
apoſtolus p̃cipit flere reꝝ amiſſiõem, in-
termiſſionẽ uoluptatum, filioꝝ mortes,
morboꝝ inſtantiã, grauitatẽ inopiæ,po-
tentiã fortioꝝ? Abſit.Plorandi.n.ſunt qui
taliter plorant. Religioſa.n. triſtitia, aut
alienũ luget peccatũ, aut ꝓprium. Beati
quoꝝ luctus in hac intentione uerſat̃: ꝗa
conſolatoriã p̃nt in hac expectare dulce-
dinẽ. O ꝙ leni & dulciſſimo ſpũ ĩbutus ẽ
ſpũs illius qui nouit in ſpũ lenitatis peccã
tẽ inſtruere, ſuſpendere uindictã, & affe-
ctuoſis uiſcerib⁹ inuiſcerare ſibi peccato-
rẽ donec uitæ reddat̃.De hac cõpaſſionis
mamilla lac cõſolationis effundit̃, & hoc
lacte paſcit apoſtolus illos qui ſolido ci-
bo ueſci non p̃nt.Amator innocentiæ,pa
cis amicus, patientiæ cibus, patientibus
cõpatiens, & congaudens gaudentibus,
ꝑfectionis metã curſu cõſummato cõtin-
git.Hæc ſunt ubera lacteis irrorata liquo
ribus,meliora uino,lacte dulciora,miſeri
cordiã ſonãtia,redolẽtia pietatẽ.Fragran
tia,inꝗt,unguẽtis optimis.Digna prorſus Canti.1.a.
ubera,de ꝗbus eliquat̃ unguentoꝝ infini
tas,odorata diffluxione, ciuitatẽ dei uiuẽ
tis circũquaq; reſpergẽs. Hęc ſunt unguẽ 3.Re.10.
ta q̃ regina Saba attulit ĩ Hieruſalẽ: de ꝗ-
bus dicit ſcriptura: Non ſunt allata ultra
aromata tã multa, q̃ ea q̃ dedit regina Sa
ba Salomõi. Q̃ excellẽter appoſuit opti
ma ſpũs ille ſubtilis, ꝗ totã ſibi libri huius
rapit poſitionẽ? Eſt.n. unguẽtũ bonũ ꝗd
Maria pedibus ſaluatoris infudit, eſt &
melius quod eadem (ſi tamen eadem) ſu-

per caput recũbentis effudit: eſt & opti-
mũ qđ & ipſa p̄parauit toti corpi Chr̃i.
Primũ unguentũ cõtritionis eſt, de recor
datione peccatoꝝ, de ſpũ cõtrito & cõ-
tribulato deſcendens. Hoc infundunt̃ pe-
des illius qui ambulat ſuper pennas uen-
toꝝ. hic adorat Maria ĩ loco ubi ſteterũt
pedes eius. Steterunt, inquã, qa ualidiſſi-
ma amoris manu pedẽ utrunq; retinuit,
donec utrunq; pungeret, & audiret crimi
nũ remiſſionem, & dimiſſionẽ ĩ pace. Re-
mittunt̃, inqt, tibi peccata, et uade ĩ pace.
Luc. 7. g. Magnã prorſus miſeriam magna miſeri-
cordia diluit & abſtergit, et hoc quidem
feſtinanter, qa ſine ullo interuallo cõiun-
gunt̃ & lachrymę peccatricis, & miſeri-
cordia ſaluatoris. Remittunt̃ peccata, &
in pace dimittit̃: ut & de p̄terito ſit ſolici-
ta, & ſecura de futuro. Pedes iſti ſunt mi-
ſericordia & iudiciũ: quoꝝ alteꝝ ſine al-
tero oſculari uel temeraria ſecuritas eſt,
uel deſperatio fugienda. Quis. n. dei miſe
ricordiã indeſinenter attẽdens, nõ ſtatim
tepidioris uitæ quietẽ exoptet? Cũ. n. re-
cogitat uniuerſitatis dñm formã ſerui ꝑ
ſeruis ſuſcipe, triginta & trib⁹ annis ope-
rari ſalutẽ noſtrã in medio terræ huius, ca
pi, ligari, lanceari, crucifigi, & hoc totum
pati ꝑ filijs hoĩum: ſtatim deceptoria ſpe
ſibi blandit̃ & alludit, gaudet obſeruari ĩ
miſericordia & miſerationibus, iudiciũ
neſcit, ignorat iuſtitiã, & punienda æſti-
mat nõ puniri. Fallit̃ qui ſic oſculat̃ miſe-
ricordiæ pedẽ, ut pedẽ iudicij nõ attẽdat:
q totũ de miſericordiæ pede p̄ſumit, hoc
ſolũ ad ſalutẽ ſufficere credẽs, qđ credit.
Rurſus cũ abducit os, & iudicij pedẽ cre
brioribus oſculis intertãgit, ſubcutit̃ car-
nis aĩæq; ſubſtantia, et utriuſq; hoĩs ſtatũ
Heb. 10. f. uehementior aura ꝑcellit. Horrẽdũ. n. eſt
incidere in manus dei uiuentis, offendere
creatorẽ, neſcire dñm, recalcitrare domi
nãtis ĩperio, qui habet poteſtatẽ corpus
Ibidem. & aĩam ponere in gehẽnã. Terribilis cer-
tè (ſicut ait apoſtolus) quædã expectatio
iudicij, qñ ignis in conſpectu eius exarde
ſcet, & uirtutes cœloꝝ mouebunt̃, & ua
cillantibus conſcientijs latitudinẽ mundi
ualidiſſim⁹ ignis aduret. Nihil prorſus ter
tibilius quàm uidere latronis officinã plẽ
nam ſanguine, cumulatã opprobrijs, tor-
mẽtis undantẽ. Quis hæc diutius cogitãs
non ſtatim cõtremiſcat, & in deſperatio
nis rotet̃ abyſſum? Non eſt igit̃ huic pedi
moroſius incũbendũ, ne pietatis intuitũ
ferocia iudicantis excludat. Vtrunq; igit̃
inungat pedẽ aĩæ pœnitentis affectus, &
nunc miſericordiã amplectens, nũc iudi-
ciũ deoſculans, contribulati ſpũs offerat
holocauſtũ. Vide Mariã iudicij pedẽ for-
titer attendentẽ, dũ nobilis & laſciua mu
lier conuiuantiũ faciem non attendit, ſed
extẽſo corpore prouoluit̃ pedibus maie-
ſtatis, doloris plena, timoris ĩpatiens, cõ-
punctionis iaculo uulnerata. Sed & miſe
ricordiæ pedẽ labijs ĩpreſſiorib⁹ oſculat̃,
in cuius ſpe firmiter inhæret ueſtigijs redẽ
ptoris, donec audiat, Remittunt̃ tibi pec
cata tua. Sanè p̄tioſum unguẽtũ, quo nõ
ſolũ terrena domus, ſed ẽt cœleſtis aſper
git̃. Viliſſimę aũt ſunt ſpecies de qbus cõ-
ficit̃, & magna eaꝝ copia ĩtra nr̃os hor-
tulos poterit inueniri. Peccata igit̃ noſtra
plantata in conſcientijs noſtris, quoꝝ nu
meroſitas præ multitudine numerari nõ
põt, ſpecies eius ſunt. Ipſa igit̃ ĩ mortario-
lo pœnitentię, macerationis piſtillo cõtu
ſa, & reſperſa diſcretionis oleo, doloris
igne ſuppoſito, & in aheno diſciplinę co-
cta, unguentũ exhibent p̄tioſum & acce
ptũ pedibus ſaluatoris. Cõpendioſè autẽ
iſtud confecimus, ſapienti reꝝ occaſionẽ
penitus relinquentes. Et licet materia ui-
deat̃ ĩdignior: interim tñ bonũ eſt unguẽ-
tũ iſtud, qđ domũ replet, penetrat cœlos
angelos lætificat, & beatæ ciuitati lętitiã
refundit & gaudiũ. Hoc eſt ſacrificium iu
ſtitiæ: quia ſacrificiũ deo ſpũs contribula
tus. Secundũ unguentũ eſt deuotionis de Pſal.
recordatione beneficioꝝ dei. Prorſus di-
gniſſima huius unguenti compoſitio: & ĩ
iſtius cõparatione prioris eſt conſperſio
uilipẽdenda. Eius. n. ſpecies de cœleſti pa
radiſo allatæ ſunt, & in terra filioꝝ homi
nũ nequeunt inueniri. Virtutes. n. diuinit⁹
collatę, & in mortaliolo pectoris piſtillo
diligẽtiſſimę meditationis cõtritę, & ex-
ultatiõis oleo ſupfuſę, ſuffuſo igne iuſtitię
& humilitatis

in humilitatis aheno decoctæ, faciunt un
guentũ & odore & uirtute mirabile: qđ
ſolũ ſuper caput dñi recumbentis poſſit
effundi, & exhiberi reuerẽtiæ maieſtatis.
Sed & hoc recolligimus breuiter: illis q
multa de paucis excipe cognouerũt, uer-
boꝝ multitudinẽ reſeruantes. Notãda tñ
utriuſq; differentia, & ſecũdi ſublimitas
attẽdenda, qm̃ illud ẽ ſacrificiũ deo ſpũs
cõtribulatus, & iſtud ſacrificiũ laudis qđ
honorificat deũ. Pedes igit̃ ungim⁹ ſalua
toris, cũ de peccatis cõpũgimur. ungim⁹
caput, cũ de collatis uirtutibus, uirtutum
largitori gratias cumulam⁹. Interſtitij tñ
moroſitas ĩter pedes eſſe debet et caput:
quia profecto difficillimus & p̄ſumptuo
ſus ſaltus eſt à ueſtigijs ad uerticem dñi
tranſuolare. Neq;. n. eadem quæ unxit pe
des, unxit & caput: cũ illa meretrix nihil
Pro. 12. a. hoꝝ feciſſe legat̃, ſecundũ illud: Verte im
pios, & non erunt. Vnxit ergo Maria ſan
ctum dñi uerticem, profecto iã electa, iã
familiaris effecta, longeq; à peccatricis il
lius obuoluta ueſtigijs, quã infelix ille ſe-
ptenarius cõfundebat. Porrò ſi duo p̄miſ
ſa unguenta tantæ dignitatis ſunt, ut alte
rum pedibus, alteꝝ cõplaceat capiti do-
minantis: illud tertiũ quod optimũ eſt et
ſuperexcellẽs, ubinã inuenire poterim⁹?
Sed abſit ut ſponſa ueritatis à ueritate diſ
ſentiat, & tale aliqd habere ſe iactitet qđ
habere non poſſit. Eſt ergo tertiũ unguẽ-
tum pietatis: qđ eſt ſup oĩa aromata mor
bis oĩbus & ꝑiculis ſalutare, quodq; nul
Mar. 16. a. li unquam peſti inuenit̃ inefficax. De ipſo
nãq; ſic legit̃: Maria Magdalene, & Ma
ria Iacobi, & Salome, emerũt aromata:
ut uenientes ungerent Ieſum. Vides'ne in
prima fronte capituli propoſitũ qđ non
una uel duæ, ſed tres uix ſufficiunt ad emẽ
dũ tãtę cõpoſitionis unguentũ? Intelligis
qa nõ pedes aut caput, ſed totũ crucifixi
corpus ſibi uendicat iſta confectio? Cõfe
ctio ſine dubio p̄tioſa, q̃ toti ſufficiat cor-
pori creatoris. Et attende qa unguentum
pedibus infuſum, adeo dignantiſſima le-
nitate ſuſcepit, ut Phariſæũ murmurantẽ
parabolica prolixitate cõuinceret, & re-
torto ſugillaret exẽplo. Sed & de refuſo
ſuper caput eius unguẽto diſcipulos indi
gnãtes coarguit, bonũ mulieris opus eſſe
proteſtãs: & tumidam eoꝝ aĩoſitatẽ uer
bis cõpeſcuit moderatis. Hoc uerò tã ſa-
lubre, tãq; mirificũ, in mortuo ſuo corpo
re noluit expẽdi, q uiuo utiq; reſeruabat.
Duo. n. corpora habet Chr̃s, unũ qđ ſu-
ſcepit ex uirgine, alteꝝ eccleſiæ qđ cha-
rius habet benignitas redimẽtis. Deniq;
illud pro iſto morti expoſuit et tormẽtis,
addictus cruci, iunctus ſceleratis, morte
turpiſſima condẽnatus. Poterimus'ne tã
ſalubrẽ conficere confectionẽ? Vniuerſæ
miſeri miſeriæ, tam aĩarum quã corpoꝝ,
oculo pietatis inſpectæ, ſpecies eius ſunt.
Iſtæ igit̃ in mortariolo largitatis, dulcedi
nis piſtillo cõfractæ, & delinitæ charita-
tis oleo, ſuccẽſo cõpaſſiõis igne, & in ahe
no ꝑſeuerantiæ deſpumatæ, unguentũ ſa
ciũt ipſis ẽt angelis admirandũ. Sunt uiri
diuitiaꝝ in domo dñi uirtutũ, inueſtige-
m⁹ an apud eos hmõi habeant̃ unguẽta.
Primus occurrit mihi Paulus (ſicut ubiq;
ſolet) totus pręſenti delibutus unguento.
Quis ĩfirmat̃, inquit, & ego nõ infirmor? 2. Cor. 11. g.
Felix aĩa facta ſibi tanq; uas perditum, ut
oĩum miſerias in ſua continentia colliga-
ret, totũ ſe toti corpori Chr̃i donauerat,
oĩbus oĩa factus, ut oẽs lucrifaceret. Sed
& ille ſimplex & rectus et timens deum,
uide qũo non hoĩem, ĩmo uerò hoĩem, &
qđ uerius eſt ſuper hoĩem ambulabat.
Oculus, inqt, fuit cæco, & pes claudo, pr̃ Iob 29. c.
eram paupeꝝ &c. Qui ſic eũ hoc unguẽ-
to perunxerat, ut de miſericordiæ thala-
mo largius irrorat⁹ exiret. Samuelẽ reco- 1. Re. 15. g.
lo, q non ſemel, ſed oĩbus diebus uitæ ſuę
lugebat ſup Saul, cũ ſciret illũ lõgius ab
oculis diuinitatis elongatũ. Nõ ceſſabat
tñ cõpaſſio quæ condolẽtis aĩum irrepſe
rat, fundens lachrymas etſi non profutu
ras, puras tñ. Dauid parricidam filiũ cõti 2. Reg. 15. f.
nua deploratione plorabat, plorãs in eo
non carnis neceſſitudinẽ, ſed fidei deſtru-
ctionẽ. Cerne qũo Ioſeph totus hoc mel-
le illitus erat. Veniunt fratres non iã ante Gene. 45.
fratrem, ſed ante dñm aſſiſtentes, conſcij
ꝑditionis, homicidij rei, fratricidij ſucceſ-
ſores. Videt eos Ioſeph, & oĩum iniuria-

rum immemor, dulciſſimis fletibus inun-
dat̃, & pietatis adeps qui intus latitat, fo
ras ꝑ oculos emanat. Fugit odiũ, neſcitm
irã tp̃s iracũdiæ nõ reſeruat: reddẽs bonũ
pro malo, pro crudelitate dulcedinẽ. Pe-
Exod 32. c. nè quin oblitus ſim Moyſen adeo ſacri li
quoris huius rore ꝓfuſum, ut totus ex eo
ſuperfundat̃ & profluat. Peccat Iſrael, &
Moyſes peccantẽ reconciliare nitit̃ crea-
tori, ſed diſſimulat dñs exaudire rogantẽ.
Promittit plurima Moyſi creator oĩum:
& feriendi licentiã q̃rit à Moyſe, q Moy
ſen fecit. Dimitte me (inquit) ut iraſcat̃ fu
ror meus contra eos, & faciã te in gẽtem
magnã. Reſpõdit Moyſes. Si dimittis, di
mitte. Alioqn dele me de libro quem ſcri
pſiſti. Obſtupeſcẽda ꝓfecto dulcedo. Et
principatũ reſpuit gentis alienæ, & de li-
bro uiuentiũ deleri deſiderat, niſi peccan
tibus dimittat̃ offenſa. Hæc ſunt unguẽta
ꝓpitiationis & miſericordiæ, q̃ à ſponſæ
uberibus eliquant̃, infirmitates oẽs fugã-
tia, ꝓfligantia paſſiones. Felix Maria un-
xit pedes Ieſu: felicior eadẽ unxit caput
authoris: feliciſſima q̃ rorẽ unguentarium
toti corpi Chr̃i p̃parauit. Cõſidera quam
uehemẽtiſſimo dilectionis affectu beata
Ioan. 20. d. hęc mulier diligebat Chr̃m regem. Dñe,
inquit, ſi ſuſtuliſti eũ, dicito mihi: & ego
eũ tollam. Quẽ eum Maria? Cũ de nullo
feceris mentionẽ: ad quẽ relationẽ facias?
Putáſne ꝙ in oĩbus cordib⁹ uerſet̃ ita me
moria dilecti tui, ſicut & in cõſiſtorio cor
dis tui? Et ego, inquit, eũ tollã. Mira res.
Hoĩem ꝑfectæ ætatis: uirꝛ cuius corpori
uix centũ libræ ſufficiũt unguẽtoꝛ: tener
rima mulier portabis & tolles? Ardẽs &
affecta locutio, q̃ de puritatis amore refu
ſa, promittit qđ ĩplere non põt. Nihil. n.
amãti difficile eſſe uidet̃. Quis deſperare
debeat, tãta peccatrice non ſolũ ueniam,
ſed & gloriã conſequente? Ipſa hodie in-
tercedat pro peccatis nr̃is, & placatũ no
bis reddat iudicem noſtrũ amicũ ſuũ, q ẽ
ſuꝑ oĩa benedictus deus in ſecula. Amẽ.

In aſſumptione beatæ Mariæ. Sermo. I.

u Irgo hodie glorioſa cœlos aſcen
dẽs, ſupernoꝛ gaudia ciuium co
pioſis ſine dubio cumulauit aug-
mentis. Hæc eſt. n. cuius ſalutationis uox
& ipſos exultare facit ĩ gaudio, quos ma
terna adhuc uiſcera claudũt. Quòd ſi par
uuli necdũ nati aĩa liquefacta eſt ut Ma-
ria locuta eſt: quid putamus quęnam illa
fuerit cœleſtiũ exultatio, cum & uocẽ au
dire, & uidere faciem, & beata eius frui
præſentia meruerunt? Nobis uerò chariſ-
ſimi, quæ in eius aſſumptione ſolẽnitatis
occaſio, quæ cauſa lætitiæ, quæ materia
gaudioꝛ? Mariæ præſentia totus illuſtra
tur orbis, adeo ut & ipſa iam cœleſtis pa
tria clarius rutilet uirgineæ lampadis irra
diata fulgore. Meritò proinde reſonat in
excelſis gratiaꝛ actio & uox laudis, ſed
plangendũ nobis quã plaudendũ magis
eſſe uidetur. Quantũ. n. de eius præſentia
cœlũ exultat, nũquid non cõſequens eſt
ut tm̃ lugeat hic noſter inferior mundus
eius abſcentiã? Ceſſet tñ querela noſtra,
quia nec nobis hic eſt manẽs ciuitas: ſed
eam inquirimus ad quã hodie Maria be-
nedicta peruenit. In quam ſi conſcripti ci
ues ſumus, dignũ profecto eſt ẽt ĩ exilio,
ẽt ſuꝑ flumina Babylonis eius nos recor-
dari, eius cõicare gaudijs, ei⁹ participare
lætitiam, maximeq́ꝫ eam quæ tã copioſo
impetu lætificat hodie ciuitatem Dei: ut
ſentiamus & ipſi ſtillicidia ſtillantia ſuꝑ
terram. Præceſſit nos regina noſtra, p̃ceſ-
ſit, & tam glorioſè ſuſcepta eſt, ut fiducia
liter ſequantur dominam ſeruuli clamen
tes, Trahe nos poſt te: in odore unguen-
toꝛ tuorũ curremus. Aduocatã pręmiſit
peregrinatio noſtra: quę tanq̃ iudicis ma
ter, & mater miſericordiæ, ſuppliciter &
efficaciter ſalutis noſtræ negocia pertra-
ctabit. Pretioſum hodie munus terra no-
ſtra direxit in cœlũ, ut dando & accipien
do felici amicitiaꝛ fœdere copulent̃ hu-
mana diuinis, terrena cœleſtib⁹, ima ſum
mis. Illo. n. aſcẽdit fructus terrę ſublimis,
unde data optima & dona perfecta de-
ſcendunt. Aſcendens ergo in altum uirgo
beata dabit ipſa quoqꝫ dona hominibus.
Quidni daret? Siquidem nec facultas ei
deeſſe poterit nec uoluntas. Regina cœ-
lorum eſt, miſericors eſt. Denique mater
eſt unigeniti filij dei. Nihil enim ſic po-

teſt poteſtatis eius ſeu pietatis magnitu-
dinem cõmendare: niſi forte aut non cre-
dit̃ dei filius honorare matrem: aut dubi-
tare quis põt oĩno in affectum charitatis
tranſiſſe Mariæ uiſcera, in quibus ipſa q̃
ex deo eſt charitas nouẽ menſibus corpo
raliter requieuit. Et hæc quidẽ ꝑꝑ nos di-
xerim fratres, ſciens difficile eſſe ut in tan
ta inopia charitas illa ꝑfecta non quærẽs
q̃ ſua ſunt, ualeat inueniri. Vt tñ iterim ſi-
leam beneficia q̃ pro illius glorificatione
conſequimur: ſi eã diligimus, gaudebim⁹
utiqꝫ, quia uadit ad filiũ. Planè, inquã, cõ-
gratulabimur ei, niſi forte (qđ abſit) inuẽ
trici gratiæ oĩmodis inueniamur ingrati.
Quem. n. in caſtellum mundi huius intrã-
tem prius ipſa ſuſceperat: ab eo ſuſcipitur
hodie ſanctam ingrediens ciuitatem. Sed
cũ quãto putas honore, cũ quanta putas
exultatione, cũ quanta gloria? Nec in ter
ris locus dignior uteri uirginalis tẽplo in
quo filiũ dei Maria ſuſcepit, nec in cœlis
regali ſolio in quo Mariam hodie Marię
fili⁹ ſublimauit. Felix nimirꝛ utraqꝫ ſuſce-
ptio: ineffabilis utraqꝫ, quia utraqꝫ inex-
cogitabilis eſt. Vt quid. n. ea hodie in ec-
cleſiis Chriſti euangelica lectio recitat̃,
in qua mulier benedicta ĩ mulieribus ex-
cepiſſe intelligit̃ ſaluatorẽ? Credo ut hæc
quam celebramus, ex illa ſuſceptione ali
quatenus æſtimet̃, imo ut iuxta illius in-
æſtimabilẽ gloriam inæſtimabilis cogno
ſcat̃ & iſta. Quis. n. ẽt ſi linguis hoĩum an-
gelorũq́ꝫ loquatur, explicare queat quẽ-
admodũ ſuperueniente ſpiritu, obũbran
te uirtute altiſſimi caro factũ ſit uerbum
dei, per qđ facta ſunt oĩa, & dñs maieſta
tis quem non capit uniuerſitas creaturæ,
intra uirginea ſeſe clauſerit uiſcera factus
homo? Sed & illud q̃s cogitare ſufficiat,
q̃ glorioſa hodie mundi regina ꝓceſſerit,
& quanto deuotionis affectu tota in eius
occurſum cœleſtiũ legionũ ꝓdierit multi
tudo, quibus ad thronũ glorię canticis ſit
deducta, q̃ꝫ placido uultu, q̃ꝫ ſerena facie,
q̃ꝫ diuinis amplexibus ſuſcepta à filio, &
ſuper oẽm exaltata creaturam, cũ eo ho-
nore quo tanta mater digna fuit, cum ea
gloria quæ tm̃ decuit filium? Felicia pror
ſus oſcula labijs impreſſa lactẽtis, cui uir-
gineo mater applaudebat in gremio. Ve-
rũ nunquid non feliciora cenſebimus quę
ab ore ſedentis in dextera patris hodie in
beata ſalutatione ſuſcepit, cũ aſcenderet
ad thronũ gloriæ, epithalamium canens
& dicens: Oſculetur me oſculo oris ſui?
Chriſti generationẽ, & Marię aſſumptio
nem quis enarrabit? Quantũ. n. gratiæ in
terris adepta eſt præ cæteris, tm̃ & in cœ
lis obtinet gloriæ ſingularis. Qđ ſi ocul⁹
non uidit, nec auris audiuit, nec in cor ho
minis aſcendit q̃ præparauit deus diligẽ-
tibus ſe: qđ præparauit gignẽti ſe, et (qđ
oĩbus eſt certum) diligenti præ oĩbus, q̃s
loquat̃? Felix planè Maria, & multiplici-
ter felix, ſiue cũ excipit ſaluatorẽ, ſiue cũ
à ſaluatore ſuſcipit̃: utrobiqꝫ mira digni-
tas uirginis matris: utrobiqꝫ amplectẽda
dignatio maieſtatis. Intrauit, inquit, Ieſus
in quoddã caſtellum, & mulier quædam Luc. 10. g.
excepit illũ in domũ ſuam. Sed laudibus
magis uacandum eſt, qđ feſtiuis p̃conijs
hæc dies debeatur. Quia uerò copioſam
nobis materiã lectionis huius uerba mi-
niſtrant: cras quoqꝫ conuenĩetibus nobis
in unum cõicandum erit ſine inuidia qđ
fuerit deſuper datum, ut in memoria tãtę
uirginis non mõ affectus deuotionis exci
tetur, ſed & mores ædificentur ad proue
ctum conuerſationis, in laudem et gloriã
filij eius domini noſtri, qui eſt ſuper oĩa
Deus benedictus in ſecula.

Item in eadẽ ſolennitate de euangelica lectione.

Sermo ſecundus.

i Ntrauit Ieſus in quoddam caſtel Ibidem.
lũ. Opportune ſatis hoc mihi in Baru. 3. c.
loco ꝓphetica exclamatio aſſu-
menda uidetur. O Iſrael quam magna eſt
domus dñi, & ingens locus poſſeſſionis
eius? An nõ ingens, cuius comparatione
caſtellũ dicitur terræ huius ſpatioſiſſima
latitudo? An non ingens patria & regio
inęſtimabilis, qñ ab ea ſaluator adueniẽs
cum ingrederetur orbem terræ, introiret
caſtellũ? Niſi forte caſtellum quis aliud
intelligendum putet quàm atrium for-
tis armati, principis mundi huius, cu-
ius uaſa diripere fortior ſuperuenit. Fe-

ſtinemus in illā ingredi beatitudinis am-
plitudinē fratres, ubi nemo aliū coangu-
ſtat:ubi poſſimus cū oībus ſanctis cōpre
hendere quænā ſit lōgitudo & latitudo,
ſublimitas & profundū. Necꝫ id deſpere
mus, q̄nquidē ipſe cœleſtis habitator pa
triæ ēt & creator, noſtri huius caſtelluli
anguſtias nō refugit. Sed ꝗd introiſſe eū
dicimus in caſtellū? Etiam ī anguſtiſſimū
uirginalis uteri diuerſoriū ītroiuit. Deni-
que & mulier quædam excepit illū in do
mū ſuam. Felix mulier, q̄ iam non explo-
ratores Hiericho, ſed poti⁹ fortiſſimū il-
lū expoliatorē ſtulti illius ꝗ uere ut luna
mutaṫ, non legatos Ieſu filij Naue, ſed ip-
ſum magis ſuſcipere meruit ueꝝ Ieſum fi
lium dei. Felix, inquā, mulier: cuius dom⁹
ſaluatore ſuſcepto inuēta eſt mūda ꝗdē:
ſed planè non uacua. Quis.n. uacuā dixe-
rit, quā ſalutat angel⁹ gratia plenā? Necꝫ
hoc ſolū: ſed adhuc quocꝫ in eam ſupuen
turꝝ aſſerit ſpūm ſanctū. Ad quid putas,
niſi ut ēt ſuperimpleat eam? Ad ꝗd niſi ut
aduenientē iam ſpiritu plena, ſibi eodem
ſuperueniēte, nobis quocꝫ ſuperplena &
ſupereffluens fiat? Vtinā fluant in nos aro
mata illa, chariſmata.ſ.gratiaꝝ: ut de ple
nitudine tanta oēs accipiamus. Ipſa nēpe
mediatrix noſtra, ipſa eſt per quā ſuſcepi
mus miſericordiam tuā Deus, ipſa ꝑ quā
& nos dn̄m Ieſum in domos noſtras exci
pimus. Et nobis.n.ſingulis caſtra ſunt ſin-
gula, & ſingulæ domus: & ſapientia pul-
ſat ad oſtia ſinguloꝝ. Siquis ei aperuerit,
introibit, cœnabitcꝫ cū eo. Eſt uulgare ꝓ-
uerbiū, qđ multoꝝ in ore, magis autē in
corde uerſaṫ: Bonū, inquiūt, ſeruat caſtel
lum, qui cuſtodierit corpus ſuū. Sapiens
tn̄ non ſic, ſed magis, inquit: Omni cuſto-
dia ſerua cor tuū, ꝗa ex ipſo uita ꝓcedit.
Eſto tn̄ cedendū ſit multitudini: bonum
caſtrū cuſtodiet qui cuſtodierit corpus
ſuū. Illud ſanè quærendū, quęnam huic ſit
adhibēda cuſtodia caſtro. Recténe cuſto
diſſe tibi uideṫ aīa illa corporis ſui caſtrū,
cuius membra uelut coniuratione facta
Deu. 32.b. inimico eius dn̄ium tradidere? Sūt.n.qui
cū morte fœdus inierūt, pactū pepigerūt
cum inferno. Incraſſatus eſt, inquit, dile-
ctus, & recalcitrauit, incraſſatus, īpingua
tus, dilatatus. Hæc planè cuſtodia, q̄ lau-
daṫ à peccatoribus ī deſiderijs carnis ſuę.
Quid uobis uideṫ fratres? Num & in hac
parte cedendum eſt multitudini? Abſit.
Paulū magis interrogemus: utpote ducē
ſtrenuū militiæ ſpiritualis. Dic nobis apo 1. Cor. 9.
ſtole quæ ſit tui cuſtodia caſtri? Ego, ait,
ſic curro nō quaſi in incertū, ſic pugno nō
quaſi aerem uerberans. Caſtigo corpus Rom. 6.
meū, & in ſeruitutem redigo, ne forte cū
alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar.
Et alio in loco: Non regnet, inquit, pecca
tū in ueſtro mortali corpore ad obedien
dū concupiſcētijs eius. Vtilis profecto cu
ſtodia, & felix aīa quæ ſic cuſtodierit cor
pus ſuū, ut nunq̄ ſibi uendicet illud inimi
cus. Fuit.n.aliq̄n cum hoc meū caſtrū ty-
rannidi ſuæ impius ille ſubiecerat, ſibi po
teſtatiue membris imperans uniuerſis.
Quantū eo nocuerit tꝑe, præſens adhuc
indicat deſolatio & egeſtas. Heu nec cō-
tinentiæ murū in eo, nec patientiæ ante-
murale reliꝗt. Exterminauit uineas, meſ-
ſuit ſegetes, arbores extirpauit, ꝗppe etiā
oculus iſte meus deprædabaṫ aīam meā.
Denicꝫ niſi quia dn̄s adiuuit me: paulomi
nus habitaſſet ī inferno aīa mea. Dico au
tem infernū inferiorem, ubi nulla confeſ-
ſio, unde nemini daṫ exire. Cæterum etiā
tūc nec carcer illi deerat nec infernus. Ab
ipſo nempe coniurationis & perditionis
peſſimæ deprehenſa principio: non alibi Pſal. 68
quàm in domo propria carcerali eſt mā-
cipata cuſtodiæ: nec alijs quā ſuę illius fa
miliæ data tortoribus. Erat.n. illi cōſcien
tia carcer, erant tortores ratio & memo-
ria: atcꝫ hi quidē crudeles, auſteri & īmi-
ſericordes: ſed lōgè minus rugiētibus illis
præparatis ad eſcā: ꝗbus erat iamiācꝫ tra
dēda. Sed benedict⁹ Deus ꝗ nō dedit me
in captionem dentib⁹ eoꝝ. Benedictus,
inquam, dn̄s qui uiſitauit & fecit redem-
ptionē. Cū.n. inferiori eā carceri tradere
malignus & tortorib⁹ acceleraret, ſed et
caſtrū ipſum ignib⁹ cremare ꝑpetuis, ut
digna ꝑiurijs fieret retributio mēbris: for
tior ſuꝑuenit. Intrauit ī caſtellū Ieſus: qui
forte alligans, eius uaſa diripuit: ut q̄ pri- Nota.
us erant

us erant in contumeliam, faceret in hono
rem. Crōtiuit portas ęreas, et cōfregit fer
reos uectes: uinctū de domo carceris &
umbra mortis educēs. Porrò egreſſus ei⁹
in cōfeſſione. Ipſa eſt.n.ſcopa qua mūda-
tus carcer & ornatus, deinceps regulariū
inſtitutionū iuncis ꝗbuſdā pulchrè uiren
tibus de carcere redit in domū. Habet er
go mulier iam domū ſuā, habet ubi ſuſci-
piat eum cui ſuꝑ tantis bn̄ficijs extat ob-
noxia. Alioꝗn uę ei ſi eum excipē renuit, ſi
nō detinet, ſi nō cogit manere ſecum, q̄m
adueſperaſcit. Rediēs.n. qui prius eiectus
eſt, mundatam ꝗdem & ornatā domum
inuenit, ſed uacantē. Relinꝗtur ſiquidem
mulieri domus ſua deſerta, quā ſaluatoris
hoſpitio dignam exhibere neglexit. Qūo
inꝗs? Poterit ne domus mundata confeſ-
ſione prioꝝ delictoꝝ, & obſeruatione re
gularium inſtitutionū ornata, indigna ad
huc iudicari habitaculo grāæ, ſaluatoris in
greſſu? Poterit ſine dubio, ſi ſuꝑficietenus
emūdata, & iuncis (ut dictū eſt) ſtrata ui-
rentibus, interius plena ſit luto. Quis.n.ſu
ſcipiendum dn̄m arbitretur in dealbatis
mortuoꝝ ſepulchris, quæ uidētur à foris
ſpecioſa, ītrinſecus aūt ſpurcitia & ſanies
uniuerſa repleuit? Eſto ſiꝗdem ut aliquan
do tanq̄ ipſa ſuperficie delectatus īcipiat
primum apponere pedē, ei qui hmōi eſt,
primam aliquā uiſitationis ſuæ gratiam
indulgendo: nūquid nō reſiliet illico cum
indignatione? Nunꝗd non effugiet clami
tans, Infixus ſum in limo ꝓfundi: & nō eſt
ſubſtantia? Virtutis.n.ſpecies & non ueri
tas, quaſi qualitas eſt, nō ſubſtātia. Necꝫ
uerò ingreſſum eius exterioris poteſt con
uerſationis tenuis ſuꝑficies ſuſtinere: q̄m
oīa penetrat, & in intimis cordibus eius
habitatio eſt. Quòd ſi nequāq̄ ſpūs diſci
plinæ ſubditum manifeſtè peccatis cor-
pus inhabitat, fictum uticꝫ nō modo de-
clinat, ſed & effugit, atcꝫ elōgatur ab eo.
An uerò aliud eſt quā fictio execranda, ſi
peccata ſuꝑficietenus radas, nō intrinſe-
cus eradices? Certus eſto q̄m pullulabit
uberius: & emundatā ſed uacantē domū
cum neqoribus ſeptem qui eiectus fuerat
hoſtis malignus intrabit. Reuerſus.n.ad
uomitum canis, odibilis erit multo plus
quam antè: & fiet filius gehēnæ multipli-
citer, qui poſt indulgentiam delictoꝝ in
eaſdem denuo ſordes inciderit, ut ſus lo-
ta in uolutabro luti. Vis uidere mundatā,
ornatam, & uacantem domum? Hominē
intuere qui cōfeſſus eſt, & deſeruit mani-
feſta peccata præcedentia ad iudiciū, &
nunc ſolas mouet manus ad opera māda
toꝝ, corde penitus arido, ductus cōſuetu
dine quadam, planè quaſi uitula Effraim
docta diligere trituram. Exterioꝝ quę ad
modicum ualent, ne unum iota p̄terit, ſed
camelum glutit dum culicem liquat. In
corde.n. ſeruus eſt ꝓpriæ uoluntatis, cul-
tor auaritiæ, gloriæ cupidus, ambitionis
amator, aut hæc oīa aut ſingula quęcꝫ in-
tus uitia fouens: & mentiṫ iniquitas ſibi:
ſed Deus non irrideṫ. Videas.n. interdum
ſic palliatum hoīem, ut ſeducat etiam ſe-
metipſum, penitus nō attēdens uermem
qui interiora depaſcitur. Manet.n.ſuperfi
cies, & ſalua ſibi oīa arbitratur. Comede Oſeæ. 7. b.
rūt (ait ꝓpheta) alieni robur eius: & igno
rauit. Dicit ꝗa diues ſum: & nullius egeo,
cum ſit pauper & miſer et miſerabilis. Nā
& inuenta occaſione ebullire ſaniem quę
latebat in ulcere, & exciſam nō extirpatā
arborem in ſiluam pullulare uideas dēſio
rem. Qđ periculum ſi uolumus declina-
re, ſecurim ponamus neceſſe eſt ad radi-
ces arboꝝ, non ad ramos. Non ſola inue
niatur in nobis exercitatio corporalis ad
modicum ualēs: ſed inueniaṫ utilis ad oīa
pietas, & exercitium ſpirituale. Mulier, Textus.
inꝗt, Martha noīe excepit illum in domū
ſuam, et huic erat ſoror noīe Maria. Soro
res ſunt, et debēt eſſe cōtubernales. Occu
paṫ hæc circa frequēs miniſteriū, illa dn̄i-
cis eſt intēta ſermonibus. Ad Marthā ſpe
ctat ornatus, ſed īpletio ad Mariā. Vacat
.n. dn̄o: ut nō ſit domus uacās. Sed mūda
tionē cui poſſumus attribuere? Erit.n. ſi et
hoc īuenerimus, domus in qua ſaluator ſu
ſcipiṫ: & munda & ornata, & nō uacans.
Demus eā Lazaro, ſi et uobis ita uideṫ. Et
ei ſiꝗdē frn̄itatis iure cū ſororibus eſt do-
mus iſta cōmunis. Dico aūt Lazaꝝ quē
quatriduanū iamiācꝫ fœtentē à mortuis

excitat uox uirtutis: ut uideatur ſatis congruè formã gerere pœnitẽtis. Intret ergo domũ ſaluator, & frequẽter uiſitet: & eã quã pœnitẽs Lazarus mũdat ornat Martha, & Maria replet internę dedita contẽplationi. Sed forte curioſus quiſq; requirat cur in pñti euãgelica lectione nulla prorſus Lazari mẽtio fiat. Arbitror ſanè ne id quidem à propoſita ſimilitudine diſſidere. Virginalẽ etenim domum intelligi uolẽs ſpũs ſiluit nõ incõgruè pñiam, quæ malũ utiq; comitatur. Abſit.n.ut proprij quicquam inquinamenti domus hæc aliquñ habuiſſe dicat, ut in ea proinde ſcopa Lazari quęreretur. Quòd ſi originalem à parentibus maculã traxit, ſed minus à Hieremia ſanctificatã in utero, aut non magis à Ioanne ſpiritu ſancto repletã credere ꝓhibet pietas Chriſtiana. Hæc.n. feſtis laudibus naſcens honorat. Poſtremo cũ oĩmodo conſtet ab originali cõtagio ſola grã mundatam eſſe Mariã: quippe cũ & nunc in baptiſmate ſola hãc maculam lauet grã, & ſola eam raſerit olim petra circũciſionis: ut oĩno pium eſt credere, ꝓprium Maria delictũ nõ habuit, nihilominus ab innocẽtiſſimo corde ẽt pñia longe fuit. Sit ergo Lazarus apud eos quorũ neceſſe eſt ab opibus mortuis cõſcientias emundari: ſecedat inter uulneratos dormientes in ſepulchris, ut in thalamo uirginali inueniantur Martha & Maria tñ. Ipſa eſt.n. quæ Eliſabeth grauidę & grandęuæ quaſi mẽſibus tribus humili deſeruiuit officio, ipſa uerba oĩa quæ de filio dicebant, cõſeruabat cõferẽs in corde ſuo. Neminem ergo moueat ꝙ ſuſcipiens mulier dñm, nõ Maria, ſed Martha uocatur: qñ in hac una & ſumma Maria, & Marthæ negotium, & Mariæ nõ ocioſum ocium iuenit. Omnis quidem gloria filiæ regis abintus, nihilominus tñ in fimbrijs aureis circũamicta eſt uarietate. Non eſt de numero fatuarũ uirginũ prudens uirgo. Lãpadem habet, ſed in uaſe oleum portat. An forte excidit uobis euangelica illa parabola quæ fatuas uirgines ꝓhibitas narrat ab introitu nuptiarũ? Erat equidem domus earũ munda. uirgines.n. erant. Erat ornata, quia ſimul omnes, id eſt, fatuæ cum prudẽtibus lampades ornauerũt: ſed erat uacans: quia in uaſis ſuis oleum non acceperũt. Hinc eſt ꝙ nec ab eis ſuſcipi in domos ſuas, nec admittere eas dignat ſpõſus cœleſtis ad nuptias. Nõ ſic mulier illa fortis, quæ ſerpentis caput contriuit. Habes.n. poſt multa in laudibus eius, quia non extinguet in nocte lucerna ipſius. In ſugillationẽ hoc dicitur fatuarũ, quæ ueniente media nocte ſponſo, conquerunt ſero & dicunt: Quia lampades nrę extinguunt. (Matth. 25.) Proceſſit igitur glorioſa uirgo, cuius lampas ardentiſſima ipſis quoq; angelis lucis miraculo fuit, ut dicerent: Quæ eſt iſta quæ ꝓgredit ſicut aurora cõſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol? (Cantic. 6.) Clarius.n. cęteris rutilabat, quã repleuit oleo grã præ participibus ſuis Xp̃s Ieſus filius eius dominus noſter.

Item unde ſupra. *Sermo.* III.

Ntrauit Ieſus in quoddam caſtellum, & mulier quædam Martha noĩe excepit illum in domũ ſuã. (Lucæ 10.) Quid eſt fratres, ꝙ è duabus ſororibus altera tantum dñm legitur excepiſſe, & ea ipſa quæ uidet inferior? Optimam.n. partem elegit Maria, teſte ipſo quem Martha ſuſcepit: ſed prior natu Martha uidetur, et ſalutis initium ſibi magis actio quã cõtemplatio noſcitur uendicare. Laudat Chriſtus Mariã, ſed à Martha ſuſcipitur. Amat Rachelem Iacob, ſed Lia ſupponitur ignoranti. (Geneſ.) Si de fraude quæritur, audiat nõ eſſe cõſuetudinis ut iuniores prius tradant ad nuptias. Quòd ſi luteam hanc cogites domũ, facile erit noſſe quẽadmodũ in ea dñm Martha magis excipiat quã Maria. Quod n. ait apl's: Glorificate & portate Deum in corpore ueſtro: (1. Cor.) Marthæ dicitur, non Mariæ. Hæc nimirum corporis utitur inſtrumento, cum illi potius ſit impedimento. Deniq; corpus, inquit, quod corrumpit, aggrauat aĩam, & deprimit terrena ĩhabitatio ſenſum multa cogitantem. (Sap. 9.) Nũquid & operantem? Martha igitur in domum ſuã excepit ſaluatorẽ in terris, Maria potius cogitat quemadmodũ ſuſcipiat ab eo in domo non manu facta, æterna in cœlis. Fortè tñ & ipſa dñm ſuſcepiſſe uidetur, ſed in ſpiritu. Dñs.n. ſpũs eſt. Huic, inquit, (haud dubium quin Marthæ) ſoror erat noĩe Maria: quæ etiam ſedens ſecus pedes Ieſu, audiebat uerbum illius. (Textus.) Vides ꝙ utraq; ſuſcepit uerbũ, hæc in carne, illa in uoce. Martha aũt ſatagebat circa frequens miniſterium. (Textus.) Quæ ſtetit & ait: Dñe, non eſt tibi curæ ꝙ ſoror mea reliquit me ſolã miniſtrare? Putas in domo in qua Xp̃s ſuſcipit, uox murmuratiõis audiet? Felix domus, et beata ſemp cõgregatio eſt, ubi de Maria Martha cõqueritur. Nam Mariæ Marthã æmulari prorſus indignum, prorſus illicitũ eſt. Alioquin ubi legit Mariam cauſantẽ, quia ſoror mea reliquit me ſolã uacare? Abſit abſit, ut quæ Deo uacat, ad tumultuoſam aſpiret fratrũ officialium uitã. Martha ſemp inſufficiẽs ſibi minus idonea uideat, alijſq; magis id operis quod adminiſtrat optet imponi. Rñdit aũt ei Ieſus Martha Martha ſolicita es, & turbaris erga plurima. (Textus.) Vide pręrogatiuam Mariæ, quem in omni cauſa habeat aduocatũ. Indignat ſiquidem phariſæus, cõqueritur ſoror, ẽt diſcipuli murmurant: ubiq; Maria tacet, & pro ea loquitur Chriſtus. Optimã, inquit, partem elegit ſibi Maria, quæ non auferet ab ea in æternũ. (Textus.) Hoc unũ illud neceſſariũ eſt, hæc una quã ꝓpheta tam ſedule requirebat: Vnam, inquit, petij à dño, hanc requiram. (Pſal. 26. b.) Quid tñ ſibi uult fratres, ꝙ optimam partẽ Maria dicit elegiſſe? Vbi iam erit qđ aduerſus eam ꝓferre ſolemus, ſiquñ forte adminiſtrantis Marthæ turbationem, inæqualitatẽ diiudicare uoluerit: Melior eſt iniquitas uiri, quã benefaciens mulier? (Eccli. 42. d.) Vbi erit & illud: Siquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ pater meus? (Ioan. 12. d.) & illud: Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter? (Matt. 20. d) Poſtremo quæ cõſolatio eſt laborãti, quaſi in eius ſuggillationẽ, partem ſororis attollere? Vnũ ergo arbitror è duobus, ut aut de electione Maria laudetur, ꝙ pars ipſa, quantũ in nobis eſt, ſit oĩbus eligẽda: aut certe ut neutrũ dicat defuiſſe, nec in partem quãlibet præcipitaſſe ſñiam, ſed ad obedientiã pceptoris in utrũlibet ſit parata. Quis enim ſicut Dauid fidelis ingrediens, egrediens & pergens ad imperium regis? Deniq; paratum, inquit, cor meum, paratum cor meum, non ſemel tantum, ſed & ſecũdo, et uacare tibi, & proximis miniſtrare. (Pſal. 56. b.) Hæc planè pars optima, quæ non auferetur. hæc mens optima, quæ non mutabit quocunq; uocaueris eam. Bonum, inquit, acquirit gradum, qui bene miniſtrauerit: (1. Ti. 3. c.) forte meliorẽ qui bene uacauerit deo, optimum autẽ qui perfectus eſt in utroq;. Vnum adhuc dico, ſi tamen id de Martha liceat ſuſpicari. Nónne enim quaſi ocioſam reputaſſe uidetur, quã ſibi dari petijt adiutricem? Sed carnalis eſt, & omnino non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei, ſiquis forte uacantem animã ſua de uacatione redarguit. Audiat igitur optimam eſſe hãc partẽ, quæ maneat in æternum. Nunquid non rudis quodãmodo uidetur anima quę diuinę cõtemplationis penitus expers, illam intrauit regionem, ubi hoc unum oĩum opus, unũ ſtudium, eadem uita? Sed cõſideremus fratres quẽadmodũ in hac domo noſtra tria hæc diſtribuerit ordinatio charitatis, Marthæ adminiſtrationem, Mariæ cõtemplationem, Lazaro pœnitentiã. Habet hæc ſimul quæcunq; perfecta eſt anima, magis tamen uidentur ad ſingulos ſingula pertinere, ut alij uacent ſanctæ contemplationi, alij dediti ſint fraternæ adminiſtrationi, alij in amaritudine animæ ſuæ recogitent annos ſuos tanquam uulnerati dormientes in ſepulchris. Sic planè ſic opus eſt, ut Maria pie & ſublimiter ſentiat de deo ſuo, Martha benigne & miſericorditer de proximo, Lazarus miſere & humiliter de ſeipſo. Gradum ſuum quiſq; conſideret. Si inuenti fuerint in ciuitate hac Noe, Daniel, Iob, ipſi iuſtitia ſua liberabuntur, ait dominus, ſed filium aut filiam non liberabunt. (Eze. 14. d) Nemini nos blandimur, utinam nec ueſtrum quiſpiam ſe ſeducat. Quibus enim nulla credita eſt diſpenſatio, adminiſtratio nulla commiſſa: his omnino ſedendũ erit aut ſecus pedes Ieſu cum Maria, aut certe cum Lazaro intra ſepta ſepulchri. Quidni erga multa turbetur Martha, quę ſolicita eſt pro multis? Tibi ergo cui neceſſitas hæc nõ incumbit, è duobus unum eſt neceſſarium, aut non turbari penitus,

ſed delectari magis in domino: aut ſi id
necdum potes, turbari non erga pluri-
ma, ſed (ut de ſe propheta loquitur) ad
teipſum. Iterum dico, ne quis de ignoran-
tia habeat excuſationẽ. Oportet te frater
ad quem de fabricanda ſeu regenda inter
undas diluuij arca nihil ſpectat, aut uirũ
eſſe deſideriorum, ut Daniel erat, aut cũ bea
to Iob uirum dolorum, & ſcientẽ infirmita-
tem. Alioqn uereor ne tepidum te & nau
ſeam ꝓuocantẽ euomat ex ore ſuo qui te
īuenire cupit aut ſui cõſideratione calidũ,
charitatis igne flagrantẽ, aut tua ipſius co
gnitione frigidũ, & aqua compunctionis
ignita diaboli iacula reſtinguentẽ. Sed &
ipſam quoq; Marthã admonitã eſſe ne-
ceſſe eſt id maxime quæri inter diſpenſa-
tores, ut fidelis qs inueniat̃. Erit aũt fide-
lis, ſi neq; quæ ſua ſunt q̃rat, ſed quæ Ieſu
Chriſti, ut ſit intentio pura: nec ſuã faciat,
ſed dñi uoluntatem, ut ſit actio ordinata.
Sunt.n. quorum non ſimplex eſt oculus, &
& recipiunt mercedẽ ſuam. Sunt qui ferũ
tur ꝓprijs motibus animorum, et cõtamina
ta ſunt uniuerſa quæ offerũt, quippe cum
uolũtates eorum inueniant̃ in eis. Veni nũc
mecum ad nuptiale carmen, & cõſidere-
mus quemadmodũ ſponſus ſibi ſponſam
uocat, nec ullum omiſerit ex his trib⁹, nec
Can.2.c. addiderit ultrà. Surge, inquit, ꝓpera ami-
ca mea, formoſa mea, colũba mea, & ue-
ni. An non amica eſt, quæ dñicis lucris in
tenta, fidelr̃ ipſam quoq; ꝓ eo ponit aĩam
ſuã: Quoties.n. pro uno ex minimis eius
ſpũale ſtudium interponit, totiẽs pro eo
ſpũaliter ponit aĩam ſuam. An non formo
ſa q̃ reuelata facie gloriã dñi ſpeculando,
in eandẽ imaginem transformat̃ de clari-
tate in claritatẽ tanq̃ à dñi ſpiritu? An nõ
columba, quę plãgit & gemit in forami-
nibus petrę, in cauernis macerię, tanq̃ ſe-
pulta ſub lapide? Mulier, ait, Martha no-
mine excepit eũ in domũ ſuã. Certum eſt
huius tenere locũ fratres officiales, quos
fraternę charitatis intuitus uarijs admini
ſtrationib⁹ deputauit. Vtinam aũt & ego
ipſe inter diſpẽſatores fidelis merear inue
niri. Quibus.n. cõuenientius uidet̃ aptan-
dum qd̕ dñs ait, Martha Martha ſolicita
es, q̃ ꝑlatis, ſi tñ digne in ſolicitudine præ
ſunt? Aut qs turbat̃ ergo plurima, niſi cui
& Mariæ uacantis & Lazari pœnitẽtis,
ſed & ipſorum qbus onera ſua partitur, uni
uerſa incũbit ſolicitudo? Vide Marthã ſo
licitam, uide Marthã erga plurima turba
tam, apl'm loquor, qui prę latos ſolicitudi
nis admonẽs gerit ipſe ſolicitudinẽ oĩum
eccleſiarum. Quis infirmatur, inquit, & ego
nõ infirmor? Quis ſcandalizat̃ & ego nõ 2.Cor.11.
uror? Suſcipiat igit̃ Martha dñm ĩ domũ
ſuã, cui nimirũ credita eſt diſpenſatio do-
mus. Mediatrix eſt, ut ſibi pariter et ſubie
ctis ſalutẽ obtineat, ſuſcipiat grãm, ſicut
ſcriptũ eſt: Suſcipiãt mõtes pacẽ ppl'o, & Pſal.71.
colles iuſtitiã. Suſcipiãt & cæteri coadiu-
tores eius ſinguli pro qualitate miniſterij
ſui, excipiãt Xp̃m, ſeruiãt Xp̃o, miniſtrẽt
ei in mẽbris ſuis: ille in infirmis fratribus,
ille in paupꝫibus, ille in hoſpitibus & pere
grinis. Quibus ita ſolicitis circa frequens
miniſteriũ, uideat Maria quẽadmodũ ua
cet & uideat qm̃ ſuauis eſt dñs. Videat, in
quam, q̃ deuota mente, q̃ tranquillo ſe-
deat aĩo ſecus pedes Ieſu, ꝓuidẽs eũ ſem-
per in conſpectu ſuo, & uerba ex ore eius
excipiens, cuius & aſpectus delectabilis,
& eloquiũ dulce. Diffuſa eſt.n. gratia in
labijs eius, & eſt ſpecioſus forma præ fi-
lijs hominũ, imò ẽt ſuꝑ oẽm gloriã ange-
lorum. Gaude & grãs age Maria quæ par-
tem optimã elegiſti. Beati.n. oculi qui ui-
dent quæ tu uides, & aures q̃ merent̃ au-
dire qd̕ audis. Beata planè quæ uenas ſu-
ſurrij diuini ꝑcipis in ſilentio, in quo utiq;
bonũ ẽ homini dñm expectare. Simplex
eſto, nõ tãtũ ſine dolo & ſimulatione, ſed
& abſq; multiplicitate occupationũ, ut
tecũ ſit ſermocinatio ei⁹, cuius & uox dul
cis, & facies decora. Vnũ caue, ne abũda
re ĩcipias in ſenſu tuo, & uelis plus ſapere
q̃ oportet ſapere: ne forte dum lucem ſe
ctaris, impingas in tenebras, illudẽte tibi
dæmonio meridiano: de quo nõ eſt huius
tp̃is diſputare. Nam Lazarus quo deue-
nit? Vbi poſuiſtis eũ? Sorores alloquor,
q̃ ſepelierunt fratrem prędicatione et mi
niſterio, exemplo & orõne. Vbi ergo po
ſuiſtis eũ? Abſcõditus eſt foſſa humo, ſub
lapide

lapide iacet, nõ facile inuenit̃. Propterea
Ioan.11. non erit incongruum quatriduano quar-
tum reſeruare ſermonem, ut iuxta ſaluato
ris exẽplum audientes: Ecce quẽ amas in-
firmatur, & nos maneamus hic die iſto.

Item in eadem ſolennitate. *Sermo.* IIII.

Tempus loquendi eſt omni carni
cum aſſumit̃ incarnati uerbi ma-
ter in cœlum, nec ceſſare debet à
laudibus humana mortalitas: cũ hoĩs ſo-
la natura ſupra ĩmortales ſpũs exaltat̃ in
uirgine. Sed de eius gloria nec ſilere deuo
tio patit̃, nec dignũ aliqd ſterilis cõcipere
cogitatio, aut inerudita põt locutio par-
Canti.8.b turire. Hinc ẽ ꝙ & ipſi cœleſtis curiæ prin
cipes in cõſideratione tantę nouitatis cla
mant nõ ſine admiratione: Quæ eſt iſta q̃
aſcendit de deſerto delicijs affluens? Ac ſi
manifeſtius dicant: Quanta eſt hæc, et un
de ei aſcẽdenti utiq; de deſerto affluentia
tanta deliciarum? Nec.n. pares ĩueniunt̃ de-
liciæ uel in nobis quos in ciuitate dñi læti
ficat fluminis impetus, qui à uultu gloriæ
uoluptatis gloria potamur. Quæ eſt iſta
q̃ de ſub ſole (ubi nihil eſt niſi labor & do
lor, & afflictio ſpũs) aſcendit delicijs ſpi-
ritualibus affluens? Quidni delicias dixe-
rim uirginitatis decus cũ munere fœcũdi-
tatis, humilitatis inſigne, diſtillantẽ chari
tatis fauũ, miſericordiæ uiſcera, plenitudi
nem grãæ, pręrogatiuã gloriæ ſingularis?
Aſcẽdens igit̃ de deſerto regina mũdi, ẽt
angelis ſanctis, ut canit eccleſia, ſpecioſa
facta eſt & ſuauis in delicijs ſuis. Deſinãt
tñ deſerti huius mirari delicias, qa dñs de
dit benignitatẽ, & terra nr̃a dedit fructũ
Pſal.84.b ſuũ. Quid mirant̃ de terra deſerta Mariã
aſcẽdere delicijs affluentẽ? Mirent̃ potius
pauperẽ Chriſtũ de cœleſtis regni pleni-
tudine deſcẽdentẽ. Longe.n. ãpliori mira
culo dignũ uidet̃ dei filiũ paulominus ab
angelis minorari, quã dei matrẽ ſuper an-
gelos exaltari. Illi⁹ ſiqdẽ exinanitio, facta
eſt repletio noſtra: illius miſeriæ, mũdi de
2.Cor.8. licię ſũt. Deniq; cũ diues eſſet, ꝑꝑ nos pau
per fact⁹ eſt, ut nos eius ĩopia ditaremur.
Sed et crucis ignominia credẽtium facta
eſt gl'ia. Adhuc aũt et ad monumentũ ꝓ-
perat uita noſtra, ut quatriduanũ reducat
à monumento: & eũ de quo uobis hodie
(ſi meminit charitas ueſtra) ſermo debet̃,
Lazarũ quęrit, ut quęrat̃ & inueniat̃ à La
zaro. In hoc.n. eſt charitas, non quaſi nos
dilexerimus Deũ, ſed qa ipſe prior dilexit
nos. Age igitur dñe quęre quẽ amas, ut et
amantẽ facias & q̃rentẽ. Quære ubi po-
ſuerunt eũ. iacet.n. clauſus, ligatus, onera-
tus. Iacet in ergaſtulo cõſcientię, tenet̃ uin
culis diſciplinæ, & tanq̃ lapide ſuꝑpoſi-
to premit̃ & opprimit̃ onere pniæ, maxi-
mè ꝙ deſit ĩterim fortis ut mors dilectio,
& charitas oĩa ſuſtinens. Et in his oĩbus
iam fœtet dñe: quatriduanus eſt.n. Cre-
do iam multorum ingenia prę uolãt ut intel
ligãt quem uelim dicere Lazarum. Eum ſi- Ezech.8.
ne dubio qui nuper pc̃tõ mortuus fodit ſi Eſa.2.
bi parietẽ, ut uideat abominationes mul
tas & malas praui & inſcrutabilis cordis
ſui, & iuxta ꝓphetam aliũ ingreſſus eſt in
petrã, abſcõditus foſſa humo à facie furo
ris dñi. Sed qd eſt, dñe iam fœtet, quatri-
duanus eſt enim? Forte.n. fœtorem iſtum
& quatuor dies iſtos non cõtinuo quiuis
ĩtelligat. Ego primã arbitror timoris diẽ,
qua nimirũ irradiante cordibus nr̃is pec-
cato morimur, et quodãmodo ſepelimur
in cõſcientijs nr̃is. Secunda (ni fallor) agit̃
in labore certaminis. ſolet nempe ĩter pri
mordia cõuerſionis acrius inſurgere tẽta-
tio prauæ conſuetudinis, & uix extingui
poſſunt iacula ignita diaboli. Tertia nihil
ominus doloris etiã uidet̃ dum recogitat
qs annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ,
nec tã laborat declinando futura, q̃ præ-
terita plãgendo deplorat. Miraris ꝙ hos
dixerim dies? Sed Sepulturæ debent̃ dies
nebulæ & caliginis, dies luctus & amari-
tudinis. Sequit̃ dies pudoris non diſſimi-
lis tribus, qñ iam horribili cõfuſione ope
ritur anima miſeranda, dum nimis cõſide
rat quæ & quanta deliquerit, & in oculis
cordis tetras uerſat imagines peccatorum.
Animus hmõi nihil diſſimulat, ſed diiudi-
cat, ſed aggrauat, ſed exaggerat uniuerſa:
nõ ſibi parcit durus iudex in ſemetipſum.
Vtilis qdem exacerbatio: & digna miſe-
ratione crudelitas: facile ſibi diuinam cõ-
cilians grãm: dum pro eo mens ęmulatur

etiam contra ſeipſam. Verũtamen Laza
re ueni foras:ne in tãto fœtore diutius im
moreris. Caro putrida putredini ꝓxima
eſt:& qui confundit̃ uehemẽtius & tabe-
ſcit,propè eſt ut deſperet. Propterea La-
zare ueni foras. Abyſſus abyſſum inuo-
cat:abyſſus luminis & miſericordię,abyſ
ſum miſeriæ & tenebraꝝ. Maior illius bo
nitas quã iniquitas tua:& ubi peccatum
abundat, ſuperbundare gratiã facit. La-
zare,inquit, ueni foras. Ac ſi manifeſtius
dicat,quouſcꝫ cõſcientię tuę caligo te de-
tinet? quãdiu in cubiculo tuo graui corde
compungeris? Veni foras,procede,reſpi
Eſa. 48. b ra in lucem miſerationum mearũ. Hoc.n.
Pſal. 41. b eſt quod in ꝓpheta legiſti: infręnabo os
tuũ laude mea,ne pereas. Euidẽtiꝰ quocꝫ
Propheta alius de ſeipſo:Ad meipſum,in
quit,anima mea turbata eſt, ꝓpterea ero
memor tui.Iam uerò quid ſibi uult quod
ait: Tollite lapidẽ,& poſt pauca, ſoluite
eum? Nunquid poſt uiſitationem gratiæ
conſolantis ceſſabit agere pœnitentiam,
quoniam appropinquauit regnũ cœloꝝ:
aut abĳciet diſciplinã:ne forte iraſcatur
dñs,et pereat de uia iuſta? Abſit hoc. Tol
latur lapis, ſed pnĩa maneat, nõ iam pre-
mens & onerans,ſed uiuidã & robuſtam
mentem roborans atcꝫ confirmans: nimi
rum cuius cibus ſit(quẽ antea neſciebat)
dñi facere uoluntatem. Sic & diſciplina
non iam conſtringit liberũ,ſecundũ illud,
1. Ti. 1. b Iuſtis nõ eſt lex poſita:ſed uoluntariũ re-
git & dirigit in uiã pacis. Super hac Laza
ri ſuſcitatione manifeſtius pſallit ꝓpheta:
Pſal. 15. c Non derelinques aĩam meam in inferno.
quia,ut dixiſſe memini,ſecundo huius fe-
ſtiuitatis die, infernus qdã, & carcer ani-
Ibidem. mæ,rea cõſciẽtia eſt. Nec dabis ſanctum
tuũ(non ſuũ ipſius, ſed tuum uticꝫ quem
ipſe ſanctificas) uidere corruptionẽ. Cor-
ruptioni ſiqdẽ ꝓximus erat quatriduanus
qui cœperat iam fœtere. Propè erat ut pe
nitus diſſolueret̃, & ueniens in ꝓfundum
maloꝝ contẽneret impius,ſed pręuentus
uoce uirtutis & ab ea uiuificatus gratias
Ibidem. agit dicẽs: Notas mihi feciſti uias uitę,ad
implebis me lętitia cum uultu tuo. Ad ip-
ſius ſiquidẽ contemplationẽ euocaſti &
eduxiſti ab inferno animam meam: dum
anxiaretur ſuper me ſpiritus meus: ĩtuens
conſcientię ꝓpriæ faciẽ nimis abominan
dam. Clamauit,inqt,uoce magna, Laza *Textus.*
re ueni foras. Magna uticꝫ uoce,non tam
ſono clamoſa,q̃ꝫ pietate et uirtute magni
fica. Sed quò deuenimus? Nunqd non ſu-
pra cœlos uirginem ꝓſequebamur euntẽ?
Et ecce cum Lazaro deſcẽdimus in abyſ
ſum. A ſplendore uirtutis,ad fœtorẽ qua-
triduani ꝓcliuis decurrit oratio. Cur hoc
niſi qa pondere ꝓprio ferebamur: & tra-
hebat nos materia, tanto uberior uticꝫ,
quãto familiarior? Fateor imperitiã meã:
puſillanimitatem ꝓpriam non abſcõdo.
Non eſt eqdem qđ me magis delectet,
ſed nec eſt quod terreat magis quàm de
gloria uirginis Mariæ habere ſermonem.
Vt enim ſileam interim ineffabile priuile-
giũ meritoꝝ,& prærogatiuã penitus ſin-
gularem, tanto ea deuotionis affectu am
plectunt̃, honorant, ſuſcipiũt(ut dignum
eſt)uniuerſi, ut licet de ea loqui geſtiant
omnes:tñ quicqd dicitur de indicibili, eo
ipſo qđ dici potuerit, minus gratũ ſit mi-
nus acceptetur. Quidni minus ſapiat qc-
quid de incomprehẽſibili gloria compre
hendere potuerit mens humana? Ecce.n.
ſi in ea laudauero uirginitatem, mihi mul
tæ uirgines poſt eam uident̃ offerri. Si hu
militatẽ prædicauero, inuenient̃ forte uel
pauci qui (docente filio eius) mites facti
ſunt,& humiles corde. Si magnificare uo
luero miſericordiæ eius multitudinẽ,ſunt
aliqui miſericordiæ uiri, etiã & mulieres.
Vnum eſt in quo Nec primã ſimilem uiſa
eſt nec habere ſequẽtem, Gaudia matris
hñs cum uirginitatis honore. Optimam
partẽ elegit ſibi Maria. Optimã planè:qa
bona fœcũditas cõiugalis,melior aũt ca-
ſtitas uirginalis: prorſus autẽ optima eſt
fœcunditas uirginea, ſeu fœcunda uirgini
tas. Mariæ priuilegium eſt,non dabit̃ al-
teri, qa nõ auferetur ab ea. Singulare eſt:
ſed continuo etiã indicibile inuenitur, ut
nemo aſſeq poſſit, ſic nec eloqui qdem.
Quid ſi & illud adĳcias,cuiꝰ mater? Quæ
iam poterit lingua,etiam ſi angelica ſit,di
gnis extollere laudibus uirginẽ matrem,

matrem autem non cuiuſcuncꝫ, ſed Dei?
Duplex nouitas,duplex prærogatiua: du
plex miraculũ, ſed digne prorſus aptiſſi-
mecꝫ cõueniẽs. Necꝫ.n. filius aliꝰ uirginẽ:
nec Deum decuit partus alter. Verũtamẽ
non hoc tantũ, ſi diligenter attendas, ſed
cæteras quocꝫ uirtutes ſingulares pror-
ſus inuenies in Maria, quæ uidebant̃ eſſe
cõmunes. Quę.n. uel angelica puritas uir
ginitati illi audeat comparari,quæ digna
fuit ſpiritus ſancti ſacrariũ fieri, & habita
culũ filĳ Dei? Si rerum pretia de raritate
penſamus quæ prima in terris angelicam
propoſuit ducere uitam,ſuper omnes eſt.
Luc. 1. c. Qũo,inquit,fiet iſtud, qm̃ uirum non co-
gnoſco? Immobile propoſitum uirginita
tis,quod nec angelo filium ꝓmittente ali
quatenus titubauit. Qũo,ĩquit,fiet iſtud?
Necꝫ.n. eo modo quo fieri ſolet in cæte-
ris. Virum penitus non cognoſco nec filĳ
deſiderio,nec ſpe prolis. Quanta uerò &
q̃ꝫ pretioſa humilitatis uirtus cũ tanta pu
ritate,cum innocentia tanta, cũ conſcien
tia prorſus abſcꝫ delicto, imò cum tantæ
gratię plenitudine? Vnde tibi humilitas et
tãta humilitas ô beata? Digna planè quã
reſpiceret dñs,cuius decorem cõcupiſce-
ret rex, cuius odore ſuauiſſimo ab æterno
illo paterni ſinus attraheret̃ accubitu. Vi-
de enim q̃ꝫ manifeſtè ſibi cõcinant uirgi-
nis noſtræ canticum,& nuptiale carmen:
nimirũ cuius uterus,ſponſi thalamus fuit.
ibidem. c Audi Mariã in euangelio. Reſpexit,inqt,
humilitatem ancillæ ſuæ. Audi eandem in
Cant. 1. d epithalamio:Cum eſſet rex, inqt, in accu-
bitu ſuo: nardus mea dedit odorem ſuũ.
Nardus quippe herba humilis eſt, & pe-
ctus purgat: ut manifeſtum ſit humilitatẽ
nardi noĩe deſignari,cuius odor & decor
inuenerit gratiam apud Deum. Sileat mi
ſericordiam tuam uirgo beata ſiquis eſt,
qui ĩuocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi
meminerit defuiſſe. Nos qdem ſeruuli tui
cæteris in uirtutibus cõgaudemus tibi,ſed
in hac potius nobis ipſis. Laudamus uir-
ginitatem:humilitatem miramur, ſed mi-
ſericordia miſeris ſapit dulcius,miſericor-
diam amplectimur charius, recordamur
ſæpius,crebrius ĩuocamus. Hæc eſt enim
quæ totius mũdi reparationem obtinuit,
ſalutem oĩum impetrauit. Conſtat enim
pro uniuerſo genere humano fuiſſe ſolici-
tam cui dictum eſt: Ne timeas Maria: in- *Luc. 1. d*
ueniſti gratiam, utique quam quærebas.
Quis ergo miſericordiæ tuæ ô benedicta,
longitudinem & latitudinem, ſublimita-
tem & ꝓfundum queat inueſtigare? Nam
longitudo eius uſcꝫ in diem nouiſſimũ in-
uocantibus eam ſubuenit uniuerſis. Lati-
tudo eius replet orbem terrarum: ut tua
quocꝫ miſericordia plena ſit omnis terra.
Sic & ſublimitas eius ciuitatis ſupernę in
uenit reſtaurationem,& profundum eius
ſedẽtibus in tenebris & in umbra mortis
obtinuit redemptionem. Per te enim cœ-
lum repletum:infernus euacuatus eſt: in-
ſtauratæ ruinæ cœleſtis Hieruſalem expe
ctãtibus miſeris uita perdita data. Sic po
tentiſſima & pĳſſima charitas & affectu
compatiendi,& ſubueniẽdi abundat effe
ctu,æquè locuplex in utrocꝫ. Ad hunc igi
tur fontem ſitibunda properet anima no-
ſtra. Ad hunc miſericordię cumulum tota
ſolicitudine miſeria noſtra recurrat. Ecce
iam quibus potuimus uotis aſcendentem
te ad filium deduximus, & proſecuti ſu-
mus ſaltem à longe uirgo benedicta. Sit
pietatis tuę ipſam quam apud Deum gra
tiam inueniſti,notam facere mundo: reis
ueniam:medelam ægris,puſillis corde ro
bur,afflictis conſolationem: periclitanti-
tibus adiutoriũ & liberationem ſanctis
tuis p̃cibus obtinendo. In hac quocꝫ die
ſolẽnitatis & lętitię dulciſſimũ Marię no
men cũ laude inuocãtibus ſeruulis,per te
regina clemẽs,gr̃æ ſuæ munera largiatur
Ieſus Xp̃s filius tuus dñs noſter:qui eſt ſu
per oĩa Deus bñdictus in ſecula. Amen.

In eadem ſolennitate. Sermo V.

i Ntrauit Ieſus in quoddam caſtel
lũ. Quod dñs ac Saluator noſter *Lucæ 10. g*
ſemel & in uno loco uiſibil'r tunc
dignatus ẽ opari:hoc etiã nunc tp̃is ubicꝫ
terrarum in cordibus electorũ operatur
quotidie inuiſibiliter. Ecce enim euange-
lio loquẽte audiuimus q̃ in quoddam ca
ſtellum intrauit Ieſus,& mulier quædam
Martha noĩe excepit illũ; & reliqua. Qđ

eſt aũt hoc caſtellum, niſi cor humanum, quod priuſquam dñs ad illud ueniat, cupiditatis foſſa uallatᷣ, muroq́ obſtinationis claudiᷣ, atq in interiori latitudine ſua Babylonica turre erigiᷣ? Tria certe ĩ omni oppido ſunt maxime neceſſaria: uictualia q̃bus ſuſtententᷣ, munitio qua ꝓtegantur, arma q̃bus hoſtibus reſiſtant. Sic ergo & huius caſtelli incolę uictũ hñt uoluptatem corporis, & ſeculi uanitatẽ, q̃bus paſcunᷣ. Habẽt & qua tegunᷣ ꝓprij cordis duritiã: ut uerbi Dei ſagittis potẽtib⁹ uix aut nunq̃ penetrari ualeãt. Accincti ſunt armis, carnalis. ſ. ſapiẽtiæ argumẽtis, quibus contra hoſtes repugnant. Vnde ſcri-

Lucæ.16.b. ptũ eſt: Filij huius ſeculi prudẽtiores filijs lucis in gñatione ſua ſunt. At uerò Chriſto uiſitãte & intrãte caſtellum hoc euertiᷣ, & pro eo nouũ aliud pulchrũ ac ſpirituale conſtruiᷣ: impleturq́ quod dicitur:

2. Cor.5.d. Siqua ĩ Chriſto noua creatura, uetera trãſierunt: & ecce facta ſunt oĩa noua. Sublata q̃ppe cupiditate expandiᷣ ingens ſinus deſiderij: ut ad eius aduentũ multò magis anhelet mẽs ad cœleſtia, q̃ prius terrenis incubuerat. Iam poniᷣ murus cõtinentiæ, antemurale patiẽtię. Surgit aũt hoc opus à fundamento fidei, & creſcit ꝑ dilectionem ꝓximi uſq ad charitatẽ Dei, quæ eſt in ſuꝑiori tabulatu, et in ꝓpugnaculis eiuſdem muri: q̃a nimirum tunc ꝑfecta eſt uirtus cõtinentiæ, q̃ñ in unitate fidei cũ proximis cõmuniter uiuẽtes, nõ ſupplicij metu, uel humanæ laudis appetitu, ſed ſolo diuini amoris obtentu à peccatis nos cõtinemus. Vel certè ideo charitas Dei (qua. ſ. nos diligit) ſuꝑ murũ eſſe uideᷣ, ut pro cõtinenti ſuo pugnare ſignificeᷣ, & q̃a contiñẽtia crebris ualidiſq tẽtatoris ictibus reſiſtere non poſſit niſi eius gr̃a protegatur. Idcirco. n. antemurale patientiæ ponitur, ne ad impugnandã cõtinentiã facilis diabolo pateat acceſſus. Qui ergo protegente patientia continenter uiuunt: ipſi bene cum apoſtolo ꝓteſtantur & dicunt: Quis

Roma.8.g. nos ſeparabit à charitate Chriſti? Tribulatio an anguſtia: an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Vides q̃ ſolidus ſit cõtinentiũ murus, quos neq mors, neq uita, neq angeli, neq principatus, neq poteſtates, neq uirtutes, neq inſtãtia, neq futura, neq fortitudo, neq altitudo, neq ꝓfundũ, neq creatura aliqua põt ſeparare à charitate Dei quæ eſt in Chriſto Ieſu. Sed iam pulſemus ad eius portas: portas. ſ. iuſtitiæ: ut aperiantur nobis, ingreſſiq́ per eas uideamus intus magna opera dñi exquiſita in omnes uolũtates eius. Ibi. n. oꝑante ipſo conſtruiᷣ tanq̃ in monte Sion euangelica illa turris, per quã humiliato corde aſcẽdunt in cœlum ſancti de conualle plorationis. Aſcendũt, inquam, nõ uirtute ſua, ſed auxilio & gr̃a Dei: ſicut ait ſpũs ſanctus per ꝓphetam

Pſal.83. Dauid: Beat⁹ uir cuius eſt auxiliũ abs te, aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit. Quæris ubi? In conualle plorationis, hoc eſt in humilitate uitæ pręſentis. Et eandẽ ipſam gr̃am replicat dicens: Etenim bñdictionẽ dabit legislator. Quò aũt pertingat aſcẽſus, uel ad quem fructum ꝑducat aſcẽdentes ipſa gr̃a, protinus ſubiungit. Ibunt, in-

Ibidem. quit, de uirtute in uirtutẽ: uidebitur Deus deoꝝ in Sion. Hæc eſt merces & hic eſt finis & fructus noſtri laboris, uiſio. ſ. Dei. Quis non hũc tantũ fructum rebus oĩbus uiſibilibus & inuiſibilibus incomparabiliter præferat? Quis eſt, cuius uel gelidũ pectus hoc deſideriũ non accendat? Hęc eſt enim illa gr̃a quam nobis cõmendat beatus Ioãnes euangeliſta dicens: Et de pleni-

Ioan.1. tudine eius nos omnes accepimus: & gratiam pro gratia. Ex q̃bus. ſ. uerbis innuitur ꝙ triplicem gratiã diuinitus accepimus: unam qua conuertimur: aliam qua in tentationibus adiuuamur: tertiam qua ꝓbati remuneramur. Prima nos initiat, per quã uocamur: ſecunda prouehit, qua iuſtificamur: tertia cõſummat, qua glorificamur. Et prima q̃dẽ bñplacitũ eſt: ſecunda meritũ: tertia pręmiũ. De prima dictũ eſt, et de plenitudine eius oẽs accepimus. de duab⁹ reliquis dictũ eſt: & gratiam pro gratia: id eſt, munera gloriæ æternę ꝑ merito tꝑalis militiæ. Sit ergo prima gr̃a in muro cõtinẽtiæ ad quã uocamur: ſit ſc̃da in aſcenſu turris quã aſcendimus: ſit tertia in eius culmine quò ꝑuenim⁹. Hic itaq, id eſt, in

hoc culmine, cũ ad illud perueniũt qui be-

Pſal.121.a. ne ꝓficiunt, fiunt iam locus & ſedes dño, de qualibus ſcriptũ eſt: Illuc. n. aſcẽderũt tribus tribus dñi teſtimoniũ Iſrael: ad cõfitendum nomini dñi: quia illic ſederũt ſedes in iudicio. Et q̃dem dum adhuc erant in muro cõtinentiæ & in acie ſtabãt, ĩpugnari poterãt, & primo tanq̃ adiutor notus erat in Iudęa Deus: cũ uero iam in iſta ſtatione cõſiſtunt ubi dñm ſpeculãtur, in Iſrael magnũ nomen eius, & factus eſt in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi cõfregit potẽtias, arcum, ſcutũ, & gladiũ, & bellũ: q̃a ibi nullus motus carnis reſiſtit, ſed oĩmodis ſubiecta ẽ ſpiritui. Hũc locũ ardenter deſiderabat ꝓpheta cũ di-

Pſal.131.a. ceret: Si dedero ſomnũ oculis meis & palpebris meis dormitationẽ, & requiẽ tꝑi-

Pſal.54.b. bus meis donec inueniã locum dño. Huc ẽt uolare cupiens, q̃s, inq̃t, dabit mihi pennas ſicut colũbæ, & uolabo et requieſcã? Iam uero ſi q̃ratur de caſtelli huius habitatoribus q̃s cibus ad ſuſtentandũ, qđ munimen ad ꝓtegendũ: quę'ue arma ſuppetant ad repugnandũ, poſſumus ſatis rõnabiliť rñdere, ꝙ quemadmodũ carnalibus carnis oꝑa fuerũt uictus: ita his multo melior cib⁹ ſit fructus ſpũs. Cibus ẽt eoꝝ eſt ut faciant uoluntatẽ patris oĩpotentis. Cibus eoꝝ eſt uerbũ Dei, quo paſcunᷣ oẽs ſancti, tam hoĩes q̃ angeli. Vnde ſcriptũ

Deut.8.a. eſt: Nõ in ſolo pane uiuit homo, ſed in om-

Matt 4.a. ni uerbo quod ꝓcedit de ore Dei. Munimentũ eoꝝ eſt (ſicut dictũ eſt) murus con-

Epheſ.6.c. tinentiæ, & antemurale patiẽtiæ. Habent cõtra hoſtes arma quæ deſcribit apl's, loricam iuſtitiæ, ſcutũ fidei, galeam ſalutis, et gladium ſpũs, quod eſt uerbum Dei. Nec quẽquã moueat qđ idem uerbũ dixerim eſſe & cibũ & gladiũ: quaſi ĩpoſſibile uel abſurdũ ſit. In rebus q̃dem materialibus aliud hoc, aliud eſt illud: & alibi q̃riᷣ hoc, alibi illud. In rebus uero ſpũalib⁹ nõ aliud hoc eſt, q̃ illud: nec alibi quæritur hoc, alibi illud, ſed oĩa ſunt nobis in Deo, & eſt Deus oĩa in nobis. Ecce enim in natura rerum q̃d tam diuerſum q̃ panis et lapis? et tamẽ ſi ad intellectum myſticum referas: utrunq idem ſignificat. Nam idem Chriſtus eſt dictus & panis & lapis: panis ſcilicet uiuus: & lapis quẽ reprobauerunt ædificantes. Vtrũq q̃dem eſt per ſignificatio-

Textus. nem, licet neutrum ſit per ꝓprietatẽ. Sed iam reuertamur ad ꝓpoſitum. Intrante Ieſu in hoc caſtellũ, duæ ſorores Martha & Maria, id eſt, operatio & intellectus, excipiunt illum. Excipiunt dixerim: an excipiunᷣ? Sed ſiue hoc ſiue illud dicaᷣ, utrũq ꝓdeſt illis, non Ieſu. Et Ieſus q̃dem cũ ad illas uenit, duo cõfert eis cõgruentia ſingulis: uirtutem & ſapientiã. Virtutem operationi, ſapientiã intellectui. Vnde etiam ab apl'o prædicaᷣ Dei uirtus & Dei ſapiẽtia.

1. Cor.1.d. Sed q̃d eſt, qđ intrãtem eum Martha excipit, diſcurrit, miniſtrat: Maria uerò ſecus pedes ſedens ingreſſi, in eius uerbũ cor ſuſpendit, niſi ꝙ prius eſt actio, poſtea uerò contẽplatio? Quiſq̃s. n. ad intelligentiam ꝑuenire deſiderat, profectò neceſſe eſt ut prius per oĩa bona ſeſe diligẽter exerceat,

Eccleſiaſtici.1.d. ſicut ſcriptũ eſt: Fili cõcupiſcẽs ſapientiã, cõſerua iuſtitiã: et Deus prębebit illã tibi. Et alibi. A mandatis tuis intellexi. Et fide

Pſal.118.n. purgãs corda eoꝝ. Qua fide? Fide ꝑ dile-

Acto.10.r. ctionẽ oꝑante. Habet Martha (dũ agit) formã bene oꝑantis, Maria uerò ſpeciem exprimit contẽplationis, dũ ſedet, dum tacet, dũ interpellata non rñdet: ſed tãtum in Dei uerbũ toto mẽtis ſtudio intendit, ac ſolam quam diligit gr̃am diuinę cognitionis cætera reſpuens medullitus haurit: foriſq́ uelut inſenſibilis reddiᷣ, dum intus ad contẽplanda dñi ſui gaudia feliciſſime rapiᷣ. Sine dubio talis eſt illa quæ in canti-

Canti.5.a. cis loq̃tur: Ego dormio, & cor meũ uigilat. Duobus autẽ modis Martha excipit dñm, & duplex ei conuiuium parat, quia duobus modis excluſerat eum. Duo quippe ſunt in operatione quæ nobis Deũ auferũt, flagitia ſcilicet & facinora. Flagitia dicimus. ſ. quæ in nobis, facinora quæ in ꝓximos peccãdo cõmittimus. Item ſunt duo q̃ Deũ reddũt, cõtinentia & beneuolentia: ut. ſ. ex cõtrarijs contraria curẽtur.

Rom.6.d. Hinc. n. ſcriptum eſt: Sicut exhibuiſtis mẽbra ueſtra ſeruire ĩmũditiæ & iniq̃tati ad iniq̃tatẽ, ita & nũc exhibete ea ſeruire iuſtitię in ſanctificationẽ. Dũ ergo parandis

talibus epulis occupaẗ Martha multum
ſatagens pro parte ſua,uult ēt Mariā.i.in-
tellectum & oĩa interiora ſua actioni inſi
ſtere,operiꝗ́ ſuo perficiendo opam dare.
Itaꝗ conquerit̃ de ſorore qđ ab ea nō ad
iuuet̃, nō tñ ad ipſam,ſed potius ad dñm
Textus. querelā dirigens. Dñe nō eſt tibi curæ ꝙ
ſoror mea reliquit me ſolā miniſtrare? dic
ergo illi ut me adiuuet. Vbi ſanè aduertē-
da eſt delatio q̃dā, & honoris obſequiũ
erga dominũ:quòd ſcilicet ipſo pręſente
nō ſit auſa Martha euocare Mariā,quin-
ĩmo & apud ipſum querelā depoſuerit,
ipſumꝗ́ dñm uocauerit, in cuius poteſta
te ſit imperare ſorori quicq̃d neceſſe fue-
rit. Non ergo miremur ſi quempiā labo-
rantem & bene operantē aduerſum fra-
trem uacantē murmurare uideamus, q̃a
hoc in euangelio legimus Marthā feciſſe
aduerſus Mariā. Quòd aũt Maria q̃ñꝗ
murmurauerit aduerſus Marthā, eo qđ
eius actionibus implicari uellet, nuſquā
omnino reperitur. Neꝗ.n.utrunꝗ ſimul
agere cōpetenter ſufficeret, & curis.ſ.ex-
terioribus deſeruire, & internis ſapientiæ
Eccleſiaſtici.38.e deſiderijs uacare. De ipſa quippe ſapien-
tia ſcriptum eſt:Et qui minoraẗ actu,per-
cipiet illam.Propterea Maria ſedet,ĩmo-
taꝗ́ manet,nec uult interrumpere ſilentij
quietem,ne iucũdam amittat cōtempla-
tionis dulcedinem: præſertim cum intus
ipſum audiat dominum dicentem: Vaca
Pſal.45.b te & uidete q̃m̃ ego ſum Deus. Hic ſanè
cōſiderandum eſt tria eſſe quæ impediũt
cōtemplationē.Equidem animæ urę ocu
lus,intelligentia eſt. Sicut.n.oculo corpo
ris lux corporea & cætera quæꝗ corpo-
ralia uident̃:ita Deus qui eſt lumen incir-
cũſcriptum, & eius inuiſibilia utcunꝗ in-
tellectu percipiunt̃. Differunt aũt in hoc
exterior & interior oculus,ꝙ exteriori q̃-
dem corporea lux extrinſecus ut uideat
admouetur,iteriori uero creatoris lumen
intrinſecus ut diſcernat infundit̃.Vtrunꝗ
uero oculum tria ſunt quæ ad uidendum
impediũt.Primũ ergo de exteriori atꝗ ui
ſibili diſſerat ratio nr̃a,ut de rebus uiſibili
bus(ordine diſputandi)facilius adſurgat
ad intelligibilia.Pōt ſanè fieri ut ille ſanus
ſit & pateat: ſed q̃m̃ lux exterior ei deſit,
nil uideat.Econtrario fit aliq̃ñ ut præſens
q̃dem ei lux ſit:ſed fortè ſanguine ſeu quo
libet humore concreto turbatus,cernere
minime poſſit. Iterum ſolet plerunꝗ con
tingere ut neutrum deſit ei nec lux nec ſa-
lus, ſed tñ aliqua pulueris iniectione lędа
tur,quo fit ut eius acies retundaẗ. Sunt er
go tria quæ hunc oculũ impediunt,tene-
bre,humor cōcretus,puluis iniectus.Hęc
ipſa ſunt etiam q̃bus iterior oculus impe-
ditur, ſed alia noĩa ſortiunt̃. Nam qđ hic
tenebrę,ibi peccata dicunt̃.Ipſa uero pec
cata cōfluunt in memoriā quaſi in quan-
dam ſentinam:et hic eſt ille humor cōcre
tus. Qđ autem hic puluis dicit̃,hoc ibi cu
ra terrenoꝝ actuum nuncupaẗ. Hæc igit̃
tria ſunt quæ oculum intelligentiæ cōfun
dunt, atꝗ à cōtemplatione ueri luminis
excludunt: tenebræ.ſ.pctōꝝ: recordatio
eorundem pctōꝝ: cura terrenoꝝ actuũ.
Primo illo morbo turbatum ſe plāgebat
ꝓpheta cum diceret: Dereliq̃t me uirtus Pſal.37.
mea: & lumē oculoꝝ meoꝝ & ipſum nō
eſt mecum. Cum.n.luce iuſtitiæ deſtitui-
mur, nil aliud q̃ peccatoꝝ noſtroꝝ tene
bras ĩuenimus.Item ſecũdo ſe grauari ſen
tiebat cũ dicebat: Cōuerſus ſum in ærũ- Pſal.31.
na mea dũ configit̃ ſpina:peccatoꝝ.ſ.re-
cordatio.Tertio occupari ſe conqueritur
cum dicit: Quia cinerem tanꝗ panē man Pſal.101.
ducabam. Cinerem.ſ.actionis pro pane
cōtemplationis. Quicunꝗ ergo mentis
oculum diuinæ cōtemplationi uult inten
dere, ꝓfectò neceſſe eſt ut eum prius ab
hoc triplici impedimento ſtudeat purga
re. Quod ſiq̃s facere cōtendat,nouerit cō
tra triplicē morbũ triplex quoꝗ fore re-
mediũ. Nam primus q̃dem per confeſſio
nem,ſecundus per orationē, tertius curaẗ
per quietē. Hoc tertio.i.cura actionis po
terat ab intentione ſua præpediri Maria.
Ideóꝗ miniſtrāte Martha ſedet ipſa, ma
netꝗ́ quieta.Illa igit̃ conquerente, & iſta
tacente, audiamus q̃d dñs ꝓ Maria rñde
Textus. rit. Martha, Martha,inquit,ſolicita es, &
turbaris erga pulrima.Erga plurima q̃dē
turbaris,dum & tibi cōtinentiam, & ꝓxi
mis paras neceſſitatis impēſam. Nam ut

continentiā habeas,ſolicita es uigilare,ie
iunare,corpus tuum caſtigare. Vt cęteris
præſtes, inſtas operi,ut habeas unde tri-
buas neceſſitatē patienti. Porrò erga hæc
plurima turbaris, ſed unũ eſt neceſſariũ.
Niſi.n.opus tuum in unitate feceris, Deo
qui unus eſt, acceptũ (teſte ipſo) ꝓfectò
Pſal.13.a nō erit.Scriptũ quippe eſt. Non eſt qui fa
Ioan.5.a ciat bonũ,non eſt uſꝗ ad unum.Hinc eſt
ꝙ in illa piſcina mouebatur aqua, & ſana
Luc.17.d baẗ unus.Hinc eſt ꝙ decem leproſis mũ-
datis, unus regreſſus eſt cũ magna uoce
magnificans Deũ.Cui etiam dñs cæteris
reprobatis,teſtimoniũ laudis aſcribit di-
cens:Nónne decem mũdati ſunt, & nouē
ubi ſunt? Nō eſt ĩuentus qui rediret & da
ret gloriam Deo, niſi hic alienigena. Pau
1.Cor.9.d lus quoꝗ ait: Omnes q̃dem currunt, ſed
unus accipit brauiũ.His itaꝗ & alijs quā
plurimis ſcripturaꝝ eloquijs ꝑſpicue do-
cemur q̃ unitas ꝓbabilis ſit,maximè aũt
ex præſenti loco ubi dñs ait: Porrò unum
eſt neceſſariũ. Sed ſciendũ ꝙ alia eſt uni-
tas ſanctoꝝ,quam ex ſcriptutis iam com
mendauimus.Alia eſt facinoroſoꝝ, quæ
nihilominus ex eiſdē ſcripturis oſtēdit̃ &
Pſal.2.a improbaẗ.De hac.n.ſcriptum eſt:Aſtite-
runt reges terræ, & principes cōuenerũt
in unum aduerſus dñm & aduerſus Chri
Matt.22.b ſtum eius.De hac iteꝝ euāgeliſta:Abeun
tes phariſęi cōſilium inierunt ut caperent
Ioan.11.f Ieſum in ſermone.Et iteꝝ:Collegerũt pō
tifices & phariſęi cōcilium. Vt q̃d hoc? Si
cut Ioannes teſtaẗ,ut interficerent Ieſum.
Quàm uero ꝑtinax ſit iſta reproboꝝ uni-
tas,docet ipſe dñs qui de corpore diabo-
Iob.41. li ad beatum Iob loquit̃ dicēs:Corpus il-
lius quaſi ſcuta fuſilia & cōpactum ſqua-
mis ſe prementibus. Vna uni cōiungit̃, &
ne ſpiraculũ q̃dem incedit per eas. Vna al
teri adhęrebit, & tenentes ſe nequaꝗ ſe-
parabunt̃. Talis unitas, imò uero peruer-
ſitas ſolet eē aliquoꝝ fratrũ tepide ac re-
miſſe conuerſantiũ:q̃bus ſiquid honeſta-
tis,aut inſigne cuiuſquā bonæ conſuetudi
nis ꝑſuadere uelis, prōptiores ſunt maio-
ri diſpēdio,ac difficultate grauiori reſiſte
re,q̃ facili cōpendio aſſequi uellē qđ re-
ctum eſſe cōſtiterit.Peruerſa & execran-
da talis unitas. Hac ergo à cordib⁹ & ſer
monibus noſtris excluſa, illam quę bona
eſt & tantũ bonoꝝ eſt,proſequamur.Et
ipſa q̃dem gemina eſt.Alia eſt.n.quę iuſti
ficat,alia quę glorificat.Illa meritum,iſta
pręmium eſt. Deniꝗ de illa ſcriptum eſt:
Multitudinis credentiũ erat cor unum et Actu.4.f
aĩa una.De hac autem:Qui adhęret dño,
unus ſpũs eſt.Et q̃m̃ in futuro magis ſpe- 1.Cor.6.d
rāda eſt(res eſt.n.futuri tp̃is magis quàm
pñtis)eam interim omittamus, & à Deo
ſperemus potius quā tractemus.Illam ue
rò quæ iuſtificat, quę etiā nunc potiſſimũ
neceſſaria eſt, in uſum noſtri op̃is aſſuma
mus. Ipſa eſt.n.decus ſuauitatis,quā dul-
cedine ſacra ĩſonat pſalmiſta:Ecce q̃ bo- Pſal.132.a
num & q̃ iucundum, habitare fratres in
unũ. Cuius unitatis cum deſcripſiſſet ſer-
mo ꝓpheticus pulchritudinē, eius etiam
non tacuit utilitatē: q̃m̃ illic,inquiēs,man
dauit dñs bñdictionem et uitam.hic.ſ.be
nedictionem, & in futuro ſeculo uitā ęter
nam. Ipſa eſt,inquam,unitas quam ſum-
ma diligentia obſeruandam tradidit apo
ſtolus,dicens: Soliciti ſeruare unitatē ſpi-
ritus in uinculo pacis. Seruatur autē hoc Epheſ.4.a
unitatis bonũ duobus modis ab his qui
curam gerunt ſeruandi.Debet quiſꝗ per
fectus unitatē habere ad ſeipſum: debet
& ad ꝓximum. Ad ſeipſum per integrita
tem,ad ꝓximum per conformitatē. Om-
nis quippe creatura, & maximè rationa-
lis,debet ſuum principium imitari. Si ergo
Deus noſter unus eſt,dicente Moyſe:Au Deuter.6.
di Iſrael,dñs Deus tuus unus eſt.ſed & il-
le cum ſit unus & idem,atꝗ in ſeipſo per-
fectus,nec ullo indigēs,ineſt ei tamen be-
nignitas erga nos, & amor ex beneuolen
tia in nos ueniens:debemus et nos quiſꝗ
ſibi unus eſſe per integritatem uirtutis, &
unũ cum ꝓximis ꝑ uinculum dilectionis.
Hanc imitationem loquens de charitate
commendat nobis apl̃s Ioannes dicens:
Quia ſicut ille eſt, & nos ſum⁹ in hoc mũ
1.Ioan.4.d do. Sed hanc unitatem, quam quenꝗ ſi-
bijpſi diximus habere debere, tria ſunt
quæ ſolēt impedire:nimietas, puſillanimi
tas,leuitas. Et nimij q̃dem ſunt qui putāt
ſe poſſe qđ non poſſunt; & qđ non acce-

perunt,præſumunt.Quoꝝ ſpeciem tene-
Luce.22.c bat Petrus in paſſione dñi, cum diceret:
Domine,tecum paratus ſum & in carce-
rem & in mortẽ ire.Puſillanimes cõtrarij
ſunt nimijs.Et hoꝝ quocꝫ tenuit imaginẽ
Ibidẽ.5.b. Petrus,cum diceret:Exi à me,quia homo
peccator ſum dñe.Leues ſunt & incõſtã-
tes,qui circũferuntur omni uento doctri-
næ: quibus quod pauloante placuit, nũc
diſplicet:& quod nunc eligunt, poſt pau
lulum reprobant. Sed qd prodeſt hæc ui
tia enumeraſſe,niſi etiam doceamus qui-
bus remedijs ea poſſit quiſcꝫ in ſemetipſo
curare? Perſequamur unitatis inimicos,
nec conuertamur donec deficiant. Igitur
contra nimietatem opponẽda eſt cõſide
ratio ꝓpriæ fragilitatis. Ipſa enim eſt quę
odioſam pręſumptionẽ potiſſimum deij-
cit. Contra puſillanimitatem habẽda eſt
diuinæ fiducia poteſtatis, ut quod tuis ui
ribus non poſſe putas, ex illius adiutorio
poſſis,et cum apoſtolo dicas:Omnia poſ
ſum in eo qui me confortat domino Ieſu
Phili.4.c. Chriſto. Contra leuitatem adhibẽda eſt
conſultatio ſenioris.ſ.ne doctrinis uarijs
& peregrinis abducaris: ſed facias quod
lex diuina præcipit. Interroga patrẽ tuũ,
& annunciabit tibi: maiores tuos, & di-
cent tibi. Diximus de illa unitate quã ha-
bet quiſcꝫ ad ſeipſum, dicamus & de illa
quam habet ad ꝓximũ. Sed illa duobus
modis habetur, dum & nos per dilectio-
nem tendimus in alteꝝ:et alterius quocꝫ
uiciſſim in nobis recipimus affectum. Et
hęc etiam duobus modis impeditur, ob-
ſtinatione & ſuſpicione. Obſtinatio non
permittit nos ad alterius cor ingredi, nec
ſuſpicio patitur credere nos ab alijs ama
ri. Ita fit, ut dum nec nos alium obſtinati
diligimus, nec nos ab alijs diligi ſuſpicio-
ſi putamus: unitas quæ cum proximis ha
benda eſt, impediatur. Verum huic dupli
ci morbo duplex charitas medetur, illa
ſcilicet quæ non ſua quærit, & iterum illa
quæ omnia credit. Habeat obſtinatꝰ cha
ritatem non quærentem quæ ſua ſunt, &
alios diligat. Habeat ſuſpicioſus charita-
tem omnia credentem, et ab alijs ſe diligi
ſine dubio credat.

De beatiſſima uirgine Maria. Sermo.

AVe gratia plena. Nõ in ſola uirgi- Luce.1.
nitate cõſtare poterat gratię ple-
nitudo: necꝫ.n. omnibus eſt de ea
accipere. Felices qui non inquinauerunt ue
ſtimenta ſua, & cum regina noſtra uirgi-
nitatis priuilegio gloriãtur. Sed num unã
tãtum benedictionem habes ô domina?
Et mihi obſecro ut benedicas. Perijt uir-
tus illa à me, non eſt iam uel aſpirare ad il
lam. Cõputrui in ſtercore meo, ut iumen
tum factus ſum. Sed nunqd non erit mihi
etiam aliqd apud te? Non erit ubi poſſim
eſſe tecum: quia iam ſequi nõ ualeo quo-
cuncꝫ ieris? Quærit angelus puellã quam
pręparauit dñs filio dñi mei. Bibit ipſe de
hydria tua, cognata ſibi uirtute delecta-
tus. Sed nunqd non etiam iumentis potũ
tribues? Bibit angelus ꝙ uirum nõ cogno
ſcis: bibant iumenta, quod de humilitate
ſingulr̃ gloriaris. Reſpexit, inquit, dñs hu
militatem ancillæ ſuæ. Nã uirginitas ſine ibidem.
humilitate fortaſſe habet gloriã, ſed non
apud Deũ. Humilia ſemꝑ excelſus reſpi-
cit, qui alta à longe cognoſcit: & humili-
bus dat grãm, qui ſuꝑbis reſiſtit. Sed for-
te ne qdem his duabꝰ metretis plena eſt
hydria tua, capax eſt ipſa quocꝫ tertię me
tretæ, ut iam nõ ſolum hoĩes & iumenta,
ſed ipſe quocꝫ ex ea bibat architriclinus.
Hoc.n. uinum bonũ, qđ ſeruauimus uſcꝫ
adhuc. Haurit miniſter angelus, ut ferat
architriclino, patrẽ dico, q trinitatis prin-
cipiũ, architriclinus merito noĩat̃. Ait ſiq-
dem angelus fœcunditatem eius cõmen-
dans, quę tertia eſt metreta: Qđ ex te na
ſcet̃ ſanctũ, uocabit̃ filius Dei. Ac ſi dicat:
Cũ eo ſolo tibi eſt gñatio iſta cõmunis.

Item de eadem uirgine Maria, de uerbis Apocalypſis beati Ioannis. Sermo.

SIgnũ magnum apparuit in cœlo, Apoc.12.
mulier amicta ſole, et luna ſub pe
dibꝰ eius, & in capite eius corona
ſtellaꝝ duodecim. Vehemẽter qdẽ nobis
dilectiſſimi, uir unus & mulier una nocue
re: ſed grãs deo: ꝑ unũ nihilominus uirum
& mulierẽ unam oĩa reſtaurant̃, nec ſine
magno feruore gratiaꝝ. Necꝫ.n. ſicut de
lictũ, ita & donũ, ſed excedit dãni ęſtima
tionem

tionem bñficij magnitudo. Sic nimirum
prudentiſſimus & clemẽtiſſimus artifex,
qđ quaſſatum fuerat, nõ cõfregit, ſed uti
lius oĩno refecit, ut uidelicet nobis nouũ
formaret Adã ex ueteri, & Euã trãsfunde
ret in Mariam. Et qdem ſufficere poterat
Xp̃s: ſiqdem & nunc oĩs ſufficientia nr̃a
ex eo eſt, ſed nobis bonũ nõ erat eſſe ho-
minẽ ſolũ. Congruũ magis ut adeſſet nr̃ę
reparationi ſexus utercꝫ, quoꝝ corruptio
ni neuter defuiſſet. Fidelis planè & potẽs
mediator Dei & hominũ homo Xp̃s Ie-
ſus, ſed diuinã in eo reuerent̃ hoĩes maie-
ſtatem. Abſorpta uidet̃ in deitatẽ huma-
nitas, non ꝙ mutata ſit ſubſtãtia, ſed affe-
ctio deificata. Nõ ſola illi cãtat̃ miſericor
dia, cantat̃ pariter & iudiciũ: qa etſi didi-
cit ex his quæ paſſus eſt cõpaſſionẽ ut mi
Deut.4.c. ſericors fieret, habet tñ & iudiciariã pote
Heb.12.g. ſtatẽ. Denicꝫ Deus noſter ignis cõſumẽs
eſt. Quidni uereat̃ pctõr accedere, ne quẽ
admodũ fluit cera à facie ignis, ſic pereat
ipſe à facie Dei? Iam itacꝫ ne ipſa mulier
bñdicta in mulieribus uidebit̃ ocioſa: ĩue
niet̃ eqdem locus eius in hac recõciliatio
ne. Opus eſt.n. mediatore ad mediatorẽ
iſtum, nec alter nobis utilior quã Maria.
Crudelis nimirũ Eua, ꝑ quã ſerpens anti-
quus peſtiferũ ẽt ipſi uiro uirus ĩfudit: ſed
fidelis Maria, q̃ ſalutis antidotũ & uiris
& mulieribus ꝓpinauit. Illa.n. miniſtra ſe
ductionis, hęc ꝓpiciationis: illa ſuggeſſit
præuaricationẽ, hęc iniecit redemptionẽ.
Quid ad Mariã accedere trepidet huma
na fragilitas? Nihil auſterũ in ea, nihil ter-
ribile: tota ſuauis eſt, oĩbꝰ offerẽs lac & la
nã. Reuolue diligẽtiꝰ euãgelicę hiſtorię ſe
riẽ uniuerſam, & ſiqd forte ĩcrepatoriũ, ſi
qd durũ, ſiqđ denicꝫ ſignũ uel tenuis ĩdi-
gnationis occurrerit in Maria, de cætero
ſuſpectam habeas, & accedere uerearis.
Qđ ſi (ut uere ſunt) plena magis oĩa pieta
tis & grę, plena manſuetudinis & miſeri-
cordię, q̃ ad eã ꝑtinent ĩueneris, age grãs
ei q talẽ tibi mediatricẽ benigniſſima mi-
ſeratione ꝓuidit, in qua nihil poſſit eſſe ſu
ſpectũ. Denicꝫ oĩbus oĩa facta eſt, ſapien
tibꝰ & ĩſipientibꝰ copioſiſſima charitate
debitricẽ ſe fecit, oĩbꝰ miſericordię ſinum
aperit, ut de plenitudine eius accipiãt unĩ
uerſi: captiuꝰ redẽptionẽ, æger curationẽ,
triſtis cõſolationẽ, pctõr ueniã, iuſtus gra
tiam, angelus lætitiã: denicꝫ tota trinitas
gloriã, filij ꝑſona carnis humanę ſubſtan-
tiã, ut nõ ſit q ſe abſcõdat à calore eiꝰ. Pu-
tás ne ipſa eſt Sole amicta mulier? Eſto ſi
qdẽ ut de pñti eccleſia ĩtelligendũ ꝓphe-
ticę uiſionis ſeries ipſa demonſtret, ſed id
planè nõ incõuenienter Marię uidet̃ attri
buẽdũ. Nimirũ ea eſt q̃ uelut alteꝝ Solẽ
induit ſibi. Quẽadmodũ.n. ille ſuꝑ bonos
& malos indifferenter orit̃, ſic ipſa quocꝫ
ꝓ̃terita non diſcutit merita: ſed oĩbus ſeſe
exorabilẽ, oĩbus clemẽtiſſimã ꝓ̃bet, oĩum
denicꝫ neceſſitates ampliſſimo quodam
miſerat̃ affectu. Nã et defectus oĩs ſub ea,
& qcqd fragilitatis ſeu corruptionis eſt,
excellentiſſima quadã ſublimitate pręcę
teris oĩbꝰ excedit & ſuꝑgredit̃ creaturis,
ut merito ſub pedibꝰ eius luna eſſe dicat̃.
Alioqn nihil magnũ dixiſſe uidebit̃, ut ſit
luna iſta ſub pedibꝰ eius, quã ſuꝑ oẽs an-
geloꝝ choros, ſuper Cherubim quocꝫ et
Seraphim exaltatã nefas eſt dubitare. So
let aũt luna nõ modo defectũ corruptio-
nis, ſed & ſtultitiã mentis, nõnuncꝫ uero
et eccleſiã huius tꝑis deſignare. Illã qdem
ꝑꝑ mutabilitatem, hanc ſanè ꝑꝑ ſuſceptũ
aliunde ſplendorẽ. Vtracꝫ uero (ut ita di-
xerim) luna ſub Mariæ pedibus congrue
ſatis ponit̃, alio tñ atcꝫ alio modo. Siqdẽ Eccleſiaſtici.27.b.
ſtultus ut luna mutat̃: ſapiens aũt perma-
net ut ſol. In ſole nimirũ & feruor & ſplẽ-
dor ſtabilis, in luna ſolus ſplendor, atcꝫ is
oĩno mutabilis & incertus, q nuncꝫ in eo-
dem ſtatu ꝑmaneat. Iure ergo Maria So
le perhibetur amicta, quę ꝓfundiſſimã di
uinæ ſapientiæ ultra quam credi ualeat,
penetrauit abyſſum: ut quantũ ſine perſo
nali unione creaturę conditio patit̃, luci il
li inacceſſibili uideat̃ ĩmerſa. Illo nimirũ
igne prophetę labia purgant̃, illo igne Se
raphim accenduntur. Longe uero aliter
Maria meruit non uelut ſummatim tãgi,
ſed operiri magis undicꝫ & circunfundi,
& tancꝫ ipſo igne concludi. Candidiſſi-
mus ſanè, ſed & calidiſſimus huius mulie
ris amictus: cuius oĩa tam excellenter ir-

radiata noſcuntur,ut nihil in ea nō dico te
nebroſum,ſed obſcurum ſaltem uel minus
lucidum, ſed ne tepidum qdem aliqd , aut
non feruentiſſimū liceat ſuſpicari.Inſipien-
tia uerò omnis longe ſub pedibus eius eſt,
ut penitus abſit hæc ab inſipientiū mulierꝝ
numero , & collegio uirginum ſatuarum.
Imò uerò & unicus ille ſtultus,& toti⁹ ſtul
titiæ princeps,qui uere mutatus ut luna ſa-
pientiā ꝑdidit in decore ſuo, ſub Marię pe-
dibus conculcatus & cōtritus miſerā pa-
titur ſeruitutē.Nimirū ipſa eſt quondam à
Deo ꝓmiſſa mulier ſerpētis antiqui caput
uirtutis pede contritura,cuius planè calca
neo in multis uerſutijs inſidiatus eſt , ſed ſi-
ne cauſa:ſola.n.contriuit uniuerſam hære
ticam prauitatem . Alius nō de ſubſtantia
carnis ſuæ Chriſtum edidiſſe dogmatiza-
bat,alius paruulum nō peperiſſe, ſed repe
riſſe ſibilabat,alius(uel poſt partū)uiro co
gnitam blaſphemabat,alius Dei matrē au
dire non ſuſtinēs,magnū illud nomē theo-
tocos,ĩpijſſime ſugillabat : ſed cōtriti ſunt
inſidiatores, cōculcati ſupplātatores,con
futati derogatores , & beatā eam dicunt
oēs generationes. Deniq; & cōtinuo ꝑ He
rodem draco inſidiatus eſt parienti, ut na-
ſcentē excipiens filium deuoraret, ꝙ inimi
citiæ eſſent inter ſemen mulieris & draco-
Ioan. 15. a nis.Iam ſi eccleſia lunę magis intelligenda
uideť uocabulo, ꝙ uidelicet nō ex ſe ſplen-
deat,ſed ab eo qui dicit: Sine me nihil pote
ſtis facere : habes mediatricem quam tibi
pauloante cōmendauimus,euidenter exp̄ſ
Apoc. 12. a ſam. Mulier,ĩquit,amicta ſole, & luna ſub
pedib⁹ eius. Amplectamur Marię ueſtigia
frēs mei, & deuotiſſima ſupplicatione bea
tis illi⁹ pedib⁹ ꝓuoluamur. Teneamus eā,
nec dimittamus donec benedixerit nobis.
Potens eſt.n. Nempe uellus eſt mediū ĩter
rorem & areā, mulier inter ſolem & lunā,
Maria inter Xp̄m & eccleſiam cōſtituta.
Sed forte miraris nō tam uellus opertū ro
re,q̄ amictam ſole mulierē. Magna ſiqui-
dem familiaritas , ſed mira oīno uicinitas
ſolis & mulieris. Q̄uo.n.in tam uehemen
ti feruore tam fragilis natura ſubſiſtit? Me
ritò qdem admiraris Moyſes ſancte, et cu
Exo.3.a riosius deſideras intueri. Verūtamen ſolue

calceamēta de pedibus tuis, & inuolucra
pone carnalium cogitationū , ſi accedere
concupiſcis. Vado,inqt, & uidebo uiſio-
nē hanc magnā. Magna planè uiſio, rubus
ardens ſine cōbuſtione, magnū ſignū mu
lier illæſa manens amicta ſole. Non eſt ru-
bi natura,opertum undiq; flāmis,manere
nihilominus incōbuſtum:nō mulieris po-
tentia ut ſuſtineat ſolis amictum . Non eſt Luc.1.
uirtutis humanæ , ſed nec angelicæ qdem,
ſublimior q̄dam neceſſaria eſt . Sp̄us ſan-
ctus,inquit,ſuꝑueniet in te. Et tanq̄ reſpō-
deat illa qm̄ ſpiritus eſt Deus, et Deus no
ſter ignis conſumens eſt . Virtus, ait, non
mea,non tua,ſed altiſſimi obūbrabit tibi.
Nihil itaq; mirum,ſi ſub tali obumbracu-
lo talis ēt à muliere ſuſtineať amictus. Mu
lier,inquit,amicta ſole: planè amicta lumi
ne tanq̄ ueſtimento . Non percipit forte
carnalis,nimirum ſp̄uale eſt,ſtultitia illi ui
deť . Non ſic uidebatur apoſtolo qui dice Roma.
bat:Induimini dn̄m Ieſum Xp̄m . Quàm
familiaris ei facta es dn̄a,q̄ proxima,imò
quā intima fieri meruiſti, quantam inueni
ſti gr̄am apud Deum? In te manet,et tu in
eo: & ueſtis eum, & ueſtiris ab eo . Veſtis
eum ſubſtantia carnis, & ueſtit ille te glo-
ria ſuæ maieſtatis. Veſtis ſolē nube, & ſole
ipſa ueſtiris . Nouū.n.fecit dn̄s ſuꝑ terrā, Hiere.
ut mulier circūdaret uirū,nec aliū q̄ xp̄m,
de quo diciť: Ecce uir Oriēs nomen eius.
Nouū quoq; fecit in cœlo ut mulier ſole Zach.6.
appęret amicta. Deniq; & coronauit eū,
et uiciſſim ab eo meruit corōari. Egredimi Canti.
ni filię Sion, & uidete regē Salomonē ĩ dia
demate quo coronauit eū mater ſua. Verū
hoc aliâs. Interim ſanè ĩgredimini magis,
& uidete reginā in diademate quo corona
uit eā filius ſuus. In capite,inqt,ei⁹ corona
ſtellarꝝ duodecim. Dignū planè ſtellis co Textū
ronari caput,qđ de ĩpis lōge clari⁹ micās,
ornet eas poti⁹ q̄ orneť ab eis. Quidni co
ronēt ſydera quā ſol ueſtit? Sicut dies uer-
ni circūdabāt eā flores roſarꝝ, & lilia con
ualliū. Nimirū lęua ſp̄oſi ſub capite ei⁹, &
iam dextera illius amplexať eā. Quis illas
ęſtimet gēmas? Quis ſtellas noīet quibus
Marię regiū diadema cōpactū eſt? Supra
hoīem eſt coronę huius rōnem exponere,

ſndicare compoſitionem. Nos tn̄ pro mo
dulo noſtræ exiguitatis abſtinētes à peri-
culoſo ſcrutinio ſecretorꝝ,nō ĩcōgrue for-
ſitan duodecim ſtellas iſtas , duodecim
pręrogatiuas gr̄arꝝ intelligere uideamur,
q̄bus Maria ſingul'r adornať. Siqdem in-
uenire eſt in Maria p̄rogatiuas cœli , p̄ro-
gatiuas carnis,p̄rogatiuas cordis, etſi fue
rit ternarius iſte per quaternariū multipli
catus : habem⁹ forte ſtellas duodecim,q-
bus reginæ nr̄æ diadema p̄fulgeat uniuer
ſis. Mihi ſanè ſingularis rutilat fulgor:pri-
mo qdem in Mariæ gn̄atione: ſcđo in an-
gelica uiſitatione : tertio in ſp̄ūs ſuperuen-
tione:quarto in filij Dei inenarrabili cōce-
ptione . Sic et in his quoq; ſydereū planè
irradiat decus , ꝙ uirginitatis primiceria,
ꝙ ſine corruptione fœcunda, ꝙ ſine graua
mine grauida,quòd ſine dolore puerpera.
Nihilominus ēt ſpeciali quodā ſplendore
in Maria coruſcant manſuetudo pudoris,
deuotio humilitatis , magnanimitas cre-
dulitatis,martyriū cordis. Vr̄ę qdem ſedu
litatis erit ſingula quæq; diligentius intue
ri. Nos ĩterim ſatisfeciſſe uidebimur,ſi bre
uiter ea potuerimus demōſtrare. Qđ ergo
ſydereū micat in gn̄atione Mariæ? Planè
qđ ex regibus orta, ꝙ ex ſemine Abrahæ,
ꝙ generoſa ex ſtirpe Dauid. Si id parū ui-
deť , adde ꝙ generationi illi ob ſingulare
priuilegiū ſanctitatis diuinitus noſciť eſſe
cōceſſa, ꝙ longe antè eiſdē patribus cœli-
tus repromiſſa, ꝙ myſticis p̄figurata mi-
raculis , ꝙ oraculis p̄nunciata ꝓpheticis.
Hanc.n.ſacerdotalis uirga dū ſine radice
floruit: hanc Gedeonis uellus dum in me-
dio ſiccæ areæ maduit,hanc in Ezechielis
uiſiōe Oriētalis porta q̄ nulli unq̄ patuit
p̄ſignabat . Hāc deniq; præ cęteris Eſaias
nūc uirgā de radice Ieſſe orituram ꝓmitte
bat,nūc euidētius uirginē pariturā. Meri-
tò ſignū hoc magnum in cœlo apparuiſſe
ſcribiť,qđ tanto ante de cœlo noſciť fuiſſe
Eſa.7.c ꝓmiſſum. Dn̄s ait:Ipſe dabit uobis ſignū.
Ecce uirgo cōcipiet . Magnum ꝑfectò ſi-
gnū dedit:qa & magnus ipſe q dedit. Hu
ius ergo pręrogatiuæ fulgor , quorꝝ nō ue
hemēter reuerberat aciē oculorꝝ? Iam ĩ eo
qđ tam reuerēter atq; officioſiſſimè ab

archāgelo ſalutata eſt , ut iam in regali ſo-
lio ſupra oēs cœleſtiū ordines regionum
exaltatā cernere uidereť , & paulo minus
adoraturus fœminā,qui ſolebat ab hoīb⁹
hactenus æquanimiter adorari, excellen
tiſſimū nobis uirginis nr̄æ meritū, & ſin-
gularis gr̄a cōmendať. Nihilominus ful-
get ēt nouus ille conceptionis modus, ut
non in iniq̄tate, quēadmodū cæteræ oēs,
ſed ſuꝑueniente ſp̄ū ſancto ſola,et de ſola
ſanctificatione Maria cōciperet. Nā ꝙ ue
rum Deū, & Dei filiū genuit, ut idem ipſe
Dei atq; hoīs filius unus oīno Deus et ho
mo ꝓdiret ex Maria, abyſſus eſt luminis,
nec facile dixerim ꝙ uel angelicus oculus
ad huins fulgoris uehementiā nō caliget.
De cętero ſanè & uirginitatē carnis, & ꝓ
poſitū uirginitatis, & ipſius quoq; ꝓpoſi
ſiti nouitas euidēter illuſtrat : ꝙ uidelicet
in libertate ſp̄ūs legis Moſaicæ decreta
trāſcēdēs, illibatā Deo corporis ſimul &
ſp̄ūs ſanctimoniā uouit. Probat.n. ꝓpoſi-
ti inuiolabile fundamentū, ꝙ tam cōſtan
ter ꝓmittenti filiū angelo rn̄dit : Q̄uo fiet
fiet iſtud,qm̄ uirū nō cognoſco? Forte.n.
ꝓpterea primo turbata ē in ſermone ei⁹,
& cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio, ꝙ
bn̄dictā ſeſe audiſſet ĩ mulierib⁹,q̄ nimirū
bn̄dici ĩ uirginib⁹ ſemꝑ optabat. Et extūc
qdē cogitabat qualis eēt iſta bn̄dictio, ꝙ
iā uidereť eē ſuſpecta. Vbi uero in ꝓmiſſio
ne filij manifeſtū uirginitatis ꝑiculū uide-
bať,nō potuit ultra diſſimulare quin dice
ret: Q̄uo fiet iſtud,qm̄ uirū nō cognoſco?
Meritò ꝓinde & illā meruit bn̄dictionē,
& hāc nō amiſit:ut longe gl'ioſior fiat, &
uirginitas ex fœcūditate, & ex uirginita-
te fœcūditas,ac mutuis ſeſe radijs illuſtra
re hęc duo ſydera uideanť. Magnū.n. uir-
ginē eē,ſed uirginē matrē eē lōge ampli⁹ ꝑ
oēm modū. Iure ēt illud moleſtiſſimum tę
diū quo reliq̄ oēs grauidę mulieres labo-
rare noſcunť , ſola nō ſenſit,q̄ ſola ſine libi
dinoſa uoluptate cōcepit. Vn̄ & ĩ ipo ſuæ
cōceptiōis initio, qn̄ potiſſimū cęterę mu
lieres miſerabili⁹ affliguntť, Maria tota ala
critate Mōtana cōſcēdit, ut Eliſabeth mi
niſtraret. Sed et aſcēdit bethleē iminēte iā
ꝑtu,portās p̄tioſiſſimū illđ depoſitū,por-

tans onus leue, portans à quo portabať.
Sic & in partu ꝙ̃ lucidũ eſt ꝙ noua exul-
tatione nouã edidit ꝓlem, ſola inter mu-
lieres à cõmuni maledicto & dolore par
turientiũ aliena? Si reꝝ pretia de raritate
pẽſamus, nihil his põt rarius ĩueniri. Siqui
dem in oĩbus iſtis, Nec primã ſimilẽ uiſa
eſt, nec habere ſequentẽ, Et qbus nos ſi ea
fideľr ĩtuemur, ſine dubio admirationẽ cõ
cipimus, ſed uenerationẽ, ſed deuotionẽ,
ſed conſolationẽ. Cæteꝝ q̃ reſtãt adhuc,
& imitationẽ reqrunt. Nõ eſt nobis ante
ortũ tam multifarie multiſqꝫ modis pro-
mitti diuinitus, cœlitus p̃nunciari: ſed nec
ab archãgelo Gabriele tã nouæ ſalutatio
nis obſequijs honorari. Minus aũt cętera
duo cõmunicat nobis, planè ſecretũ ſuũ
Matt. 1. c ſibi. Sola.n. eſt de qua dicit: Qđ in ea natũ
Lucæ. 1. d eſt, de ſpiritu ſancto eſt. ſola cui dicit: Qđ
ex te naſceť ſctm̃, uocabiť filius Dei. Offe
ranť regi uirgines, ſed poſt eã: nã primatũ
ſola uendicat ſibi. Multò magis autẽ ſola
ſine corruptione concepit, ſine grauami-
ne tulit, ſine dolore filiũ parturiuit. Itaqꝫ
nihil hoꝝ à nobis exigiť, ſed exigiť planè
nõnihil. Nunqd. n. ſi defuerit nobis ẽt mã-
ſuetudo pudoris, ſi humilitas cordis, ſi ma
gnanimitas fidei, ſi cõpaſſio mentis: negli
gentiã noſtrã munerũ ſingularitas excuſa
bit? Gratiſſima ſanè gẽma in diademate,
micãs ĩ capite ſtella, rubor in facie hoĩs ue
recundi. An uerò qs putat ꝙ hac caruerit
gr̃a, q̃ gr̃a plena fuit? Pudibũda fuit Ma-
ria: ex euãgelio id ꝓbamꝰ. Vbi. n. aliqñ lo
quax, ubi præſumptuoſa fuiſſe uideť? Fo-
ris ſtabat quærens loqui filio, nec mater-
na authoritate, aut ſermonẽ ĩterrupit, aut
in habitationẽ irruit in qua filius loqueba
tur. In omni deniqꝫ textu quatuor euange
lioꝝ (ſi bene meminimus) non niſi quater
Maria loquens audiť. Primo qdem ad an
gelum, ſed cũ iam ſemel atqꝫ iterũ allocu
tus eam fuiſſet. Secundo ad Eliſabeth, qñ
uox ſalutationis eius Ioãnem exultare fe-
cit in utero, & ea magnificante Mariam,
ipſa magis dñm magnificare curauit. Ter
tio ad filiũ, cũ iam eẽt annoꝝ duodecim,
ꝙ ipſa & pater eiꝰ dolẽtes quæſiſſent eũ.
Quarto ĩn nuptijs ad filiũ & miniſtros. Et
is qdem ſermo certiſſimus index ingenitę
manſuetudinis, & uirginalis uerecundiæ
fuit. Alioꝝ quippe uerecũdiam ſuam re-
putans, ſuſtinere nõ potuit, nõ potuit uini
diſſimulare defectũ. Vbi ſanè ĩcrepata eſt
à filio (tanqꝫ mitis & humilis corde) nec
illi rñdit, nec tñ deſperauit, miniſtros ad-
monens facere qđ diceret eis. Nunqd nõ Lucæ. 2.
ad initio ueniſſe paſtores, & primã oĩum
Mariam inueniſſe leguntur? Inuenerunt, ait
euangeliſta, Mariã & Ioſeph, & ĩfantem
poſitum in p̃ſepio. Sic & Magi quoqꝫ, ſi
recolis, non ſine Maria matre eius puerũ
inuenerũt, & inducẽs in templũ dñi, tem-
pli dñm, multa quidẽ à Symeone audiuit
tam de Deo q̃ꝫ de ſeipſa, ad loquendũ tar
da, uelox ad audiendũ. Et qdẽ Maria con
ſeruabat oĩa uerba hæc conferẽs in corde
ſuo, ſed in his oĩbus neqꝫ de ipſo incarna-
tionis dñicæ ſacr̃o quodcunqꝫ uerbum fe
ciſſe reperies. Vę nobis qui ſpiritum habe
mus in naribus; uæ qui totũ ꝓferimus ſpi Terent.
ritum, qui iuxta illud comici, pleni rimaꝝ eunuch.
effluimus undiqꝫ. Toties deniqꝫ Maria
filiũ audiuit, nõ modo turbis loquentem
in parabolis, ſed & diſcipulis ſeorſum re-
gni Dei myſteria reuelantẽ, uidit miracu
la facientẽ: uidit deinde in cruce pẽdentẽ,
uidit expirantẽ, uidit reſurgentẽ, uidit &
aſcendentẽ, ſed in his oĩbus quoties uere-
cundiſſimæ uirginis, quoties pudiciſſimæ
turturis uox memorať audita? Deniqꝫ le-
gis in actibus apoſtoloꝝ, ꝙ redeuntes à
monte Olíueti unanimiter pſeuerabãt in Actor.
in oratione. Qui? Si forte Maria affuit, no
mineť prima, q̃ ſup oẽs eſt, tam filij p̃roga
tiua, q̃ꝫ ſuę priuilegio ſctĩtatis. Petrꝰ & An
dreas, ait, Iacobus & Ioãnes, et cęteri q ſe
quunť: hi oẽs pſeuerabant unanimiter cũ
mulieribꝰ et Maria mr̃e Ieſu. Itáne & mu
lierũ ſeſe ultimã exhibebat, ut nouiſſima
oĩum poneret? Vere carnales adhuc diſci
puli, qbus necdum ſpũs erat datus, qa Ie-
ſus necdũ fuerat glorificatus, qñ facta eſt
inter illos cõtentio de primatu: cum Ma-
ria quanto maior erat, humiliaret ſe non
modo de omnibus, ſed & præ oĩbus. Me
ritò facta eſt nouiſſima prima, quæ cũ pri
ma eẽt oĩum, ſeſe nouiſſimã faciebat. Me
rito

Meritò facta eſt oĩum dña, quæ ſe oĩum
exhibebat ancillam. Meritò deniqꝫ ſuper
angelos exaltata eſt, quæ & infra uiduas
& pœnitentes, infra eã de qua eiecta fue-
rant ſeptẽ dæmonia, ineffabili ſeſe mã ſue
tudine ĩclinabat. Obſecro uos filioli, ęmu
lamini hanc uirtutẽ: ſi Mariam diligitis, ſi
contenditis ei placere, æmulamini mode
ſtiã eius. nihil. n. tam idoneũ homini, nihil
tam cõgruũ chriſtiano, maximeqꝫ mona
chũ nihil adeo decet. Et quidẽ manifeſta
ſatis in uirgine ex hac ipſa manſuetudine
uirtꝰ humilitatis elucet. Nimiꝝ collacta-
neæ ſunt humilitas & manſuetudo, in eo
Matt. 11. d. cõfœderatæ germanꝰ q dicebat: Diſcite
à me qa mitis ſum et humilis corde. Sicut
enim mater p̃ſumptiõis elatio, ſic mãſue-
tudo uera nõ niſi ex uera humilitate ꝓce-
dit. Nec ĩ ſola tm̃ Marię taciturnitate cõ-
mendať humilitas, ſed euidentius reſonať
Lucæ. 1. d. in ſermone. Audierat: Qđ ex te naſceť ſan
ctũ, uocabiť filius dei. Et nihil aliud q̃ an-
cillã eius ſe eſſe reſpondit. Inde uentũ eſt
ad Eliſabeth, & continuo uirginis gloria
ſingularis eidẽ p ſpũm reuelať. Deniqꝫ &
Ibidem. mirabať pſonã uenientis, dicẽs: Vnde hoc
mihi, ut ueniat mater dñi mei ad me? Cõ-
mendabat & uocẽ ſalutantis adijciẽs. Vt
facta eſt uox ſalutationis tuæ in auribus
meis, exultauit in gaudio infans in utero
meo: & beatificat fidem credẽtis: Beata
(inquiens) quæ credidiſti, qm̃ pficienť in
te quæ dicta ſunt tibi à dño. Magna qdẽ
p̃conia, ſed & deuota humilitas nihil ſibi
paſſa retinere, in eum magis uniuerſa re-
fudit cuius in ſe beneficia laudabanť. Tu
(inquit) magnificas matrem dñi, ſed ma-
gnificat aĩa mea dñm. In uoce mea filium
ꝑhibes exultaſſe in gaudio, ſed exultauit
ſpiritus meus in deo ſalutari meo: & ipſe
quoqꝫ tanqꝫ amicus ſponſi gaudet ad uo
cẽ ſponſi. Beatã eſſe dicis quę credidiſſet:
ſed credulitas et beatitudinis cauſa reſpe
ctus eſt ſupnæ pietatis, ut ex hoc magis
beatã me dicant oẽs generationes, qa an
cillã humilẽ & exiguã reſpexit deus. Ve-
runtamen nũquid putamus fratres, Eliſa
beth ſanctã in eo qđ p ſpũm utiqꝫ loque
bať, erraſſe? Abſit. Beata planè quã reſpe
xit deus, & beata quæ credidit. Hic. n. ma
gnus diuinæ reſpectionis extitit fructus.
Ineffabili ſiquidẽ artificio ſpũs ſupueniẽs
tantæ humilitati magnanimitas tanta in
ſecretario uirginei cordis acceſſit, ut (quẽ
admodũ de integritate & fœcũditate p̃-
diximus, hęc quoqꝫ nihilominus ſunt ſtel
læ ex reſpectu mutuo clariores) ꝙ uideli
cet nec humilitas tanta minuit magnani-
mitatẽ, nec magnanimitas tãta humilita-
tẽ, ſed cũ in ſua ęſtimatione tã humilis eſ-
ſet, nihilominus & in ꝓmiſſionis creduli-
tate magnanimis, ut quæ nihil aliud quã
exiguã ſeſe reputabat ancillã, ad incom-
prehẽſibile hoc myſteriũ, & admirabile
cõmerciũ, ad inſcrutabile ſacr̃m nullate-
nus ſe dubitaret electã, & uerã dei & ho-
minis genitricem crederet mox futuram.
Agit hoc nimiꝝ in cordibus electoꝝ gr̃ę
p̃rogatiua diuinæ, ut eos nec humilitas
puſillanimes faciat, nec magnanimitas
arrogantes, magis aũt cooperenť ſibi, ut
non ſolũ nulla ex magnanimitate ſubin-
tret elatio, ſed hinc maximè ꝓuehať hu-
militas, ut inueniant eo ampliꝰ timorati,
& largitori muneꝝ nõ ĩgrati, ac uiciſſim
ex occaſione humilitatis puſillanimitas
nulla ſurrepat, ſed quo minꝰ de ſua qſqꝫ
uel ĩ minimis p̃ſumere cõſueuit, eo ãplius
ẽt ĩ magnis qbuſqꝫ de diuina uirtute cõfi-
dat. Martyriũ ſanè uirginis (quã nimiꝝ ĩ-
ter ſtellas diadematis eius, ſi meminiſtis,
duodecimã noĩauimus) tã in Symeõis ꝓ-
phetia, q̃ꝫ in ipſa dñicæ paſſionis hiſtoria
cõmẽdať. Poſitꝰ ẽ hic (ait ſanctꝰ ſenex de Luc. 2. e.
paruulo Ieſu) in ſignũ cui contradiceť: &
tuã ipſius aĩam (ad Mariã autẽ dicebat)
ptranſibit gladius. Vere tuã, ô beata mr̃,
aĩam gladius ptranſiuit. Alioquin nõ niſi
eã ptranſiens, carnẽ filij tui penetraret. Et
quidem poſtea q̃ꝫ emiſit ſpũm tuus ille
Ieſus (oĩum quidem, ſed ſpecialiter tuus)
ipſius planè non attigit aĩam crudelis lan
cea quæ ipſius (nec mortuo parcens, cui
nocere non poſſet) aperuit latus, ſed tuã
utiqꝫ aĩam pertranſiuit. Ipſius nimiꝝ aĩa
iam ibi non erat, ſed tua planè inde nequi
bat auelli. Tuam ergo pertranſiuit aĩam
uis doloris, ut plus q̃ꝫ martyrum non im-

merito prædicemus, in qua nimirum cor
poreæ ſenſum paſſionis exceſſerit cõpaſ-
ſionis affectus. An nõ tibi plus ꝗ̃ gladius
fuit ſermo ille (reuera pertranſiens aĩam,
& pertingens uſqꝫ ad diuiſionem animæ
& ſpiritus:) Mulier, ecce filiꝰ tuus? O cõ-
mutationem. Ioannes tibi pro Ieſu tradi-
tur, ſeruus ꝓ domino, diſcipulus pro ma-
giſtro, filius Zebedæi pro filio dei, homo
purus pro deo uero. Quomodo nõ tuam
affectuoſiſſimam animã pertranſiret hęc
auditio, quãdo & noſtra licet ſaxea, licet
ferrea pectora ſola recordatio ſcindit?
Non miremini fratres, ꝙ Maria martyr
in aĩa fuiſſe dicatur. Miretur qui non me-
Rama. 1.d minerit ſe audiſſe Paulum inter maxima
gentium crimina memorãtem ꝙ ſine af-
fectione fuiſſent. Longè id fuit à Marię ui
ſceribus, longè ſit à ſeruulis eius. Sed for-
tè quis dicat: Nunquid non eum pſcierat
moriturum? Et indubitãter. Nunquid nõ
ſperabat continuo reſurrecturum? Et fi-
denter. Super hæc doluit crucifixum? Et
uehementer. Alioquin quiſnam tu frater,
aut unde tibi hæc ſapiẽtia ut mireris plus
Mariam compatientem, quam Marię fi-
lium patientem? Ille etiam mori corpore
potuit, iſta cõmori corde non potuit? Fe-
cit illud charitas qua maiorem nemo ha
buit: fecit & hoc charitas, cui poſt illam
ſimilis altera non fuit. Iam te mater miſe-
ricordiæ per ipſum ſynceriſſimæ tuæ mẽ-
tis affectum, tuis iacens prouoluta pedi-
bus luna, mediatricem ſibi apud ſolem iu
ſtitiæ conſtitutum deuotis ſupplicationi
bus interpellat, ut in lumine tuo uideat lu
men, & ſolis gratiam tuo mereatur obtẽ
tu, quã uerè amauit præ oĩbus, et ornauit
ſtola gloriæ induens, & coronã pulchri-
tudinis ponẽs in capite tuo. Plena es gra
tiarum, plena rore cœleſti, innixa ſup dile
ctum, delitijs afflués. Ciba hodie paupe-
res tuos domina, ipſi quoqꝫ catelli de mi
cis edant, nec puero Abrahæ tantum, ſed
& camelis potum tribuas de ſupereffluẽ
ti hydria tua, quia tu uerè puella es præ-
electa & præparata altiſſimi filio tuo,
qui eſt ſuper omnia benedictus in ſecula.
Amen.

In natiuitate Mariæ de aquæductu. Sermo.

FOecundæ uirginis amplectiť cœ
lũ pſentiã, terra memoriã uenera
tur. Sic nimiꝝ totiꝰ boni illic ex-
hibitio, hic tenuis ꝗdã libatio primitia-
rum: ibi res, & hic nomen. Dñe, inquit, no Pſal. 101.d
men tuũ in ęternũ, & memoriale tuum in
generatione et generationem. Generatio
& generatio, non angeloꝝ profecto, ſed
hoĩum eſt. Vis ſcire quia nomẽ & memo-
riale eius in nobis eſt, pſentia in excelſo?
Sic orabitis, inquit: Pater noſter qui es in Matt. 6.b.
cœlis, ſanctificetur nomen tuum. Fidelis
oratio, cuius ipſa primordia & diuinæ
adoptionis & terrenæ pegrinationis ad-
moneant, ut hoc ſcientes ꝙ quandiu non
ſumus in cœlo pegrinamur à dño, gema-
mus intra noſmetipſos adoptionẽ filioꝝ
expectantes pſentiã utiqꝫ pr̃is. Signãter
ꝓinde & de Chr̃o ꝓpheta loquiť dicẽs:
Spũs ante faciẽ noſtrã Chr̃s dñs, in um-
bra eius uiuemus inter gentes. Nam inter Thre. 4.d.
cœleſtes ꝗdẽ beatitudines non in umbra
uiuiť, ſed potius in ſplendore. In ſplendo- Pſal. 109.a
ribus ſanctoꝝ, inquit, ex utero ante luci-
feꝝ genui te. Veꝝ id quidẽ pr̃. At mater
ſanè eundẽ ipſum in ſplẽdore non genuit,
ſed in umbra, non niſi ea tñ qua obũbra-
uit altiſſimus. Meritò ꝓinde canit eccle-
ſia, nõ illa quidẽ eccleſia ſanctoꝝ quæ in
excelſis & in ſplendore eſt: ſed quæ inte-
rim peregrinať in terris. Sub umbra eius,
ait, quẽ deſiderauerã ſedi, & fructus eius Canti. 2.a
dulcis gutturi meo. Lucẽ ꝗppe meridia-
nã ubi paſcit ſponſus, ſibi petierat indica
ri, ſed repreſſa eſt, & ꝓ plenitudine lumi-
nis umbrã, ꝓ ſatietate interim guſtũ rece
pit. Deniqꝫ non ait, ſub umbra eius quã
deſiderauerã: ſed, ſub umbra eius quẽ de-
ſiderauerã ſedi. Neqꝫ .n. ipſius expetierat
umbrã, ſed ipm̃ ꝑfecto meridiẽ, lumẽ ple
nũ de lumine pleno. Et fructus, ait, dulcis
gutturi meo: ac ſi dicat, guſtui meo. Vſqꝫ-
quo non parcis mihi, nec dimittis me, ut
glutiã ſaliuam meã? Quouſqꝫ manet illa Pſal. 33.
ſentẽtia: Guſtate, & uidete qm̃ ſuauis eſt
dñs? Et ꝗdẽ ſuauis guſtui, & dulcis guttu
ri, ut merito ẽt ſup hoc ſpõſa ꝓruperit in
uocẽ gratiaꝝ actiõis & laudis. Sed quã-
do dicetur: Comedite amici & bibite, &
inebriamini chariſſimi? Iuſti epulenť (ait
Cant. 5.a. Propheta) ſed in conſpectu dei, utiqꝫ non
Pſal. 67.a. in umbra. Et de ſeipſo. Satiabor, ait, cum
Luc. 22.c. apparuerit gloria tua. Sed & dñs ad apo
ſtolos ait: Vos eſtis qui ꝑmanſiſtis mecũ
in tentationibus meis, & ego diſpono uo
bis ſicut diſpoſuit mihi pr̃ meus regnum,
ut edatis & bibatis ſup mẽſam meã. Sed
ubi? In regno meo, inquit. Beatus planè
ꝗ manducabit panẽ in regno dei. Sanctifi
ceť itaqꝫ nomẽ tuũ: ꝑ qđ utcunqꝫ interim
in nobis es dñe ꝑ fidẽ in cordibꝰ habitãs,
qm̃ nomen tuũ iam inuocatũ eſt ſup nos.
Roma. 6.d Adueniat regnũ tuũ. Veniat utiqꝫ qđ ꝑfe
ctũ eſt, & euacueť qđ eſt ex parte. Habe
tis (ait Apoſtolus) fructũ ueſtrũ in ſancti-
ficationẽ, finẽ uerò uitã æternã. Vita ęter-
na fons indeficiens, qui uniuerſam irrigat
ſupficiem paradiſi. Nec modo irrigat, ſed
inebriat, fons hortoꝝ, puteꝰ aquaꝝ uiuẽ
tiũ quæ fluunt impetu de Libano: & flu-
Coloſ. 3. minis impetus lætificat ciuitatẽ dei. Quis
uerò fons uitæ, niſi Chriſtꝰ dñs? Cũ Chri
ſtus (inquit) apparuerit uita noſtra: tunc
& uos apparebitis cũ ipſo in gloria. Sanè
ipſa ſeſe plenitudo exinaniuit, ut fieret no
bis iuſtitia & ſanctificatio & remiſſio,
necdũ apparens uita, aut gloria, aut bea-
titudo. Deriuatus eſt fons uſqꝫ ad nos, in
Prouer. 5. plateis deriuatæ ſunt aquę, licet nõ bibat
alienus ex eis. Deſcendit ꝑ aquæductum
uena illa cœleſtis, non tñ fontis exhibens
copiã, ſed ſtillicidia gr̃ę arentibus cordi-
bus noſtris infundens, alijs ꝗdẽ plus, alijs
quidẽ minus. Plenus equidẽ aquęductus,
ut accipiant cęteri de plenitudine, ſed nõ
plenitudinẽ ipſam. Aduertiſtis iam, ni fal
lor, quẽ uelim dicere aquęductũ qui ple-
nitudinẽ fontis ipſius de corde pr̃is exci-
piens, nobis edidit illũ, ſed ſi non ꝓut eſt,
ꝓut capere poteramꝰ. Noſtis .n. cui dictũ
ſit: Aue gratia plena. An uero inueniri po
tuiſſe miramur unde talis ac tantus fieret
aq̃ductus, cuius nimiꝝ ſummitas inſtar
ꝑfecto ſcalę illius quam uidit patriarcha
Gene. 28. Iacob, cœlos tangere, imò & tranſcẽdere
cœlos, ut uiuidiſſimũ illũ aquaꝝ quæ ſup
cœlos ſunt, poſſet attingere fõtẽ? Miraba
tur & Salomon, et uelut deſperãti ſimilis
aiebat: Mulierẽ fortẽ quis inueniet? Nimi Prou. 31.b.
rũ ꝑꝑea tanto tp̃e humano generi fluẽta
gratiæ defuerunt, qđ necdũ intercederet
is de quo loqmur tã deſiderabilis aquæ-
ductꝰ. Nec mirabere diutius expectatũ,
ſi recordaris quot annis Noe uir iuſtus in
arcæ fabrica laborauit, in qua paucæ, id
eſt octo aĩæ ſaluæ factę ſunt, idqꝫ ſatis ad
modicũ tp̃s. Sed q̃uo noſter hic aquędu-
ctus fontẽ illũ attigit tã ſublimẽ? Q̃uo pu
tas niſi uehementia deſiderij, niſi feruore
deuotionis, niſi puritate orationis? Sicut
ſcriptũ eſt: Oratio iuſti penetrat cœlos. Eccli. 35.d.
Et quis iuſtus, ſi non Maria iuſta, de qua
ſol iuſtitiæ ortus eſt nobis? Q̃uo ergo illa
inacceſſam attigit maieſtatẽ, niſi pulſan-
do, petendo, q̃rendo? Deniqꝫ & qđ q̃re-
bat, inuenit: cui dictũ eſt: Inueniſti gratiã
apud deũ. Quid? Plena eſt gr̃a, & gratiã
adhuc iuenit? Digna prorſus inuenire qđ
q̃rit, cui ꝓpria non ſufficit plenitudo, nec
ſuo põt eſſe cõtenta bono: ſed queãdmo-
dũ ſcriptũ eſt: Qui bibit me, adhuc ſitiet: Eccli. 24.c
petit ſupeffluentiã, ad ſalutẽ uniuerſitatis.
Spũs ſanctus, ait, ſupueniet in te, & p̃tio-
ſum illud balſamũ tãta tibi copia tãtaqꝫ
plenitudine ĩfluet, ut copioſiſſimè effluat
circunquaqꝫ. Ita eſt, iã ſentimus, iã exhila
ranť facies noſtræ in oleo, iã clamamus:
Oleũ effuſum nomẽ tuũ, memoriale tuũ Cant. 1.a
in generatione & generationẽ. Veꝝ id q-
dẽ non in uanũ, etſi oleũ effundiť, ſed non
perit. Propterea ſiquidẽ & adoleſcẽtulæ,
paruulæ .ſ. aĩæ, ſponſum diligunt, idqꝫ nõ
paꝝ: & unguentũ deſcendens de capite,
non modo barbã, ſed & ipſa ueſtimenti
ora ſuſcepit. Intuere ô homo conſiliũ dei,
agnoſce conſiliũ ſapientiæ, conſiliũ pieta
tis. Cœleſti rore areã rigaturus, totũ uel-
lus prius infudit. Redẽpturus humanum
genus, p̃tiũ uniuerſum contulit in Mariã.
Vt quid hoc? Fortè ut excuſareť Eua ꝑ fi-
liã, & querela uiri aduerſus fœminã dein-
ceps ſopireť. Ne dixeris ultra (ô Adã) mu
lier quã dediſti mihi, dedit mihi de ligno
uetito: dic potiꝰ, Mulier quã dediſti mihi
me cibauit fructu bñdicto. Pijſſimũ ſanè
cõſilium, ſed latet forſitan aliud, nec totũ

hoc eſt. Veꝝ id quidē, ſed paꝝ eſt (ni fal-
lor) deſiderijs ueſtris. Dulcedo lactis eſt,
eliciet forte ſi fortius p̄mimus, & pingue
do butyri. Altius ergo intueamini quãto
deuotionis affectu à nobis eam uoluerit
honorari, qui totius boni plenitudinē po
ſuit in Maria: ut ꝓinde ſiquid ſpei ĩ nobis
eſt, ſiquid gr̃æ, ſiquid ſalutis, ab ea noue
rimus redũdare, q̃ aſcẽdit delitijs afflueſ̃.
Hortus planè deliciaꝝ, quē nõ modo af-
flauerit ueniẽs, ſed & ꝑflauerit ſupueniẽs
auſter ille diuinꝰ, ut undiꝗ fluãt & effluãt
aromata eius, chariſmata. ſ. gratiaꝝ. Tol
le corpus hoc ſolare, qđ illuminat mun-
dũ, ubi dies? Tolle Mariã hãc maris ſtel-
lã, maris utiꝗ magni & ſpatioſi: quid niſi
caligo inuoluens, & umbra mortis, ac dē
ſiſſimæ tenebræ relinquunt̃? Totis ergo
medullis cordiũ, totis p̄cordioꝝ affecti-
bus: et uotis oĩbꝰ Mariã hãc ueneremur,
quia ſic eſt uoluntas eius qui totũ nos ha
bere uoluit ꝑ Mariã. Hæc inquã uolũtas
eius eſt, ſed ꝓ nobis. In oĩbus ſiquidē & ꝑ
oĩa ꝓuidens miſeris, trepidationē noſtrã
ſolat̃, fidē excitat, ſpem roborat, diffiden
tiã abigit, erigit puſillanimitatem. Ad pa
trē uerebaris accedere: ſolo auditu territꝰ
ad folia fugiebas. Ieſum tibi dedit media
torē. Quid nõ apud talē patrē filius talis
obtineat? Exaudiet utiꝗ ꝓ reuerẽtia ſua:
pater. n. diligit filiũ. An uerò trepidas &
ad ipſum? Frater tuus eſt & caro tua, ten
tatus ꝑ oĩa abſꝗ peccato, ut miſericors
fieret. Hunc tibi fratrē Maria dedit. Sed
forſitan & in ipſo maieſtatē uereare diui
nã, ꝙ licet factus ſit hõ, mãſerit tñ Deus.
Aduocatũ habere uis & ad ip̃m? ad Ma
riã recurre. Pura ſiqdē humanitas in Ma-
ria, non modo pura ab oĩ contaminatio-
ne, ſed & pura ſingularitate naturæ. Nec
dubius dixerim, exaudiet & ipſa ꝓ reue-
rentia ſua. Exaudiet utiꝗ matrē filius, &
exaudiet filiũ pater. Filioli, hæc peccato-
rũ ſcala, hęc mea maxima fiducia eſt, hęc
tota ratio ſpei meę. Quid enim? Põt ne fi-
lius aut repellere, aut ſuſtinere repulſam,
non audire, aut non audiri filius põt? Neu
trũ planè. Inueniſti (ait angelus) gratiam
apud deum. Feliciter. Semꝑ hæc inueniet

gratiam, & ſola eſt gratia qua egemus.
Prudens uirgo non ſapientiã, ſicut Salo-
mon, non diuitias: non honores, non po-
tentiã, ſed gratiã requirebat. Nimiꝝ ſola
eſt gr̃a qua ſaluamur. Quid nos alia cõcu
piſcimus fratres? Quæramus gratiã, & ꝑ
Mariã q̃ramus: quia qđ quærit, inuenit,
& fruſtrari non põt. Quęramus gratiam,
ſed gratiã apud deũ: nam apud hoĩes gr̃a
fallax. Quærant alij meritũ, nos inuenire
gr̃am ſtudeamus. Quid enim? Nũ gr̃ę eſt
ꝙ hic ſumus? Profecto miſericordiæ dñi
eſt ꝙ non ſumus cõſumpti nos. Qui nos?
Nos periuri, nos adulteri, nos homicidæ,
nos raptores, purgamenta utiꝗ mundi
huius. Conſulite conſcientias ueſtras fra
tres, & uidete ꝗa ubi abundauit delictũ,
ſuꝑabundat & gr̃a. Maria non p̄tendit
meritũ, ſed gratiã q̃rit. Deniꝗ uſꝗ adeo
fidit gr̃æ, & non altũ ſapit, ut ſalutationē
angelicã uereat̃. Maria, inquit, cogitabat
qualis eſſet iſta ſalutatio. Nimiꝝ ſeſe ſalu
tatione angelica reputabat indignam. Et
forſitan talia meditabat̃. Vnde hoc mihi,
ut ueniat angelus dñi mei ad me? Ne ti-
meas Maria, ne mireris angelũ uenientē,
& maior angelo uenit. Ne mireris ange-
lũ dñi, et dñs angeli tecũ. Poſtremo ꝗdni
uideas ãgelũ, cũ iã angelice uiuas? Quid
ni uiſitet angelus uitæ ſociã? Quidni ſalu-
tet ciuē ſanctoꝝ, & domeſticã dei? Ange
lica planè uita uirginitas: & q nõ nubent
neꝗ nubent̃, erunt ſicut angeli dei. Vides
ne ꝙ & hoc nihilominꝰ mõ aquæductus
nr̃ aſcendit ad fontē, nec ſola iã orõne cœ
los penetrat, ſed ẽt incorruptione q̃ ꝓxi-
mũ deo facit, ſicut Sapiens ait: Erat. n. uir Sapi.6.
go ſancta corpore & ſpũ, cui ſpecialiter
eſſet dicere: Conuerſatio nr̃a in cœlis eſt.
Sancta inquã corpore & ſpũ, ne qd forſi
tã ſuꝑ hoc dubites aquæductu. Sublimis
equidē ualde, ſed nihilominꝰ integerrimꝰ
manet. Hortus cõcluſus, fons ſignatus, tē
plum dñi, ſacrariũ ſpũs ſancti. Nec. n. eſt
fatua uirgo, cui non modo oleum eſt, ſed
olei plenitudo in uaſe recõdita. Aſcẽſio-
nes in corde ſuo diſpoſuit, conuerſatione
pariter (ſicuti iam diximus) & oratione
aſcendens. Denique abijt in montana cũ

feſtinatione, & ſalutauit Eliſabeth, & in
miniſterio eius erat quaſi mẽſibus tribus
ut iam tũc poſſet dicere matri mater, qđ
tanto poſt filio dixit filius: Sine modo, ſic
enim decet nos implere oẽm iuſtitiã. Pla
nè montana conſcẽdens, cuius iuſtitia ſi-
cut montes dei. Tertius. n. hic aſcẽſus uir-
ginis fuit, ut funiculus triplex difficilè rũ-
peretur. Feruebat ſiquidē in q̃renda gr̃a
charitas, ſplendebat in carne uirginitas,
humilitas in obſequio eminebat. Etenim
ſi oĩs qui ſe humiliat, exaltabitur: ꝗd hac
Lucæ.1. humilitate ſublimius? Veniſſe eam mira-
bat̃ Eliſabeth, & dicebat: Vnde hoc mihi
ut ueniat mater dñi mei ad me? Sed iam
magis miret̃ ꝙ inſtar utiꝗ filij & ipſa nõ
miniſtrari uenerit, ſed miniſtrare. Meritò
proinde cantor ille diuinus in ipſius admi
Canti 6. d ratione præcinens, aiebat: Quæ eſt iſta q̃
aſcendit ſicut aurora conſurgẽs, pulchra
ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtroꝝ
acies ordinata? Aſcendit planè ſupra oẽ
humanũ genus, aſcendit uſꝗ ad angelos
ſed & ipſos quoꝗ tranſcẽdit, & cœleſtē
oẽm ſuꝑgreditur creaturã. Nimiꝝ ſupra
angelos hauriat neceſſe eſt, quã refundat
Textus. hoĩbus aquã uiuã. Quõ, inquit, fiet iſtud,
quoniam uiꝝ nõ cognoſco? Verè ſancta
corꝑe & ſpiritu, & integritatē carnis ha-
bens, & propoſitũ integritatis. Reſpon-
Textus. dens aũt angelus, dixit: Sſpũs ſanctus ſu-
perueniet in te, & uirtus altiſſimi obum-
brabit tibi. Ne me interrogaueris, inquit,
ſupra me eſt, & nõ potero ad illud. Spũs
ſanctus, nõ angelus, ſuꝑueniet in te, & uir
tus altiſſimi obũbrabit tibi, non ego. Ne
ſteteris, uel inter angelos uirgo ſancta,
ſublimius aliqd tuo ſibi miniſterio ꝓpi-
nandũ terra ſitiens p̄ſtolat̃. Paululum cũ
ꝑtrãſieris eos, inuenies quē diligit aĩa tua.
Paululũ inquã, non quia non incõparabi
liter ſupereminéat, ſed ꝙ inter eũ et ipſos
mediũ nihil inuenias. Trãſi ergo uirtutes
& dñationes, Cherubim quoꝗ & Sera-
phim, ut ad eũ ꝑuenias de quo uociferan
Eſaiæ.6. tur adinuicē, Sãctus, ſanctus, ſanctus dñs
deus Sabaoth. Qđ. n. ex te naſcet̃ ſanctũ,
uocabit̃ filius dei. Fons ſapiẽtiæ uerbũ pa
tris ĩ excelſis: hoc uerbũ mediãte te caro

fiet: ut qui dicit, Ego in patre, & pr̃ in me: Ioan.14 b
dicat nihilominꝰ, ꝗa ego à deo ꝓceſſi & Ioan.1.a.
ueni. In principio inquit erat uerbũ. Iã ſca
tet fons: ſed interim tantũ in ſemetipſo.
Deniꝗ, & uerbũ erat apud deũ: lucē ꝓfe
cto habitãs inacceſſibilē, & dicebat dñs
ab initio: Ego cogito cogitationes pacis,
& nõ afflictionis. Sed penes te eſt cogita Hier.29.c.
tio tua, et ꝗd cogites, nos neſcimus. Quis
enim cognouit ſenſum dñi, aut ꝗs cõſilia
rius eius erat? Deſcẽdit itaꝗ cogitatio pa
cis in opus pacis: Verbũ caro factũ eſt, &
habitat iã in nobis. Habitat planè ꝑ fidē ĩ
cordibꝰ noſtris, habitat in memoria nr̃a,
habitat in cogitatione: ꝗa uſꝗ ad ipſam
deſcẽdit imaginationē. Quid. n. prius co-
gitaret hõ de deo, niſi forſitã idolũ corde
fabricaret̃? Incõprehẽſibilis erat & inac-
ceſſibilis, ĩuiſibilis & inexcogitabilis om
nino. Nunc uerò cõprehẽdi uoluit, uideri
uoluit, cogitari uoluit. Quonã mõ ĩquis?
Nimiꝝ iacẽs in præſepio, in uirginali gre
mio cubans, in monte p̄dicans, in oratio-
ne ꝑnoctans, & in cruce pẽdens, in mor-
te pallẽs, liber inter mortuos, & ĩ inferno
ĩperans: ſeu ẽt tertia die reſurgẽs, & ap̃lis
loca clauoꝝ uictoriæ ſigna demõſtrans,
nouiſſime corã eis cœli ſecreta cõſcẽdẽs.
Quid hoꝝ non uerè, nõ piè, nõ ſanctè co-
gitat̃? Quicꝗd hoꝝ cogito, Deũ cogito,
& ꝑ oĩa eſt deus meus. Hęc ego meditari
dixi ſapiẽtiã, & prudẽtiã iudicaui eructua
re memoriã ſuauitatis: qm̃ ĩ huiuſcemodi
nucleis uirga ſacerdotalis copioſe ꝓdu-
xit, quã in ſuꝑnis hauriens, uberius nobis
Maria refundit. In ſuꝑnis planè, & ultra
angelos: q̃ uerbũ ex ipſo pr̃is corde ſuſce
pit, ut ſcriptũ ē: Dies diei eructat uerbũ.
Vtiꝗ dies pr̃: ſiquidē dies ex die ſalutare
dei. An non ẽt uirgo dies? Et p̄clara. Ruti- Pſal.18.a.
lãs planè dies, q̃ ꝓcedit ſicut aurora con-
ſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol. In-
tuere igit̃ quēadmodum uſꝗ ad angelos
plenitudine gr̃ę, ſupra angelos ſuꝑueniẽ-
te ſpũ ſancto ꝑuenit. Eſt in angelis chari-
tas, ē puritas, eſt humilitas. Quid hoꝝ nõ
enituit in Maria? Sed oſtẽſum ē ſuꝑius, ut
ꝗdē à nobis oſtẽdi potuit, ſupereminẽtiã
ꝓſequamur. Cui enim angeloꝝ aliquan-

do dictū eſt. Spūs ſanctus ſuperueniet in
te, et uirtꝰ altiſſimi obūbrabit tibi: ideoqꝫ
& qđ naſcetur ex te ſanctū, uocabit̃ filius
dei: Deniqꝫ ueritas de terra orta eſt, non
de angelica creatura: nec angelos, ſed ſe-
men Abrahæ apprehēdit. Magnū eſt an
gelo ut miniſter ſit dñi, ſed Maria ſubli-
miꝰ quiddā meruit ut ſit mater. Fœcundi
tas itaqꝫ uirginis ſupereminēs gloria eſt,
tantoqꝫ excellentior angelis facta mune
re ſingulari, quanto differentius præ mini
ſtris nomen matris accepit: hanc inuenit
gratiā plena iā gr̃a, ut charitate feruida,
uirginitate integra, humilitate deuota: fie
ret nihilominus ſine uiri cognitione gra-
uida, ſine muliebri dolore puerpera. Par̃
eſt qđ ex ea natū eſt, ſanctū uocat̃, & eſt
filius dei. De reliquo fratres curandū no-
bis ſummop̃e eſt, ne uerbū qđ de ore pa
tris ad nos egreſſum eſt uirgine mediāte,
uacuū reuertat̃, ſed p̃ eandē nihilominus
uirginē gratiā pro gratia referamus. Eru-
ctemus memoriā, donec p̄ſentiā ſuſpira-
mus, & ſuæ reddant̃ origini fluenta gr̃æ,
ut uberius fluant. Alioqn niſi ad fontē re-
deant, exſiccant̃, & infideles in modico,
qđ maximū eſt accipere non meremur.
Modicū planè memoria ad p̄ſentiā, mo-
dicū ad id qđ cupimus, magnū ad id qđ
meremur: longè infra deſideriū, ſed nihi-
lominus ſupra meritū. Sapienter proinde
ſponſa, & pro hoc modico non modice-
Canti.1.b. gratulat̃. Cum.n.dixiſſet: Indica mihi ubi
paſcas, ubi cubes ī meridie: recipiens exi-
gua pro īmenſis, & pro paſtu meridiano
libans ſacrificiū ueſpertinū, minime tamē
ut ſolet fieri murmurat aut triſtat̃, ſed gra
tias agit, & in oībus ſeſe exhibet deuotio
rē. Nouit.n.ꝙ ſi fidelis fuerit in umbra me
moriæ, lucē p̄ſentię ſine dubio obtinebit.
Itaqꝫ qui reminiſcimini dñi, ne taceatis,
& ne detis ſilentiū ei. Nimiꝝ qui p̄ſentē
habent dñm, exhortatione non indigēt:
Pſal.147.a. & qđ ait Propheta alius: Lauda Hieruſa
lē dñm, lauda deū tuū Sion: cōgratulatio
nis eſt potius q̄ cōmonitionis. Qui ī fide
ambulant, egent admonitione ne taceāt,
& ne dederint ſilentiū ei. Loquit̃.n.& lo-
quit̃ pacē ī plebē ſuā, & ſup̃ ſanctos ſuos,
et in eos qui conuertunt̃ ad cor. Cęterū *Pſal.17.d.*
cū ſancto ſanctus eris, & cū uiro innocen
te innocens eris: & audientē ſeſe audiet,
& loquenti ſibi loquet̃. Alioquin ſilentiū
ei dediſti ſi taceas. Sed unde ſi taceas? A
laude? Ne taceatis, inqt, et ne detis ſilētiū
ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Hieru
ſalē laudē in terra. Laus Hieruſalē iucun- *Eſa.62.d.*
da, & decora laudatio. Niſi forte āgelos
ciues Hieruſalē mutuis opinamur laudi-
bus delectari, & decipere de uanitate in
idipſum. Fiat uolūtas tua pr̃ ſicut in cœlo
& in terra, ut laus Hieruſalē ſtabiliat̃ ī ter
ra. Quid.n.mō eſt? Nō q̄rit angelus ab an
gelo gloriā in Hieruſalē, et hō ab hoīe lau
dari cupit in terra? Execranda p̃uerſitas,
ſed eoꝝ ſit q̄ ignorātiā dei habent, q̄ obli
ti ſunt dñi dei ſui. Vos q̄ reminiſcimini do
mini, ne taceatis à laude eiꝰ, donec ſtabi-
liat̃ & p̃ficiat̃ in terra. Eſt.n.ſilentiū irrep̄-
henſibile, imò & laudabile magis. Eſt &
ſermo non bonus. Alioqn non diceret p̄-
pheta bonū eſſe homini p̄ſtolari cū ſilen-
tio ſalutare dei. Bonū ſilentiū à iactantia, *Thren.3.*
bonū à blaſphemia, bonū à murmure &
detractione. Alius.n.ob laboris magnitu
dinē, & pōdus diei exaſperatus, aīo mur-
murat, diiudicat eos qui pro aīa ſua p̃uigi
lant, tanq̄ reddituri uticꝫ rōnē. Clamor ē,
ſed ſupra oē ſilētiū clamor iſte animi ob-
durati ſilere facit (quā audiri nō patitur)
uocē uerbi. Alius puſillanimitate ſpūs in
expectatione deficit, peſſimūqꝫ hoc uer-
bū blaſphemiæ eſt, qđ nec in hoc ſeculo
remittit̃, nec in futuro. Tertius in magnis
ambulat, & in mirabilibus ſup̃ ſe dicēs:
Manus noſtra excelſa, putās ſe aliq̄d eē,
cū nihil ſit. Quid loqueret̃ huic qui loq̄t̃
pacē? Dicit.n. quia diues ſum, & nullius
egeo. Porrò ueritatis ſententia eſt: Vę uo *Lucæ.6.d.*
bis diuitibus, quia habetis hic cōſolatio- *Matth.5.a.*
nē ueſtrā. Contra uerò: Beati, inquit, qui
lugent, qm̄ ipſi conſolabunt̃. Sileat ergo
in nobis lingua maledica, lingua blaſphe
ma, lingua magniloqua: qm̄ bonum eſt ī
hoc triplici ſilentio ſalutare dñi p̄ſtolari,
ut dicas: Loquere domine, quia audit ſer
uus tuꝰ. Eiuſmodi quippe uoces nō ad eū *1.Reg.3.b.*
ſunt, ſed aduerſus eū, ſicut legiſlator mur

murantibus ait: Non.n.contra nos ē mur
Exo.16.b. mur ueſtrū, ſed contra dñm. Ita tñ ab his
taceas ne oīno taceas, ne dederis ſilentiū
ei. Loquere illi contra iactantiā in confeſ
ſiōe, ut obtineas ueniā de p̄terito. Loq̄re
in gratiaꝝ actione cōtra murmurationē,
ut ampliorē inuenias gratiā in p̄ſenti. Lo-
quere in orōne contra diffidentiā, ut cō-
ſequaris & gloriā in futuro. Confitere in-
quam pręterita, & pro p̄ſentibus gratias
age, ac deinceps ora ſtudioſius pro futu-
ris, ut ne ipſe quidē ſileat à remiſſione, ab
īmiſſione, à promiſſiōe. Ne taceas inquā,
ne dederis ſilentiū ei, loquere ut et ipſe lo
quat̃, & dicere poſſis: Dilectus meus mi-
hi, & ego illi. Iucunda uox, et eloquiū dul
ce. Nimiꝝ nō uox murmuris hęc, ſed uox
Pſal.136.a. turturis eſt. Et ne dixeris: Q̄uo cātabimꝰ
Canti.2.c. canticū dñi in terra aliena? nō iā aliena re
Ibidem.d. putabit̃, de qua ſponſus ait: Vox turturis
audita eſt in terra nr̃a. Audierat.n.dicētē:
Capite nobis uulpes paruulas: & fortè
ex eo in uocē exultationis erupit ut dice-
ret: Dilectus meus mihi, & ego illi. Planè
Vox turturis, q̄ tā uiuenti quā mortuo ſin
gulari uticꝫ caſtimonia ſuo cōpari p̄ſeue-
rat, ut eā neqꝫ mors neqꝫ uita à Chr̃i ſepa
ret charitate. Intuere etenim utrūnam ali
quid hunc dilectū auertere potuerit à di-
lecta quo minus ei & peccanti & auerſæ
p̄ſeueraret. Glomeratæ nubes radios ſo-
lis offendere contendebant, ut iniq̄tates
noſtræ ſepararēt inter nos & deū, ſed in-
caluit ſol, et uniuerſa diſſoluit. Alioqn qñ
rediiſſes ad eū, niſi ille tibi p̄ſeueraſſet, ni-
Canti.6.d. ſi clamaſſet: Reuertere, reuertere Sunami
tis, reuertere, reuertere, ut intueamur te?
Eſto ergo illi, et tu nihilominus p̄ſeuerās,
ut nullis ab eo flagellis aut laboribꝰ auer
Matth.11. taris. Luctare cū angelo ne ſuccūbas: q̄a
regnū cœloꝝ uim patit̃, & uiolēti rapiūt
illud. An non lucta, Dilectus meus mihi,
& ego illi? Notā fecit dilectionē ſuā, expe
riat̃ & tuā. In multis.n. tentat te dñs deus
tuꝰ. Declinat ſæpius, auertit faciē, ſed nō
in ira. Probationis iſtud eſt, non reproba
tionis. Suſtinuit te dilectus, ſuſtine tu di-
lectū: ſuſtine, uiriliter age. Non illū uicere
peccata tua, te quoqꝫ ipſius flagella non
ſuperent, & obtinebis benedictionē. Sed
qñ? Cū aurora fuerit, cū aſpirauerit iam
dies, cū ſtabilierit Hieruſalē laudē ī terra.
Ecce, inquit, uir luctabat̃ cum Iacob uſqꝫ *Gene.32.f.*
mane. Auditam fac mihi mane miſericor
diā tuā, quia ſperaui in te dñe. Nō tacebo
nec dabo tibi ſilentiū uſqꝫ mane, utinam
nec ieiuniū. Nimiꝝ dignaris & paſci, ſed
inter lilia. Dilectus meus mihi, & ego illi,
q̄ paſcit̃ inter lilia. Nimiꝝ & ſupra, ſi me-
miniſti, in eodē cantico euidenter expreſ-
ſum eſt, ꝙ floꝝ apparitio turturis comi-
tet̃ auditū. Sed attende ꝙ locū non cibū
indicare uidet̃, nec q̄bus paſcit̃ exprimit,
ſed inter quæ. Fortè.n.non cibo, ſed con-
ſortio paſcit̃ liliorum: nec liliis ueſcit̃, ſed
uerſat̃. Nimiꝝ odore potius q̄ ſapore li-
lia placēt, & uiſui magis ſunt apta q̄ eſui.
Ita ergo paſcitur inter lilia donec aſpiret
dies, & uenuſtati floꝝ fructuū ſuccedat
ubertas. Interim quippe floꝝ nō fructuū
tp̄s eſt, dū in ſpe magis q̄ in re ſumus: &
& per fidē non per ſpeciem ambulantes,
expectatione magis q̄ experientia gratu
lamur. Conſidera deniqꝫ floris teneritudi
nē, & memento uerbi qđ ait Apoſtolus: *2.Cor.4.b.*
Quia habemus theſauꝝ iſtū in uaſis ficti
libus. Quanta.n. uident̃ īminere pericula
floribus? q̄ facilè ſpinaꝝ aculeis liliū p̃fo
rat̃? Meritò proinde canit dilectus: Sicut
liliū inter ſpinas, ſic amica mea īter filias.
An non erat inter ſpinas, qui dicebat: Cū *Pſal.119.b.*
his qui oderunt pacē, erā pacificus? Cæte
rū etſi iuſtus germinat ſicut liliū, ſed non
ad liliū ſponſus paſcit̃, nec in ſingularita-
te cōplacet ſibi. Audi deniqꝫ īter lilia cō-
morantē: Vbi, inquit, duo uel tres congre *Matt.18.c.*
gati fuerint in noīe meo, ibi ſum in medio
eoꝝ. Amat ſemper media Ieſus, diuerti-
cula ſemper & reclinatoria reprobat filiꝰ
hoīs, Dei & hoīum mediator. Dilectus
meus mihi, & ego illi, qui paſcit̃ inter li-
lia. Curemus habere lilia fratres, extirpa
re ſpinas & tribulos, & inſerere lilia feſti
nemus: ſi qñ fortè & ad nos paſcēdus di-
gnet̃ dilectus deſcēdere. Apud Mariam
uticꝫ paſcebat̃, idqꝫ copioſius pro multi-
tudine lilioꝝ. An nō lilia uirginitatis de-
cus, humilitatis inſigne, ſup̃eminētia cha-

ritatis? Erunt tñ & nobis lilia, q̄uis infe-
riora ualde, ſed ne inter hæc quidem dedi
gnabit̃ paſci ſponſus: ſiquidem eas quas
prædiximus actiones gratiarum deuotio
nis hilaritas illuſtrauerit, orationem intē
tionis puritas candidauerit, cōfeſſionem
indulgentia dealbauerit, ſicut ſcriptū eſt:
Eſaiæ.1.e. Si fuerint peccata ueſtra ut coccinum, q̄ſi
nix dealbabunt̃: & ſi fuerint rubra quaſi
uermiculus, uelut lana alba erunt. Cęteꝝ
quicquid illud eſt qđ offerre paras, Ma-
riæ cōmendare memento, ut eodē alueo
ad largitorem grãæ gratia redeat quo in-
fluxit. Necq; .n. impotens erat deus, et ſine
hoc aquęductu infundere grãm ꝑut uel-
let, ſed tibi uehiculum uoluit prouidere.
Fortè .n. manus tuæ, aut ſanguine plenę,
aut infectę muneribus, ꝙ nō eas ab omni
munere excuſſiſti. Ideoq; modicum iſtud
qđ offerre deſideras, gratiſſimis illis et oī
acceptione digniſſimis Mariæ manibus
offerendū tradere cura, ſi nō uis ſuſtinere
repulſam. Nimiꝝ candidiſſima quædam
lilia ſunt, nec cauſabit̃ ille lilioꝝ amator
inter lilia nō inuentū, quicqd illud ſit qđ
inter Mariæ manus inuenerit.

In feſtiuitate ſancti Michaelis *Sermo* I.

A Ngelorum hodie memoria cele-
brat̃, et exigitis debitum ꝓ tanta
ſolēnitate ſermonē. Sed quid de
angelicis ſpiritibus uiles loquant̃ uermi-
culi? Credimus ſanè, et indubitata fide te
nemus diuina eos p̄ſentia, & uiſione bea
tos ſine fine lætari in bonis dñi, quæ ocu
1.Cor.2. lus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor
hoīs aſcenderūt. Quid ergo de his homo
loquat̃ hoībus, quæ nec ipſe quidem co-
gitare, nec illi ſaltē audire ſufficiant? Pro-
fecto ſi ex abundantia cordis os loquit̃,
ſileat nihilominus lingua neceſſe eſt ex
inopia cogitationis. Attamen ſi multum
eſt ad nos loqui de ea claritate & gloria
qua ī ſemetipſis, imò ī deo ſuo angeli ſan-
cti noſtris oīno ſupereminēt cordibus: de
ea loquamur quā nobis exhibent grã &
charitate. In ſupernis .n. ſpiritibus nō ſolū
admirabilis dignitas, ſed dignatio ama-
bilis inuenit̃. Dignum eſt proinde fratres
ut gloriā non capientes, tanto magis am-
plectamur miſericordiam, qua nimirum
conſtat nihilominus abundare domeſti-
cos dei, cœli ciues, principes paradiſi. Te
ſtatur deniq; Apoſtolus ipſe qui raptus
uſq; ad tertiū cœlum beatæ illi curiæ me
ruit intereſſe, atq; eius noſſe ſecreta: q̄m
oēs adminiſtratorij ſunt ſpūs, miſſi in mi-
niſterium ꝑꝑ eos qui hęreditatem capiūt
ſalutis. Necq; id cuiq; īcredibile uideatur,
q̄nquidem ipſe quoq; creator & rex an-
geloꝝ uenit non miniſtrari, ſed miniſtra-
re, & aīam ſuam dare pro multis. Vt qd
ergo miniſterium illud angeloꝝ quiſpiā
dedignet̃, in quo pręcedit eos cui in excel
ſis tota cum auiditate & felicitate mini-
ſtrant? Si & hinc dubitas, utiq; qui uidit,
teſtimonium perhibuit: milia, inquiens, Danie.7.
miliū miniſtrabant ei, & decies centena
milia aſſiſtebant ei. Alius quoq; prophe-
ta ad patrem de filio loquens, ait: Minui-
ſti eum paulominus ab angelis. Sic planè Pſal.8.a.
ſic decet ut uincat & humilitate qui ſubli
mitate uincebat, ſitq; tanto minor ange-
lis, quanto inferiori ſeſe miniſterio māci-
pauit: qui tanto excellentior eſt, quanto
differentius præ eis nomen hæreditauit.
Sed quæras fortaſſe in quo minoratus ui
deat̃ ab angelis cū miniſtrare uenit, q̄nq-
dem (ut ſupra meminimus) in miniſteriū
mittuntur & illi? In eo utiq; ꝙ non modo
miniſtrauit, ſed miniſtratus eſt, eratq; unꝰ
& idē q miniſtrabat, & qui miniſtrabat̃.
Meritò proinde ſponſa in Canticis canti
coꝝ: Ecce (inquit) uenit is ſaliens in mon- Canti.2.
tibus, tranſiliens colles. Miniſtrans .n. ſa-
lijt inter angelos, ſed & ipſos tranſilijt mi
niſtratus. Miniſtrant .n. angeli, ſed de alie
no, offerentes deo bona opera nō ſua, ſed
noſtra, ac nobis eius grãm referētes. Vñ
& ſcriptura dicens: Q̄m aſcendit fumus Apoca.8.
aromatum in conſpectu dñi de manu an
geli, ſolicite præmiſit data ei fuiſſe incēſa
multa. Noſtros .n. ſudores non ſuos, no-
ſtras non ſuas lachrymas offerūt deo, no
bis quoq; eius munera referūt, & nō ſua.
Non ſic miniſter ille ſublimior cūctis, ſed
humilior uniuerſis, qui ſemetipſum obtu
lit ſacrificium laudis, qui patri offerens
animam ſuā, nobis miniſtrat uſq; hodie
carnem ſuā. Huius utiq; tanti miniſtri grã
nihil miꝝ ſi dignanter nobis imò & libē-
ter angeli ſancti miniſtrent. Ipſi .n. amant
nos q̄a nos Chrs amauit. Dicit̃ certè uul-
gari quodam prouerbio: Qui me amat,
amat & canē meum. Nos uerò ô beati an
geli catelli ſumos dñi illius quē tanto af-
fectu diligitis, catelli inquā cupientes ſa-
turari de micis quæ cadunt de menſa do
minoꝝ noſtroꝝ, qui eſtis uos. Et hæc di-
xerim fratres, ut ampliorē de cætero erga
beatos angelos fiduciā habeatis, ac ꝓin-
de familiariꝰ in oī neceſſitate ueſtra eoꝝ
inuocetis auxilia: ſed & dignius in eorum
præſentia conuerſari, & magis ac magis
eoꝝ uobis conciliare grãm, captare be-
neuolentiā, exorare clementiā ſtudeatis.
Cuiꝰ rei grã neceſſariū duco alias quoq;
charitati ueſtræ exponere cauſas, q̄ ipſos
beatos angelos ꝓ noſtra infirmitate red
dāt ſolicitos: abſq; ſua ſanè anxietate, ſed
nō abſq; utilitate noſtra, nec ad detrimē-
tum felicitatis ſuæ, ſed ad noſtræ ſalutis
augmentū. Conſtat ſine dubio rationis
ꝑticipes, & capaces beatitudinis huma-
nas aīas angelicæ (ſi dicere id audeamus)
cognatas eē naturę: nec decet uos, ô bea-
ti ſpūs contra legis præceptū dedignari
quā uiſitare debetis ſpeciē ueſtram, licet
in multā (ut ipſi cernitis) deiecta ſit uilita
tē. Sed neq; arbitramur uos ſuperni ciues
ciuitatis ueſtrę excidio delectari, et ruina
muroꝝ quos ſemirutos ipſi uidetis. Cuiꝰ
inſtaurationē ſi deſideratis (ut dignū eſt)
frequenter q̄ſo ante thronū gloriæ uerbū
Pſal.50.d. p̄cis iterate dicentes: Benigne fac dñe in
bona uolūtate tua Siō, ut ædificent̃ muri
Hieruſalē. Si diligitis decorē domus Dei
(imò quia diligitis) experiant̃ zelū ueſtrū
uiui & rationales lapides, qui ſoli in īſtau
rationē eius uobis pñt coædificari. Hic ē
dilectiſſimi funiculꝰ triplex, quo de excel
ſo cœloꝝ habitaculo ad cōſolandos, ad
uiſitandos, ad adiuuādos nos attrahit̃ ſu-
pereminēs charitas angeloꝝ ꝑꝑ deū, ꝑꝑ
nos, ꝑꝑ ſeipſos. Propter Deū utiq;, cuius
tanta erga nos miſericordiæ uiſcera ipſi
quoq; (ut dignū ē) imitant̃. Propter nos,
in quibus nimiꝝ propriā ſimilitudinē mi-
ſerant̃. Propter ſeipſos, quoꝝ ordines in-
ſtaurandos ex nobis toto deſiderio p̄ſto
lant̃. In ore .n. paruuloꝝ q lacte modo ue-
ſcunt̃, & nondū ſolido cibo ꝑficienda eſt
laus illa maieſtatis diuinæ, cuius habētes
primitias angelici ſpūs beata nimiꝝ de-
lectatione fruunt̃: ſed tanto auidius nos
expectant, quanto conſummationis eius
expectatione & expetitione ſolicitant̃.
Quæ cū tñ ita ſint, penſate quanta ēt no-
bis ſolicitudine opꝰ eſt dilectiſſimi, ut di-
gnos nos exhibeamus eoꝝ frequētia, &
eo mō cōuerſemur in cōſpectu angeloꝝ,
ne fortè ſanctos offendamus obtutus. Vę
enim nobis, ſi q̄n ꝓuocati peccatis & ne
gligentijs nr̃is indignos nos iudicauerint
p̄ſentia & uiſitatione ſua, ut iā neceſſe ha-
beamus & nos plangere, & dicere cū ꝓ-
pheta: Amici mei et ꝓximi mei aduerſum Pſal.37.b.
me appropinquauerūt & ſteterunt. Et q
iuxta me erāt de longè ſteterunt, & uim
faciebāt q q̄rebāt aīam meā. Elōgatis ni-
miꝝ eis quoꝝ p̄ſentia ꝓtegere nos, & ꝓ-
pulſare poterat inimicū. Qđ ſi tā neceſſa-
riā habemus familiaritatē dignationis an
gelicæ, cauēda nobis eoꝝ offenſa, & ī his
maximè exercēdū qbus eos nouimꝰ oble
ctari. Sunt .n. plurima q̄ eis placent, & q̄ ī
nobis inuenire delectat: ut eſt ſobrietas,
caſtitas, paupꝑtas uoluntaria, crebri in cœ
lū gemitus, & orōnes cum lachrymis, &
cordis intentione. Attñ ſuꝑ oīa hæc unita
tē & pacē à nobis exigunt angeli pacis.
Quidni maximè delectent̃ in his q̄ formā
quandā ciuitatis ſuæ rep̄ſentāt in nobis,
ut mirent̃ Hieruſalē nouā in terra? Dico
aūt ut q̄uo ciuitatis illius participatio eſt
in idipſum: ſic & nos idipſum ſentiamus,
idipſum dicamus oēs, & non ſint in no-
bis ſchiſmata: ſed magis oēs ſimul unum
corpus ſimus in Chr̃o, ſinguli aūt alter al
teriꝰ mēbra. Ecōtra uerò nihil æquè offen
dit, & ad indignationē ꝓuocat eos, q̄uo
diſſenſiones & ſcādala ſi fortè inueniant̃ ī
nobis. Audiamus ſiquidem qd loquat̃ ad
Corinthios Paulus: Cū .n. ſit inter uos ze- 1.Cor.3.a.
lus & contētio, nōne carnales eſtis, & ſe-
cundū hoīem ābulatis? In epiſtola quoq;
Iudæ apoſtoli legimus ſic: Hi ſunt qui ſe- Iudæ.1.f.

gregãt ſemetipſos,animales ſpiritum nõ
habentes.Videre eſt aĩam hoĩs quemad-
modum uniuerſa corporis membra uiui-
ficet cohærentia ſibi. Separa ergo quod-
uis à iunctura cæteroꝝ,& uide an de cæ-
tero illud uiuificet.Sic eſt oĩs q̃ dicit,ana-
thema Ieſu:qđ nemo dicit loquens in ſpi
ritu dei:quia anathema ſeparatio eſt. Sic
& inquam, oĩs qui ab unitate diuidit̃, ne
dubites quin ab eo receſſerit ſpũs uitæ.
Digne igit̃ contentioſos, & qui ſeparant
ſemetipſos, apoſtoli carnales uocant &
aĩales,ſpũm non habentes. Dicunt ergo
ſancti illi,& beati ſpũs,ubi ſcandala inue
nerint & diſſenſiones:Quid nobis & ge-
nerationi huic ſpũm nõ habenti? Nam ſi
adeſſet ſpũs,per eũ utiq; charitas diffun-
deretur,et unitas non ſcinderet̃. Et dicũt:
Non permaneamus cum hoĩbus iſtis in-
æternum:quia caro ſunt.Quæ.n.conuen-
tio luci ad tenebras? Nos de regno unita
tis & pacis ſumus,et hoĩes iſtos in eandẽ
unitatẽ & pacem ſperabamus eſſe uẽtu-
ros.Nunc aũt qua rõne nobis cohæreant
qui diſſident à ſeipſis? Videtis q̃ cõgruat
huic ſolennitati euangelica lectio,quæ ſic
deterret nos à ſcãdalo paruuloꝝ, q̃nq̃dẽ
tam uehementer angelis diſplicent ſcan-
dala? Qui ſcandalizauerit unum de puſil
Matt.18.a. lis iſtis,duꝝ eſt qđ ſequit̃. Sed iam p̃terit
hora,ad miſſas nobis eũdum eſt.Peto ne
ſit uobis moleſta dilatio, quæ poterit nõ
inutilis fore,ſi capitulum præſens ſermo-
ne altero diligentius proſequamur.

In eadem ſolennitate. Sermo II.

a Vdiſtis fratres euangelicã lectio
nẽ aduerſus eos qui puſillos ſcan
dalizant,ſatis terribiliter intonã
tem.Nemini blandit̃ ueritas,neminẽ pal
pat,nullũ ſeducit,aperte denuncians,q̃m
Væ homini illi per quẽ ſcandalum uenit.
Bonũ erat ei ſi natus nõ fuiſſet homo ille.
Mar.18.c. Natus ſanè denuo,natus ad uitam, natus
de ſpiritu, qui nimiꝝ carne poſtmodum
conſummat̃.Expedit ei(ſiquis eſt)qui ſcã
dala ſuſcitat in hac domo, in hac ſancta
deo placita,& angelis eius admodũ gra
ta ac familiari congregatione, ut ſuſpen-
dat̃ in collo eius mola aſinaria,& ꝓ ſuaui
iugo & leui onere ſaluatoris, graui mole
terrenæ cupiditatis humeris eius impoſi-
ta demergatur in profundũ maris huius,
magni & ſpacioſi manib⁹, qđ eſt ſine du
bio ſeculum nequã. Minus.n. damnabile
erat ei in ſeculo magis perire q̃ in mona-
ſterio. Perire ſiquidẽ neceſſe eſt hoĩem q̃
charitatem non habet,ẽt ſi tradiderit cor
pus ſuũ ita ut ardeat. Et hoc dixerim fra-
tres,non quaſi minus bene de uobis ſen-
tiam,aut regnare uideatur in uobis neq̃ſ-
ſimũ iſtud uitium: ſed ut in ea charitate,
& unanimitate, & pace in qua ſtatis in
dño,ſoliciti ſitis perſeuerare et abundare
magis. Quæ eſt.n.ſpes noſtra, & gaudiũ
noſtrum,& corona gloriæ? Nõne unitas
& unanimitas ueſtra, in qua gaudeo uos
inueniri fraternitatis amatores, & ante
oĩa mutuam in uobiſmetipſis charitatem
habentes,qđ eſt uinculum perfectionis?
Propter qđ obſecro uos, ſic ſtate in dño
chariſſimi.In hoc.n.cognoſcunt oẽs ẽt an
geli ſancti q̃ Chriſti eſtis diſcipuli, ſi dile
ctionem habueritis adinuicem. Deniq; ſi
tenetis memoria quam uobis præcedẽti
ſermone tradidimus triplicem angelicæ
erga nos charitatis & ſolicitudinis cau-
ſam,põt hinc quoq; fraternæ dilectionis
utilitas magnifice cõmendari.Facile ſiq̃-
dem conſiderare eſt homini qui non dili
git proximũ,nullam ex his quas tunc di-
ximus,ſuppetere cauſam.Nunquid enim
Chriſti gratia diligemur ab angelis,ſi de
mutuæ dilectionis inopia cognouerint
nequaq̃ eius nos eſſe diſcipulos?Nunq̃d
diligimur ab eis ꝓꝑ noſipſos.i. ſpiritualis
naturæ ſimilitudine,ſi inuenimur non dili
gere humanæ naturæ noſtræ conſortes:
imò uerò ſi ex eis quæ inter nos ſunt con-
tentionibus,carnales nos magis q̃ ſpiri-
tuales eſſe conſtiterit?Deniq; nũquid di-
ligent nos ꝓꝑ ſeipſos, & futurã de nobis
ciuitatis ſuæ reſtaurationem,ſi(qđ abſit)
unũ quo ſolo uniri & coædificari eis poſ-
ſum⁹,defuerit glutinum charitatis? Q̃ũo
ſperabunt reædificandos de nobis ꝑpe-
tuos ciuitatis illi⁹ muros, ſi cognouerint,
ſi uiderint nos non lapides eſſe uiuos qui
poſſint ĩuicẽ cohærere:ſed magis puluerẽ

quem proĳciat uentus à facie terræ, quẽ
unius uerbi flatus in turbinem excitet, &
ſuſpicioĩs cuiuslibet leuiſſima aura diſper
gãt? Et hæc quidem dixiſſe ſufficiat ꝓ eo
Matt.18.a. qđ ait dñs: Siquis ſcandalizauerit unum
de puſillis iſtis.Credo.n.q̃ maiori ſolici-
tudine deinceps ab hac tam nequiſſima
peſte cauebitis.Iam uerò quẽ nõ moueat
Mat.5.b. qđ ſequitur in euangelio: Si oculus tuus
ſcandalizauerit te, erue eum & cætera.
Nunquid.n. corporalem hunc oculũ mo
nemur eruere, aut unã ex manib⁹ iſtis, ſi-
militer & unum abſcindere pedem? Ab-
ſit à nobis hmõi carnalis oĩno,& nimis ri
diculoſa cogitatio.Sed poſtq̃ ab exterio
ribus ſcandalis deterruit nos ſermo diui-
nus aſpere ſatis, ſicut audiſtis, conſilium
dat quid de eo nobis agẽdum ſit ſcãdalo
qđ interius patimur contrariam inueniẽ-
tes legem in mẽbris noſtris. Ipſe.n. nouit
figmentũ noſtrum, q̃ eiuſmodi ſcandalũ
non tam facilè à nobis ualeat euitari.Por-
rò tripliciter fieri ſcandalum iſtud, quoti
diano nobis noſſe licet experimento. In-
terdũ.n. eſt in nobis ſpiritualis intẽtionis
oculus ſimplex, & qui gratię magis q̃ no
ſter dicendus ſit:ſed ſcandalizat nos ocu
lus noſter,et qui uerè à nobis eſt,dum uo
lũtas noſtra aliam minus caſtã ĩportune
ingerit intentionẽ. Sed habemus iam ſuꝑ
hoc ſalubre cõſilium ſaluatoris: Erue eũ,
Ibidem.1. inquit,et proĳce abs te.Hoc aũt fiet,ſi nõ
conſẽtias,ſi abĳcias,ſi reſiſtas. Simili mo
do de manu ac pede eſt intelligendũ. Cũ
enim bonis opibus intentos, ad alia opa
trahere uoluntas propria conat̃, manus
noſtra eſt quæ ſcãdalizat nos: ſed abſcin
di debet, & proĳci à nobis, ut non ei cõ-
ſentiamus. Sic ẽt proficere in ſancta con-
uerſatione,& aſcendere per gradus ſcalę
quæ Iacob apparuit, ac iuxta qđ ait Pſal
Pſal.83.b. miſta,De uirtute in uirtutẽ ire deſideran-
tes,ſæpius ſcãdalũ patimur à pede quo-
dam puſillanimitatis & negligentiæ nrę,
qui nimiꝝ deſcẽdere magis ac remiſſius
ire conatur:ſed abſcindi eũ neceſſe eſt, ut
pes gratiæ qui ſtat in directo,currere poſ
ſit ſine offenſione, ſine ſcandalo, ſine ĩpe-
dimẽto. Qđ aũt dicit, Bonum nobis eſſe
ad uitam intrare cum uno oculo,aut ma-
nu,aut pede, q̃ duos habentes ire in gehẽ
nam ignis: eos notat qui uoluntatem ſuã,
ſiue bona, ſiue mala ſit, æquè ſequuntur,
& ingrediunt̃ duabus uĳs, nũc bona,nũc
mala ſectantes: ſecundum qđ uariantur
deſideria ſua. Quib⁹ meritò utilius fuerat
gratię in oĩbus inhęrere,& ubi obuiat ꝓ-
pria uoluntas,abſcindere & à ſeipſis abĳ
cere eam.Eſt aũt cum multo tꝑe in abſciſ
ſione propriæ uoluntatis noſtræ exercita
ti aliquatenus eam domamus, ut diſcat
iam non ſuperbire, ſed magis ſine oĩ ſcan
dalo uel contradictione deo ſubiecta ſit
aĩa noſtra, nec iã abĳcere neceſſe ſit ocu-
lum noſtrũ,nempè qui ſimplici adhęrens
oculo factus eſt & ipſe ſimplex,aut certè
iam non alter eſt oculus, ſed unus cũ eo,
Apoſtolo teſte: Q̃m q̃ adhęret dño, unus 1.Cor.6.d.
ſpiritus eſt cũ eo. Qđ aũt de oculo dictũ
eſt, de manu quoq; & pede eodẽ modo
eſt intelligendũ. Cuius.n.uolũtas ex affe-
ctione & cum deſiderio gratiæ cohæret,
ut nec concupiſcat mala agere,nec bona
minora,nec minus bene q̃ gratia ſugge-
rit:hic planè perfectus ẽ uir. Sed pax iſta
potius eſt felicitatis: abſciſſo uerò ſcanda
loꝝ,& tẽtationum uictoria,fortitudinis:
illa,inquam,gloriæ, hæc uirtutis.

In feſtiuitate omnium ſanctorum de lectione euangelica. Sermo I.

f Eſtiuitatem hodiernam ſanctoꝝ
oĩum cum omni deuotiõe dignũ
eſt celebrari.Nimiꝝ ſi magna ui-
detur,& eſt,beati Petri ſolẽnitas,ſeu bea
ti Stephani,aut cuiuslibet cæteroꝝ,quã-
ta iſta eſt,quæ non unius tm̃ eſt, ſed uni-
uerſoꝝ?Veꝝ non ignoratis fratres ſecu-
laribus id moris eſſe,ut diebus feſtis feſti
ua ſibi conuiuia parent: & quanto fuerit
ſolennitas clarior, tanto ſplendidius epu
lentur. Quid ergo? Nõne & his qui con-
uertuntur ad cor,cordis delitiæ ſunt quę-
rendæ,& ſpiritualibus ſpiritualia compa
randa?Propterea iam paratum eſt conui
uium noſtrum fratres, iam cocta ſunt oĩa
et epulandi tempus aduenit.Dignum eſt
enim ut prius anima ſatietur, q̃ hæc por
tio ſine dubitatione, & ſine cõparatione

ſit potior,præſertim cū ſanctoꝝ ſolenni-
tates manifeſtum ſit ad aīas magis ꝙ̄ ad
corpora ꝑtinere: & q̄ aīaꝝ ſunt, aīæ plus
accептent,quippe naturali quadā eis co-
gnatione coniūctæ. Quibus ꝓꝑea quoqꝫ
ſancti iſti cōpatiunt̃ ampliꝰ, ꝓꝑea magis
deſiderant aīaꝝ bona, & plus eaꝝ refe-
ctionibꝰ delectant̃, qm̄ & ipſi ſimiles no
bis fuere paſſibiles: & ipſi peregrinatiōis
huiꝰ & exilij miſerabilis deplorauere mo
leſtias: & ipſi graue huius corporis onus,
& tumultus ſeculi, & tentatione experti
ſunt inimici. Nihil itaqꝫ dubiū qn gratior
eis ſit, & multo acceptabilior illa feſtiui-
tas qua intendit̃ epulis aīaꝝ, ꝙ̄ ſit ea quę
celebrāt̃ à ſecularibus curam carnis perfi
cientibus in deſiderijs uoluptatū. Verun-
tamē unde nobis aīaꝝ panis in terra de-
ſerta, ī loco horroris, & uaſtę ſolitudinis?
Vnde nobis ſub ſole ſpūalis cibus, ubi ni-
hil eſt niſi labor & dolor, & afflictio ſpi-
Matt. 7. a. ritus? Sed ſcio quis dixerit: Petite, & acci
pietis. Et illud: Si uos cū ſitis mali, noſtis
bona data dare filijs ueſtris, quanto ma-
gis pr̃ ueſter cœlſtis è cœlo dabit ſpiritū
bonū petentibus ſe? Nec ignoro ꝙ̄ obni-
xe tota hac nocte & die petieritis mendi
cantes dari uobis panē de cœlo uiuū: non
eū qui corpꝰ corroborat, ſed q cōfirmat
cor hoīs. Nā conuiuas quidē nō auſim di
cere, ſed mendici ſumus p̄benda dei uiuē-
tes. Mēdici, inquā, iacentes ante ianuā re-
gis p̄diuitis, ulceribus pleni, & cupientes
ſaturari: imò et ſuſtētari de micis q̄ cadūt
de menſa dñoꝝ noſtroꝝ, quoꝝ celebra-
mus hodie ſolēnitatē. Nempè delitijs af-
fluunt, & menſurā accipiunt bonam &
confertā, & ſupereffluentē. Confidimus
aūt qm̄ erit q det nobis: chaos. n. magnū
& diſtantia eſt multa nimis inter liberali
tatē & benignitatem dei, & auari diuitis
crudelitatē. Propterea dedit hodie pr̃ nr̃
panē. Patrē. n. miſericordiaꝝ, patrem eſſe
neceſſe eſt ēt miſeroꝝ. Dedit (inquā) no-
bis panē de cœlo, & cibaria in abundan-
tia: quoꝝ utinā ego fidelis coquus, utinā
aīa mea cogna utilis uideat̃. Siquidē ad
p̄paranda fercula ueſtra, tota hac nocte
concaluit cor meū intra me, & in medita
tiōe mea exarſit ignis: ille ſine dubio quē
dñs Ieſus miſit in terrā, & uoluit uehemē
ter accendi. Nā ſpūalē cibū, & coquinā,
& ignē habere neceſſe eſt ſpūalē. Supeſt
iam ut diſtribuā quæ paraui: uos aūt cōſi
derate potius dantē dñm q̄ miniſtrum di
ſtribuentē. Ego. n. quantū in me eſt, nihil
aliud ſum ꝙ̄ conſeruus ueſter, qui uobiſ-
cū pariter & mihi & uobis (ſicut ipſe dñs
nouit) mendico panē de cœlo, & alimo-
niam uitæ. Propterea non ego uobis, ſed
pater ueſter ipſe eſt q dat uobis panē de
cœlo uiuum: ipſe uos paſcit, & operibus,
& ſermonibus, ēt & carne filij ſui, qui eſt
uerè cibus. Nā & de operibus lego: Meꝰ *Ioan. 4.*
cibus eſt ut faciā uoluntatē patris mei: &
de uerbis, Qm̄ non in ſolo pane uiuit hō, *Deute.*
ſed in omni uerbo qđ ꝓcedit de ore dei.
Ergo nunc quidē cibari habemus factis
eius & uerbis, poſt hæc etiā illibatū dñici
corporis ſacr̃m in altaris menſa ſacroſan
cta (ipſo propitio) ꝑcepturi. Legimus in
euangelio hodie, qm̄ uidēs turbas Ieſus,
aſcendit in montē. Prædicantē. n. dñm, de *Mat. 4.*
ciuitatibus & caſtellis populi ſequeban-
tur: quorū ſaluabat aīas, ſanabat corpo-
ra: & adhærebāt ei, affatu pariter & aſpe
ctu illius delectati: cuius nimirū uox ſua-
uis, et facies eius decora, ſicut ſcriptū eſt:
Speciosus forma præ filijs hoīum, diffuſa *Pſal. 44.*
eſt gratia in labijs tuis. Talis eſt quē nos
ſequimur, cui adhæremus, totus deſide-
rabilis, in quē nō ſolum populi, ſed & ipſi
quoqꝫ angeli ſancti deſiderant ꝓſpicere.
Quid uobis ſuauius aponemꝰ? Nimirū
hæ ſunt delitiæ angelorum. Guſtate ꝓin-
de, & uidete qm̄ ſuauis eſt dñs. Et huic
ſuauitati, huic ſapori, huic ſapientiæ quæ
trahit̃ de occultis, oē qđ deſiderat̃, non
ualeat comparari. Quid enim? Miraris in
ſole ſplendorē, in flore pulchritudinem, ī
pane ſaporem, in terra fœcūditatē (Sed à
deo hæc uniuerſa donata ſunt: nec dubiū
quin multo amplius reſeruauerit ſibi, ꝙ̄
dederit creaturis. Iam ne hoc quidem
ocioſum putamus quòd aſcendit in mon
tem, nimirum quod tanto ante prędictū
eſt tāquam à longè clamante propheta:
Super montem excelſum aſcende tu qui *Eſa. 40. b.*
euangelizas

euāgelizas Sion, exalta in fortitudine uo
cē tuā qui euangelizas Hieruſalē. In qua
aſcenſione ſi uos melius non habetis, ego
Acto. 1. a. illud intelligēdū puto qđ in initio Actuū
apoſtoloꝝ beatꝰ Lucas meminit, dicēs:
Primū qdē ſermonē feci de oībꝰ ô Theo-
phile, quæ cœpit Ieſus facere & docere.
Vtiqꝫ non iuxta phariſæoꝝ morē, qui alli
gabant onera grauia & īportabilia, & ī-
ponebāt ea in humeros hoīum, digito au
tē ſuo nolebant ea mouere. An nō bonus
aīæ panis eſt iſte, & plurimū confirmans
cor hoīs? Fiducialiter ſequor te dñe quo-
cunqꝫ ieris, & ſecure incedo uiā manda-
toꝝ tuoꝝ, ſciens ꝙ ꝑ eā p̄ceſſeris ipſe. Se
cure, inquā, uiā mandatoꝝ tuoꝝ curro,
q̄nquidē noui ꝙ à ſummo cœlo egreſſio
tua ad currendā hanc uiā: & occurſus tuꝰ
uſqꝫ ad ſummū eius fuerit ꝑ hanc uiā. Nō
poſſum modo fratres in hūc modū ſingu
la maſticare: uos eſtote aīalia munda &
Prou. 21. c. ruminantia, ut fiat ſicut ſcriptū eſt: The-
ſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapiē-
tis. Cogit. n. ſuccingere, forſitā & p̄ſcinde
re uerbū, tā breuitas horæ, ꝙ̄ materię ma
Textus. gnitudo. Videns turbas Ieſus aſcendit in
montem. Vidēs miſerationis intuitu, qm̄
erant ſicut oues errantes non habentes
paſtorē. Quid eſt ꝙ priuſqꝫ docere incipe
ret, aſcēdit in montem, niſi ꝙ in hoc ipſo
docuit neceſſe habere p̄dicatores uerbi
dei deſiderijs animi, & conuerſatione ſan
cta ad ſublimia tendere, & uirtutū cōſcē
dere montē? Et cū ſediſſet, acceſſerūt ad
Textus. eū diſcipuli eius. Cū ſediſſet, inquit. Alio-
quin qs ad excelſum illū gigātem poſſet
accedere? Benigniſſimè prorſus īclinauit
ſe, & exinaniuit uſqꝫ ad ſeſſionē, ut dicat
Pſal 138. a. patri: Tu cognouiſti ſeſſionē meā, & re-
ſurrectionē meā. Sedit. n. ut ad eū quē ne
ipſi quidē angeli ſtātē attingere poterāt,
ēt publicani & peccatores accedant: ac-
cedat Maria Magdalene, accedat & la-
tro de cruce. Et cū ſediſſet, acceſſerunt ad
eū diſcipuli eius. Acceſſerunt non tā inceſ
ſu pedū, ꝙ̄ affectu cordis, & imitatione
uirtutū. Bene aūt non turbæ, non qlibet
de populo, ſed diſcipuli acceſſiſſe dicunt̃:
quatenus ſicut teſtamentū uetus datū le
git̃ in monte Syna, ſolo Moyſe aſcēdēte, *Exo. 24. d.*
& populo expectāte deorſum: ſic & mo
do ſuſciperent mōtes pacem populo, &
colles iuſtitiā: et uelut ī tenebris qbuſdā,
& ī occulto diceret̃ apoſtolis, qđ poſtea
dicerent in lumine: & audirēt in aure, qđ
p̄dicarent poſtmodū ſuꝑ tecta. Vnde & *Textus.*
ſequit̃: Et aperiens os ſuum, docebat eos.
Aperuit nunc os ſuū, qui ꝓphetaꝝ prius
aperuerat ora. Hinc ē qđ legit̃ in Pſalmo, *Pſal. 50. d.*
Propheta dicente: Dñe, labia mea apies, *Heb. 1. a.*
& os meū annunciabit laudē tuā. Nunc
aūt qui multifarie multiſqꝫ modis olim
locutus fuerat in ꝓphetis, demū ſuo ipſiꝰ
ore locutus eſt, tanqꝫ ſi diceret: Et qui lo-
quebar, ecce adſum. Beati qui audierunt
loquentē in carne ſapientiā: beati q uerbi
dei uerba quæ ab ipſius ore ꝓceſſerūt, au
dierunt. Veruntn̄ qđ audierunt illi, adhuc
reſeruat̃ nobis: quia & nos audire poſſu-
mus, quanuis nō ab ipſo. Aperiens os ſuū
docebat eos, dicens: Beati pauperes ſpū.
Verè apertū eſt os eius, in quo oēs theſau
ri ſapientiæ & ſcientiæ ſunt reconditi. Et
uerè eius hęc doctrina, q in Apocalypſi lo *Apoc. 21. b.*
quit̃: Ecce noua facio oīa, qui ꝑ ꝓphetam *Pſal. 77. a.*
ante p̄dixerat: Aperiā os meū, eructabo
abſcondita à conſtitutione mundi. Quid
enim tā abſconditū, ꝙ̄ pauꝑtatē eſſe bea
tā? Attamen ueritas loquit̃, quæ nec falli
nec fallere pōt: & ipſa eſt quæ dicit, qm̄
beati pauperes ſpū. Sic uos inſenſati filij
Adā diuitias quęritis, diuitias deſideratis
uſqꝫ adhuc: cū iā beatitudo pauperꝝ diui
nitus cōmendata, p̄dicata mundo, credi-
ta ſit ab hoībus? Quærat eas paganus, q
ſine deo uiuit. Quærat Iudæus, qui terre-
nas ꝓmiſſiones accepit. Sed qua fronte
magis, aut qua mente Chriſtianus diui-
tias quærit, poſtqꝫ Chr̃s beatos eſſe pau
peres p̄dicauit? Quouſqꝫ filij alieni, quo-
uſqꝫ uanitatē loquet̃ os ueſtrū, ut beatum
dicatis populū cui hæc ſunt, hęc uiſibilia,
hæc p̄ſentia: cū filius Dei os ſuū aperiens
locutꝰ ſit ueritatē, beatos eſſe pauperes,
& uę diuitibus? Sed diligenter attende ꝙ
non ſimpliciter pauperes noīat, ꝓꝑ plebe
ios pauꝑes neceſſitate miſerabili, nō lau-
dabili uolūtate. Spero equidē ꝓfuturam

eis apud diuinæ bonitatis miſericordiam
hanc ipſam afflictionis ſuę miſeriã: ſcio tñ
dñm hoc in loco non de hmõi fuiſſe locu
tũ, ſed de his qui poſſunt dicere cũ ꝓphe
Pſal. 53. b. ta. Voluntarie ſacrificabo tibi. Attamen
nec uoluntaria quidẽ pauꝑtas oĩs, laudẽ
habet apud deũ. nã & philoſophi oĩa ſua
reliquiſſe legunt̃, ut expediti mundialib⁹
curis: ſtudio uanitatis poſſent uacare libe
rius, & nolebant cenſu abũdare terreno,
ut abundarent magis in ſenſu ſuo. Hos di
ſcernit qđ dictũ eſt, ſpũ. i. ſpũali uolunta
te. Beati uerò pauperes ſpiritu, ſpirituali
ſcilicet intentione, deſiderio ſpirituali, ꝑꝑ
ſolũ beneplacitũ dei, & aĩarum ſalutem:
qm̃ ipſoꝝ eſt regnum cœloꝝ. Sed quis ẽ
qui ſic loquit̃, qui ſic beatificat pauperes,
et ſic ditat? Putas poterit uerum eſſe? Erit
ſine dubio: ſiquidẽ uerax & potens eſt q
ꝓmittit. Si murmurat inimicus, reſponde
bit̃ ei. An non licet mihi facere qđ uolo?
Nõne oculus tuus nequã eſt, quia ego bo
nus? Si tu iure humiliatus es pro eo ꝙ ad-
uerſum me exaltare te uoluiſti, nõne qui
ſe humiliant ꝑꝑ me, meritò ſunt exaltãdi?
Et uerè fratres, ſi miſerrim⁹ ille è cœlo de-
iectus eſt qm̃ affectauit celſitudinẽ, altitu
dinẽ concupiuit, ſublimitatem ꝑ̃ſumpſit,
nõne conſequens eſt beatos eſſe qui ſpõ-
te ĩ paupertatis humilitatẽ ſeſe deponũt:
et iuxta dñi ꝓmiſſionem ipſoꝝ eſt regnũ
cœloꝝ, qđ perdidit iſte? Et attende q̃ ſa-
pienter ordinauerit ſapientia contra pec-
catũ primũ, remedium primũ opponẽs.
Ac ſi apertius dicat: Vis obtinere cœlum
qđ perdidit ſuperbiens angelus qui con-
fiſus eſt in uirtute ſua, et in multitudine di
uitiaꝝ ſuaꝝ? Paupertatis uilitatẽ ample-
Textus. ctere, & tuũ erit. Sequit̃: Beati mites, qm̃
ipſi poſſidebũt terram. Bene optime. Sic
enim oportebat (cõmẽdata paupertate)
ẽt manſuetudinẽ prædicari: qm̃ relinquẽ-
tibus oĩa, prima ſolet eſſe tentatio de mo
leſtijs corporis, & afflictione carnis inſo-
lita. Quid uerò paupertas proderit, ſi (qđ
abſit) pauper in murmuratione deueniat,
factus exaſperans, & impatiens diſcipli-
næ? Optime quoq; poſt regni ꝓmiſſionẽ
minus aliud regnum uelut in arram dat̃,
ut ſecundum ſcripturam promiſſionẽ ha-
beamus uitæ eius quę nunc eſt, pariter et
futuræ, & de exhibitione præſentium fir- *1. Tim.*
ma ſit expectatio futuroꝝ. Beati mites,
qm̃ ipſi poſſidebunt terram. Hanc ergo
terrã corpus noſtrum intelligo. Qđ ſi poſ
ſidere uult aĩa, ſi regnare deſiderat ſuper
mẽbra ſua, neceſſe eſt ut ſit ipſa mitis, &
ſuperiori ſuo ſubiecta, qm̃ tale inueniet in
ferius ſuũ, qualẽ ſe exhibuerit ſuperiori.
Armat̃. n. creatura ad ulciſcendam ſui in-
iuriam creatoris. Et ideo nouerit aĩa quæ
rebellẽ ſibi inuenit carnẽ ſuã, ſe quoq; mi-
nus ꝙ oporteat ſuꝑioribus poteſtatibus
eſſe ſebiectã. Manſueſcat ipſa, & humilie
tur ſub potenti manu dei altiſſimi, ſubie-
cta ſit deo, & his pariter quibus uice eius
habet obedire prælatis: & continuo cor-
pus ſuũ inueniet obediens & ſubiectum.
Veritas. n. eſt quę loquit̃: Beati mites, qm̃
ipſi poſſidebunt terrã. Et uide ſi nõ aduer
ſus ſecundi peccati uulnus, ſecunda ꝓceſ
ſerit medicina. Prima ſiquidẽ poſt ange-
licæ præuaricationis ruinam Eua pecca-
uit, inquietudine ſpũs agitata, & interdi-
cti dñici iugũ ſuaue & leue onus abijciẽs:
qm̃ expectare noluit ut de manu dñi un-
de iã cætera acceperat, ꝑfectionẽ quoq;
beatitudinis mereret̃, ſed pręripere illam
ſerpentis conſilio attẽtauit. Propter hoc
paradiſum perdidit, terram delitiaꝝ: ꝑꝑ
hoc in ipſo corpore contrariam legẽ inue
nit. Sed iam fortaſſis ad hanc dñi uocem
deſiderio manſuetudinis æſtuas, & con-
quereris ſuꝑ aſperitate cordis tui, & bel-
luinis quibuſdam motibus, atq; indomi-
ta feritate. Attẽde ergo qđ ſequit̃. Beati
qui lugẽt, qm̃ ipſi conſolabuntur. Equum *Text.*
indomitum flagella domant, aĩam imm
tẽ contritio ſpiritus, & aſſiduatis lachry-
marum. Ergo in oĩbus operibus tuis me-
morare nouiſſima tua, mortis horrorem,
iudicij tremẽdum diſcrimẽ, ardẽtis gehẽ-
næ metum ab oculis cordis tui elongari
nullatenus patiaris. Cogita peregrinatio
nis tuæ miſeriam, recogita annos tuos in
amaritudine aĩæ tuæ: cogita uitæ huma-
næ pericula, cogita fragilitatem propriã:
& in huiuſmodi cogitatione ſi perſeue-

raueris: dico tibi, paꝝ ſenties quidqđ fo-
ris uidet̃ eſſe moleſtũ, dum toto corde cir
ca iteriorẽ moleſtiam occuparis. Sed nec
patiet̃ dñs ſine cõſolatione te eſſe, qm̃ pr̃
miſericordiaꝝ eſt, & deus totius conſo-
lationis, & cõplebit̃ omnino qđ ueritas
pollicetur. Beati qui lugent, qm̃ ipſi cõſo
labuntur. Concordat aũt huic ſententiæ,
Eccl'i. 7. a. et illud qđ in Salomone legiſti: Melius ẽ
ire ad domum luctus, ꝙ ad domũ conui-
uij. Propterea beata eſſes Eua, ſi poſt cul-
pam conſolationẽ quęreres lachrymaꝝ,
& conuerſa ad pœnitentiam ueniã citius
obtineres. Nũc aũt miſerrimam quæſiſti
cõſolationẽ de ſimili caſu uiri tui, & uene
no peſſimo, nequiſſimo, uidelicet uitio to
tam infeciſti poſteritatẽ tuam: ut uſq; ho
die perditionẽ alterius, alter ſuã reputet
conſolationẽ. Miſera prorſus Euæ conſo-
latio, & eoꝝ qui miſeriam hanc imitant̃:
ſed beati qui lugent, qm̃ ipſi conſolabun
tur. Veꝝ quid aliud eſt hæc conſolatio, q̃
procedẽs de ſpe uenię gratia deuotionis,
& ſuauiſſima delectatio boni, & guſtus
ſapiẽtiæ licet exiguus, quibus interim be
nignus dñs afflictã refrigerat aĩam? Sed
guſtus ille nihil aliud eſt ꝙ irritamentum
deſiderij, & incentiuum amoris: ſicut ſcri
Eccl'i. 24. c ptum eſt: Qui edunt me, adhuc eſurient:
Textus. & qui bibunt me, adhuc ſitiẽt. Propterea
illico ſubinfert̃. Beati qui eſuriũt & ſitiũt
iuſtitiam, qm̃ ipſi ſaturabunt̃. Qui eſurit,
eſuriat amplius: & qui deſiderat, abundã
tius adhuc deſideret: qm̃ quantumcunq;
deſiderare potuerit, tm̃ ẽ accepturus. Imò
uerò non ſecũdũ imperfectionẽ modũ ue
deſiderij, qm̃ qui donec perfectè habeat,
perfectè deſiderare non põt: ſed nec et ꝑ-
fectè habere donec ꝑfectè deſideret, ſed
menſuram accepturus eſt bonam, & cõ-
fertam, & coagitatã, & ſupereffluentem.
Beati qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam, qm̃
ipſi ſaturabunt̃. Infirmiori palato cordis,
& aĩæ languenti adhuc dura & inſipida
res uidet̃ eſſe iuſtitia: ſed qui guſtauerũt,
ecce ipſi ſciunt ꝙ beati ſunt qui eſuriunt
illam, qm̃ ipſi ſaturabuntur. O uerè felix
& glorioſa ſatietas, ô ſanctum conuiuiũ,
ô deſiderabiles epulæ: ubi nimiꝝ anxie-
tas nulla, nullum poterit eſſe faſtidiũ, qm̃
ſatietas ſumma, & ſummũ inerit deſide-
rium. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiã,
qm̃ ipſi ſaturabũtur. Iam uerò hoc uerbũ
aduerſus Adã procedere credo, qui por-
tionẽ quidem aliꝙ uidetur tenuiſſe iuſti-
tiæ, in eo ꝙ mulieri quidẽ compaſſus eſt,
ſed ſi eſuriſſet iuſtitiã, curaſſet ſine dubio
reddere qđ debebat, nõ modo uxori, ſed
multo magis creatori. Debebat. n. uxori
compaſſionẽ utiq; & diſciplinam tanꝙ
inferiori. Caput. n. mulieris uir. Debebat *Epheſ. 5.*
aũt deo obediẽtiam atq; ſubiectionem.
Sed quid putamus fratres, q̃ plurimi uſq;
hodie factum illud grauiter dijudicãt, &
tñ inſipienter imitantur? Indignantur ad-
uerſus Adam ꝙ obedierit uoci uxoris ſuę
pluſꝙ dei, & ipſi quotidie Euam ſuã, car-
nẽ uidelicet audiunt pluſꝙ deum. Fratres
ſi modo pręſentem uideremus Adã in eo
articulo poſitum, aſcendentibus cogita-
tionibus in cor eius, coarctari inter precẽ
uxoris, & præceptum creatoris, nõne cla
maremus aduerſus illum dicentes: Caue
tibi miſer, uide ne feceris, ſeducta eſt mu-
lier, non acquieſcas ei? Vt quid ergo quò
ties apprehendit nos tentatio ſimilis, nõ
ꝑſuademus ſimiliter nobis ipſis? Beati. n.
qui eſuriunt, & ſitiũt iuſtitiam, qm̃ ipſi ſa
turabuntur. Sed quid põt eſſe oĩs iuſtitia
noſtra coràm deo? Nõne iuxta prophetã *Eſa. 64. b.*
uelut pannus menſtruatæ reputabitur: et
ſi diſtricte iudicet̃, iniuſta inuenietur oĩs
iuſtitia noſtra, & minus habens? Quid er
go de peccatis erit, qñ ne ipſa quidẽ pro
ſe poterit reſpondere iuſtitia? Propterea *Pſal. 142. a*
obnixè cũ ꝓpheta clamantes: Nõ intres ĩ
iudiciũ cum ſeruo tuo dñe: tota humilita
te ad miſericordiã recurramus, q̃ ſola põt
ſaluare aĩas noſtras, & ſolicite penſemus
qđ ſequitur. Beati miſericordes, qm̃ ipſi *Textus.*
miſericordiam conſequentur. Et attẽde. *Lucæ. 19. b.*
Quemadmodum Zachęus breuiter uno
uerbo utrunq; complectitur dicẽs: Dimi-
dium bonoꝝ meorum do pauperibus, et
ſi quempiam defraudaui, reddo quadru-
plũ. Vides quantũ eſuriuit iſte iuſtitiã: cui
nõ ſuffecit æq̃ mẽſura reddere niſi reddat
q̃druplũ? Miſericordia quoq; magna ẽ ꝙ

dimidium bonoꝝ ſuorũ dat pauperibus.
Veruntamen non ſilebo ego qđ ſentio.
Laudẽ dñi loquet̃ os meũ: dñi planè, non
ueſtrã. Neq;.n. uobis, ſed nomini eius do
gloriã. Zachæus certè cuiꝰ laus eſt in euã
gelio, dimidiũ bonoꝝ ſuoꝝ dedit paupe
ribus: ſed ego multos Zachęos hic uideo
qui nihil ſibi ex oĩbus reliquêre. Quis mi-
hi ſcribet hoc euãgeliũ de Zachæis iſtis,
imò de Petris iſtis, q̃s fiducialiter loqua-
Matt.19. d tur dño: Ecce nos reliquimus oĩa, & ſecu
ti ſumus te? Sed ſcriptũ eſt iã in euãgelio
æterno, in libro uitæ ſcriptũ eſt & ſigna-
tũ. Beati miſericordes, qm̃ ipſi miſericor
diã conſequent̃. Iã uerò fratres Adæ cru-
delitatẽ hęc ſententia tangit, qui uidebat̃
uxoris amore peccaſſe. Ecce.n. ſcimus ô
Adã q̃a os de oſſibus tuis, & caro de car
ne tua eſt, & eius amore peccaſti. Videa-
mus nunc quantũ diligas eam. Venit dñs
igneũ tenẽs gladiũ in ultionẽ p̃uaricatio-
nis, oppone te diſcrimini pp illam, & dic:
Dñe, mulier infirmior eſt, mulier ſeducta
eſt: mea eſt iniquitas, meũ peccatũ, in me
ſolũ uindicta ꝓcedat: Sed nõ loquit̃ ſic:
Gene.3.b. Mulier (inq̃t) quã dediſti mihi dedit de li
gno & cętera. O peruerſitas, pœnam pro
ea ſuſcipere refugis, & culpã admittere
nõ recuſaſti? Q̃uo, proh dolor, oĩa cõfu-
diſti, ꝑniciosè miſericors, ubi ſeuerus eſſe
debueras: et pernicioſius crudelis, ubi mi
ſericordiam impẽdere oportebat? Nam
delinquere pp illam nullo modo, ſatisfa-
cere uerò pro ea libẽti aĩo debuiſti. Sic.n.
oportet fieri fratres, ut nunq̃ pp aliũ ho-
mo peccet, qđ eſt iuſtitiæ: & libẽter alie-
na peccata portet, quod ẽ miſericordiæ.
Beati qui eſuriũt & ſitiunt iuſtitiam, qm̃
ipſi ſaturabũtur. Beati miſericordes, qm̃
ipſi miſericordiam cõſequent̃. Sequitur.
Textus. Beati mundo corde, qm̃ ipſi deum uide-
bunt. Beati planè & oĩno beati qui uide-
bunt in quem deſiderãt angeli ꝓſpicere,
quẽ uidere uita æterna eſt. Tibi dixit cor
meum, exquiſiuit te facies mea: faciẽ tuã
dñe requiram. Quid.n. eſt in cœlo, & à te
quid uolui ſup terram? Defecit caro mea
& cor meũ, deus cordis mei, & pars mea
deus in æternum. Q̃n adimplebis me lęti
tia cum uultu tuo? Vę mihi ab immundi-
tia cordis mei, qua impediente necdum
mereor ad beatã illam uiſionem admitti.
Quanta ſolicitudine fratres, quanto ſtu-
dio dãda eſt opera ut mũdari poſſit ocu-
lus quo uidendus eſt deus? Et ego quidẽ
triplici ſorde inquinari me ſentio, concu-
piſcentia carnis, & concupiſcentia glorię
temporalis, & p̃teritorũ conſcientia deli
ctoꝝ. Sunt.n. in aĩa motus quidam utro-
rũq; deſiderioꝝ, quos nec ratione nec ui
ribus extinguere poſſum quandiu ſum in
hoc ſeculo nequam, et in corpore mortis
teneor alligatus. Attamen contra ſordes
iſtas orationis oppono remediũ, & ppea
ſicut oculi ſeruoꝝ in manibus dñoꝝ ſuo-
rum, ita oculi noſtri ad dñm deum nr̃um
donec miſereat̃ noſtri: qui ſolus mundus
eſt, & põt facere mundum de ĩmũdo cõ-
ceptũ ſemine. Sic & contra peccati con-
ſcientiam remediũ confeſſionis eſt inſti-
tutũ, & oĩa in cõfeſſione lauant̃. Ecce hęc
ſunt quę mundant oculum cordis, oratio
& confeſſio. Porrò, Beati mundo corde,
qm̃ ipſi deum uidebunt. Videbunt quidẽ
in fine facie ad faciem: uidebunt ẽt nunc,
ſed ꝑ ſpeculum in ænigmate, & nunc co-
gnoſcent ex parte, ꝑfectè poſtea cognitu
ri. Oĩs.n. in cuius conſcientia clauſum ad-
huc peccatũ uiuit, aut peccat in ſpe, et ita
ſentit de deo tanq̃ ſi minus ei peccata di
ſpliceant: aut peccat in deſperatione, ĩmi
ſericordem ſentiens, deum. Quoꝝ utriq; Pſal.
meritò dicit̃: Exiſtimaſti inique ꝙ ero tui Ibid.
ſimilis: qm̃ neuter deum uidet, ſed mentit̃
iniquitas ſibi, formans ſibi idolum ꝓ eo
qđ non eſt ipſe. Beati uerò mũdo corde,
qm̃ ipſi ſoli deum uidẽt, ſoli de eo ſentiũt
in bonitate: ſicut uerè bonus eſt, ita ut ne-
mo bonus ſit niſi ipſe. Beati mundo cor-
de, qm̃ ipſi deum uidebunt. Miſeri ꝓinde
Adam & Eua, qui conuerſi in uerba mali
tiæ ad excuſandas excuſationes in pecca
tis, dum confeſſionis mundationẽ fugiũt,
immundo remanent corde, & à facie dñi
eijciuntur. Sequitur. Beati pacifici, qm̃ fi-
lij dei uocabuntur. Meritò filij nomine uo
cabũtur, qui filij opus impleuerint. Ipſe
enim eſt per quem reconciliati pacem ha
bemus

bemus ad deum. Ipſe qui pacificauit in ſan
guine ſuo quę in cœlis ſunt, & quæ ſup ter-
rã, mediator Dei & hoĩum homo Xp̃s Ie
ſus. Et attende quemadmodũ in tribus q̃
dẽ prioribus ſibiipſi recõciliat̃ aĩa, in duo-
bus quæ ſequunt̃ ꝓximo, in ſexto deo. In ſe
ptimo ẽt alios recõciliat, tanq̃ receptus in
gratiã dñi, et felici familiaritate donatus.
Nam paupertate, & manſuetudine, fletu,
renouat̃ in aĩa ſimilitudo quædam & ima
go æternitatis omnia tempora complectẽ
tis, dum paupertate futura meretur, man-
ſuetudine ſibi præſentia uẽdicat, luctu pœ
nitentiæ præterita quoq; recuperat, ſicut
Eſa.38. ſcriptũ eſt: Recogitabo tibi omnes annos
meos in amaritudine aĩę meę. Porrò, iuſti
tia & miſericordia ꝑfectè ꝓximo cohęre
mus, dũ q̃cquid nolumus nobis fieri, alijs
non faciamus ꝑ iuſtiam: & quęcũq; uolu
mus ut faciant nobis hoĩes, & nos facia-
mus illis ꝑ miſericordiã. Iã recõciliati no-
bis, reconciliati ẽt ꝓximo, fiducialiter per
munditiã cordis recõciliamur deo. Beàti
uero q̃ de ſua recõciliatione nõ ingrati, &
ꝓ fratribus ſuis pie ſoliciti, eos quoq; quã
tũ p̃ualent, & ſibi & deo reconciliare labo
rãt. Quibus.n. laudibus dignũ, quãto am
plectendũ putas affectu fratrẽ illũ q̃ ſine
querela cõuerſans inter fratres, tota ſolici
tudine cauet, neq̃d ĩ eo ſit qđ ab alijs por
tari oporteat: & quicq̃d in alijs eſt onero
ſum, patiẽtiſſime portat, ſingulorũ ſcanda
2.Cor.11.g la ſua reputat: q̃ & cũ apl'o loquitur. Quis
Matth.5.a ſcãdalizat̃, & ego non uror? q̃s infirmat̃,
& ego non infirmor? Beati pacifici, qm̃ fi-
lij dei uocabunt̃. Non eſt.n. deus diſſenſio
nis, ſed pacis: ideoq; filios pacis, dei quoq;
filios dignũ eſt appellari. Iam quæ ſequit̃
octaua beatitudo, martyrum eſt p̃rogati
ua: cuius nobis tolerantię nec tẽpus uidet̃
eſſe nec uirtus. Honorat̃ nunc iuſtitia ma-
gis quantũ in facie eſt: aut nulli, aut pauci
ꝓ ea ſuſtinent ꝑſecutionẽ. Felices tñ ſi qui
ſunt, qm̃ ipſorum eſt regnũ cœlorũ, ut eos
nemo ꝑſequatur. Quòd ſi multiplex fuerit
tribulatio, tunc quoq; multiplicius exul-
tandũ, non intuentibus quæ uidẽtur in cõ-
moda, ſed p̃mia quæ non uident̃. Quæ.n.
uidentur, temporalia ſunt: quæ aũt non ui
dent̃ æterna. Beati, inq̃t, eritis cũ uos ode Textus.
rint hoĩes, & cũ ſeparauerint uos, & eiece-
rint, & dixerint omne malum aduerſum
uos mentientes propter me. Gaudete in il
la die, & exultate: ecce enim merces ue-
ſtra copioſa eſt in cœlis, copioſior longe
quàm ſit labor in terris. Veruntamen quid
ſibi uult ꝙ eadem promiſſio facta eſt pau
peribus & martyribus, niſi quia uere mar
tyrij genus paupertas uoluntaria eſt? Bea Eccli.31.
tus uir, ait propheta, qui poſt aurum non
abijt, nec ſperauit in theſauris pecuniæ.
Quis eſt hic, & laudabimus eum? Fecit.n.
mirabilia in uita ſua. Quid mirabilius, aut
quod martyrium grauius eſt, q̃ inter epu-
las eſurire, inter ueſtes multas & pretio-
ſas algere, paupertate premi ĩter diuitias,
quas offert mundus, quas oſtentat mali-
gnus, quas deſiderat noſter iſte appeti-
tus? An nõ merito coronabit̃ q̃ ſic certaue
rit, mundũ abijciens ꝑmittentẽ, irridens
inimicũ tentantẽ, & (quod glorioſius eſt)
de ſemetipſo triumphans, & crucifigens
concupiſcentiam prurientẽ? Deniq; pro-
pterea pauperibus pariter & martyribus
regnum cœlorum promittitur, quia pauꝑ
tate quidem emitur: ſed in paſſione pro
Chriſto abſq; omni dilatione percipitur.

In eadem ſolennitate. *Sermo ſecundus.*

Q Via ſctõꝝ oĩum feſtiuã hodie dile
ctiſſimi oĩq; digniſſiſimã deuotio
ne memoriã celebramus, opæpre
tiũ puto de cõmuni eoꝝ felicitate in qua
beata iam req̃e ꝑfruunt̃, & futura quã prę
ſtolãtur cõſummatione, adiuuante ſpiritu
ſancto ſermonem facere charitati ueſtræ,
ita ſanè ut non opinionis ꝓpriæ coniectu
ras, ſed diuinorum librorum ſequar autho
ritatẽ, ne ꝓphetare uidear de corde meo,
ſed innitar quoad potero teſtimonijs ſcri-
pturarum. Erit enim pręſtante domino tri
plex ſermonis utilitas, quatenus agnita
uel ex parte aliqua) felici retributione ſan
ctorum, abũdantiori deinceps ſolicitudi-
ne ipſorum inhærere ueſtigijs, ac feruen-
tiori deſiderio ad eorum ſuſpirare conſor
tia, propenſiori quoque deuotione eorun
dem nos commendare patrocinijs ſtudea
mus. Fidelis quippe ſermo, et omni acce-

ptione dignus,ut quos ſolenni ueneratio-
ne proſequimur,etiã ſimili conuerſatione
ſequamur:quos beatiſſimos prędicamus,
ad eoꝝ beatitudinem tota auiditate cur-
ramus:quoꝝ delectamur pręconijs,ſuble
uemur eoꝝ patrocinijs. Nec ſanè parum
fructuoſa inuenitur memoria feſtiua ſan-
ctoꝝ,languorem,teporem,erroremq́; de
pellens,cum eoꝝ interceſſione iuuet̃ infir
mitas noſtra, cõſideratione beatitudinis
excitetur negligentia noſtra: ignorantia
quoq; noſtra ipſoꝝ erudiat̃ exẽplis. Pro-
pterea cum perfecte eruditos uos ad imi-
tanda ſanctoꝝ ueſtigia, hodierna ſancti
euangelij lectione, & ipſius dñi ſermone
non dubitem, erecta nimirũ ante oculos
ueſtros ſcala per quam uniuerſus (quẽ ho
die ueneramur) ſanctoꝝ chorus aſcendit,
nec ignorem implorandis eoꝝ ſuffragijs
totum paulominus noctis & diei huius re
ligioſa deuotione tp̃s expenſum, iam de
eoꝝ felicitate loqui uel exiguũ aliqd attẽ
tabo,qđ donauerit ipſe qui eos,et magni
ficat iam et glorificat, quos uocauit prius
atq; iuſtificauit. Legimus in ꝑpheta:Cõ-
Pſal.114.b uertere aĩa mea in requiem tuam, qa dñs
benefecit tibi, qa eripuit aĩam meam de
Pſal. 123. a morte, oculos meos à lachrymis, pedes
meos à lapſu.Et in alio pſal. Anima nr̃a ſi
cut paſſer erepta eſt de laqueo uenantiũ.
Multa quoq; ſimilia in diuinaꝝ reperiſſe
mihi uideor ſerie ſcripturaꝝ uerba homi-
num qui liberatos ſe eſſe non ſine multa
admiratione lętant̃,uerba perfectæ ſecuri
tatis,et felicitatis ĩmenſę,uocem gratiaꝝ
actionis & lętitiæ, quam pro meo ſapere
his qui luteas adhuc domos inhabitant,
& in ſudore uultus ſui comedunt panem
ſuum,oĩno non arbitror conuenire. Quis
enim eoꝝ gloriabit̃ caſtũ ſe habere cor?
Quis audeat gloriari contritum eſſe la-
queũ, liberatos pedes à lapſu,reclaman-
1.Cor.10.c te nimirum ap̃lo & dicente: Qui ſtat, ui-
Roma.7.d deat ne cadat?Vnde & de ſemetipſo,Infe
Philip.3. a lix,inqt, ego homo, quis me liberabit de
1.Cor.9. d corpore mortis huius?Et alio in loco:Fra
tres,inquit,ego me non arbitror compre
hendiſſe. Vnum autẽ,quæ retro ſunt obli-
tus, & in ea quæ ante me ſunt extẽtus, ſe-
quor ad palmam,&c. Itemq́; ego, ait, ſic
curro nõ q̃ſi ĩ ĩcertũ, ſic pugno nõ q̃ſi aerẽ
uerberans,ſed caſtigo corpus meũ, & ſer
uituti ſubijcio:ne forte cum alijs prædica-
uerim,ipſe reprobus efficiar. Hæc tñ pla-
nè tuba militiæ eſt, hæc uerba ducis ſtre-
nui fortiter dimicantis. Nam ſuꝑiora qui-
dem potius triumphãtis, aut certe necdũ
qdem triumphãtis, ſed cum uictoria iam
redeuntis de prẹlio, & futurã magni triũ-
phi diem læta ac ſecura cõſcientia prẹſto-
lantis. Quid.n.loquitur reuerſus de prẹlio
fortis miles,ſeru⁹ fidelis? Cõuertere iam, Pſal.114
inquit,aĩa mea in requiem tuam. Dum.n.
in corpore mortis dño militares, nulla re
quies erat,tum ꝑ labore certaminis, tum
pro periculo exitus adhuc ĩcerti.Hinc ex-
citabat tumultus tentationũ, inde ſuccũ-
bẽdi metus grauius ſolicitabat. Habebat
tñ fratres & tunc gloriã miles Chriſti, li-
cet & requiẽ nõ haberet. Ait ſiqdem ſtre-
nuus ille & fortis miles,cuius & pauloan
te fecimus mentionẽ. Gloria nr̃a hæc eſt, 2.Cor.1
teſtimoniũ conſcientię nr̃æ. Qđ conſcien
tiæ teſtimonium non ſic intelligendũ pu-
to tanq; ipſa ſibi cõſcientia atteſtet̃. Non 2.Cor.
enim qui ſeipſum cõmendat, ille ꝓbatus
eſt, ſed quem Deus cõmendat. Eſt ergo
teſtimonium cõſcientiæ in quo gloriatur
ap̃ls,nõ qđ ꝑhibeat cõſcĩa,ſed qđ loquit̃
ſpũs ueritatis in ipſa, teſtimoniũ ꝑhibens
ſpũi nr̃o q filij Dei ſumus.Eſt.n.teſtimo-
niũ cõſcĩæ nõ perhibentis,ſed ꝑcipientis.
Cũ.n.ueritas applaudit,cũ iuſtitia atteſta
tur,dei ſine dubio cõmendantis uox eſt,
& ſpũs ſancti teſtimoniũ ꝑhibentis, ac ſi
decertãti uiril̃r militi rex ſuus ꝑ cui⁹ amo
re & honore decertat,ꝓpè aſſiſtens lętus
applaudat,laudet fortia facta,ꝓximã cla
mitet eſſe uictoriã,parata iam prẹmia, &
coronã polliceat̃ æternã. In quo teſtimo-
nio gloriat̃ ſiqdem ꝓbatus et ſtrenuus mi
les,minime tñ qeſcit, ſed tanto acrius uiri
liuſq; decertat. Itaq; dum adhuc militãt,
gaudent utiq; electi dei, ſed tantũ de pri-
mitijs ſpũs,q & infirmitatẽ eoꝝ adiuuat
uirtute ſua, & puſillaniminitatẽ ſua cõſo-
lat̃ atteſtatione. Vnde & is (de quo loque
bamur) ap̃ls. Non eſt,inqt,regnũ dei eſca

& potus,ſed iuſtitia, & pax & gaudiũ in
Rom.14. c ſpiritu ſancto. Iam uero cõſummato mili-
tiæ tꝑe gaudiũ hñt ſancti ẽt in ſpiritu ſuo,
donec adueniat dies illa qua introire me-
reant̃ in gaudium dñi ſui,gaudium habitu
ri, & in ipſo corpore ſuo. Sic habemus in
Pſal. 4.b pſalmo: ſignatũ eſt ſuper nos lumen uul-
tus tui dñe,dediſti lętitiam in corde meo.
Vnde?Planè ex his quæ ſequunt̃:A fructu
frumẽti,uini & olei ſui. Audiuit.n.eiuſmo
di aĩa uocẽ dicentis: Date ei de fructu ma
nuum ſuaꝝ, & laudent eã in portis opera
Proue.31.b ei⁹. Vnde & Ioãnes ſcribere iubet̃ in Apo
calypſi, qm̃ beati mortui qui in dño mo-
riuntur. Quare beati? Amodo.n.iam dicit
ſpũs,ut requieſcãt à laboribus ſuis. Vnde
et in ipſo de quo pauloante loquebamur
pſalmo,eis quę ſupra poſuimus uerbis ad
Pſal.4.b iunctũ eſt: In pace in idipſum,dormiã &
Apoc. 14.c requieſcã. Et de oꝑibus habemus in Apo
calypſi: Opera.n.illoꝝ ſequunt̃ illos. Ad
qd uero ſequunt̃,niſi ut laudẽt eos in por-
tis? Ad qd ſequunt̃ niſi ut multiplicentur
à fructu eoꝝ, & accipientes de fructu ma
nuum ſuaꝝ,ſaginent̃ uituli quos ex ꝓphe
tico teſtimonio cum reædificabunt̃ muri
Hierl̃m, ſuper altare dñi nouimus impo-
nẽdos?Interim quippe ſub altari eos eſſe,
& non ſupra,ipſe nos doceat,cuius teſti-
monium credibile factũ eſt nimis, qui (ut
Apoc.13.c ſcribit in Apocalypſi) ſub altari ipſo eoꝝ
Apoc.6.c etiam uoces audiuit. Adhuc ergo ſignatũ
eſt ſuꝑ eos lumen uultus dñici, & licet nõ
plenam, hñt tñ lętitiã multã in corde ſuo
donec ueniat dies illa qua implebit eos
lætitia cum uultu ſuo. Interim inquam cõ
uertunt̃ aĩæ illæ in requiem ſuã, donec ue-
niat dies qua introire mereant̃ in requiem
dñi. Adhuc laudant eas in portis oꝑa ſua,
donec ueniat cũ erit unicuiq; laus à Deo.
Videtis fratres quanta eſt unitas ſcriptu-
raꝝ,q̃ uno ſenſu et eiſdem penè uerbis de
beatitudine loquant̃ animaꝝ? Iam uero
nemo ex uobis paruam aliquã requiem,
aut lętitiam ſuſpicet̃ eoꝝ qui ab omni pe-
nit⁹ moleſtia liberi recogitãt annos ſuos
in dulcedine aĩę ſuæ:lætant̃ ꝓ dieb⁹ qbus
humiliati ſunt,annis qbus uiderunt mala,
cũ iucũda admiratione & mira iucũdita
te cõſiderãt pericula q̃ euaſerũt, labores
quos ꝑtulerũt, certamina q̃ uicerũt, & ꝓ
his oĩbus certa et ĩdubitata fide expectãt
beatã ſpem, & aduentũ gl̃ię magni dei et
ſaluatoris ſui, q reſuſcitabit corpora eoꝝ
cõfigurata ꝓprij corporis claritati. Quan
ta eſt felicitas eoꝝ,q̃ ĩmenſa lętitia, q ni-
mirũ triplici gaudio de recordatione trã-
ſactę uirtutis, de exhibitione pñtis qetis,
de certa expectatiõe futurę cõſummatiõ
nis exultãt? Nã de futura illa cõſummatio
ne habemus uocẽ eoꝝ in fine eius pſalmi
dica doloris occaſio tam neceſſario duce
deſtitui: debet tamen zelum temperare
ſcientia & dolorem ſpei fiducia delinire.
Nec mirari quempiam decet ſi gemitum
extorquet affectus, ſi deſolatio lachry-
mas exprimit: modum tamẽ adhibere ne-
ceſſe eſt, imò non modice etiam conſola-
ri intuentes nõ quæ uidentur, ſed quę non
uidentur. Quæ enim uidentur, tempora-
lia ſunt: quæ autem non uidentur, æterna.
Primum quidem cõgratulandum eſt ani
mæ ſanctæ, ne nos arguat de inopia chari
tatis, dicẽs & ipſe qđ dñs ad apl'os ait: Si *Ioan.14.a*
diligeretis me, gauderetis utiqꝫ: q̄a uado
ad patrem. Præuenit nos ad patrem ſpiri
tuũ ſpũs patris noſtri. Nec modo charita
tis inopes, ſed ingratitudinis ẽt rei eſſe cõ-
uincimur ſuper oĩbus quæ per eum nobis
beneficia ꝓuenere, ſi non congratulamur
ei qui de labore ad requiẽ, de periculo ad
ſecuritatẽ, de mundo trãſit ad patrẽ. Itaqꝫ
& pium eſt Malachiam flere defunctũ, et
pium magis Malachiæ cõgaudere uiuẽti.
Nunꝗd nõ uiuit? Vtiqꝫ, & beate. Viſus eſt
oculis inſipientium mori, ille aũt eſt in pa

cc.Dehinc etiam utilitatis ꝓpriæ conſide
ratio exultandũ nobis ſuggerit & lætan
dũ, ꝙ tam potens ſuos patronus ad cœ-
leſtẽ curiam, tam fidelis p̃ceſſerit aduoca
tus: cuius & feruentiſſima charitas obli-
uiſci nequeat filiorũ, & ꝓbata ſanctitas
obtineat gratiã apud deũ. Quis.n. nũnc
Malachiã ſanctũ aut min⁹ poſſe ꝓdeſſe,
aut minus ſuos diligere audeat ſuſpicari?
Profecto cũ diligeret̃ prius, certiora nũc
ſuæ dilectionis à deo capit experimẽta,
& cũ dilexiſſet ſuos, in finem dilexit eos.
Abſit aũt ut tua nũc ô aĩa ſancta, minus
efficax æſtimet̃ oratio, qñ p̃ſenti uiuidius
ſupplicare eſt maieſtati, nec iã in fide am
bulas, ſed in ſpecie regnas. Abſit ut ĩmi-
nuta nedũ exinanita tua illa tam operoſa
charitas reputet̃, cũ ad fontẽ ipſum chari
tatis æternæ ꝓcũbis pleno hauriens ore,
cuius & ipſa prius ſtillicidia ſitiebas. Nõ
potuit morti cedere charitas fortis ut
mors, imò & morte fortior ipſa. Nã &
decedẽs nõ erat ĩmemor ueſtri, affectuo
ſius uos cõmendans deo, & nr̃am quoqꝫ
exiguitatẽ ſolita illa ſua manſuetudine &
humilitate exorãs ut ueſtri nõ obliuiſcere
mur in finẽ. Vnde & dignũ duximus ſcri-
bere uobis, ut ſciatis nos & in ſpũalibus,
ſiqd nr̃a in his exiguitas ꝑ beati huius pa
tris nr̃i merita unquã potuerit, et in corpo
ralibus, ſi qñ forte opportunitas p̃beret̃,
omnẽ uobis conſolationẽ impendere to-
ta deuotione paratos. Et nunc quoqꝫ di-
lectiſſimi, Hybernienſis eccleſiæ grauem
hãc deſtitutionẽ toto miſeramur affectu,
et eo amplius uobis cõpatimur, quo nos
amplius ex hoc nouimus debitores. Ma-
gnificauit enim dominus facere nobiſcũ,
cum locum noſtrum dignatus eſt beatæ
mortis eius honorare præſentia, & præ-
tioſiſſimo corporis eius locupletare the-
ſauro. Nec moleſtum ſit uobis ꝙ apud
nos habeat ſepulturam: quando ſic ordi-
nauit deus ſcd̃m multitudinem miſericor
diæ ſuę, ut uos eũ uiuũ haberetis, nobis ha
bere liceat uel defunctũ. Et nobis ſiquidẽ
cõmunis uobiſcũ pater ille erat & eſt. nã
in morte ipſius hoc nobis confirmatũ eſt
teſtamentũ. Quãobrẽ ſicut nos huius tan
ti patris gratia uniuerſos uos tanq̃ germa
nos fratres totis amplectimur uiſceribus
charitatis, ſic & de uobis idẽ ſentire ſpũa
lis ipſa cognatio perſuadet. Hortamur au
tẽ uos fratres, ut beati huius p̃ris noſtri
ſemper curetis ſectari ueſtigia, eo ſtudio
ſius, quo uobis certius ſancta eius cõuer-
ſatio diuturnis experimentis innotuit. In
hoc.n. ueros uos eius filios eſſe ꝓbabitis,
ſi paterna uiriliter inſtituta ſeruetis: & ut
in eo uidiſtis & audiſtis ab eo, quẽadmo
dum uos oporteat ambulare, ſic ambule Prouĩ.
tis, & abũdetis magis. Siqdẽ gl'ia patris,
ſapiẽtia filiorũ. Nam & noſtrã nõ medio
criter excutere deſidiã, & reuerentiã incu
tere cœpit p̃ſens nobis tantæ perfectionis
exẽplar. Atqꝫ utinã ſic nos poſt ſe trahat
ut ꝑtrahat in tam recẽti uirtutũ eius odo
re auidius alacriusqꝫ currentes. Orãtẽ ꝑ
nobis uniuerſitatẽ ueſtrã Xp̃s cuſtodiat.

*In calendis Nouembris de uerbis Eſaiæ: Vidi do-
minum ſedentem ſuper ſolium excelſum.* Ser. I.

Idi dominum ſedentem ſuper ſo- Eſa.6.
u lium excelſum & eleuatũ, & ple
na erat oĩs terra maieſtate eius.
Sublimis quædã uiſio prophetico nobis
ſermone deſcribitur. Vidi, inqt dominũ ſe
dentem. Magnum ſpectaculum fratres,
& beati oculi qui uiderunt. Quis non to-
to deſiderio concupiſcat tantę maieſtatis
gloriam contẽplari? Hoc quippe ſancto-
rũ omniũ unicũ ſemper deſideriũ fuit. Ip-
ſe eſt.n. in quẽ deſiderãt angeli ꝓſpicere,
quẽ uidere ẽ uita ęterna. Sed aliã fratres,
audio prophetæ eiuſdẽ, & eiuſdẽ dñi lon-
ge diſſimilẽ uiſionẽ. Siqdẽ Eſaias iſte eſt Eſa.
q in alio loco ſic loqtur: Vidimus eum, &
nõ erat ei ſpecies neqꝫ decor, & ęſtimaui
mus eũ tanq̃ leproſum &c. Vbi illud pri-
mum cõſiderandum eſt, ꝙ cõmunis illa,
hæc ꝓpheticæ prærogatiuæ ꝓpria uidea-
tur. Non ſine cauſa ſanè ibi, uidimus, ſcri-
ptum eſt: & hic, uidi: niſi ut illam quidem
intelligas eſſe communem, hanc uero ex-
cellentiæ ſingularis. Siquidem abſqꝫ ſpe-
cie & decore uidit eum & ſpreuit Hero-
des: uiderunt quoqꝫ ipſi Iudęi, qui & dinu
merauerunt omnia oſſa eius. Iam uero
ſuper hac uiſione beata manifeſte pro-
pheta

pheta denuncians ait: Tollat̃ impius ne
uideat gloriam dei. Multifariè ergo mul-
tiſqꝫ modis non ſolũ locutus in ꝓphetis,
ſed & uiſus eſt à ꝓphetis. Agnouit eũ Da
uid minoratũ ab angelis, Hieremias ẽt ui
dit eũ cũ hoĩbus conuerſantẽ, Eſaias mo-
do ſup ſoliũ excelſum, modo non ſolum
infra angelos, aut inter hoĩes, ſed tanq̃ le
proſum ſe uidiſſe teſtat̃.i. nõ in carne tm̃,
ſed in ſil'itudine carnis peccati. Tu quoqꝫ
ſi deſideras uidere ſublimẽ, humilẽ prius
Ieſum uidere curato. Intuere prius exalta
tũ ĩ deſerto ſerpentẽ, ſi uidere deſideras
regẽ in ſolio reſidentẽ. Iſta te humiliet ui-
ſio, ut illa exaltet humiliatũ. Reprimat &
ſanet iſta tumorẽ tuũ, ut illa repleat & ſa
tiet deſideriũ tuũ. Exinanitũ uides? nõ ſit
ocioſa uiſio, quia exaltatũ ocioſe uidere
non poteris. Similis eris illi cũ uideris eũ
ſicuti eſt, eſto et nunc ſimilis ei uidens eũ
ſicut ꝑꝑ te factus eſt. Si.n. ne in humilita-
te quidẽ ſimilitudinẽ eius abnuis, certa ti
bi ſublimitatis quoqꝫ ſimilitudo debet̃.
Nunqꝫ ille ſociũ tribulatiõis à cõione glo
rię patiet̃ arceri? Deniqꝫ uſqꝫ adeo nõ de-
dignat̃ paſſionis ſuæ conſortẽ et in regnũ
mittere ſecũ. ut in cruce confitens latro
eadẽ die cũ eo fuerit in paradiſo. Hinc eſt
Lucæ.22.c. qđ ait ẽt ad apoſtolos: Vos eſtis qui per-
mãſiſtis mecũ in tribulationibus meis, et
ego diſpono uobis regnum. Quia ergo ſi
cõpatimur, & cõregnabimus, ſit interim
meditatio noſtra fratres Chr̃s, & hic cru
cifixus. Ipſum ponamus ſignaculũ ſuper
cor, ſignaculũ ſup brachiũ noſtrũ. Ipſum
amplectamur brachijs quibuſdã uicariæ
dilectionis, ipſum ſequamur ſtudio piæ
conuerſationis. Hoc.n. iter quo oſtendat̃
& nobis ipſe, qui eſt ſalutare dei: ſanè nõ
iã ſine ſpecie et decore, ſed ĩ claritate tãta
ut maieſtas eius repleat orbẽ terraꝝ. Op
portune ſiquidẽ uiſione prima tanqꝫ hye-
mali adhuc tp̃e non ſup ſoliũ, ſed in infe-
riori atqꝫ humiliori habitatione uidetur.
Duplicẽ quippe ſolet habere magna do-
mus quælibet manſionẽ, æſtiuã ſuperius,
inferius hyemalẽ. Igit̃ dũ ipſa ẽt diſcipu-
loꝝ corda brumali adhuc glacie ſtringe
rent̃, & Petrus quoqꝫ non minus gelido
corde qꝫ corp̃e calefaceret ſe ad prunas,
tempus oĩno non erat habitandi in ſolio,
uel potius apparendi. At ubi cantabitur
canticũ nouũ. Hyems abijt & receſſit, flo Cant.2.c.
res apparuerunt in terra noſtra: opportu
ne iã tunc aſcendet̃ in ſoliũ: & habitabit
dñs in excelſo. Puta ergo Eſaiã cũ hæc lo
queret̃, illius gloriã tp̃is oculo p̃uidiſſe ꝓ-
phetico. Vidi (inquit) dñm ſedentẽ ſuper Eſaiæ.6.a.
ſoliũ excelſum &c. Sed qd putamus q̃le
eſt ſoliũ iſtud fratres? Neqꝫ.n. altiſſimus ĩ
manifeſtis & manufactis inhabitat. Nul
la oĩno materia corporalis apta tanto ſo
lio tanto habitatori uidet̃. Viuis eſt con-
ſtruẽda lapidibus fabrica ſpũalis, quã ue
ra & æterna uita ſua inhabitare dignet̃.
Qꝫ ſi minus tanto ædificio ſufficit angeli
ca creatura, p̃uaricatoꝝ utiqꝫ minorata
p̃cipitio, ſuſcitet certe de terra inopẽ, & Pſal.112.a.
de puluere erigat pauperẽ, ut collocet eũ
cũ principib⁹, & ſoliũ gloriæ cõpleat. Et
fortaſſis ꝑꝑea ipſe qui uidit, nõ mõ excel
ſum ſoliũ, ſed & eleuatũ quoqꝫ deſcribit,
ut ꝓinde et angeloꝝ ſtabilis celſitudo, &
hoĩum miſericors eleuatio deſignet̃. Quę
ſequuntur, diligentiorem & ipſa conſide
rationem deſiderare uidẽtur: ſufficiat ho-
die uel cœpiſſe.

Item de eodem, Sermo ſecundus.

Lena erat (ait contemplator nr̃ Eſaiæ.6.a.
p de eo quẽ ſuper ſolium uiderat)
maieſtate ei⁹ oĩs terra. Adueniat
regnũ tuum, ut maieſtate tua ſicut cœlũ
repletur, repleat̃ & terra. Vt quid.n. prin-
ceps huius mundi tanto ubiqꝫ furore de-
bacchatur, niſi quia terra data eſt in ma-
nus impij? Sed & hæc eſt hora eius, & po
teſtas tenebraꝝ. Erit certe qñ qui in cœ-
lo locum non habuerit, & ab ipſa quoqꝫ
terrę ſuperficie exturbabitur, miſer cauer
nis utiqꝫ ſubterraneis recludendus. Hinc
quoqꝫ propheta Dauid ſanctoꝝ proſpe
ritate pręmiſſa de maligno & angelis ſeu
membris eius adiecit & ait: Non ſic ĩpij
non ſic, ſed tanqꝫ puluis quem proijcit uẽ
tus à facie terræ. Nulla iam tunc tentandi
facultas erit, inquietandi nulla libertas,
poſſibilitas nulla nocẽdi. Replebitur ma- Pſal.1.b.
ieſtate eius omnis terra, quando iam uo-
Q

luntatis eius trãſgreſſio nulla erit. Magis
aũt qñ creatura ipſa liberabitur à ſeruitu
te corruptionis huius, ꝑꝑ quam ingemi-
ſcit & parturit uſqꝫ adhuc. Erit.n.cœlum
nouum & terra noua:ut quaqua uerteris
oculos in ipſa tibi reꝝ facie diuina uidea
tur quodãmodo reſplendere maieſtas.
Sed & eſt tibi altera quædã terra ꝓpin-
quior, & ſuꝑ hac amplior iuſtiorqꝫ ſolici
Ephe. 5. f. tudo. Nemo quippe carnẽ ſuam odio ha
buit. Cõſolare ergo eã, ut et ipſa regeſcat
in ſpe: audiens nimiꝝ quia replebit̃ maie
ſtate dñi oĩs terra. Qũo.n. nunc carnẽ no-
ſtrã dilectiſſimi, maieſtas diuina repleat,
cũ & magn⁹ ille Paulus primitias tm̃ ſpi
ritus habens ingemiſcat miſerabiliter ſa-
Rom. 7. d. tis & dicat: Scio quia non eſt in me, hoc ẽ
in carne mea bonũ? Et certe iam non do-
minabat̃ peccatũ in eius mortali corꝑe.
Ibidem. b. Nota tñ adhuc & corpus mortale ꝓhibe
Rom. 7. b. ri, & peccati quoqꝫ ſolum dñium negari.
Erat.n. ẽt tunc lex peccati in mẽbris eius,
quam quidẽ maieſtatis plenitudo cũ ue-
nerit prorſus excludet. Nõ ſolum aũt, ſed
& nouiſſima inimica deſtruet̃ mors. Re-
plebitur ergo maieſtate dñi terra noſtra,
qñ prorſus de medio fiet & peccati oĩs
ſenſus, & debitũ mortis. Replebit̃ inquã
oĩs terra noſtra dñi maieſtate, qñ reſurre
ctionis gloria ueſtiet̃, ĩduet immortalita-
tis ſtolam, configurabit̃ deniqꝫ claritati
Phil. 3. d. corporis Chriſti. Saluatorẽ ſiquidem ex-
pectamus qui reformabit corpus humili
tatis noſtræ configuratum corpori clari-
tatis ſuæ. Quid adhuc murmuras caro mi
ſera, quid adhuc recalcitras, & aduerſus
ſpũm concupiſcis? Si te humiliat, ſi caſti-
gat, ſi redigit in ſeruitutẽ, id ꝓfecto in tuo
genere non minus tua intereſt q̃ ipſius.
Quid eis inuides qui de opibus uermium
et murium pellibus in gloriam planè glo
riam mẽdicare non erubeſcunt, cultu indi
gno uiris interdicto & mulieribus, ſemet
ipſos dehoneſtantes potius q̃ ornantes?
Reformẽt ipſi, aut magis certe deformẽt
corpora ſua, te (ſi fueris corpus humilita-
tis) reformabit idẽ artifex qui formauit.
Illam (ſi non deſipis) prẹſtolabere manũ,
ut qđ fecit, ipſa reficiat. Iam uerò quid in
ipſa prophetica uiſione ſequat̃ attende:
Et ea, inquit, quæ ſub ipſo erant, replebãt
tẽplũ. Propterea ſanè dixi, humiliare ſub Eſaias
potenti manu dei, ut exaltet te in tẽpore
uiſitationis. Vide ut ſub ipſo inueniaris;
alioquin non eſſe poteris cũ ipſo. Quid.n.
putas, indifferẽter admittet hoĩes in illud
tantæ beatitudinis tẽplum, qui ne ipſos
quidẽ angelos indifferẽter reliquit in eo?
Aut non diſcernet inter glebas, qui diſcre
uit inter ſtellas? Examinabit certe argen-
tum, qui ipſum quoqꝫ auꝝ ꝓbauit & re-
probauit. Qualem ergo putas neceſſe eſt
hoĩem inueniri, qui repudiati locũ angeli
ſortiat̃? Planè ĩmunẽ ab oĩ iniquitate, ſed
ab ea maximè quæ in ipſo quoqꝫ angelo,
non ad leuẽ offenſam, non ad momenta-
neam iram inuenta eſt, ſed ad odium ſem
piternum. Semel turbauit ſuꝑbia regnũ
illud, concuſſit muros, ẽt ꝓſtrauit ex ꝑte,
& parte non modica. Quid ergo? Facilè
ne deinceps admittenda uidet̃? Nunquid
non odit ciuitas illa & uehementer hmõi
peſtẽ abominatur? Certi eſtote fratres,
eum qui ſuperbis non pepcit angelis, nec
hoĩbus parcituꝝ. Non eſt contrarius ſi-
biipſi, non eſt perſonaꝝ acceptor, ſimilia
ſunt iudicia eius. Sola ei placet humilitas
ſiue in angelo ſiue in homine: & qui ſedet
in throno, ſolos eligit ſubditos è quibus
repleat templum. Scriptum quippe eſt: Pſal. 112
Quis ſicut dñs Deus noſter, qui in altis
habitat, & humilia reſpicit in cœlo & in
terra? Vide aũt ne fortè Michaelis uerbũ
ſit, ſuperbo illi dicenti: Similis ero altiſſi-
mo: in faciem reſiſtẽtis. Michael quippe
interpretatum dicitur, quis ut Deus? Be-
ne ergo propheta cum dixiſſet uidiſſe ſe
dñm ſuper ſolium excelſum & eleuatũ,
ne forte aut excelſum intelligeres de eo
dictum qui ait: Aſcendam ſuper altitudi
nẽ nubium: aut eleuatum referres ad eos
hoĩes, qui in ſuperbiam eriguntur: addit.
Et ea quæ ſub ipſo erant, replebant tem-
plum: ut manifeſte intelligas non eã alti-
tudinẽ commendari quæ extollit̃ aduer-
ſus eum, ſed eos in tẽplo ſiue in ſolio fore,
q ſub eo ſunt, alios qdẽ excelſos ſtabilita
te ſolida, alios ex imo leuatos miſeratio-

ne diuina. Ac ne forte obiicias ditiõi eius
uniuerſa ſubeſſe, nec quicq̃ determinatio
nis habere qđ ait, quæ ſub ipſo erãt, ut ſo
lã quæ uoluntaria eſt, & ex feruore chari
tatis procedit, approbaret & cõmenda-
ret dei ſubiectionem, addidit & de Sera-
phim, de quibus & nos loco ſuo dicem⁹,
qđ ab eo fuerit datũ. Et ea, ĩquit, quæ ſub
ipſo erãt, replebant tẽplũ. Ab initio ſiqdẽ
creauerat angelos deus in quibus beati il
lius tẽpli plenitudo conſtaret, ſed non in
oĩbus beneplacitũ eſt ei, quia & in ipſis
(ut ſcriptũ eſt) angelis ſuis reꝑit prauita-
Eſa. 14. d. tẽ. Fuit quippe in eis qui diceret. Ponam
ſedẽ meam ad aquilonẽ: & populum qui
ſibi crederet habuit. Miſer ipſe, qui ſine
deo eſſe maluit q̃ ſub deo, miſeri & illi q
uidentes furẽ cucurrerunt cũ eo. Exierunt
infelices, & uacuus relictus eſt locus, quẽ
accipiet alter. Nõne deo ſubiecta eris aĩa
mea? Alioquin nec tibi locus erit ĩ tẽplo,
quia quæ ſub ipſo erant, replebant tẽplũ.
Fruſtra pulſabunt fatuę uirgines, in uanũ
clamabunt ubi implete fuerint nuptię di-
ſcumbẽtiũ, & ianua clauſa erit. Infelix aĩa
cui à nuptiis illis cõtigerit excludi. Infelix
de quo clamabit̃: Tollatur impius ne ui-
deat gloriam dei. Vt quid.n. lucẽ hanc tẽ-
poralẽ miſer ille uidet, qui gloriã illã non
merebitur intueri? Vtinam nihil unq̃ uidiſ
ſet oculus meus, ſi illa (qđ auertat Deus)
fruſtrandus eſt uiſione. Eant ſuperbi, inſo
leſcant magis, extollantur, inflẽtur, appe
tant ſemper in cumulo apparere: ut cum
uenerit æquitatis linea, à plenitudine eii-
ciantur. Tu uerò non ſic, ſed deo ſubiecta
eſto aĩa mea, ſubiecta ſanè ex aĩo, ſubie-
cta cũ feruore deuotiõis, quia Seraphim
ſtabant ſuper illud. Cum quibus ſtemus
& nos hodie fratres, nec dimoueamur à
templo iſto, in quo oẽs dicunt gloriam,
quia gloriam contemplantur dñi noſtri
Ieſu Chriſti, qui eſt ſuper omnia Deus be
nedictus in ſecula. Amen.

Item de eodem, *Sermo* III.

Non uobis arbitror excidiſſe de
duob⁹ Seraphim hodie uobis ha
bendum eſſe ſermonem ꝑꝑ illud
Iſa. 6. a. Eſaię: qui poſtq̃ dñm ſeſe uidiſſe teſtatus
eſt ſuper ſoliũ reſidentẽ, addit Seraphim
ſtare ſuper illud. Seraphim quidẽ dilectiſ
ſimi ſicut frequenter audiſtis, nomen eſt
ſupernoꝝ ſpirituum, ordinis unius de no
uẽ ſummi atqꝫ ſupremi. Veꝝ hoc loco, ut
arbitror, non in ea ponitur ſignificatione,
præſertim cũ innumera illa ſint agmina,
hic duo tm̃ Seraphim deſcribant̃. Et ego
quidẽ fratres, ſi licet in hac parte unicuiqꝫ
abũdare in ſuo ſenſu, in duob⁹ Seraphim
duplicẽ arbitror intelligi creaturã ratio-
nabilẽ, angelicam. ſ. et humanam. Nec mi
reris hoĩem Seraphim factum, memento
quia creator & dñs Seraphim factus eſt
homo. Ad contumeliam tuã ô ſuperbe, q
creatus inter angelos, inter angelos ſtare
non meruiſti, ecce rex noſter nouos in ter
ra angelos fabricaturus aduenit. Atqꝫ ut
tabeſcas amplius, & liuore proprio tor-
quearis: non qualeſcunqꝫ nec inferiores
alicuius ordinis angelos, ſed Seraphim.
Audi.n. quid ipſe loquatur. Ignẽ, inquit, Luce. 12. f.
ueni mittere in terram, & quid uolo niſi
ut accendatur? Vult ergo Seraphim fabri
cari, ut ibi ſtẽt unñ tu corruiſti. Seraphim,
inquit, ſtabant ſuper illud. Vt quid ergo
tu qui mane oriebaris Lucifer, in ueritate
non ſtetiſti, niſi quia Seraphim nõ fuiſti?
Seraphim quippe ardens uel incendens
interpretat̃. Tu uerò habuiſti miſer lucẽ,
ſed ardorẽ non habuiſti. Bonũ erat tibi ſi
ignifer magis eſſes quã lucifer. nec tã ĩmo
derato appetitu lucendi, ut eras frigidus
ipſe, frigidã quoqꝫ eligeres regionẽ. Dixi-
ſti.n. Aſcẽdã ſuꝑ altitudinẽ nubiũ, ſedebo Eſa. 14. d.
in lateribus aqlonis. Quid feſtinas mane
oriri Lucifer? quid gloriaris ſuꝑ ſydera, q-
bus aliqñ clarius rutilare uideris? Breuis
oĩno erit gloriatio tua. Sequitur ſol iuſti-
tiæ, quẽ te eſſe uana ſimulatiõe iactabas,
cuius feruore pariter & ſplendore in nihi
lũ redact⁹ oĩno diſpareas. Fruſtra quoqꝫ
paras uentuꝝ in fine ſeculoꝝ dñm tanq̃
ueri ſolis ortum in damnato illo quem aſ
ſumpturus es homine prẹuenire, & extol
li ſuper omne qđ dicitur aut colit̃ Deus:
quia & tunc aduentus eius illuſtratione
penitus deſtrueris. Quàm melius (& cer-
te non ad inſipientiam ſibi) Ioannes Ba-

ptiſta,ſiquidem & ipſe lucifer fuit,nõ ſua
p̃ſumptione, ne & ipſe fur eſſet & latro,
ſed dei patris authoritate præmiſſus eſt
ante dñm.Ecce, ĩquit, mitto angelũ meũ
Luce. 7.d. ante faciẽ tuam &c. Habes & in pſalmo
Pſal. 131.c. de eodẽ: Paraui lucernam Chriſto meo.
Ille.n.erat lucerna ardens & lucẽs,& uo-
luerunt Iudæi ad horam exultare in lumi
ne eius,ſed nõ ipſe.Vnde ergo? Ipſum in-
terroga, ipſe de ſe loquat̃. Amicus, inq̃t,
ſponſi ſtat, & gaudio ĩgaudet ꝓp uocem
Luce. 7.c. ſponſi.Stat ergo Ioannes:neq̃.n. arundo
eſt uẽto agitata.Stat quia amicus,ſtat q̃a
ardens eſt,et Seraphim ſtare deſcribunt̃.
Verè amicus ſponſi, qui procedentis de
thalamo ſuo non æmulatur gloriã,ſed pa
rat uiã, ſed prædicat gratiã: ut & ipſe de
plenitudine eius accipere mereat̃. Lucet
ergo Ioannes, tanto utiq; clarius quanto
amplius feruet, tanto uerius quanto mi-
nus appetit lucere.Fidelis Lucifer,q̃ ſolis
iuſtitiæ non uſurpare uenit ſed prænũcia-
Ioan. 3.d. re ſplendorẽ.Non ſum ego(inquit)Chr̃s,
uenit fortior me poſt me, cuius non ſum
dignus ſoluere corrigiam calceamẽti ei⁹.
Et illud, Ego baptizo uos aqua, ille ba-
ptizabit uos ſpiritu ſancto & igne. Ac ſi
manifeſte Lucifer dicere uideatur. Quid
admiramini intuentes ſplendorẽ meum?
Non ſum ego ſol,longè aliũ uidebitis eũ:
in eius comparatione tenebræ ſum,& nõ
lux.Ego tanq̃ ſydus antelucanum matu
tino uos rore perfundo,ille emittet in fer
uore radios ſuos, ſoluet glacies, paludes
ſiccabit,algentes calefaciet, pauperibus
erit pro ueſtimento. Nec ſanè diſſonat à
uerbo iudicis uox præcurſoris, ſed mani-
feſte ignẽ à Ioanne promiſſum, Chr̃s ex-
hibuit dicẽs: Ignẽ ueni mittere in terram.
Luce. 12.f. Dicas fortaſſis in igne ut feruorem, ſic &
ſplendorẽ eſſe.Non contẽdo, licet feruor
ei quodãmodo ſubſtantialior uideatur:
ipſum poti⁹ audiamus q̃d magis in igne
cõmẽdet.Ignẽ(ait) ueni mittere in terrã,
& q̃d uolo niſi ut ardeat? Cognouiſti cer
te quid uelit. Sed ne illud quidẽ ignoras,
ꝙ uita in uoluntate eius, & ſeruus ſciens
nec faciẽs dñi uoluntatẽ, plagis plurimis
habeat uapulare. Quid lucere feſtinas?

Nõdum illud aduenit tempus in quo ful
gebũt iuſti ſicut ſol in regno patris eoꝝ.
Interim pernicioſus eſt iſte appetitus lu-
cendi: feruere.n. multo melius. Deniq; ſi
tam uehementer ſplendorẽ deſideras,q̃d
uideri uis eſſe curato, & primũ quære fer
uorẽ, nec dubium quin & ſplendor adĳ-
ciatur tibi.Alioquin ĩcaſſum laboras: q̃a
uanus ſplendor, abſq; feruore. Mutuata
aut magis certè ſimulata lux eſt quæ non
ab igne procedit. Q̃d aũt alienum eſt,ad
modicũ poteris uſurpare. Erit maior cõ-
fuſio,q̃d non erat tuũ,tuũ uoluiſſe uideri.
Luna(ut aiunt)habet abſq; feruore ſplen
dorẽ, ſed & ipſum mutuat̃ à ſole, ideoq́;
tam frequẽter imò & ſemper mutat̃, nec
unq̃ ĩ eodẽ ſtatu permanet. Sic profectò
ſtultus ut luna mutat̃, ſapiens ꝑmanet ut
ſol.Ille,inquã,ſtultus qui in decore ſuo ꝑ- Eccli.
didit ſapientiã.i. qui refriguit in ſplẽdore.
Cecidit ergo Lucifer ut fulgur de cœlo,
Seraphim uerò ſtabant ſuper illud.Stant
planè Seraphim: quia charitas nunq̃ ex-
cidit.Stant attoniti & ſuſpenſi in contem
platione ſedentis in throno, ſtant in æter 1. Cor.
na incõmutabilitate, & æternitate incõ-
mutabili.Tu ſedere tẽtaſti ô impie, ꝓpea
tui moti ſunt pedes, & effuſi ſunt greſſus
tui. Filius eſt qui ſedet in throno, dñs ſa-
baoth, cum tranquillitate iudicans oĩa.
Sola ſedet trinitas, quæ ſola habet ĩmu-
tabilitatẽ,ſola eſt apud quam nõ eſt trãſ-
mutatio, nec uiciſſitudinis obumbratio.
Seraphim uerò ſtant ĩmutabiles quidẽ,
ſed ſuo modo, nõ in eius comparatione.
Stant extendentes ſe & intẽdentes in eũ
in quẽ proſpicere concupiſcunt. Qui ſe-
dere præſumpſit, ſeipſo uoluit eſſe contẽ-
tus,unde ſolam hodie quoq; malitiã eſu-
rit:quia ſolam habet hãc à ſemetipſo.Cũ
loquit̃ mendaciũ,de proprio loquit̃:quia
mendax eſt & pr̃ eius. Q̃d audis de uer-
bo mẽdacĳ,intellige & de opere malitię.
Et licet male ſibi in malo complaceat,ſuf
ficere tñ ſibi nunq̃ poterit nec in ipſo.So-
la proinde ſedet trinitas ſumma, quę ſola
in ſe eſt, & ideo ſola uerè eſt: ſola ſe fruit̃,
ſola nullius eget,ſola ſufficit ſibĳpſi.

Item de eodem, Sermo quartus.

Eſa. 6.a. CVm dixiſſet ꝓpheta.Et Seraphim
ſtabant: adiunxit deinde & ait:
Sex alę uni, & ſex alę alteri. Quid
ſibi uolunt alæ iſtæ fratres? Ergó ne ẽt cũ
hyems tranſierit,& ſedebit rex ſuꝑ ſoliũ,
uolandũ adhuc erit & ipſis Seraphim ut
poſſint diuerſis occurrere neceſſitatibus
diuerſoꝝ,ab ĩminẽtibus liberare ꝑiculis,
opẽ ferre laborantibus, ĩ tribulatione po
ſitos conſolari? Abſit ut in illo ęternę bea
titudinis regno neceſſitas aut ꝑiculũ aut
labor aut tribulatio ſit, cui oporteat ſub
ueniri.Ad quid ergo tũc alæ? Placet mihi
ſtatio illa, oĩno ſic uolo manere, nec ali-
quid ꝓrſus admitto quo mihi ſtabilitas
illa depereat. Veruntñ ſcio beate Eſaia ꝙ
ꝓpheta es tu,& ſpũm eius habens q̃ abũ
dantia pietatis excedit hoĩum nõ modo
merita,ſed et uota. Salua mihi ſit illa tam
amata ſtabilitas:iã ſi q̃d alæ iſtæ ad beati
tudinẽ addiderint,non recuſo.Credo aũt
ſicut in ſtatione ĩmutabilitatẽ,ſic & in uo
latu alacritatẽ ꝓmitti, ne uidelicet inſenſi
bilis quædam & quaſi lapidea ſtabilitas
ęſtimet̃.Sed dicas.Et ſi alas habere neceſ
ſe ẽ,quare tã multas? Quid ſibi uult mul-
tiplicitas iſta pennaꝝ? Audi q̃d ſequitur.
Duabus alis uelabant caput,duabus pe-
des,duabus uelabant. In q̃bus uerbis ui-
dere mihi uideor q̃d de ſtatione dictũ ẽ,
uolatu manifeſtius explicari.Quò.n.Sera
phim uolant,niſi in eũ cui⁹ ardẽt amore?
Vide flãmã quaſi uolantẽ & ſtantẽ ſimul,
nec miraberis iã Seraphim ſtãtes uolare,
ſtare uolantes. Sed quia diximus quò uo
lant,ipſas quoq; quibus uolãt alas exigę
re religioſa curioſitas ueſtra uidet̃.Certi⁹
poſſet & credibilius teſtimoniũ ꝓhibere
cui datũ eſt & uidere. Ego tñ opinor nõ
incongrue pennas iſtas agnitionẽ & de-
uotionẽ intelligi poſſe, quibus in eũ qui
ſupra ipſos eſt,Seraphim rapiunt̃. Leuat
q̃ppe cognitionis ala, ſed ſola nõ ſufficit.
Ruit citius qui una tñ ala uolare conten
dit: & quo magis attollit̃, peius collidit̃.
Expti ſunt hoc philoſophi gentiũ: qui cũ
cognouiſſent deũ,non ſicut deũ glorifica
uerunt,ſed euanuerunt in cogitationibus
ſuis,et obſcuratum eſt inſipiens cor eoꝝ.
Deniq; traditi in reprobũ ſenſum, uſq; in
ipſas ẽt paſſiones ignominiæ corruerunt.
Adeo uera probat̃ illa ſententia. Scienti Iaco. 4.d.
bonũ, & non facienti, peccatum eſt illi.
Sic & zelus abſq; ſcientia,quo uehemen
tius irruit, eo grauius corruit, impingens
nimiꝝ atq; reſiliens. Vbi uerò intelligen-
tiã charitas, agnitionẽ deuotio comitat̃,
uolet ſecure quiſquis eiuſmodi eſt, uolet
ſine fine,quia uolat in æternitatẽ. Iam ſuꝑ
ea quæ præmittitur capitis & pedũ uela
tione extat à pr̃ibus ꝓbata ſententia dei
caput pedeſq́; uelari,eo ꝙ lateat q̃d ante
mundũ fuerit, quid'ue futurũ poſt cõſum
mationẽ.Et hoc quidẽ pro eo ꝙ diſtincte
in Latinis codicib⁹ ſcriptũ eſt, caput ei⁹,
& pedes eius. Teſtatur aũt interpres no
ſter in Hebręo uerbũ eſſe cõe q̃d interp̃-
tari poſſit eius & ſuã, ut Saraphim iuxta
Hebræi ſermonis ambiguitatẽ, uel faciẽ
pedeſq́; dei,uel ſuam faciẽ ac pedes ope-
rire dicant̃. Vnde & miꝝ uideri põt cur è
duobus eũ magis in interpretatione ele-
gerit ſenſum,quẽ uiſionis ipſius cõſequẽ-
tia minus uidet̃ admittere, ut uidelicet &
uelarent pariter caput pedeſq́; ſedentis,
niſi ꝙ Origenis expoſitionẽ ſecutus eſt ĩ
hac parte.Q̃d ſi de ipſis quoq; Seraphim
licet accipere, ſic pinge ea ut operto capi
te & pedibus, ſolũ appareat corpus me-
diũ, ſed & ipſum quoq; non penitus, ꝓp
eas nimiꝝ alas quibus uolare perhibent̃.
Conſidero ſiquidẽ quaſi quoddã caput
corpus & pedes meos in uerbis apoſtoli
quibus ait: Quos.n.præſciuit,& p̃deſtina Roma. 8.f.
uit conformes fieri imaginis filĳ ſui: &
quos p̃deſtinauit, hos & uocauit. Quos
aũt uocauit,hos & iuſtificauit.Et quos iu
ſtificauit,hos & magnificauit.Ita initium
meũ ſolius gr̃ę eſt, & nõ habeo q̃d mihi ĩ
p̃deſtinatiõe attribuã ſiue uocatione.Nõ
ſic ſanè ab ope iuſtificatiõis alienus ſum,
opat̃ & illud gr̃a, ſed planè mecũ. Vides
ne queadmodũ Seraphim ĩ medio appa-
reat aliquatenus? Porrò conſummatio q̃-
dẽ & ipſa ſolius gr̃æ eſt:nec eſt mihi ĩ hac
ꝑte uel cum ea ſiue in ea gloriari,quaſi co
adiutor uidear aut cooꝑator. Velat itaq;

Seraphim caput ſuum duabus pennis, ſi
& ueraciter cognouerit & humiliter fa-
teat̃ quia miſericordia eum ſola ꝓuenerit.
Velat & pedes alis æque duabus, ſi miſe-
ricordiæ quoqꝫ quæ ſubſecutura eſt, nec
ignarus extiterit nec ingratus. Quã ſanè
capitis & pedũ uelationẽ, & nunc quoqꝫ
negligere non oportet, licet tũc maximè
perficiẽda ſit qñ iudex ſedebit ſuꝑ ſoliũ,
& aſtãtes ſibi Seraphim & agnitione ue
ritatis ſubtilius illuſtrabit, & inflãmabit
uehementius charitatis ardore. In quoꝝ
numero indignos nos ſeruos nõis ſui, ipſa
de qua locuti ſumus cõſtituere dignetur
miſericordia, quæ ab æterno eſt & uſqꝫ ĩ
æternum ſuper electos, in medio quidem
aliquatenus oſtendens liberꝝ arbitrium,
meriti gratia principium & finem omni-
no ſoli uendicans ſibi: ut ſit nobis alpha
Pſal. 113. b. & ω dñs deus noſter, & pro utroqꝫ iure
clamemus. Non nobis domine non no-
bis, ſed nomini tuo da gloriam. Amen.

Vnde ſupra, *Sermo* V.

C Ommendant nobis ſacræ literæ
Chr̃m dñm & ex patre & in pr̃e
et cum patre & à patre & ꝓ pr̃e,
& ẽt ſub patre. Q; dicitur ex patre, ineffa
bilis eſt natiuitas: ꝙ in patre, conſubſtan
tialis unitas: ꝙ cum patre, æqualitas ma-
ieſtatis. Sanè.n. tria hæc ab æterno. Cæte
rum ſi ex patre naſcẽs, quid in patre, aut
cum patre? Non incongrue forſitan in pa
tre cubans, cum patre ſedens dicat̃. Et au
dite cõſeſſus huius & huius accubitus ra
tionem. Sicut.n. ſeſſio maieſtatẽ, ſic cõſeſ-
ſio æqualitatẽ exprimit maieſtatis, ꝓſer-
tim cum ſit ei ſedes à dextris patris, non
ſanè ſub pedibus uel quaſi à tergo. Et ſe-
dere qdẽ iam quieſcere eſt, ſed iacere ma
gis. Quid aũt delectabilius & quodãmo
do dulcius eſſe uidebit̃ filio, ꝙ in patre ẽ,
an ꝙ cum patre oĩbus præeſt? In quo pu-
tas hoꝝ ſumma illa pax dei quæ exuꝑat
oẽm ſenſum, et ſingularis requies dñi cõ-
petẽtius aſſignet̃? Et ſi digne ore id expri-
mi nequeat, corde tñ forſitan pie concipi
tur: ut ſalua quidẽ in oĩbus illius indiuiſi-
bili ſimplicitate eſſentiæ, inter glorię ęq̃li
tatẽ, & ſubſtantiæ unitatẽ, uelut ſimilis
quædam ei, quæ inter conſeſſum & accu
bitũ eſt cogitari poſſe diſtinctio uideat̃.
Deniqꝫ paꝝ uidet̃ ſponſæ uidere ſedentẽ,
cubantẽ ſibi flagitat ĩdicari. Indica mihi, Cantic.
ait, quẽ diligit aĩa mea, ubi cubes in meri-
die. Sed & aĩæ omni quę ſanum ſapit, dul
cius ſapit per oẽm modum qđ apoſtolus
ait. Qui adhæret deo, unus ſpiritus eſt: q̃ꝫ 1. Cor. 6.
qđ apoſtolis dicit̃: Cũ ſederit rex in ſede Matt. 19.
maieſtatis ſuę, ſedebitis et uos iudicãtes:
haud minus utiqꝫ iucũdior ſeſſione cuba-
tio. Ego in patre, ait filius, & pater in me
eſt. Non potuit expreſſius ſubſtantiæ uni
tas cõmendari. Vbi.n. uterqꝫ in altero, ni-
hil quaſi exterius licet nihil interius cogi-
tari, ſimpliciſſimã magis credi neceſſe eſt
in ambobus ſubſtantiæ unitatẽ. Veruntñ 1. Ioan. 4.
aliquatenus huic ſimile eſt qđ dicit̃. Qui
manet in charitate, in deo manet, et deus
in eo: niſi ꝙ hic quidẽ ſpiritualis quædam
unio, ſecundum ꝙ ſupra memorauimus.
Qui adhæret deo, non quidẽ unum.i. non
una ſubſtantia, ſed unus ſpiritus eſt: illic
uerò naturalis potius & ſubſtantialis uni
tas deſignat̃. Vnde & habes in euãgelio.
Ego & pater unum ſumus. Illud proinde Ioan. 10.
iuxta pręfatam ſimilitudinẽ tanqꝫ cubicu
lum unigeniti, & quaſi ſumma quædam
dñi requies eſt. Nos quoqꝫ ꝑ hanc uolun-
tatũ unionẽ, & adhęſionẽ ſpũs, quã nimi-
rum charitas facit, pro noſtro quidẽ mo-
dulo, in hoc ſuũ cubiculũ, & in ſuã regem
factus ẽt primogenit⁹ introducit. Iã uerò
qđ dicit̃ à pr̃e, ambulãtẽ ſignificat, & ad
eum quẽ proximè ipſo pręſtante celebra
turi ſumus ſpectat incarnationis eius ad-
uẽtũ. Hinc nimiꝝ & ipſe ait: Ego.n. à deo Ioan. 8.
ꝓceſſi & ueni. In terris deniqꝫ uiſus, & cũ Ibidẽ.
hoĩbus conuerſatus medius noſtrũ, quẽ
neſciebamus ſtetit, uerus quidẽ Emma-
nuel, nobiſcũ deus, nobiſcum ſtans, ſed ꝓ
patre. Quòd.n. nobiſcum ſtetit, adiuto-
rium: qđ ꝓ patre ſtetit, zelum deſignat.
Paternam nanqꝫ quærebat in oĩbus glo-
riam, cuius & uenerat facere uolũtatem.
Cæterum ſi pendentẽ conſideres, ſi Chri
ſtum & hunc crucifixum attendas, ibi
maximè euidentiſſimeqꝫ eum ſub patre
reperięs: hoc enim proprie ac ſpeciali-

liter ad humanæ pertinuit naturæ humili
Ioan. 14. c. tatẽ: ſecundũ quã ipſe ait: Pr̃ maior me ẽ.
Matth. 27. Dicere ne audebimus ꝙ aliqñ fuerit etiã
ſine patre? Nemo id ꝓſumeret, ſi nõ prior
ipſe dixiſſet. Deus meus deus meus ut qd
dereliquiſti me? Quaſi quædã.n. ibi dere
lictio fuit, ubi nulla fuit in tanta neceſſita
te uirtutis exhibitio, nulla oſtenſio maie-
ſtatis. Habem⁹ itaqꝫ Chr̃m ex pr̃e naſcẽ
tẽĩ pr̃e cubãtẽ, cũ pr̃e ſedẽtẽ, à pr̃e ambu
lãtẽ, ꝓ pr̃e ſtãtẽ, ſub pr̃e pẽdentẽ, ſine pr̃e
quodãmõ morientẽ. Quonã igit̃ mõ ex his
Eſa. 6. a. uidiſſe eũ credem⁹ Eſaiã, cũ diceret: Vidi
dñm ſedentẽ ſuꝑ ſoliũ excelſum & eleua
tum? Longè.n. ꝑ oẽm modũ diſſimilis ea
Ibid. 53. a. uiſio fuit, de qua alibi idẽ propheta. Vidi
mus eũ, inquit, et non erat ei ſpecies neqꝫ
decor: & æſtimauimus eum tanqꝫ lepro-
ſum, & percuſſum à deo & humiliatũ. Itẽ
utrobiqꝫ uidit eundẽ, ſed nõ uidit eodem
modo, ac ꝑ hoc quodãmodo non eundẽ.
Ibi.n. uidit eũ liuidũ plagis, ſaturatum op
probrijs, afflictũ ſupplicijs, laceſſitũ iniu-
rijs. Vidit deniqꝫ contẽptibilẽ, uidit pen-
Ibidem. b. dentẽ, uidit ꝑꝑ nos morientẽ: & ait. Attri
tus eſt ꝑꝑ ſcelera noſtra, cui⁹ liuore ſana-
ti ſumus. Ibi inquã nouiſſimus uiroꝝ ap-
paruit et deſpectus: hic aũt erat plena oĩs
terra maieſtate ipſius. Ibi uir doloꝝ, &
ſciens infirmitatẽ, hic dñs ſedens. Et illa
qdẽ cõis uiſio uerbo pluralis numeri deſi
gnat̃, hæc aũt tam ſingularis eſt q̃ꝫ ſubli-
mis. Ibi ergo tanqꝫ unus de multitudine,
uidimus ait: hic uerò tanqꝫ ſolus & ſolita
rius leuans ſe ſupra ſe, uidi, inquit, dñm ſe
dentẽ &c. Sanè cõpetenter dñs dicitur, q.
ſedere conſpicit̃. Sedere.n. præſidẽtis eſt,
ſedere dominantis eſt & regnantis. Ma-
ximè uerò ſedere ſuper ſoliũ, dominatio-
nem notat: nam ſedere ſimpliciter, aliqñ
& humiliationẽ. Cæteꝝ ut prædiximus,
qui in patre cubat delicians, cum patre ĩ-
perans ſedet, ibi ſponſus amabilis, ibi do
minus admirabilis. Deniqꝫ glorioſus de⁹
in ſanctis ſuis, mirabilis in maieſtate ſua.
Vidi, inquit, dñm ſedentẽ ſuꝑ ſoliũ excel-
ſum & eleuatum, & plena erat oĩs terra
maieſtate eius: & ea quæ ſub ipſo erant,
replebãt templum. Quæ.n. ſub ipſo erãt?
Nunquid ipſum qđ dixerat ſoliũ q̃ꝫlibet
excelſum & eleuatũ, ſub ipſo tñ nihilomi
nus erat? Si.n. ipſe ſuꝑ ſolium ſedẽs, ſoliũ
planè ſub ipſo. Et quõ illud replebat tẽ-
plũ? Deinde qñ et ipſa iam terra oĩs ple-
na eſt maieſtate eius, quõ tẽplum adhuc
uel unde repletur? Enimuerò diſce ex his
quæ audis, ſoliũ non machinam imagina
ri corporeã, ſed angelicã intelligere crea-
turam. Si.n. ſedes eſt ſapientiæ aĩa iuſti, q̃ꝫ
dignior ſedes angeli ſancti? Hoc planè ſo
lium gloriæ eius excelſum per naturã, ſed
multo magis per gratiam eleuatũ. Excel
ſos.n. fecit eos natura conditionis, eleua-
tos gratia confirmationis, de qua dicit̃:
Verbo dñi cœli firmati ſunt. Ea igit̃ agmi Pſal. 32. b.
na angeloꝝ in quibus ſedet deus, & quę
ſub ipſo ſunt, templũ replent, licet iã ter-
ra oĩs ipſius plena ſit maieſtate. Vbiqꝫ.n.
regnat, ubiqꝫ ĩperat, ubiqꝫ maieſtas eius,
ſed gratia forte non ita. Non inquã ubiqꝫ
ſicut poteſtas, ſic & uoluntas eius bona
& beneplacens et perfecta. Alioquin qd
eſt qđ dicimus. Fiat uoluntas tua ſicut in Matt. 6. b.
cœlo & in terra? Fit.n. uoluntas eius de
oĩbus, fit per oẽs, non in oĩbus tñ. In ele-
ctis ſpiritibus fit uoluntas Dei qñ eis effi
citur cum ipſo una uolũtas. Hæc ſanè ad-
hæſio ſpiritualis unum ſpiritum faciens, Acto. 4. f.
ſicut multitudinis quoqꝫ credentium cor
unum & aĩa una legitur extitiſſe. Et ea q̃
ſub ipſo erant, replebant tẽplum. Reple-
bant omni benedictione ſpirituali, reple-
bant conſolatione diuina, replebant diui
ſionibus gratiaꝝ. Replebant deniqꝫ fru-
ctu ſanctificationis: ſiquidem domũ tuã
domine decet ſanctitudo. Replebant di-
uerſis chariſmatum donis, ſpiritu ſapien-
tiæ & intellectus, conſilij & fortitudinis,
ſcientiæ & pietatis, & replebant illud ſpi
ritu timoris domini. Seraphim ſtabant ſu
per illud. Nomen eſt ordinis angelorum
ſummi atque ſupremi: ut merito ſtare ſu-
per cæteros deſcribantur: & ipſi tamen
quamlibet cæteris præſtent, aſtant nihi-
lominus domino præſidẽti, deuotũ utiqꝫ
miniſterium, & plenum reuerentiæ obſe
quium exhibentes. Aliter enim domini,
aliter angeli, aliter hominis intelligi

uelamento factum reor ut neſciens dñm
gloriæ fecerit crucifigi: ex hoc quotidie
fieri ut ſalutis noſtrę negocijs ignorãs ſer
uiat & inuitus, ſerò poſtmodũ plangens
ꝙ dum obeſſe uoluit, inuectus eſt pfuiſſe.
Sic nimirũ per adminiſtratorios ſpiritus
illudit eius aſtutia, ꝙ & fideles ſint q de-
tegere nolint, & prudentes qui norint te-
gere diuina erga nos prouidẽtiæ & diſpo
ſitionis arcana. Cæterũ ſicut è ſupremis
duabus alis neqſſimus ille admirationẽ
habuit, ſed non uenerationẽ (ut diximus)
ſic è medijs quoq; ſpiritualẽ ei intellectũ
natura, ſed non ẽt gratia affectum dedit:
ſed nihilominꝰ ex infimis iſtis facilè ſatis
animaduertere eſt q̃ inuentus ſit fidelita
tis expers, nõ aũt ſimiliter caruiſſe prudẽ
tia. Niſi tu forte alium aliquẽ putas eſſe q
dictus eſt callidior cunctis aĩantibus ſer-
pens. Forte ẽt non incõgrue dicimus qm̃
eo ipſo tam irreuocabilis caſus eius, irre-
parabiliſq; colliſio fuerit, ꝙ ex his quas
diximus alis, ſicut in parte dextera nulla
affuerit, ſic in læua nulla defuerit. Non ita
ſanè duo illi quos prophetica nobis uiſio
cõmendauit ſtãtes, & adſtantes dño ma
ieſtatis. Cuius ẽt duabꝰ (ut dictũ eſt) alis
caput uelãt, ipſa equidẽ ſua admiratione
in qua delectant̃ feliciter, ac ueneratione
in qua ſublimiter gloriant̃. Duabus ẽt pe
des, fidelitate uidelicet atque prudentia.
Porrò duabus uolant, naturæ ut diximus
perſpicacia, & efficacia gratiæ. Sanè me-
diam quaſi quandã longitudinẽ nudam
uiſibilemq; relinquunt, longanimitatem
dico & benignitatẽ dei ad pœnitentiam
hoĩes inuitãtis. Oĩbus.n. cernere eſt quẽ-
admodum ſolẽ ſuum ſup bonos et malos
oriri faciat, et pluat ſup iuſtos et iniuſtos.
Hac nimirũ charitate uetus ille Salomon
quaſi quædã media ſua conſtrauit pp fi-
lias Hieruſalem: ut quibus altiora ſe q̃re-
re, & profunda ueſtigare non licet, in his
ſaltẽ medijs ualeant exerceri, & ad ſubli-
mium ſubtiliumq; exinde rerũ contem-
plationẽ promoueri aliqñ mereantur. Cę
terũ nequiſſimus ille ex hac uiſione & in
præſenti torquet̃ acrius, et grauius crucia
bitur in futuro. Primum quidem ꝙ ipſam
nobis longanimitatem benignitatis inui
deat, deinde ꝙ nequaq̃ ſibijpſi hac ſaltẽ
occaſione prouideat ut ad pœnitentiam
adducatur.

In feſto ſancti Martini de exemplis obedientiæ, Sermo.

PVto ſermonẽ à nobis expetit tã
ueſter iſte conuentus, q̃ aduẽtus
harũ honorabilium perſonarum,
quas de lõginquo gratulamur adeſſe. Sa
nè audirẽ eos ipſe libẽtius: ſed qm̃ eligũt,
imò & exigũt magis ut loquar, mihi ſi nõ
licet audire eos, eis neceſſe eſt obaudire.
Et quidẽ uiuus eſt nobis ſermo tam mul-
ta manſuetudo eorũ, qua uidelicet meri-
tis ſanctiores, dignitate ſuperiores, ſapiẽ-
tia locupletiores, nõ modo ad uiſitãdos,
ſed ẽt ad audiendos nos dignati ſunt de-
clinare. Efficax eruditio, & oĩ digna acce
ptione doctrina. Siquidẽ nõ uerbo & lin
gua, ſed opere & ueritate nos admonẽt
imitatores ſuos eſſe, ſicut ipſi ſunt Chrĩ,
& diſcere qđ ab ipſo utiq; didicerunt, mi
tes eſſe, et humiles corde. Sic Maria Eliſa
beth petijt, cõiugatam uirgo, ancillam
dña, præcurſoris matrem, iudicis mater,
dei genitrix ſeruuli genitricẽ. Sic poſtmo-
dum Ieſus ẽt ipſe Ioannem adijt, & adijt
baptizandus, utpote quem decebat im-
plere oẽm iuſtitiam. Vos quoq; reuerẽdi
patres deteriorem nobis non facitis par-
tẽ ueſtram. Ad audiendum quippe q̃ ad
loquendũ uelociores, ẽt inter ipſos q ue-
ſtro magis eguerant documento. Nã nos
quidem quia oẽm nõ poſſumus implere
iuſtitiam, uel nonnullam uobis exhibere
curamus, iuſtum eſſe non ignorantes inſe
riorẽ ſuperioribus obedire. Sed unde lo-
quemur? Qui de terra eſt, de terra loquit̃: Ioan.3.
ait uox illa clamantis. De terra ergo lo-
quamur, quia de terra ſubſiſtimus, & in
terra. Audite quiq; terrigenę & filij homi
num, uobis dicimus, & de uobis. In terra
orimur, in terra morimur, reuertẽtes in eã
unde ſumus aſſumpti. Hic nobis anguſtꝰ
introitus, mora breuis, ſola mors certa.
Cogitur totus Adam iudicium portare
qđ meruit. Dilatatus eſt uehemẽter, mul
tiplicatus eſt, & repleuit terram. Attamẽ
uelit nolit, quantumcunq; recalcitret, uni
uerſus adhuc fert ſentẽtiã quam excepit.
Gene.3. Terra, inquit, es, & in terram ibis. Grauis
equidẽ ſententia, ſed non ſine grandis mi
ſericordiæ tẽperamento. Dura admodũ,
ſed ſi merita penſes, indulgentiæ plena.
Siquidẽ non minus iuſte peccanti diceret̃
terra es, ſed ex hoc ſub terram ibis. Iuſtus
foret ẽt tunc iuſtus dñs, & laudabilis ni-
mis. Dignus planè qui laudaret̃, ſed non
ego idoneus qui laudarẽ. Alioquin tunc
quoq; nihilominus uere dicerẽ, ſi tñ dice-
re poſſem: Iuſtus es dñe, & rectũ iudiciũ
tuum. At nõ infernus confitebit̃ tibi, neq;
mors laudabit te: ſed nos qui uiuimus, be
nedicimus dño. Pepercisti ergo creaturæ
tuæ, pepercisti gloriæ noĩs tui, ut deſcen-
dentẽ de Hieruſalẽ, minime tñ uſq; in Hie
richo patereris abduci. Semiuiuꝰ adhuc
relictus in uia ſemilaudare poſſum: ubi to
tus uixero, ibi totus erũpam in laudẽ, &
dicẽt oĩa oſſa mea: Dñe, quis ſimilis tibi?
Propter hoc nẽpe cũ iratus fuiſſes, miſeri
cordiæ meminiſti, non dãnans hoĩem in
loco perditionis: ſed in loco afflictionis
humilians. Quid cauſaris homo, quid ſen
tentiã quereris duriorẽ? Terræ addictus
es, factus è terra, ut ipſa tibi ſit patria quę
materia fuit. Sed audire, ĩquies, uelim: q̃a
ſpũs es, & ad ſpũm ibis. Siquidẽ ẽt ſpũs
ſum, qđ ad aĩam pertinet, nec portionem
2.Cor.3.a. hanc mei dubitauerim potiorẽ. Audiui ſa
Ioan.4.c. nè ab apoſtolo, quia dñs ſpũs eſt, & ab
ipſo dño, quia ſpũs eſt Deus. Nec modo
ſpũs, ſed ſpirituũ pr̃. Vt q̃d ergo tenet me
mater carnis, quia caro ex parte: ſpirituũ
pr̃ non recipit, cũ ex parte ſim ſpũs? Scio
ſcio, agit hoc non tã ſubſtantia ipſa q̃ cul
pa. Sicut.n. peccatores ſpũs inter cœlum
& terrã uentoſum hoc mediũ tenẽt, unde
& poteſtates huius aeris noĩant̃: ſic pec-
cata noſtra inter nos & deũ ſeparant, iter
creatorẽ patrẽq; ſpũum, et ſpũalẽ utiq;
creaturã. Traxit aĩam corpus in regionẽ
ſuã, & ecce præualens opprimit pegrinã.
Factũ eſt nẽpe talentũ plũbi, non aliũ de
Sap.9.d. tñ niſi quia ſedet iniquitas ſup illud. Cor
pus.n. aggrauat aĩam, ſed utiq; qđ corrũ-
pitur: corrũpit̃ aũt, imò ẽt apoſtolo teſte

mortuum eſt propter peccatum. Itaq; li- Rom.8.b.
cet quodãmodo cœlum ſit homo, cœle-
ſtibus ſine dubio ſpiritibus ſimilis, ſubſtã
tia ſimul & forma, ſubſtantia quidẽ qm̃
ſpiritualis, forma uerò quia rationalis ẽ:
minime tñ leuare eum duo iſta ſufficiunt
ut mereat̃ audire, quia cœlũ es, et in cœlũ
ibis. Fruſtra gloriet̃ de libertate arbitrij,
quæ in mente eſt: captiuus dicit̃ in legem
peccati, quæ in carne eſt. Nã & ſi forſitan
uideret̃ duplex funiculꝰ poſſe alteri ęquè
duplici præualere, ut uidelicet quem ſibi
terra gemino quodã iure tanq̃ patria pa
riter et materia uendicat, ob geminam ni
hilominus quæ prædicta eſt, ſubſtantię.ſ.
& formæ ſimilitudinẽ, cœlum quoq; reci
piat ut cœleſtẽ: ſed iã triplicatus inferior
ille & deorſum trahens peccato equidẽ
accedente funiculus, niſi illinc quoq; oc-
currerit gratia, non rumpet̃. Sanè ubi illa
affuerit, haud dubiũ q̃n ſoluat̃ facile gra-
uis iſte quo thahimur, imò quẽ trahimus
funiculus iniquitatis. Hæc.n. inter nos &
deũ non ſeparans interuenit, ſed reparãs
& coniungens. Itaq; ibo mihi ad montẽ
gratiæ, & colles miſerationũ, quarũ the-
ſauros oẽs repoſitos audio penes Chr̃m.
Ibo ad eũ qui eſt plenus gratiæ & uerita
tis, ſi forte accipiã aliquid de plenitudine
illa, imò ſi forte accipiar ĩ plenitudine illa:
ut cũ cæteris aliqñ mẽbris occurrã in mẽ Ioan.3.b.
ſurã ætatis plenitudinis Chrĩ. Nemo q̃p-
pe aſcendit in cœlũ: niſi qui deſcendit de
cœlo. Fideliſſimus planè & benigniſſimꝰ
mediator, qui quidẽ non diſcreuit, ſed fe-
cit utraq; unũ, medium parietẽ maceriæ
ſoluens, donans nobis oĩa delicta, delens
qđ aduerſum nos erat chirographũ de-
creti, qđ erat contrariũ nobis, & ipſum
tulit de medio, affigens illud cruci: expo-
lians principatus & poteſtates, traduxit
cõfidẽter palã triũphãs illos, pacificãsq;
p ſanguinẽ ſuũ q̃ ſunt in cœlo, & q̃ ſup ter
rã. Propter hãc nẽpè ſalutẽ quã in medio
terræ erat operaturus, non confeſtim ſub
terra poſuit hoĩem, ſicut peccãdo merue
rat, ſed in terra. Siquidẽ reſpirandũ eſt no
bis, et nullatenus deſperandũ donec ĩ ter
ra adhuc iterim cõſtituti & ſuſpicere cœ-

lum poſſumus, & ſuſcipere data optima
& dona ꝑfecta deſurſum à prẽ luminũ, à
patre ſpirituũ, à prẽ miſericordiarꝝ. Nam
et ꝑꝑea rectũ fecit hoiem, ẽt corꝑe ipſo,
& os homini ſublime dedit, cũ ꝓna utiꝗ
ſpectẽt aïantia cætera terram: ut attollẽs
ad ſydera uultus illico ſuſpiret, ubi tã bea
tã & perennẽ conſpicit manſionẽ. Nõne
enim pie & fideliter intuẽtibus nobis ue-
hementiſſimũ quoddam incentiuũ amo
ris, & ꝓuocatio flagrantiſſimi deſiderij ẽ
uiſio ipſa tam luciđiſſimæ regionis? Non
ſunt ſtellæ cœli ſimiles glebis terræ. Inter
ſplendorẽ Solis, & caliginẽ ſoli huius, nõ
parua diſtãtia eſt. Forte tñ hic quoꝗ nõ-
nulla, ſed in ſuo genere pulchra uidentur:
& hęc ipſa undiꝗ miſta non pulchris, ut
aurꝝ in luto, gẽma in ſterquilinio, liliũ iter
ſpinas. Tota pulchra es prĩa mea, & ma-
cula nõ eſt in te: tota pulchra es, abſꝗ eo
qđ intrinſecus latet. Quid illud? Nẽpe illi
beati angelici ſpũs, & aïæ ſanctorꝝ, quæ
iã ingredi meruerunt in locũ tabernaculi
admirabilis uſꝗ ad domum dei. Sicut. n.
ſunt corpora terreſtria, ſic ſunt & corpo-
ra cœleſtia, ſed lõgè uerò alia cœleſtium
gloria ꝗ̃ terreſtrium: ſic ſunt cœleſtes ſpi
ritus & terreſtres, nec minor ſanè diſtan-
tia inter eos. Angeli, archangeli, uirtutes,
principatus, poteſtates, dominationes,
throni, Cherubim & Seraphim. Bene no
mina noui. Forte hoc totũ ẽ. Quid. n. am-
plius capiã terrigena de cœleſtibus, car-
nalis homo de ſpiritualibus & diuinis?
Veruntamẽ etſi ignoro quid lateat in his
tãtis appellationibus, illud equidẽ certiſ-
ſime noui, ꝙ magnum & mirabile aliqd
ſub hac tãta uerborꝝ maieſtate clauſum
ſit & ſignatũ. Non ſine cauſa cœlũ hoc di
cit̃: planè eximiũ neſcio quid celat̃ in eo.
Celat̃ inquam, ſed tñ non negat̃ fidei uſ-
quequaꝗ. Videre. n. nobis dat̃ in terra ip
ſam exteriorẽ cœli pulchritudinẽ nõ adi-
re: internam quoꝗ gloriã ſecretorꝝ eius
etſi non comprehendere, concedit̃ uel au
dire. Videmꝰ patriã, ſed à lõgè ſalutamꝰ:
odoramus illas delicias: non guſtamus.
Enimuerò non ſine cauſa unigenitus q eſt
in ſinu patris, ipſe nobis in regione hac
umbræ mortis quã inhabitamꝰ, cœleſtiũ
gloriam ſpirituũ ſanè ꝑ fidẽ enarrat, cor-
porꝝ uerò ꝑ ſpeciẽ manifeſtat. Audi, inqt,
filia et uide. Et factum eſt. Quorſum iſta? Pſal. 44
Inclina, ait, aurẽ tuam, & obliuiſcere po-
pulũ tuum, & domum prĩs tui. Vult nos
ponere contumaciã, diſcere obedientiã,
apprehendere diſciplinã. Vult nos ẽt obli
uiſci poſteriora, deſpicere inferiora, terre
nos mores & uitia genuina deſerere, cœ-
leſtia ſapere, ſuꝑna quærere, anteriorꝰ
inhiare. Vult & illũ tm̃ decoré domus ſuę
ingenuã concupiſcere creaturã: quo. ſ. in
eandẽ imaginẽ transformet̃ de claritate ĩ
claritatẽ, tanꝗ̃ à dñi ſpũ, ac ꝓinde concu-
piſcat ẽt rex decorẽ illius, utiꝗ ſpiritualẽ.
Sed in quo uiſus ille inquies, uel auditus
inclinare me aurem & obaudire monet?
Nam ꝙ deſideriũ pariat, manifeſtũ eſt.
Sanè ergo conſidera uniuerſam hanc cœ-
leſtiũ gloriã corporꝝ inceſſanter legibus
obtẽperare diuinis, nec unꝗ̃ ſibi poſitas
in tam continuis motibus metas excede-
re tẽporꝝ, aut locorꝝ terminos tranſgredi
cõſtitutos. Sed & ipſos ſpũs tã ſublimes
audi oẽs adminiſtratorios eſſe, & in mi-
niſteriũ mitti dignãtiſſimũ, ut ne indignũ
dicã: minime tñ puto reperies ĩ ſcripturis
aliqñ quenꝗ̃ illorꝝ uel contradixiſſe mit-
tenti, uel erga ipſos tam inferiores ſe, ꝑꝑ
quos in miniſteriũ mittebant̃, ſaltẽ tenui
ter fuiſſe cõmotũ. Excpla ſunt obediẽtiæ,
ſi diligenter attendas, eo ſanè acceptabi-
liora, quo ĩ materia digniori. Sed noui qđ
ad iſta ſub murmurat ſenſus hoïs, & cogi
tatio ꝓna ſemꝑ ad malum. Quid tu mihi,
inqt, elementorꝝ ꝑponis obedientiã ſu-
pernorꝝ? Quaſi uerò aut ſenſus ullus ĩ eis,
aut ulla uigeat deliberatio rationis, & nõ
potius agi ipſa, ꝗ̃ agere uideant̃. Quid ue
rò uel ipſorꝝ angelorꝝ obedientiã ſic cõ-
mendas? Sentiunt quidẽ angeli, ſed dele-
ctabilia ſola, obediẽtes equidẽ creatori,
ſed tã felici ꝗ̃ facili uolũtate. Quidni obe
diant? Semper. n. uident faciẽ patris, quẽ
uidere, perfecta beatitudo, ęterna gloria,
ſumma uoluptas eſt. Produc nobis dñe
patriarchas & prophetas, uiros obedien
tes p̃ceptis tuis, obedientes ex uolũtate,
obedientes

obedientes contra propriam uoluntatẽ.
Factũ eſt. Exhibet̃ nobis (ut cæteros bre
uitatis cauſa prætereã) exhibet̃ inquã no-
bis Abrahã ad præceptũ dñi exiẽs de ter
ra ſua, eijciens ancillã & filiũ eius, ẽt cha-
riſſimũ filiũ Iſaac ĩmolare paratus. Quid
hic humana aſtutia poterit cauillari? For
te rñdeat qm̃ multifariè multiſquè mo-
dis apparens eis deus, ſuſcipiebat̃ hoſpi-
tio, participabat cõuiuio, aïabat alloqo,
inſtruebat cõſilio, donabat filijs, illuſtra
bat uictorijs, diuitijs cumulabat. Quid di
ces cũ uenerit Chrs factus obediens prĩ
uſꝗ ad mortẽ, mortẽ aũt crucis? Multũ,
inquit, ꝑ oẽm modũ. Qñ. n. unigenitũ dei
prĩs, dei uirtutẽ, & dei ſapiẽtiã Chrm, qñ
p̃ſumerẽ æmulari? Oblatus eſt quia ipſe
uoluit, qñ & quantũ uoluit paſſus eſt, ut-
pote uerus quidẽ homo, ſed uerus nihilo
minus deus. Imò uerò ne ipſam apoſtoli-
cã obedientiã afferas uelim: quos nimirꝝ
iuxta propheticã promiſſionẽ oculis ſuis
uidiſſe conſtat præceptorẽ ſuũ, & auribꝰ
ſuis uocẽ audiſſe monentis. Vnde & unus
1. Ioan. 1. a eorꝝ expreſſius ſcribẽs ait: Qđ audiuimꝰ,
qđ uidimus oculis noſtris, qđ ꝑſpeximꝰ
& manus noſtræ palpauerunt de uerbo
uitæ. Quidni relinquerent oïa, quidni ad
oïa ſequerent̃ tãtæ præſentiã maieſtatis?
Quid ego non facerẽ ſi mihi eadẽ copia
præſtaret̃? Sed non fecit taliter oï natiõi,
non pręeunti utiꝗ, non ſequenti. Siquidẽ
ut multi reges optauerunt uidere & non
uiderunt, ſic nihilominus uenerũt iã dies
qñ deſideremus uidere diẽ unũ filij hoïs,
nec tamẽ mereamur. Opportune ergo iã
Martinus ad mediũ ueniat, ut de medio
fiat occaſio peccatorꝝ. Hodie. n. ille ꝑ oïa
ſimilis nobis planè & ſenſibilis & paſſibi
lis, ſed & longè poſt illa patriarchaliũ &
propheticarꝝ tꝑa uiſionũ, & homo purꝰ,
nihil de natura diuinitatis habens: credẽs
autem in eũ quẽ non uidit, plenus fructu
obedientiæ, & uirtutũ locuples, ſolũ de-
ſeruit, polũ ſubijt, terræ cõmendans qđ
habebat è terra, ſpũm dirigens ad patrẽ
ſpũm: cui fideliter in adoptionis ſpũ de-
ſeruiuit. Non fuit cœleſte corpus, ſed nec
ſpũs quidẽ cœleſtis, rationale aïal, etiã &
mortale, terrigena, filius hoïs. In terra na-
tus eſt, in terra educatus, in terra exercita
tus & probatus, in terra ẽt conſummatꝰ.
Nec uerò patriarcha erat, aut unus ex ꝓ-
phetis. De quibus ſanè in euangelio ueri-
tas ait: quia lex & prophetæ uſꝗ ad Ioã-
nẽ. Multo magis non erat ipſe Chrs, ſed Mat. 11. b.
erat tñ Chrs in ipſo, haud aliter utiꝗ ꝗ̃ ꝑ
fidẽ. Enimuerò iuxta hũc modũ ẽt modo
propè eſt uerbũ ĩ corde tuo & in ore tuo,
tm̃ ſi recto quæſieris corde. Nempe apl'o
interpretãte uerbũ fidei iſtud eſt, de quo
Moyſes ait. Vnde & alibi idẽ apoſtolus,
Ieſus Chrs, inqt, heri & hodie & in ęter- Heb. 13 b.
nũ. Heſternũ qdẽ ab initio ſeculi uſꝗ ad
aſcenſionẽ dñicam, hodiernũ uerò diem
exinde uſꝗ ad ſeculi conſummationem,
porrò æternũ intellige poſt cõem oïum
reſurrectionẽ. Nulli horꝝ deeſt Chriſtus,
nulli deeſt Ieſus, nulli deeſt unctio, nulli
ſalus. Patriarchis & prophetis in uiſione
exhibitus eſt, apoſtolis in humanitate,
Martino in fide, angelis iã in ſpecie. Quã
ſanè ſpeciẽ & electis oïbus oſtenſurꝝ ſeſe
promiſerat, non quidẽ hodie, ſed in æter-
num. Deniꝗ iam tranſierat heri, iã illud
noſtrũ illuxerat hodiernũ, cũ apoſtoli lo
querent̃: Et ſi cognouimus Chrm ſecun- 2. Cor. 5. d.
dũ carnẽ, ſed iam nunc non nouimus. Vi-
det̃ tñ ẽt in hoc mane de carnibꝰ agni nõ-
nihil eſſe ſeruatũ: ſed qđ reſiduũ eſt, utiꝗ
iã dat̃ igni: qđ uidelicet uſꝗ hodie eadẽ
caro nobis, ſed ſpiritualiter utiꝗ non car
naliter exhibeat̃. Neꝗ. n. eſt ꝙ cauſemur
noſtro huic negatã tꝑi ſiue eã quæ ad pa-
tres ueteris teſtamenti facta eſt appari-
tionẽ, ſiue eam quę apoſtolis exhibita eſt
præſentiã carnis eius. Siquidem fideliter
conſiderãtibus neutram deeſſe liquebit.
Adeſt. n. nobis ẽt nunc carnis ipſius uera
ſubſtãtia, haud dubiũ ſanè quin in ſacrõ.
Adſunt reuelationes, ſed in ſpiritu & uir-
tute: ut tempori gratiæ qđ nunc eſt, nihil 1. Cor. 2. b.
cẽſeas eſſe miraculo qđ tam aduerſa cõ-
uenerint. Inde homo nũc quidẽ Bariona,
Mat. 16. c. nunc uerò ſatana meret̃ audire. Nolite mi
rari hoc. Recolite ex euangelio cui dictũ
ſit (& utrunqꝫ in ueritate: nam utrunqꝫ ab
ipſa ueritate dictũ) prius quidẽ, beatus es
Simon Bariona, nec multo poſt, uade re-
tro ſatana. Vn⁹ ergo utrũqꝫ, etſi nõ utrũqꝫ
ex uno. Illud .n. ex patre, iſtud ex hoīe, ipſe
tñ utrunqꝫ erat. Vnde Bariona? Quia nõ
caro nec ſanguis, ſed pr̃ ei qđ locutus eſt
reuelauit. Vnde ſatanas? Quia ſapuit quę
erãt hoīum non quę dei. Iam ſi utraqꝫ cõ-
ſideratione diligenter inſpexerimus nos
quid ſum⁹, imo in una quã nihil, in altera
quã magnificati, quippe pro quibus ẽt ſo
licitudinẽ gerat tãta maieſtas, & cor ſuũ
appoſuerit erga nos: puto tẽperata uidet̃
gloriatio nr̃a, ſed forſitan magis aucta ẽ,
ſolidata tñ, ut nõ in nobis, ſed in dño glo
riemur, quibus nimirꝝ in hoc ſolo reſpira
re ẽ, ut dicam⁹. Si decreuerit ſaluare nos,
continuo liberabimur. Ex hoc iam in illa
ſuperiori ſpecula uel paululũ īmorantes
quæramus domũ dei, quęramus tẽplum,
quæramus ciuitatẽ, q̃ramus & ſponſam.
Neqꝫ .n. oblitus ſum, ſed cũ metu & reue
rentia dico, nos ſumus. Nos inquã ſum⁹,
ſed in corde dei. Nos ſumus, ſed ipſius di-
gnatione, non dignitate noſtra. Nõ uſur-
pet qđ dei eſt, ut non apponat homo ma
gnificare ſeipſum, alioquin qđ illius erat
faciens deus, exaltantẽ ſe humiliabit. Qꝫ
etſi nos puerili aīoſitate gratis ſaluari uo-
lumus, meritò non ſaluamur. Excludit mi
ſeriæ diſſimulatio miſerationẽ, nec digna
tio locũ habet ubi fuerit præſumptio di-
gnitatis, ꝓuocat uerò cõpaſſionẽ humilis
confeſſio paſſionis. Sanè hæc ſola facit ut
nos ipſe tanq̃ diues paterfamilias alat in
fame, & ſub eo panibus abũdantes īuuẽ
niamur, ꝓinde domus eius, cui nũqꝫ deeſt
alimonia uitæ. Et memento ꝙ domũ ſuã Mat. 21.
domũ orõnis eſſe diffiniat: qa & hoc ꝓ-
phetico ſatis uidet̃ teſtimonio cõuenire:
qui ab ipſo nos in orõnib⁹ utiqꝫ cibãdos Pſal. 79.
pane lachrymarꝝ, & ī lachrymis potum Pſal. 9.
aſſerit accepturos. Cæterꝝ iuxta eundem
ꝓphetã, ſicut ſupra quoqꝫ meminim⁹, do
mũ iſtã decet ſanctitudo, ut uidelicet pœ
nitentiæ lachrymas puritas continentiæ
comitet̃, & quæ iã dom⁹ eſt, fiat ſubinde
ẽt tẽplũ dei. Sancti eſtote, inquit, qa ſan-
ctus ſum dñs Deus ueſter. Et apoſtolus: 1. Cor.
Neſcitis quia corpora ueſtra tẽplũ ſunt
ſpũs ſancti, & ſpũs ſanctus habitet in uo
bis? Siquis tẽplũ dei uiolauerit, diſperdet
eũ deus. Nunquid tñ uel ipſa iam ſancti-
monia ſufficit? Pax quoqꝫ neceſſaria eſt,
apoſtolo teſte qui ait: Pacẽ ſectamini cũ Heb.
oībus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo
uidebit deũ. Hæc eſt quæ facit unius mo-
ris habitare fratres in unũ, nouã utiqꝫ regi
noſtro uerò pacifico ędificans ciuitatem,
quæ & ipſa Hieruſalẽ nominet̃, qđ eſt ui-
ſio pacis. Vbi enim ſine fœdere pacis, ſine
obſeruãtia legis, ſine diſciplina & regimi
ne acephala multitudo cõgregata fuerit,
non populus, ſed turba uocat̃: nõ eſt ciui-
tas, ſed confuſio Babylonem exhibet, de
Hieruſalẽ habet nihil. Sed quẽadmodum
fieri poſſe uidebit̃, ut rex tãtus in ſpõſum
trãſeat, ciuitas ꝓmoueat̃ in ſpõſam? Sola
hoc põt, quæ nihil non põt, charitas for-
tis ut mors. Qũo non facilè iſtam leuet, q̃
illũ iam inclinauit? Verꝝ hinc tibi nullate-
nus conſulenda prior illa quam diximus
conſideratio tui, hic q̃ potiſſimũ fidei ma
gnanimitas exercet̃. Deniqꝫ & ipſe ait:
Deſpõſaui te mihi in fide, deſpõſaui te in
iudicio & iuſtitia: eius, nõ tuam intellige.
deſpõſaui te in miſericordia & miſeratio
nibus. Si non fecit ille qđ ſponſus, ſi non
tanq̃ ſponſus amauit, ſi non zelatus eſt
tanq̃ ſponſus, noli acquieſcere ſponſam
te arbitrari. Itaqꝫ fratres mei, ſi ꝑ abundã
tẽ refectionẽ magni patrisfamilias dom⁹
eſſe ꝓbamur, ſi tẽplũ dei ꝑ ſãctificationẽ,
ſi ciuitas ſummi regis per ſocialis uitę cõ-

munionem, ſi ſponſa immortalis ſponſi ꝑ
dilectionem, puto iam nõ eſſe qđ dicere
uerear noſtram eſſe ſolẽnitatem. Nec mi-
remini, ꝙ in terris agitur hæc celebritas.
ſiquidem agitur & in cœlis. Nempè ſi (ut
Luce. 15. b ueritas ait, & non poteſt non eſſe uerꝝ) ſu
per uno peccatore pœnitentiam agente
gaudiũ eſt in cœlis ẽt angelis dei, non eſt
dubium multiplex eſſe ſuper tam multo-
rũ pœnitẽtia peccatorꝝ. Adhuc amplius
uultis audire? Etiam gaudium dñi, fortitu
do noſtra. Collętemur ergo angelis Dei,
cõgaudeamus Deo, & in gratiarꝝ actio-
ne præſens ſolennitas agatur: quia quan-
to nobis domeſtica, tãto amplius debet
eſſe deuota.

Vnde ſupra, *Sermo ſextus.*

D Omeſtica nobis celebritas dedi
catio domus noſtræ, magis autẽ
domeſtica noſtra ipſorꝝ dedica-
tio. Noſtra ſiquidem illa aſperſio, nr̃a illa
benedictio, noſtra conſecratio fuit: quę ꝑ
manus ſanctorꝝ celebrata pontificũ, etiã
hodie anniuerſario reditu uotiuis laudi-
bus ad memoriam reuocat̃. Nunquid de
lapidibus cura eſt deo? Non parietes di-
cunt, ſed hoīes: Ipſi .n. cura eſt de nobis.
Vnus homo erat Iacob, & dormiẽs uidit
deſcendentes angelos & aſcendentes.
Parꝝ eſt hoc, ẽt dñm angelorꝝ adeſſe te-
ſtatus eſt dicẽs: Verè dñs eſt in loco iſto,
Gene. 28. d & ego neſciebam. Mirat̃ .n. gratiam, et di
gnationis magnitudinem expaueſcit. Qꝫ
terribilior eſt iſte locus, q̃ꝫ euidentius cer
tiuſqꝫ dñs eſt in loco iſto: ubi nimirꝝ non
modo duo aut tres, ſed tam multi in ipſi⁹
congregati noīe perſeuerant. Nemo iam
neſciat, nemo ueſtrũ ignoret. Siquidẽ nõ
accepimus ſpũm mundi huius, ſed ſpũm
qui ex deo eſt: ut ſciamus quæ à deo data
ſunt nobis. Terribilis planè loc⁹, & dign⁹
oī reuerentia, quẽ fideles uiri inhabitant,
quẽ angeli ſancti frequentant, quem ſua
quoqꝫ præſentia dñs ipſe dignat̃. Qũo .n.
tãtus patriarcha neſcire potuerat qđ nõ
eſſet locus ubi non eſſet Deus? Sed fortè
aliud eſſe miratus eſt ubi ait: Verè dñs eſt
in loco iſto. Ibi uerè eſt, & uerè dñs ẽ, ubi
in eius noīe angeli ſimul & hoīes congre-
gantur. Licet .n. in omni loco ſit qui nullo
clauditur loco, ſignanter tñ dicimus: Pr̃
noſter qui es in cœlis: ꝙ aliter illic & ꝓ-
prio quodam modo præſentem ſe exhi-
beat, non quidem ipſe diuerſus, ſed diuer
ſa diſtinguens. Eſt ergo in omni loco oīa
uniuerſaliter continens, oīaqꝫ diſponens,
ſed longè tñ aliter atqꝫ aliter. Apud hoīes
malos eſt p̃ſtans atqꝫ diſſimulans, apud
electos hoīes operans & ſeruans, apud
ſuperos paſcens & cubans, apud inferos
arguens & damnans. Facit ſolem ſuum
oriri etiam ſuper malos, ſed ubi malorũ
interim diſſimulatio eſt, quodammodo
ueritas non eſt. Itaqꝫ ſi dicere licet, apud
impios eſt in diſſimulatione, apud iuſtos
ī ueritate, apud angelos ī felicitate, apud
inferos ī feritate ſua. Durum uobis ſonat
ꝙ feritate dixi? ego uerò et iram uereor et
furorem. Domine ne in furore tuo arguas
me &c. Verè, inquit, dominus eſt in loco
iſto. Vbi .n. pluit ſuper iuſtos & iniuſtos,
pater eſt, pater miſericordiarꝝ, expectãs
homines ad pœnitentiam. Vbi damnat Heb. 10. f.
obſtinatos, iudex eſt, & horrendum inci-
dere in man⁹ dei uiuentis. Vbi cubat, ſpõ
ſus eſt: & beata aīa quam introduxerit in
cubiculum ſuum Cæterum in loco iſto
uerè dñs eſt, ſi tñ ſeruiamus ei in ſpiritu et
ueritate. Non .n. uerè dominus erat apud
eos quibus dicebat. Quid uocatis me do Luc. 6. g.
mine domine, & non facitis quæ dico?
Teſtantur ſacræ literæ in paradiſo olim
poſitũ primum Adam ut operaretur, &
cuſtodiret illum. Sic ſecundus Adam in
eccleſia ſanctorum, in congregratione
ſuorum, in horto deliciarum (ſiquidem
deliciæ ſuæ eſſe cum filijs hoīum) ita in-
quam, & ipſe dominus eſt in loco iſto ut
operetur atque cuſtodiat. Alioquin ſicut
niſi quia dominus ædificauerit domum, Pſal. 126. a
in uanum laborauerunt, qui ædificant
eam: ſic nihilominus niſi ipſe cuſtodie-
rit ciuitatem, fruſtra uigilat qui cuſtodit
eam. Porrò angelos aſcendentes & de-
ſcendentes eſſe in loco iſto, patriarchalis
ipſa uiſio manifeſtat. Aſcendentes ut ui-
deant faciem patris, deſcendentes ut ꝓ-
uideãt nobis. Quid ergo nos qũo hic eſ-

ſe debemus, in quanta reuerentia ſtare in loco iſto, ubi Deus eſt operans, & ſeruās aſcendentes & deſcendentes? Nimirum pœnitentes & expectantes eſſe nos conuenit. Hoc eſt.n. obliuiſci quæ retro ſunt, ignorare, reprobare, recogitare annos illos ī amaritudine aīæ noſtræ, ac deinceps cogitatione ſimul & auiditate extendere nos in anteriora. Ad hoc uenimus, in hoc poſiti ſumus. Hæc ſunt quæ exigūtur à nobis, præteritorꝶ pœnitudo peccatorꝶ, & futurorꝶ expectatio præmiorum.

Præfatio in explanationem pſalmi, Qui habitat.

COnſidero labores ueſtros frēs, nō ſine magno miſerationis affectu. Quæro conſolationem quā exhibere poſſim, & corporalis occurrit: ſed ea non prodeſt quicꝙ, magis & obeſſe plurimum poteſt. Siquidem modica ſementis detractio, non modicū meſſis eſt detrimentum, etſi pœnitentia ueſtra minuatur miſeratione creduli, paulatim gēmis corona ueſtra priuatur. Quid tñ agi-
4.Reg.4. mus? Vbi prophetæ farinula? Siquidem mors ī olla eſt, & mortificamini tota die in ieiunijs multis, in laboribus frequēter, in uigilijs ſupra modū, præter ea quæ intrinſecus ſunt, contritio cordium, & multitudo tentationū. Mortificamini, ſed ꝓꝓ eum qui mortu⁹ eſt pro uobis. Q, ſi abūdat tribulatio ueſtra ꝓ eo, abundauit cōſolatio ueſtra per eum, ut ī eo delectetur aīa, q̄ in his renuit conſolari. Apud ipſum nanꝙ ipſa quoꝙ tribulatio magna q̄dā conſolatio poterit inueniri. Nōne.n. certū eſt ſupra uires humanas, ultra naturam, contra conſuetudinē eſſe quæ ſuſtinetis? Alius igitur portat iſta, ille ſine dubio q
Heb.1.a. ſecundum apoſtolum portat oīa uerbo uirtutis ſuæ. Nōne ex hoc iam ſuo ipſius gladio inimicus perimitur, et magnitudo tribulationis de qua tentare ſolebat, ipſa magis tentationes exuperat tanꝙ certiſſimum diuinæ præſentiæ argumentum? Quid.n. timēdum nobis, ſi adeſt qui portat oīa? Dñs protector uitæ meæ, à quo
Pſal.26.a. trepidabo? Nam & ſi ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala, qm̄ tu mecum es. Quid eſt, qđ totam molem terræ ſuſtinet? Et uniuerſus orbis cui innititur? Nam ſi eſt aliquid qđ ſuſtineat cætera, ipſum à quo ſuſtinetur? Non inueniē niſi uirtutis uerbum oīa portās. Verbo.n. Pſal.
dñi cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris ei⁹ oīs uirtus eorū. Propterea ut ſit uobis in uerbo dñi conſolatio, maximè his diebus q̄bus (ſicut oīno dignum eſt) aliquatenus maior eſt labor ueſter, non erit inutile tractare uobiſcum aliquid de ſcripturis ſanctis, qđ etiā aliqui ueſtrum rogauerunt. Vnde nobis eligēdus eſt pſalmus ipſe de quo tentationis occaſionem inimicus aſſumpſit, ut inde confringantur arma maligni, unde ſibi uſurpare præſumpſit. Propterea nolo uos ignorare fratres, qm̄ manifeſtè imitatores ſunt inimici, quicunꝙ de ſcripturis ſanctis aliquid non ſanctè uſurpant, & detinent ueritatem dei in mēdacio, ſicut ſolent q̄nꝙ nonnulli. Cauete hoc dilectiſſimi: quia prorſus diabolicū eſt, & de parte eius ſe eſſe probant qui id faciunt in ſuam ipſorum perniciem, ſalutaria ſcripta peruertere molientes. Sed non modo plus immoror, ſufficit credo breuiter tetigiſſe. Iam de ipſo quem elegimus pſalmo aliqua præſtante domino differere & explanare tentemus.

In explanationem primi uerſus pſalmi. Qui habitat, Sermo primus.

QVi habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabit̄. Pſal.91
Quis ſit diuini inhabitator adiutorij, per nō inhabitantes illud melius poteſt agnoſci. Tria ſiquidem eorum reperies genera. Vnum non ſperantium, aliud deſperantium, tertium fruſtra ſperantium. Neꝙ.n. inhabitat in adiutorio dei qui non poſuit deum adiutorē ſuum, ſed confidit in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarum. Surdus nanꝙ ad prophetæ uocem dicentis: Quærite dñm dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt, & ſola tempo- Eſa.
ralia quærens, æmulat̄ in malignantibus, pacem peccatorum uidens, & elongatur

ab auiutorio altiſſimi, qđ ſibi ad hæc neceſſarium eſſe non reputat. Sed quid nobis de his quæ foris ſūt iudicare? Timeo fratres, ne fortè ēt ſit in nobis qui non habitet in adiutorio altiſſimi, ſed cōfidat in uirtute ſua, & in multitudine diuitiarum ſuarꝶ. Fortè.n. feruorem habet aliquis, potens in uigilijs, in ieiunijs, in labore, & cæteris hmōi, aut ēt multorꝶ (ut ſibi uidet̄) diuitias meritorꝶ longo tꝑe acquiſiuit, et in his cōfidēs remiſſior eſt in timore Dei, facilè iam ad ocioſitates & curioſitates pernicioſa quadam ſecuritate declinat, murmurat, detrahit, dījudicatꝙ. Qui ꝑfecto ſi habitaret in adiutorio dei, attenderet utiꝙ ſibi, & timeret offendere quem ſibi cognoſceret adhuc tam neceſſarium eſſe. Tāto ſiquidem amplius timere deū, & magis ſolicitus eſſe debuerat, quanto maiora eius munera iam percepit. Neꝙ enim quæ habemus ab eo, ſeruare aut tenere poſſumus ſine eo. Nunc uerò (qđ nō ſine dolore loquimur aut uidemus) ſunt aliqui qui in cōuerſionis initio ſatis timorati & ſoliciti ſunt, donec initiū aliqđ cō-
Eccl'i.24.c uerſiōis acceperint, & cum multo magis deſiderare debuerant, iuxta illud, Qui edunt me, adhuc eſurient: incipiūt ſic agere ac ſi dicant: Vt quid ei ſeruiamus ultra, q̄ñ iam habemus qđ daturus eſt? O ſi ſcires quàm parꝶ eſt qđ habes, et hoc ipſum quàm cito perdes ſi non ſeruauerit ille q dedit. Hęc.n. duo ſunt quę ualde ſolicitos & ſubiectos deo nos reddere pñt: ut non ſimus de his qui ꝑꝑea nō habitāt in adiutorio altiſſimi, quia nō reputant illud ſibi neceſſarium eſſe, et hi ſunt qui non ſperāt in dño. Sunt aūt & alij qui & deſperant, hi.ſ. qui conſiderantes imbecillitatem ꝓpriam, deficiunt & obruuntur à puſillanimitate ſpūs, habitātes in carne ſua, & circa infirmitatem propriam ſemper intēti, ut oīa quæ patiuntur, curſim enumerate parati ſint. Vbi.n. intenderis ingenium, ualet. In adiutorio aūt dei non habitāt, neꝙ nouerunt illud, qđ nec aſſurgere ualeant ut aliq̄n cogitent illud. Sunt aūt alij q ſperāt quidem in dño, ſed fruſtra: quia ſic de miſericordia eius ſibijpſis blandiunt̄, ut à peccatis ſuis non emendent̄. uana eſt omnino ſpes iſta, & hęc confundit, eo ꝙ charitas deſit. Cōtra hos propheta: Maledictus, inquit, qui peccat in ſpe. Et alius: Be Pſal.146.b
neplacitum eſt dño ſuper timentes eum, & in eis qui ſperāt ſuꝑ miſericordia eius. Dicturus qui ſperant, ſignanter præmiſit, ſuper timētes eum. Fruſtra ſiquidem ſperat qui contemptu ſuo gratiam à ſe repellit, et ſpem ſuam prorſus euacuat. Nullus ergo horꝶ trium habitat ī adiutorio altiſſimi. Primus.n. habitat in meritis ſuis, ſecundus in pœnis, tertius iu uitijs. Immunda habitatio tertij, anxia ſecūdi, ſtulta & periculoſa primi. Quid.n. ſtultus q̄ꝙ habitare ī domo uix adhuc inchoata? Cōſummaſſe te putas? At cum conſummauerit homo, tūc incipit. Deniꝙ runioſa eſt omnino hæc habitatio, & quæ ſuſtētari magis opus habeat & fulciri quā inhabitari. Nōne uita præſens fragilis eſt et incerta? Simile eſſe neceſſe eſt quicquid fundatur in ipſa. Quis.n. ſuper fragile fundamentū, ſtabile credat ędificium? Periculoſa habitatio eorꝶ qui in meritis ſuis ſperant. periculoſa, quia ruinoſa. Eorꝶ uerò qui conſideratione propriæ infirmitatis deſperatione deijciuntur, habitatio eſt anxia, & eos in tormentis diximus habitare. Quādiu.n. et pœnas ſuſtinent in quibus nocte & die conteruntur, et eis quoꝙ quas nōdum ſentiunt amplius cruciantur, ut non ſufficiat diei malitia ſua, ſed opprimuntur his quoꝙ quæ fortaſſe nunꝙ experient̄: quæ tormenta, quis infernus intolerabilior poteſt excogitari, præſertim quia & tanto labore premuntur, & cœleſtis panis nō ſuſtentantur edulio? Hi ſunt qui in adiutorio altiſſimi nō habitant: quia deſperant. Priores aūt idcircò non quærūt: quia nequaꝙ ſibi illud neceſſariū ſentiūt. Extremi uerò ꝑꝑea lōgè ſunt: quia eo modo quærūt auxilium dei quo obtinere nō poſſunt. Soli.n. in adiutorio altiſſimi habitant qui id ſolum obtinere deſiderant, id ſolum amittere trepidant: ſedula circa illud & ſolicita cogitatione uerſantes, quę eſt utiꝙ pietas, cultus Dei. Beatus planè qui ſic habitat in adiutorio altiſſimi: quia

in protectione Dei cœli commorabitur. Quid ei nocere poterit eoꝝ quæ ſub cœlo ſunt, quem deus cœli protegere & cõſeruare uoluerit? Porrò ſub cœlo ſunt q̃cũq; nocere poſſunt, ſub cœlo ſunt aereæ poteſtates, ſub cœlo preſens ſeculum nequã, & caro aduerſus ſpũm cuncupiſcẽs. Optimè igitur dictum eſt, In protectione dei cœli commorabitur: ut nihil eoꝝ quę ſub cœlo ſunt timere poſſit quiſquis ꝓtectionem eius habere meruerit: ſiue ita dictum ſit ut aduerſum ſequentẽ oratio depẽdeat: qui habitat in adiutorio altiſſimi, in protectiõe dei cœli cõmorabitur: dicet dño, ſuſceptor meus es tu, & ſit qđ dicit̃, in protectione dei cœli cõmorabitur, expoſitio pręcedentis partis, qui habitat in adiutorio altiſſimi: aut magis addere uideat̃ ut nõ ſolũ adiutorium ad operandũ bonum, ſed protectionem quoq; ad liberandũ à malo doceat eſſe quærẽdam. At uerò diligenter attende qđ, in ꝓtectione, dicit: non, in præſentia. Angelus in pręſentia ei⁹ exultat, ego utinam poſſim in eius protectione morari. Ille beatus in præſentia, ego utinam in protectione ſim ſecur⁹. Dei cœli, inquit. Licet.n. ubiq; eſſe nõ dubitet̃, ſic tñ in cœlo eſt, ut ad eius cõparationem nec eſſe uideat̃ in terris. Propter qđ & orantes dicimus. Pr̃ noſter qui es ĩ cœlis. Sicut.n. aĩa cũ in toto quoq; ſit corpore, excellentius tñ & ſingularius eſt in capite, in quo ſunt oẽs ſenſus, (nam in cæteris oĩbus membris uix unum exercet ſolum. ſ. tactum) unde quãtum ad eum modum quo in capite eſt, cætera membra uidetur quodãmodo non tam inhabitare quàm regere) ita ſi præſentiam illius cogitemus qua beati angeli perfruuntur, uideri poſſumus uix aliquem dei protectionẽ et nomen habere. Felix tñ aĩa quę uel hãc protectionem meret̃. Dicet.n. dño, ſuſceptor meus es tu. Verum id quidẽ ſermoni alteri reſeruemus.

Adhuc de primo uerſu, Sermo ſecundus unde ſupra.

Q Vi habitat in adiutorio altiſſimi, ait propheta, dicet domino, ſuſceptor me⁹ es tu, & refugium meũ deus meus, ſperabo in eum. Dicet in gratiaꝝ actione, Confitemini dño miſericordiæ eius, ſuper duplici adiutorio eius. Oĩs enim qui adhuc in adiutorio habitat, non in regno, & frequenter opus habet fugere, & interdum cadit. Fugere inquam dũ in hoc corpore ſumus à facie tentationis perſequentis oportet. Quòd ſi minus celeriter fugimus: aliqñ (ut aſſolet) impellimur & euertimur, ſed dñs ſuſcepit nos. Ipſe itaq; refugium eſt, ut uenientem cũ ſtercoribus boum pigroꝝ lapidatorem impigri fugiamus, & euadere poſſimus fœdam nimis lapidationem. Ipſe quoq; ſuſceptor eſt, ut ẽt cum ceciderimus nõ collidamur, qm̃ ſupponit manum ſuam. Cũ ergo tentationis impetum ſentimus in cogitatione, ſtatim fugiamus ad ipſum, & humiliter poſtulemus auxilium. Quòd ſi fortè præoccupauerit nos (ut aliqñ) cum tardius q̃ oporteat ad eum confugimus, ſoliciti ſimus ut ſuſcipiat nos manus dñi. Hoĩes.n. aliqñ cadere neceſſe eſt dum in hoc ſeculo detinentur: ſed alij colliduntur, alij non, quia deus ſupponit manum ſuã. Sed quõ eos diſcernere poterimus, ut ſegregem⁹ iuxta dñi exemplum agnos ab hœdis, iuſtos ab iniuſtis? Nam & iuſtus ſepties in die cadit. Veꝝ hoc intereſt iter eoꝝ caſus, ꝙ iuſtus ſuſcipit̃ à dño, ideoq; reſurgit fortior. Iniuſtus aũt cum ceciderit non adijciet ultra ut reſurgat, imo uerò aut in pudorem noxium, aut in impudentiam cadit. Aut.n. excuſat qđ fecit, & hic eſt pudor adducens peccatum: aut fit ei frons meretricis, & iam nec deum timet, nec hoĩem reueretur, ſed prædicat peccatum ſuum ſicut Sodoma. Iuſtus uerò ſup manum dñi cadit, & miro quodam modo ẽt ipſum ei peccatum in iuſtitiã cooperatur: Scimus.n. qm̃ diligentibus Deum, oĩa ceoperantur in bonum. Nõne cooperatur nobis ille caſus in bonum, unde & humiliores efficimur & cautiores? Nõne dñs cadẽtem illum ſuſcipit, qui ab humilitate ſuſcipitur? Impulſus euerſus ſum ut caderem (ait propheta) ſed nihil profecit qui impulit me, qm̃ dñs ſuſcepit me. Sic ergo dicet fidelis aĩa dño, ſuſceptor me⁹

Prou. 24. — Rom. 8. — Pſal. 117.

es tu. Poſſunt omnia dicere, creator me⁹ es tu, poſſunt & animalia dicere, paſtor meus es tu. poſſunt omnes homines dicere, redẽptor meus es tu. At uerò ſuſceptor meus es tu, is tãtum dicere poteſt qui habitat in adiutorio altiſſimi. Vnde & addidit: Et deus meus. Cur non deus noſter? Quia in creatione, in redemptione, cæteriſq; cõmunibus beneficijs eſt de⁹ oĩum: ſed in tentationibus ſuis tanq̃ proprium eum habent ſinguli electoꝝ. Sic.n. paratus eſt ſuſcipere cadentem, & eripere fugiẽtem, ut uideri poſſit relictis oĩbus alijs ei ſoli operam dare: propterea expedit oĩ aĩæ deum ſemper attendere tanq̃ ꝓpriũ non modo adiutorem, ſed ẽt inſpectorẽ. Quõ.n. negligens poterit fieri, qui intuentem ſe deũ nunq̃ deſinit intueri? Aut quõ non quaſi proprium illum habere uidet̃ q ſic eum ſuper ſe uidet intentum, ut omnia interiora eius & exteriora omni hora cõſiderare non ceſſet: oẽſq; non ſolũ actus, ſed ẽt ipſos ſubtiliſſimos aĩæ motus perſcrutetur atq; dijudicet? Hic igitur nõ immeritò dicere poteſt, deus meus ſperabo in eum. Et attende ꝙ non dixerit, ſperaui, aut ſpero; ſed ſperabo. Hoc, inquit, eſt uotum meum, hoc propoſitũ meum, hęc intentio cordis mei. Repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo, & in hac perſeuerabo. Sperabo in eum. Nec deſperabo, nec fruſtra ſperabo, quia maledictus qui peccat in ſpe: & nihilominus qui peccat in deſperatione, ſed nec eſſe uolo de his qui non ſperant in dño. Sperabo, inquit, in eum. Sed iam dic uobis quo fructu, qua mercede, quo lucro? Qm̃ ipſe liberabit me de laqueo uenantiũ, & à uerbo aſpero. Sanè laqueum hunc, & hoc uerbum, in diem alterum & ſermonem ſi placet alterum differamus.

Textus. — Textus. — Textus.

De tertio uerſu. Sermo tertius, unde ſupra.

D Eus meus ſperabo in eum: qm̃ ipſe liberauit me de laqueo uenantiũ, & à uerbo aſpero. Ego utiq; fratres, in hoc uerbo magna me ipſi⁹ pietate compungor, & ualde miſereor aĩæ meæ. Ipſe liberauit me de laq̃ueo uenantium. Ergo ne beſtiæ ſumus nos? Beſtiæ prorſus. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibns. Beſtię profecto ſunt homines, oues errantes non habentes paſtorem. Quid ſuperbis ô homo? quid te ſciolum iactas? Vide quia beſtia factus es, cui uenandæ laquei præparantur. Sed qui ſunt uenatores iſti? Venatores utiq; peſſimi & nequiſſimi, callidiſſimi et crudeliſſimi. Venatores qui cornu non ſonant ut non audiantur, ſed ſagittant in occultis immaculatum. Ipſi rectores ſunt tenebrarũ harum, aſtutiſſimi uerſutia & malitia diabolicæ fraudis, ita ut ſicut eſt ante uenatorem beſtia, ſic ad eorũ comparationẽ ſit qlibet aſtutiſſimus hoĩum, præter eos dũtaxat qui cum apoſtolo non ignorant cogitationes eoꝝ, quibus in Dei ſapiẽtia datũ eſt fraudes dep̃hendere malignoꝝ. Obſecro uos nouellæ plantationes Dei, uos qui nondum exercitatos habetis ſenſus ad diſcretionem boni & mali, nolite ſequi cordis ueſtri iudicium, nolite abundare in ſenſu ueſtro: ne uos tãq̃ rudes adhuc uerſutus ille uenator decipiat. Nã ſylueſtribus illis & oĩno beſtialibus beſtijs (ſeculares hoĩes loquor) aptos ſatis expãdit laqueos, utpotè quos facilè capiẽdos eſſe non dubitat. Vobis aũt qui tanq̃ prudentiores cerui ſerpentes necatis, & deſideratis ad fontem uiuum, ſubtiliores occultat laqueos, & callidiora fraudis ſuæ argumenta conquirit. Vnde obſecro uos humiliamini ſub potenti manu dei paſtoris ueſtri, & acquieſcite eorum conſilijs qui melius norunt uenatoris illius uerſutias, edocti diuturno longi tẽporis exercitio, & crebris experimentis tam in ſe quã in multis. Sed ecce quia iam uenatores et beſtias nouim⁹, quiſnam ſit laqueus iſte, quærendum eſt. Nolo ego adinuenire ex me, nec dubium aliquod tradere uobis. Ooſtẽdat nobis apl'us laq̃um iſtũ. ipſe.n. uenatoꝝ illoꝝ non ignorat cogitatiões. Dic nobis inquã beate Paule, qs ſit laq̃us iſte diaboli, à quo ſe liberatam fidelis aĩa cõgratulat̃? Qui uolũt, inqt, diuites fieri ĩ hoc ſeculo, incidũt in tentationes, & ĩ la

Pſal. 48. — 1. Ti. 6. b.

quẽ diaboli. Ergó ne laqueus diaboli diuitiæ ſunt huius ſeculi? Heu q̃ paucos inuenimus qui ab hoc laqueo liberati exultent, q̃ multos qui dolent ꝙ paꝝ ſibi uident irretiti, & adhuc quantũ pñt ipſi ſe inuoluere & intricare laborant. Vos qui reliquiſtis oĩa, & ſecuti eſtis nõ habentẽ ubi caput ſuũ reclinaret filiũ hoĩs, exultate & dicite: qm̃ ipſe liberauit me de laq̃o uenantiũ. Cõfitemini illi toto corde, tota aĩa, tota uirtute, & ex ipſis medullis cordis gratias ei agitte, dicentes: qm̃ ipſe liberauit me de laqueo uenantiũ. Et ut noueritis quã magnũ ſit beneficium hoc, & ſciatis quę à deo donata ſunt uobis, audite qđ ſequit̃: Et à uerbo aſpero. O homo, uel magis beſtia: laqueũ nõ timebas? Time uel malleum. A uerbo, inquit, aſpero. Qđ eſt hoc uerbum, niſi illud inſatiabilis gehennæ, Affer, affer, percute, dilacera, cito interfice, uelociter ſpolia, detrahe? Quid eſt uerbũ aſpeꝝ, niſi, Tollat̃ ĩpius ne uideat gloriã dei? Q̃uo exultant uenatores capta beſtia, & clamãt tolle tolle, infige uerubus, infer prunis, & male bullientibus impone lebetibus? Verbũ aſperũ fuit qđ protulit domus exaſperans populus Iudæoꝝ. Tolle tolle: crucifige eũ. Quã horribile uerbũ, quã aſpeꝝ, quã cru-
Ioan. 19. c. dele? Vere dentes eoꝝ arma & ſagittæ, et lingua eoꝝ gladius acutus. Hoc uerbũ aſpeꝝ tu ſuſtinuiſti dñe. Cur, niſi ut nos liberares à uerbo aſpero? Sit iam pietatis tuæ, ut non ſuſtineamus nos, qđ tu dignatus es ſuſtinere pro nobis. Rñdent hoĩes ſeculares cũ eis ſuademus agere pœniten-
Ioan. 6, f. tiã, & dicunt: Durus eſt hic ſermo. Nẽpè hoc eſt qđ in euangelio legimus. Loquebat̃ de pœnitentia ipſa dñs, ſed in figura, tanq̃ his quibus non erat datũ noſſe myſteriũ regni dei. Cũ audirent dicẽtẽ, Niſi manducaueritis carnẽ filij hoĩs, & biberitis eius ſanguinẽ, dixerunt: Durus eſt hic ſermo, & abierunt retrorſum. Quid aũt ẽ manducare eius carnẽ, & bibere ſanguinẽ niſi cõicare paſſionibus eius, & eã cõuerſationẽ imitari quã geſſit in carne? Vñ et hoc deſignat illibatũ illud altaris ſacramentũ ubi dñicum corpus accipimus; ut ſicut uidet̃ illa panis forma in nos intrare, ſic nouerimus per eã quã in terris habuit cõuerſationẽ ipſum intrare in nos, ad habitãdũ per fidẽ in cordibus noſtris. Cum enim iuſtitia ingreditur, ille ingredit̃ qui factus eſt nobis à deo patre iuſtitia. Sed *2. Cor. 4.* & qui manet in charitate, in deo manet, & Deus in eo. Sed tñ adhuc multi nobis dicũt: Durus eſt hic ſermo. Ergó ne durũ eſt momentaneũ hoc et leue tribulatiõis, qđ ſupra modũ in ſublimitate æternum pondus gloriæ operat̃ in nobis? Durũ eſt breuiſſimo & leuiſſimo labore cruciatus illos & tormenta redimere, q̃ nullus terminus finiat, nullꝰ aĩus ſufficiat cogitare? Durũ uobis uidet̃ cũ dicit̃: Agite pœnitẽtiã? Erratis, ſed audituri eſtis aliq̃n uerbũ aſperũ, ſermonẽ durũ, auditionẽ malam: *Matt. 25.* Ite maledicti in ignẽ æternũ. Ita dico uobis hoc timete, hoc durũ reputate, & inuenietis, quia iugũ dñi ſuaue eſt, & onus eius leue. Si in ſeipſo ſuaue illud credere necdũ poteſtis, uel hoc nõ ignoratis qm̃ huius cõparatiõe ſuauiſſimũ eſt. Vos aũt fratres mei, uos pennati, ante quorũ oculos fruſtra iacit̃ rete, uos q diuitias huius ſeculi penitus reliq̃ſtis, qđ timeatis à uerbo aſpero, qm̃ iã liberati eſtis à laqueo? Felix tu Idithũ, ꝓ quo pſalmi q̃dã inſcripti ſunt, q tranſiliſti laqueũ, ut oĩno longè fieres à uerbo aſpero. Quibus. n. dicet̃: Ite maledicti in ignẽ æternũ. Eſuriui. n. & nõ *Ibidem* dediſtis mihi mãducare. quibus inquam dicetur: niſi his qui ſubſtãtiam huius mũdi habuere? Nunquid non ualde exhilarãtur ad uerbum hoc corda ueſtra, & ſpirituali iucunditate replent̃? Nunquid non pretioſiorẽ ducitis paupertatẽ ueſtrã theſauris ſeculi? Siquidẽ ipſa eſt quæ liberat uos à uerbo aſpero. Q̃uo nanque à nobis exigat deus, qđ pro ipſius amore relictũ eſt? Et tñ ẽt hoc facitis, & de labore mannuũ ueſtrarũ Chriſtus alitur & ueſtit̃, ut nihil deſit. Agite ergo gratias, exultate & dicite: qm̃ ipſe liberauit me de laqueo uenantium, & à uerbo aſpero. Exultate inquã, ſed adhuc interim cum tremore. Lætos uos eſſe uolo, ſed nondũ ſecuros. Gaudẽtes ĩ ſpũ ſancto, ſed tñ pauẽtes adhuc, & cauẽtes à recidiuo. Quid. n. uobis ultra pauendũ eſt? Vnũ utiq̃; idq̃ grauiſſimũ, peccatũ Iudæ, peccatũ apoſtaſiæ. Bene. n. factũ eſt ut pẽnas acciperetis ſicut colũbæ, & uolaretis ad requieſcẽdũ. Nã in terra non erat requies, ſed labor & dolor, & afflictio ſpũs. Quid ergo timendũ eſt ſic uolanti, niſi ne fortè cadauer uel ſimile aliquid in terra uideat cuius deſiderio tractus uideat̃ à uenatoribus illis peſſimis, & pręparatis laqueis capiat̃, et ſint nouiſſima hoĩs illiꝰ peiora prioribꝰ? Hoc inquã oĩno timẽdũ eſt, ne quis aut corde ſolo, aut ẽt corpore ad uomitũ reuertat̃. Legimus. n. de filijs Iſrael quia corde redierunt in Aegyptũ. Nã corpore reuerti, clauſum poſt eoꝝ talos rubrũ mare ꝓhibebat. Hoc eſt qđ uehemẽter ſingulis q̃buſq̃ timẽdũ eſt, neq̃n fortè eatenus deũ offendant, ut manifeſte abijciant̃ & euomant̃ ab eo: aut ſi pudor neget apoſtaſiã corpis, tepor ipſe paulatim ingerat apoſtaſiã cordis: ut uidelicet ĩ habitu religionis cor ſeculare gerant, & quicquid ſecularis cõſolationis inuenire potuerint, am-
1. Cor. 9. d. plectant̃. Neq̃. n. ſumus nos apoſtolo ſanctiores, qui tñ uerebat̃ ne fortè cũ alijs p̃dicaſſet, ipſe reprobus efficeretur. Sed id tandiu timendũ eſt, donec laqueus cõtritus ſit, donec corpꝰ iſtud aĩa depoſuerit.
Thre. 3. f. Nã & ipſum corpus laqueus quidã eſt, unde & oculus legit̃ aĩam deprædari. Minime ergo decet eſſe ſecuꝝ hoĩem, q ſecũ portat laqueũ ſuum, imò uerò bonum eſt magis habitare in adiutorio altiſſimi, ut per eum poſſit laqueus euitari.

De quarto uerſu, *Sermo quartus, unde ſupra.*

Textus. SCapulis ſuis obũbrabit tibi. Cõfitenti humiliter, & deuote grãs referenti, non ĩmeritò ampliora beneficia promittunt̃. Nã qui fidelis inuenit̃ in modico, iure conſtituet̃ ſup multa: ſicut econtrario accipiẽdis indignus eſt, q fuerit de acceptis ĩgratus. Itaq̃ deuotę illi gratiaꝝ actioni reſpondet ſpũs, nõ id ſolũ, inquiens, faciet, ſed & ſcapulis ſuis obũbrabit tibi. Credo in his ſcapulis geminã dei promiſſionẽ intelligendam, uitę ſcilicet eius quæ nunc eſt, pariter & futuræ. Si. n. ſolum promitteret regnum, & in itinere deeſſet uiaticum, oĩno conquererentur hoĩes & reſponderent: Magnum quidẽ eſt qđ promittitur, ſed perueniendi illuc nulla facultas dat̃. Propterea qui *Mat. 19. d.* poſt hoc ſeculũ uitam promiſit ęternam, ipſe dandũ ẽt in hoc ſeculo centuplũ ꝓuidentiſſima pietate pręmiſit. Quid iã excuſationis habes ô homo? Profecto obſtructũ eſt os loquentium iniqua. Quid plus afferet ad tentandũ, niſi quia lõga futura eſt uia tua? Et ſi grãdis tibi reſtat uia, cur hoc timeas, cui fortis cibus datur, ne deficere poſſis in uia? Heliæ utiq̃ cibus allatꝰ *3. Re. 19. b.* eſt ab angelo, quo nullus in humana cõſuetudine uilior inuenit̃. ſ. panis & aquæ: tanta tñ fortitudo collata eſt, ut quadraginta diebus ambulans nõ fatigaret̃ nec eſuriret. Vis tibi hunc cibũ ab angelis miniſtrari? Miꝝ ualde, ſi non uis. Quòd ſi cibum hunc deſideras, & angelica miniſteria non ſuperba, ſed humili magis ambitione req̃ris, audi q̃uo ſcriptũ ſit de dño, quia tentante diabolo, & ſuadente ut de lapidibus faceret panem, reſtitit et dixit: Nõ in ſolo pane uiuit homo, ſed in omni *Deũ. 8. a.* uerbo qđ procedit de ore dei, deinde tentationibus ſuperatis, & tẽtatore fugato, acceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei. Et tu ergo ſi uis habere miniſteriũ angelorũ, fuge conſolationes ſeculi, & tentationibus reſiſte diaboli. Renuat cõſolari aĩa tua in alijs, ſi uis ĩ dei memoria delectari. Cum eſuris, currere ſuadet ad panẽ: at tu potius audi dicentẽ: Non in ſolo pane uiuit homo. Cur. n. tanta uarietate diſtrahe- *Matt. 4. a.* ris, ut modo cibũ, modo potũ, modo ueſtẽ aut lectũ, niſi pro ſola corporis neceſſaria ſuſtentatione requiras, qui in uno. i. in uerbo dei potes hæc oĩa inuenire? Mãna. n. eſt, oẽm ſaporem habens, & odoris delectationem: & requies eſt uera & ſyncera, ſuauis et ſalubris, iucunda et ſancta. Hæc promiſſio eſt uitæ præſentis. Nam promiſſionem futuræ quis explicet? Si expectatio iuſtorum lætitia, & tanta lætitia, ut omne quod deſideratur ĩ ſeculo, non ualeat ei compararari: ipſum quod expectatur quid erit? Oculus nõ uidit deus *Eſa. 84. a.*

abſque te, quæ præparaſti diligentibus
te. Sub his itaque ſcapulis quatuor no-
bis beneficia conferunt. Sub his.n.abſcõ-
dimur, ſub his in occurſu accipitrũ & mil
uorꝝ protegimur, quę ſunt aereę poteſta-
tes: ſub his umbraculũ ſalubre refrigerat
nos, & repellit nimiũ ſolis feruorem. ſub
his quoq; alimur & fouemur. Ait.n. pro-
Pſal. 26.b. pheta in alio pſalmo. Q̃m abſcondit me ĩ
tabernaculo ſuo ĩ die malorꝝ.i. dũ adhuc
dies mali ſunt, & in terra aliena ſumus, q̃
data eſt in manus impĳ, in qua non eſt re
gnũ pacis, nec de⁹ pacis regnat in ea. Nã
ſi regnat, ꝗd eſt qđ orantes dicimus: Ad-
Mat.9.b. ueniat regnũ tuũ? Neceſſe igit̃ eſt abſcon
dere interim ſi ꝗd habemus boni, q̃m the
ſaurꝝ regni cœlorꝝ qui inuenit homo ab-
ſcondit. Propter qđ ẽt corporaliter ĩ clau
ſtris et in ſyluis abſcõdimur. Et ſi ſcire uul
tis quantũ in hac abſconſione lucramur,
credo nullũ hic eſſe qui ſi quartam partẽ
eorꝝ quæ facit, in ſeculo actitaret, nõ ado
raret̃ ut ſanct⁹, reputaret̃ ut angelus: nũc
aũt quotidie tanq̃ negligens arguitur &
increpat̃. Parꝝ ne hoc lucrũ ducitis, ꝙ nõ
reputamini ſancti anteq̃ ſitis? An non ti-
metis ne fortè hic uili mercede hac rece-
pta, in futuro mercedem non habeatis?
Neceſſaria eſt ergo hęc abſconſio non ſo
lũ ante oculos aliorꝝ, ſed ẽt multo magis
ante teipſum. Hoc.n. habet dñica illa ſen-
Lũc. 17. c. tentia. Cũ feceritis oĩa quæ præcipiuntur
uobis, dicite, Serui inutiles ſumus: qđ de-
buimus facere, fecimus. Væ.n. nobis ſi nõ
feciſſemus. Et hæc eſt utiq; magna uirt⁹,
& ſumma ſecuritas, q̃n & pie uiuis: & tñ
plus attendis quæ deſunt tibi, q̃ quæ ob-
tinuiſſe uideris, oblitus quæ retro ſunt, &
extendens te in anteriora. Hæc igitur eſt
abſconſio, quã ſub ſcapulis dñi præſtari
diximus: qualis forſitan abſconſio fuit
uel obũbratio quæ Marię facta eſt à ſpũ
ſancto, ad cœlandũ uidelicet tam incom
prehenſibile ſacrm̃. De ꝓtectione quoq;
Pſal. 139.b. idem ait propheta iſte. Obũbraſti ſuper
caput meum in die belli. Sicut.n. uidẽs ue
nientem accipitrem mater expandit alas
ſuas ut pulli ſubeant & habeant tutũ re-
fugium: ſic nobis parata, & quodãmodo
dilatato ſinu extenſa eſt ſumma illa &
ineffabilis pietas dñi noſtri. Vnde & ſu-
pra dixit. Q̃m refugiũ meũ es tu. Iam ue-
rò ſub ipſis quoq; ſcapulis & umbraculũ
ſalubre & protectionem habemus. Sicut
enim iſte corporeus ſol licet bonus ſit &
ualde neceſſarius, tñ & feruor eius ſi tem
peratus non fuerit, infirmo capiti, & ſplẽ
dor infirmis oculis nocet, nec eſt ſolis cul
pa, ſed infirmitatis: ſic etiã ſol iuſtitiæ eſt.
Vnde & dicitur: Noli nimirꝝ iuſtus eſſe. Eccleſ.7.
Non qđ iuſtitia bona non ſit, ſed quia dũ
adhuc infirmi ſumus, oportet ipſa bona
gratia tẽperari, ne fortè elationis aut indi
ſcretionis uitium incurramus. Quid eſt ꝙ
inceſſanter orantes & ſupplicantes non
poſſumus ad eam quã deſideramus grãæ
abundãtiam peruenire? Putatis quia aua
rus aut inops fact⁹ eſt deus, impotẽs aut
inexorabilis? Abſit hoc, prorſus abſit: ſed
ipſe cognouit figmentum noſtrũ, & ſca-
pulis ſuis obumbrat nobis. Non tamen
à petitione propterea ceſſandum eſt, ꝗa
etſi non dat ad ſatietatem, dat tñ ad ſuſtẽ
tationẽ: etſi cauet nobis à feruore nimio,
tñ fouet nos tanq̃ mater calore ſuo. Hoc
eſt.n. quartum qđ diximus ſub ſcapulis
eius nobis præſtari, ut tanq̃ pulli in calo
re materni corpis foueamur, ne foris ua-
gantes moriamur, refrigeſcente nimirum
charitate: quę nõ diffunditur in nobis niſi
per ſpũm qui datur nobis. Sub his igitur
pennis eius ſecurus ſperabis, ut uidelicet
de exhibitione pręſentium munerꝝ firma
ſit expectatio futurorum.

De prima parte quinti uerſus, Sermo quintus unde ſupra.

S Cuto circũdabit te ueritas eius.
Vigilate & orate, ut non intretis
in tentationem. Et quis hoc dixe Matt.26.
rit, ſcitis: & tp̃s ſcitis. dñi.n. ẽ uerbũ iſtud
inſtante iam paſſione ſua. Et attẽdite q̃m
ipſe quidem erat paſſurus, & non diſcipu
li: nec tñ pro ſe dicebat orandum, ſed pro
illis. Vnde ad Petrum. Ecce ſatanas expe- Luc.22.
tiuit uos ut cribraret ſicut triticũ: ego aũt
rogaui pro te ut non deficiat fides tua, &
tu aliq̃n conuerſus confirma fratres tuos.
Si tñ illos oportebat timere in paſſione

domini, quantum nobis timẽdum eſt fra
tres, in paſſione noſtra? Vigilate proinde
& orate, ut non intretis in tentationẽ: q̃m
Iob.7.a. undiq; circundati eſtis tentationibus. Vñ
& legiſtis, quia tentatio eſt uita hoĩs ſup
terram. Itaq; ſi tot tentationibus plena ẽ
uita noſtra, ut non immeritò tota ipſa ten
tatio debeat appellari: peruigili circũſpe
ctione opus eſt & oratione ne ĩducamur
in eam: unde eſt et illud in oratione domi
Matt 6. b. nica: Et ne nos inducas in tẽtationẽ. Quia
ergo undiq; ſic circundatus es tentationi
bus, ſcuto circundabit te ueritas eius: ut
quemadmodum undiq; bella, ita undiq;
ſint & præſidia. In quo & oĩno illud ma-
nifeſtum eſt, ſpirituale ſcutum eſſe opor-
tere qđ circundare põt. Veritas aũt circũ
dat, quia uerax qui promittit, & ſic exhi-
bet ut promittit. Fidelis deus, ait apoſto
1. Cor.10.c lus, qui non patietur uos tentari ſupra id
q̃d poteſtis. Non incõgruè ſanè ſcuto cõ-
paratur gratia diuinæ protectionis, q̃d in
ſuperiori parte amplum & latũ eſt, ut ca
put humeroſq; cuſtodiat: ĩ inferiori uerò
ſtrictius, ut minus oneret, maximè ꝙ gra
ciliores ſint tibiæ, nec tam facilè uulnerẽ-
tur, ſed nec adeo ꝑiculoſum ſit illis in par
tibus uulnerari. Sic oĩno ſic militibus ſuis
Chriſtus ad inferiora tuenda.i. carnem,
magnam (ut ita dixerim) ſtrictitatẽ atq;
penuriam rerꝝ temporalium donat: nec
uult eos illarꝝ multitudine ꝑgrauari, ſed
1.Ti.6.b. ut uictum & ueſtitũ habentes, quẽadmo
Matt.6. d. dum, ait apoſtolus, his contenti ſimus: in
ſuperioribus uerò ampliorem latitudinẽ,
& abundantiam gratiæ ſpiritualis. Sic.n.
habes. Primũ quęrite regnum dei & iuſti
tiam eius, & oĩa adĳcient̃ uobis. De uictu
utiq; dixit & ueſtitu. Vnde dixerat ſolici-
tos eſſe non debere. Nam & hæc ipſa pr̃
noſter cœleſtis benigniſſima pietate mi-
niſtrat, ob duplicem.ſ. cauſam: ne uel om
nino crederemus ĩfenſum ſi iſta negaret,
& ſic deſperaremus: uel illorꝝ nimia ſoli-
citudo, ſpũalis exercitĳ fieret detrimẽtũ.
Sine his.n. neq; uiuere, neq; deo ſeruire ẽ.
Cæterum quanto ſtrictius, tanto melius.
Textus. Itaq; ſcuto circundabit te ueritas eius, nõ
timebis à timore nocturno, à ſagitta uo-
lãte in die, à negocio perambulante in te
nebris, ab incurſu & dæmonio meridia-
no. Hæ ſunt quatuor tentationes quibus
undiq; circundati neceſſe habemus circũ
cundari ẽt ſcuto dñi, ut ſit nobis à dextris
& à ſiniſtris, ante & retro. Hoc.n. præmo
nitos uos eſſe uolo, neminem ſuper terrã
abſq; tentatione uicturꝝ, ut cui fortè tolli
tur aliqua, alteram ſecurus expectet: aut
fortè non ſecurus, ſed pauidus magis, &
ſic petat ab ea liberari, ut nunq̃ ſibi in cor
pore mortis huius libertatem perfectam
ſeu requiem audeat polliceri. Qua in re
conſiderãda eſt nobis tam benigna erga
nos diuinæ pietatis diſpẽſatio, ut quibuſ-
dam nos tentationibus patiatur diutius
occupari, ne fortè ꝑiculoſiores occurrãt:
ab aliquibus uerò citius liberet, ut poſſi-
mus in alĳs quas nobis utiliores fore ꝓui-
det exerceri. Verꝝ conſiderandum nobis
eſt (ſed non modo) quæ ſint iſtæ quatuor
quas hic ponit. Credo.n. qđ in hoc ordi-
ne quo hic numerantur, contra eos q cõ-
uertunt̃ inſurgunt, & uelut principes ſunt
omnium tentationum.

De ſecunda pte quinti uerſus, & de ſexto uerſu, Sermo ſextus unde ſupra.

S Olet in diuinis ſcripturis aduerſi
tas deſignari per noctem, & ſci-
mus quia aduerſus eos qui con-
uertuntur, primum eſſe certamen de mo-
leſtĳs corporis conſueuit. Caro enim ha-
ctenus indomita, caſtigari & in ſeruitutẽ
redigi nequaquam æquanimiter patitur,
ſed adhuc memor recens perditæ liberta
tis acrius concupiſcit aduerſus ſpiritum,
maximeq; in his pœnis ĩ quibus eſtis uos
quotidie morientes: immo uerò morte af
fecti tota die, quæ & ſupra uires ſunt, &
ultra naturam, & contra conſuetudinem
ueſtram. Quid igitur mirum? Turbant
iſta maximè eos qui necdum conſueue-
runt, necdum ſatis in promptu habent
recurrere ad orationes, reſurgere ad me-
ditationes ſanctas, ut ſic releuetur diei
pondus & æſtus. Neceſſarium planè
nobis inter ipſa noſtræ conuerſionis ini-
tia ſcutum domini, ut non timeamus à
timore nocturno. Bene autem dicitur nõ

timendũ a timore nocturno, & non dicit
à nocte, quia non ipſa afflictio tentatio ẽ,
ſed magis timor ipſius. Nam & oẽs labo
ramus, cum tñ non oẽs inde tentemur: &
qui tentant, multo magis timore futuræ
pœnæ q̃ præſentis dolore læduntur. Quia
ergo timor ipſe tentatio eſt, cõgrue dictũ
eſt ei qui circundat ſcuto dñi, q̃ à tẽtatio
ne hac nõ timebit. Forte impugnabit, for
te tentabit, forte timebit noctẽ, ſed nõ ei
timor iſte nocebit. Magis aũt ſi nõ fuerit
dñatus, tunc imaculatus erit, & emunda
bitur, ſicut ſcriptũ eſt, quia territi purga-
Iob. 41. c. bunt. Camin⁹ eſt timor iſte, ſed ut exami
net non exurat, ueritas facit. Nocturnus
planè & tenebroſus timor, ſed facile hũc
radi⁹ ueritatis exuperat. Ingerit.n. oculis
cordis nunc quidẽ peccata quæ fecimus:
Pſal. 37. c. ut queadmodũ de ſe propheta ait, ẽt nos
in flagella parati ſimus, annunciantes ini
quitatẽ noſtrã, & cogitãtes pro peccato
noſtro. Nunc uerò æterna ſupplicia quæ
meruimus, ut in eorũ comparatione, quæ
euadimus, uniuerſa quę patimur, delicias
reputemus. Nunc quoq; cœleſtia pręmia
ad quæ tendim⁹, crebro uidelicet memo
Rom. 8. d. rantes, q̃m non ſunt condignæ paſſiones
huius tpis ad futurã gloriam quæ reuela-
bit in nobis. Nunc ẽt ea q̃ pro nobis ptu-
lit Chr̃s, ut crebro conſiderantes quanta
ſuſtinuit illa maieſtas ꝓ inutilibus ſeruis,
erubeſcamus non ſuſtinere uel parua pro
nobis. Sed fortaſſe præualuit ueritas, p̃ſer
tim tam multiplex & uſquequaq; circun
dans non repellere modo, ſed ẽt expelle-
re penitus hunc timorẽ. Nox præceſſit: ut
filius lucis & diei honeſte ambulãs, time
ſagittam. Leuiter uolat, leuiter penetrat:
ſed dico tibi non leue infligit uulnus, citò
interficit. Nimirũ ſagitta hæc uana gl'ia ẽ,
non eſt unde hęc ĩpugnet puſillanimes et
remiſſos. Qui feruẽtiores eſſe uident, ipſi
paueant, ipſi ſibi caueant in hac parte: ni-
hilominus adhuc ſoliciti non deſerere ſcu
tũ inexpugnabile ueritatis. Quid.n. aliud
tã cõtrariũ uanitati? Nec ſanè huic oppo
nenda ſagittæ ſecreta illa et quodãmodo
intima ueritatis exigim⁹: ſemetipſam no-
uerit aĩa, de ſe teneat ueritatem. Difficile
prorſus (ni fallor) hõ uerbis laudãtiũ, ho-
minẽ in uita ſua abduci poterit altũ ſapę,
ſi ſe ĩtus ad lucẽ ueritatis ſolicita cõſidera
tione diſcutiat. Nõne.n. ſi propriã cogitat
cõditionẽ, dicturus ẽ ſibi, Quid ſupbis ter
ra & cinis? Nõne ſi ꝓpriã cõſideret corru
ptionẽ, fateatur neceſſe eſt q̃m nõ eſt in eo
bonũ? Sed & ſi fortè aliq̃d habere uidet,
nõ inueniet puto qd' rñdeat apl'o dicẽti:
1. Cor. 4. Quid habes q̃ nõ accepiſti? Et alibi: Qui
1. Cor. 10. ſtat, uideat ne cadat. Poſtremo ſi fideli-
ter computet, facilè illi erit aduertere, q̃
nec cũ decẽ milibus poſſit occurrere ei, q̃
cũ uiginti milibus uenit ad ſe, & oẽs iuſti
tias ſuas tanq̃ pannũ menſtruatæ reputa
ri. Eadẽ quoq; ueritas & eis nihilominus
opponenda eſt tentationibus q̃ ſequunt.
Neq;.n. uel ſic deſiſtit hoſtis antiqu⁹, ſed
ad callidiora fortè conuertit argumenta.
Firmã ꝓbauit utroq; latere turrim, nõ eſt
qd' uel à ſiniſtris puſillanimitate timoris,
uel à dextris eã humanis concutere laudi
bus, in utraq; iã molitione fruſtratus attẽ
tet. Sed ſi uirib⁹, inquit, deijcere nequeo:
fortè decipę poſſum alicuius ingenio ꝓdi
toris. Quis putas erit hic ꝓditor? Planè cu
piditas, radix iniq̃tatis, ãbitio ſubtile ma-
lũ, ſecretũ uirus, peſtis occulta, doli arti-
fex, mr̃ hypocriſis, liuoris parens, uitiorũ
origo, criminũ fomes, uirtutum ęrugo, ti-
nea ſanctitatis, excæcatrix cordiũ, ex re-
medijs morbos creans, generãs ex medi-
cina languorẽ. Contẽpſit uanã gloriã, ait,
q̃m uana eſt: fortè ſolidius aliq̃d affecta-
ret, fortè honores, fortè diuitias. Quãtos
hoc negociũ perãbulãs in tenebris trudi
fecit in tenebras exteriores, ueſte ſpoliãs
nuptiali, & uirtutũ exercitia fructu pieta
tis euacuãs? Quãtos ergo peſtis hęc neq̃-
ter ſupplãtatos turpiter quoq; deiecit, ut
cęteri q̃q; quos latuit occult⁹ effoſſor, ſubi
tã expaueſcerẽt ad ruinã? Quid uerò hunc
fouet uermẽ aliud quã mẽtis alienatio, &
obliuio ueritatis? Aut q̃d niſi ueritas hũc
ꝓdendũ ueſtigat ꝓditorẽ, & negociũ ar-
guit tenebrarũ? Nimirũ hæc eſt quę dicit.
Quid ꝓdeſt homini ſi uniuerſum mundũ
Matth. lucret: ſe aũt perdat, & detrimentum ſui
Sap. faciat? Et item: Potentes, ait, potẽter tor-
menta

menta patientur. Hęc eſt quæ ſedula ſug-
geſtione reducit in mentẽ quã ſit in ambi-
tu friuola cõſolatio, graue iudicium uſus
breuis: finis ignotus. Hucuſq; tentationes
domini: quartam inimicus non præſumit
afferre. Illa enim de ignorantia eſt, nec du
bitat ſapientiſſimum qui ſic moderabat
reſpõſiones ſuas, ut in nullo unquam poſ
ſet deprehendere quod quærebat. Prima
ſiquidem tentatione eſurienti ſuadebat
Matt. 4. a de lapidibus panem facere: ſed ille nec
poſſe nec non poſſe reſpondens, cibum
alium prætendit, dicens: Non in ſolo pa-
ne uiuit homo &c. Secunda uerò tenta-
tione præcipitium ſuadebat promittens
quia non læderetur ſi filius Dei eſſet, &
ſic uidens omnis ciuitas laudaret eum &
magnificaret, & nec eſſe ſe nec non eſſe
reſpondit. Tertia de ambitione fuit, quan
do omnia regna mundi promiſit ſi cadẽs
adoraret eum. Vides'ne quòd ambitionis
uia, adoratio diaboli eſt, qua uidelicet ad
honores & gloriã mundi perueniendum
ſuis ille adoratoribus pollicetur? Quarta,
ut dixi, tẽtatione apud eum abſtinuit, cu-
ius nimirũ tantã eſſet expertus prudentiã
ex rñſis. Quid autẽ aduerſus alios faciat
quos uidet oĩmodo diligere iuſtitiam, &
odiſſe iniquitatẽ? Quid niſi ut iniq̃tatem
palliet uirtutis imagine? Quos.n. ꝑfectos
boni nouerit amatores, malũ eis ſub ſpe-
cie boni nõ mediocris, ſed ꝑfecti perſua-
dere conat: ut cito cõſentiat q̃ magnope-
re diligit bonũ, & facile qui currit incur-
rat. Hoc eſt igit dæmoniũ nõ modo diur-
nũ, ſed meridianũ. An nõ hoc timuit Ma
ria, q̃ñ ad nouam angeli ſalutationẽ expa
2. Cor. 2. c uit? An nõ in hoc inſinuabat apl's cũ dice
ret: Non.n. ignoramus cogitationes eius:
Ipſe.n. angelus ſatanæ trãsfigurat ſe in an-
gelum lucis. An nõ deniq; hoc ipſum me-
tuebant diſcipuli, q̃ñ uidentes dñm ſuper
mare ambulantẽ clamabãt putãtes phan
taſma eſſe? Et uide quàm bene cõgruit q̃
quarta uigilia nocte fuiſſe dicitur, q̃ñ con
tra tentationẽ quartam uigilaſſe diſcipu-
li perhibent. Nec uerò ĩ re manifeſtiſſima
nr̃o arbitror opus eſſe eloquio, q̃ uideli-
cet ſola ſit ueritas quæ palliatã detegit fal
ſitatem. Quatuor has tentationes etiã in
generali ſtatu eccleſiæ haud difficile dili-
gens cõſiderator inueniet. Non'ne enim
timor nocturnus exercebat nouellam ad
huc eccleſiæ plantationem, quando om-
nis qui occiderat ſeruos dei, arbitrabatur
ſe obſequium præſtare Deo? Demũ perſe
cutione ceſſante & die reddita turbauit
eã grauius & afflixit ſagitta, uolans quan
do exierunt aliqui de eccleſia inflãti ſpiri-
tu carnis ſuæ, inanis & uolatilis gloriæ cu
pidi: & uolentes ſibi facere nomẽ linguas
ſuas magnificando, diuerſa & peruerſa
dogmata fabricauerunt. At nũc quidem
pax à paganis, pax ab hæreticis: ſed nõ eſt
pax à falſis filijs. Multiplicaſti gentem do
mine Ieſu, ſed non magnificaſti lætitiam:
quoniam multi ſunt uocati, pauci uerò ele
cti. Omnes Chriſtiani, & omnes ferè quę
ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Ip
ſa quoq; eccleſiaſticę dignitatis officia in
turpem quæſtum, & tenebrarũ negociũ
tranſiere: nec in his ſalus animarum, ſed lu
xus quæritur diuitiarum. Propter hoc ton
dentur, propter hoc frequẽtant eccleſias,
miſſas celebrant, pſalmos decantant. Pro
epiſcopatibus & archidiaconatibus, ab-
batijs, alijſq; dignitatibus impudenter ho
die decertat, ut eccleſiarum reditus in ſu-
perfluitatis & nanitatis uſus diſſipentur.
Supereſt ut reueletur homo peccati, filius
perditionis, dæmonium non modo diur-
num, ſed & meridianum: quod nõ ſolum
transfiguratur in angelum lucis, ſed extol
litur ſupra omne quod dicitur Deus, aut
quod colitur. Nimirum ĩſidiatur crude-
lius calcaneo matris eccleſię, à qua dolet
caput ſuum eſſe contritum. Hic planè gra
uiſſimus erit incurſus, ſed ab hoc quoque
eccleſiam electorũ ueritas liberabit, pro-
pter eos breuians dies, & dęmonium me
ridianum deſtruens illuſtratione aduen-
tus ſui. Et hæc quidem dicta ſunt de tenta Ser. 30.
tionibus iſtis. nã & in ſermone quodam
ſuper cantica canticorum memini me ſu-
per his tractaſſe ſimiliter, cum meridiani
huius dæmonij mentio incidiſſet, ex occa
ſione ſcilicet meridiani accubitus ſponſi:
quem ſibi ſponſa petierat indicari.

De ſeptimo uerſu, Sermo ſeptimus, unde ſupra.

IN ſpe uiuimus fratres, nec defici-
mus in tribulatione præſenti, ꝙ
in expectatione ſimus indefecti-
bilium gaudiorum. Neque enim uana uo
bis hæc expectatio, aut dubia ſpes uide-
tur, innixa nimirum æternæ ꝓmiſſionibus
ueritatis. Deinde etiam ex pceptione præ
ſentium munerum firma eſt expectatio fu
turoꝝ et pręſentis gratię uirtus nimis cre
dibiliter atteſtatur felicitatem promiſſæ
gloriæ ſine dubio ſecuturam. Nempe dñs
uirtutum ipſe eſt rex gloriæ & in hymno
quoq;, eundē uotis cãtamus patrē peren-
nis gloriæ, patrē potentis gratiæ: cui &
in pſalmo canimus qa miſericordiã & ue
Pſal. 83. c ritatē diligit deus, gratiam & gloriam da
bit dominus. Viriľr ergo ſuſtineat in hoc
ſeculo pietas colluctationem, et perſecu-
tionem quamlibet ęquanimiter patiatur.
Quidni toleret omnia, quæ ad oĩa ualet
promiſſionē habēs eius uitæ quę nunc eſt
& futurę? Repugnet fortiter impugnanti
quia & repugnanti propugnator aderit
indefeſſus, & triumphanti nõ deerit largiſ
Textus. ſimus remunerator. Scuto, inquit, circũ-
dabit te ueritas eius. Neceſſaria planè ĩſu-
perabilis protectio ueritatis, nõ modo in
terim in carne degenti, ſed poſtmodum
exeunti: & nunc quidem ob periculoſos
conflictus, tunc uerò ob monſtruoſos oc
curſus ſpirituum malignorum. Nempe &
ſanctiſſimam illam glorioſi Martini ani-
mam uoluit pars inimica nocere, et cruen
ta beſtia ſciens quod modicum iam tem-
pus haberet, tota ꝓfectò inſania malitiæ
infatigabilis, non eſt uerita propè aſſiſtere
ei quoq; in quo nihil habebat. Imò uerò
ad ipſum etiam regem gloriæ accedere im
pudentiſſima temeritas illa pręſumpſit, ſi-
Ioan. 14. d cut ipſe teſtatur: Venit enim princeps mun
di huius, & in me non inuenit quicquam.
Felix anima quæ ſic interim tentationum
iacula ſcuto ueritatis repulerit, ut nil pror
ſum uenenatũ in ſe coaleſcere paſſa omni-
dit eũ gloria, ſed occidit̃ magis et occidit
ei quodãmodo uerſa in puluerẽ, imò reda
cta in nihilũ. Puto autẽ nõ eſt quęrere qđ
ad inanẽ gloriã ea tentatio uiſa ſit ꝑtinere
ubi dictũ eſt: Si filius dei es, mitte te deor
ſum. Vt qđ enim hoc niſi ut uideret̃ ut lau *Ibidẽ.*
daret̃ à baſiliſco? Et uide q̃ũo ſeipſum oc
cultauerit baſiliſcꝰ, quaſi ut nõ poſsit an-
te uideri. Scriptũ eſt (inquit) qm̃ angelis *Pſal. 90.*
ſuis mãdauit de te, & in manibꝰ tollẽt te.
Quid ſcriptũ eſt maligne, qđ ſcriptũ eſt?
Angelis ſuis mãdauit de te. Quid manda
uit? Animaduertite et uidete quoniã ſub-
ticuit malignus & fraudulẽtus, qđ mali-
gnitatis ſuæ cõmenta diſſolueret. Quid
enim mãdauit? Nẽpe qđ in pſalmo ſequi
tur: Vt cuſtodiãt te in oĩbus uijs tuis. Nũ-
quid in pręcipitijs? Qualis uia hæc de pin
naculo tẽpli mittere ſe deorſum? Non eſt
uia hęc, ſed ruina: et ſi uia, tua eſt, nõ illius.
Fruſtra in tentationem capitis intorſiſti,
qđ ſcriptũ eſt ad corporis conſolationẽ.
Huic. n. neceſſe eſt cuſtodiri, cui timẽdum
ne offendat ad lapidẽ pedẽ ſuũ. Nõ eſt ꝙ
cuſtodiat̃, cui nõ eſt qđ timeat̃. Quid ue-
ro taces & illud qđ ſequit̃: Super aſpidẽ
& baſiliſcum ambulabis, & cõculcabis
leonẽ & draconẽ? Te enim hęc parabola
tãgit. Mõſtruoſa malignitas, mõſtruoſis
appellationibus cõculcanda ſignat̃. Nec
modo ab ipſo capite, ſed etiã à corpore
uniuerſo. Siquidẽ aduerſus dñm poſt ter-
nã confuſionẽ hãc nõ iã ſerpẽtina callidi-
tate, ſed crudelitate uſus eſt leonina, uſq;
ad cõtumelias, ad flagella, ad alapas, ad
ad mortẽ, & mortẽ crucis. Sed manifeſte
ẽt leonẽ te conculcauit leo de tribu Iuda.
Sic & aduerſum nos fratres, ut in cæteris
oĩbus uiderit ſe fruſtratũ, toto iam furore
perſecutionẽ ſuſcitat qualis nõ fuerit ab
initio: ut uehementia tribulationis regnũ
cœleſte ſperãtibus intercludat. Fœlix ani
ma q̃ & ipſum leonẽ potẽti uirtute cõcul
cans, uiolẽter illud rapere præualebit. Ex
hoc itaque dilectiſsimi, tanq̃ ſuper aſpi-
dẽ & baſiliſcũ cautius & ſolicitius ambu
lemꝰ. Caueamus omnẽ radicẽ amaritudi
nis,

nis, ut nemo noſtrum mordax inueniatur,
nemo audax uel ardens, nemo inexorabi
lis aut rebellis. Nec uerò deorſum mitta-
mus nos, ſed tranſcendamus & tranſea-
mus letalẽ gloriæ tẽporalis obtutum, ut
Prou. 1. b. q̃ũo ſcriptum eſt: Fruſtra iaciat̃ rete ante
oculos pennatorꝝ. Conculcemus quoq;
leonẽ pariter & draconẽ, ut neq; illius ru
gitus terreat, nec iſtius flatus inficiat. Vi-
dent̃ hæc quatuor monſtra affectionibus
æquè quatuor ſingula ſingulis incubare.
Cui ergo potiſſimũ draco inſidiat̃? Aeſti-
mo quia cupiditati, ꝙ hãc nouerit eſſe ra
dicem malorꝝ oĩum, & quæ maximè cor
Mat. 4. b. ſubuertat. Inde. n. ẽt quaſi cõſulens dixit,
hęc oĩa tibi dabo. Nam de leone quidem
manifeſtũ eſt ꝙ niſi ad ianuã timoris ter-
rificos non dat rugitus. Porrò triſtitiæ fo-
res aſpis obſeruat, ꝙ eas maximè morſi-
bus ſuis ꝑuias arbitret̃. Vnde et ad Chr̃m
dñm donec iam eſurientem cerneret non
acceſſit. Econtra ſanè caueat neceſſe eſt lę
titia baſiliſcum, ꝙ eo potiſſimũ aditu ue-
nenatos ingerere ſoleat radios oculorꝝ:
nec uana gloria niſi ob lætitiæ noceat ua
nitatẽ. Illud quoq; conſidera, an fortè uir-
tutes quatuor, quatuor his tẽtationibus
opponere ualeamus. Leo rugiet, quis nõ
timebit? Siquis ille fuerit, fortis erit. Sed
fruſtrato leone, draco abſcõdit̃ in arena,
ut uirulentis flatibus attrahat aĩam, inſuf
flans ei quodã modo concupiſcentiã ter-
renorꝝ. Quis putas illius præteruitabit iſi
dias? Nemo utiq; niſi prudens. At fortè
dum ad iſta deſcendere caues, urget quis
moleſtia: et ecce protinus aſpis adeſt. Nã
opportunũ tp̃s ſibi inueniſſe uidetur. Quis
non exaſperabit̃ ab aſpide iſta? Nẽpè uir
temperans & modeſtus, qui ſciat abun-
dare, et penuriã pati. Puto ex hac occaſio
ne faſcinare te uolet male blandiens ocu-
lus nequã. Quis auertet faciem ſuã? Profe
cto iuſtus, qui nõ modo non ipſe ſibi acci
pere gloriam quæ dei eſt, ſed ne ab alio
quidẽ recipere uelit oblatam: ſi tñ ille ſit
iuſtus, qui iuſte qđ iuſtum eſt exequat̃, q
iuſtitiam ſuã non faciat coram hoĩbus, q
deniq; etſi iuſtus fuerit, caput non leuet.
Hæc. n. uirtꝰ ſpecialiter in humilitate cõſi
ſtit: Hæc intentionem purgat, hæc quoq;
meritum omne eo ueracius & efficacius
obtinet, quo minus arrogat ſibi.

De XIIII. *uerſu, Sermo* XV. *Vnde ſupra.*

Venite ad me oẽs qui laboratis & *Mat. 11. d.*
onerati eſtis: et ego reficiam uos:
dicit dñs. Tollite iugũ meum ſuꝑ
uos, & inuenietis requiem aĩabus ueſtris.
Iugum. n. meum ſuaue eſt, & onus meum
leue. Laborãtes ad refectionẽ inuitat, ad
requiem prouocat oneratos. Non tamen
interim onus ſubtrahit aut laborẽ, magis
aũt onere alio, alio labore cõmutat: ſed
onere leui, ſuaui iugo, ĩ quibus requies ac
refectio, etſi minus appareat, tñ inueniat̃.
Graue onus iniquitas ſedens ſuper talen-
tum plumbi. Sub hac gemebat ſarcina q
dicebat: Iniquitates meę ſupergreſſę ſunt
caput meum: & ſicut onus graue grauatę *Pſal. 37. a.*
ſunt ſuper me. Qđ ergo onus Chriſti, qđ
onus leue? Vt quidem ego ſentio, onꝰ be-
neficiorꝝ, dulce onus, ſed ei qui ſentit, ei q
experitur. Alioquin ſi non inuenias, ſi nõ
aduertas, graue omnino & periculoſum.
Oneriferum animal homo tp̃e ſuæ mor-
talitatis. Si adhuc portat peccata ſua, onꝰ
eſt graue, ſi iã forte exoneratus eſt à pec-
catis, minus quidem graue: ſed ſi ſanum
ſapiat, non minus grande onus inueniet
hãc ipſam quã diximus exonerationem.
Onerat nos cũ exonerat deus, onerat be
neficio cũ exonerat peccato. Vox onera-
ti: Quid retribuam dño pro oĩbus quæ re *Pſal. 115. a.*
tribuit mihi? Vox onerati: Exi à me, quia *Lucæ. 5. b.*
homo peccator ſum dñe. Vox onerati: Sẽ *Iob. 31. c.*
per. n. quaſi tumentes ſuper me fluctus, ti
mui deũ. Semꝑ (ĩquit) timui: ſicut ante, ſic
poſt acceptã indulgentiã peccatorꝝ. Bea
tus hõ q ita ſemꝑ eſt pauidus, nec minori
angit̃ ſolicitudine ne forte obruat̃ benefi-
cijs, q̃ peccatis. Ad hoc ſiquidẽ diuina no
bis tam ſedula erga nos & tam profuſa
beneficentia cõmendatur ut ſolicitemur
ad gratiam, inuitemur ad dilectionẽ. An-
gelis ſuis mandauit de te, ut cuſtodiãt te ĩ
oĩbꝰ uijs tuis. Quid ultra potuit tibi face-
re & nõ fecit? Noui quid cogites ĩgenua
creatura. Habes grãm angelis dñi, ſed ad
ip̃m ãbis dñm ãgelorꝝ. Oras & optas, ut

nunciꝭs non contentus,ipſe quocꝫ qui lo-
quebaᷣ,aſſit:nec te quaſi ꝑ mediū, ſed ſui
oris oſculo oſculeᷣ. Audiſti ſuꝑ aſpidē &
baſiliſcū leonem pariter & draconē tibi
ambulandū fore, nec ſuper dracone ipſo
uictoriā Michaelis & angeloꝝ eius igno
ras. Verūtñ nō Michaeli, ſed dño clamāt
Iob.17.a. deſideria tua. Libera me & pone me iu-
xta te,& cuiuſuis man⁹ pugnet cōtra me.
Hoc nēpè nō eſt mō aliꝭs, ſed ipſis quocꝫ
altioribus alti⁹ captare refugiū,ut ex ſen-
tentia profitenti qm̄ tu es dñe ſpes mea,
meritò rñdeaᷣ, altiſſimū poſuiſti refugiū
tuū. Nō.n.dedignaᷣ eſſe ſpes miſeroꝝ mi
ſerator & miſericors dñs: non ſeipſum li-
beratorem ſimul & protectorē in ſe ſpe-
rantibus exhibere recuſat. Qm̄ in me ſpe
rauit(ĩquit)liberabo eum: protegā eum,
Pſal. 126.a qm̄ cognouit nomen meum. Nempè niſi
dñs cuſtodierit ciuitatem, fruſtra uigilat
qui cuſtodit eam, ſiue ille homo ſiue etiā
angelus eſſet. Montes in circuitu Hieruſa
lem,ſed parum hoc,imò nihil hoc foret,ſi
non ēt dñs in circuitu eſſet populi ſui. Me
Canti.3.a. ritò proinde in Cantico ſponſa deſcribiᷣ
inuentis licet uigilibus(imò ab eis magis
inuenta:nec.n.eos ipſa quęrebat) nō ſub-
ſtitiſſe, nec contenta fuiſſe uigilibus, ſed
percontata breuiter de dilecto, ad ipm
ocyus peruolaſſe. Erat.n. cor eius nō in ui
Pſal.10.a. gilibus,ſed in dño fiduciam habēs. Et al'r
forte ſuadentibus aiebat: In dño cōfido:
qũo dicitis aĩæ meæ, tranſmigra in mon-
tem ſicut paſſer? Minus uigilanter id ob-
ſeruarant Corinthiꝭ,cū offenſis quaſi uigi
libus ſecederent apud eos, & minime ꝑ-
1.Cor.1.b. tranſirent. Ego quidam Cephæ,ego autē
Pauli,aiunt,ego uerò Apollo. Sed quid fe
cerunt uigiles ſobriꝭ uigiles circunſpecti?
Non.n. poterant ſibi ſuſcipere ſponſam,
qui bene eam æmulabanᷣ,qui æmulabā-
tur dei æmulatione, qui deſponderāt uni
uiro uirginem caſtā exhibere Chro. Per-
Cant. 5.c. cuſſerunt me et uulnerauerunt me,ait. Vt
quid ita? Ni fallor, urgebant ut ꝑtrāſiret,
proinde inuentura dilectū. Denicꝫ ēt tule
runt pallium meū (inquit) haud dubium
quin ut curreret expedita. Animaduerte-
re eſt q̃ ualide percutiat, quibus ſagittis
apoſtolus uulneret eos q̃ diuertiſſe apud
uigiles uidebanᷣ. Nūquid Paulus pro uo
bis crucifixus eſt, aut in noĩe Pauli bapti
zati eſtis? Et itē. Cū.n.dicit qs, Ego ſum
Pauli,alius aūt ego ſum Apollo, nōne ho
mines eſtis? Quid ergo eſt Apollo, quid
uerò Paulus? Miniſtri eius cui crediditis.
Qm̄ in me ſperauit, liberabo eum. Nō in
uigilibus,non in hoĩe, non in angelo, ſed ĩ
me(inquit)ſperauit:nihil boni niſi ex me,
ne per ipſos expectans. Omne.n. datum Iac 1.
optimū,& omne donū perfectum deſur-
ſum eſt,deſcendens à patre luminum. Ex
me uigiliȩ hoĩum utiles, circa opera uticꝫ
manifeſta, eis nimiꝝ cuſtodes hoĩes de-
putaui. Ex me excubiæ angeloꝝ obſeruā
tium,ſecretiores motus ſpūaliter ſolicitā
tiū,ꝓpulſantiū ſuggeſtores iniquos. Cę-
teꝝ intima ſanè cuſtodia ſecretiſſimæ in-
tentionis, non mō ex me, uerūetiā ꝑ me
fiat neceſſe eſt,qđ illo quidē humanus ne
queat,ſed ne angelicus quocꝫ oculus pe-
netrare. Agnoſcamus triplicē hanc cuſto
diā fratres,et exhibeamus nos eis quales
cuicꝫ cōuenit exhiberi. Prouideamus bo-
na corā hoĩbus, corā angelis,coram deo.
Contendamus placere oĩbus per oĩa,ſed
maximè ei q̃ maximus eſt ſuꝑ oĩa. In con-
ſpectu angeloꝝ pſallamus ei, ut in eis im
pleaᷣ qđ' ſcriptū eſt: Qui timent te, uide- Pſal. 11
būt me & lætabunᷣ:qa in uerbo tuo ſuꝑ-
perſperaui. Obediamus ꝓpoſitis nr̃is, qui
ꝑuigilant tancꝫ reddituri rōnē pro aĩab⁹ Heb. 13
noſtris,ut non cū triſtitia hoc faciant. Et
qdē gratias deo ex cuius ſolo munere ue-
nit,non eſt qđ' multū uos moneā, non eſt
ꝙ multū uobis timeam in hac parte. Qđ'
enim ē gaudium meū & gloria mea, niſi
prompta obeditio & irreprehēſibilis cō-
uerſatio ueſtra? Quid ſi certo cognoſcerē
ne angelos quidē amplius aliqd in uobis
cognoſcere qđ dedeceat,apud neminem
ueſtrū ex anathemate Hierico quippiam
occultari, non murmurare aliquē,nō de-
trahere in occulto, nō ſimulatorie agere
uel remiſſe, nō ignominioſas uoluere aĩo
cogitationes,qbus ſolet(heu)interdū ip-
ſa quocꝫ pars corꝑis ꝑturbari? Magnum
hoc mihi gaudiꝭ ĩcremētū,ſed nōdū uticꝫ

plenitudo. Non.n. tā magni ſumus ut poſ
ſit nobis adeo eſſe ꝓ minimo, ab hoĩe iu-
dicari nō poſſe, minus aūt nihil conſcios
eſſe nobis. Cæterū ſi occultiſſimū iudicē
timent ēt magni,quantū nos ad illius exa
minis memoriam conuenit trepidare?
O ſi mihi contingeret certū eſſe nil eſſe in
oĩbus nobis illū offendens oculū qui ſol⁹
perfecte nouit qd ſit in hoĩe, uidens in eo
& qđ' in ſe ille nō uidet. Hoc uel maximè
iudiciū ueſtigemus fratres, & eo amplius
frequentemus in timore & tremore ipſi⁹
conſiderationē,quo minus cōprehēdere
poſſum⁹ inueſtigabilē abyſſum iudicioꝝ
dei, & irrefragabilem diſpoſitionē. Cum
hoc timore ſpes habet meritū,cū hoc me
tu fructuoſè ſperaᷣ. Eſt autē is ipſe timor
firmiſſima quædā et efficax materia ſpei,
ſiquis prudenter aduertat. Siquidē maxi-
mū quoddam dei donū timor iſte, & ex
perceptione præſentiū firma eſt expecta
Pſal.146.b tio futuroꝝ. Poſtremo beneplacitum eſt
dño ſuper timentes eū, & uticꝫ uita in uo
luntate eius, & in beneplacito eius ſalus
æterna. Qm̄ in me ſperauit, liberabo eū.
Dulciſſima liberalitas, in ſe ſperantibus
non deeſſe. Hoc.n. totum hoĩs meritum,
ſi totam ſpē ſuam ponat in eo qui totum
Pſal. 21. a. hoĩem ſaluum facit. In te ſperauerunt pa-
tres noſtri,ſperauerūt & liberaſti eos,ad
te clamauerunt & ſalui facti ſunt:in te ſpe
rauerunt & non ſunt confuſi. Quis.n.ſpe-
rauit in eo & confuſus eſt? Sperate in eo
oĩs congregatio populi. Quemcūcꝫ.n. lo
cum calcauerit pes ueſter,ueſter erit. Pes
ueſter uticꝫ ſpes ueſtra eſt: & quātūcūcꝫ
illa proceſſerit obtinebit, ſi tñ ĩ Deū tota
figaᷣ,ut firma ſit & non titubet. Quid ti-
meat aſpidē aut baſiliſcū, quid leonis ru-
gitus, aut draconis ſibilos expaueſcat?
Qm̄ in me ſperauit,liberabo eū. Porrò li-
beratū quidē ne iteꝝ egeat liberari, ꝓte-
gam eū & conſeruabo, ſi tñ cognouerit
nomen meū,ne ſibi tribuat ꝙ liberatus ē,
ſed nomini meo det gloriā. Protegam eū
qm̄ cognouit nomen meū. In pręſentia.n.
uultus glorificatio, in notitia noĩs prote-
ctio exhibetur. Spes in noĩe, res in facie ē.
Roma. 8.c. Qđ.n.uidet quis,quid ſperat? Fides uticꝫ
ex auditu, & ea quidem, iuxta eundē apo Heb. 11.a.
ſtolum,eſt rerum ſubſtantia ſperandaꝝ.
Protegam eum qm̄ cognouit nomē meū.
Non nouit nomen eius qui illud aſſumit
in uanum,qui dicit ei dñe dñe, & non fa-
cit quæ dicit ipſe. Nōn nouit nomen eius,
qui eum nec honorat ut patrem, nec ut
dñm timet. Non nouit nomē eius qui ad
uanitates & inſanias falſas conuertitur.
Beatus uir cuius eſt nomen dñi ſpes eius, Pſal. 39. a.
& non reſpexit in uanitates & inſanias
falſas. Hoc nomen cognouerat qui dice-
bat: Non.n.eſt aliud nomen datum homi Acto. 4. b.
nibus in quo oporteat ſaluos fieri. Nos
quocꝫ ſi nouimus nomen ſanctum quod
inuocatum eſt ſuper nos, deſiderandum
uticꝫ nobis ut ſemper ſanctificetur in no-
bis:atcꝫ ita orādū, iuxta doctrinam uticꝫ
ſaluatoris: Pater noſter q̃ es in cœlis, ſan- Matt. 6.b.
ctificeᷣ nomē tuum. Denicꝫ audi quid ſe- Textus.
quatur ĩ pſalmo. Clamauit ad me, & ego
exaudiā eū. Hic fructus notitiæ noĩs, cla-
mor orõnis: porrò fructus clamoris, exau
ditio ſaluatoris. Qũo.n. aut non inuocans
exaudiri poterat, aut nomen dñi neſciens
inuocare? Gratias ei qui manifeſtauit ho
minibus nomen patris, fructum ſalutis
in eius inuocatione conſtituens, ſicut ſcri
ptum eſt: Quicuncꝫ inuocauerit nomen Ioel.2.g.
domini,ſaluus erit.

De XV. uerſu, Sermo XVI. Vnde ſupra.

CLamauit ad me,et exaudiam eū. Textus.
c Hoc planè eſt teſtamentū pacis,
hoc pietatis fœdus, hoc pactum
miſericordiæ & miſerationis. Sperauit in
me,liberabo eum. Nomen meum cogno
uit,protegā eū. Inuocauit me: & ego ex-
audiam eū. Niſi.n.hęc aut ſimilia diceret,
quis non diffideret? Quis gloriabitur ca-
ſtum ſe habere cor? Nunc aūt apud te ꝓ-
pitiatio eſt, & ꝑꝑ hanc legem tuam ſuſti-
nui te dñe. Dulcis lex, quæ meritum exau
ditionis in clamore conſtituit poſtulatio
nis. Clamauit(inquit) ad me, & exaudiā
eum. Meritò non exauditur qui clamare
diſſimulat,aut oĩno non poſtulans,aut te
pide poſtulās & remiſſe. Siquidem in deĩ
auribus deſiderium uehemēs clamor ma
gnus; è regione aūt remiſſa intentio, uox

ſubmiſſa. Qn̄ illa penetrabit nubes? qn̄ au
dietur in cœlis? Nempè ut clamãdum ſibi
nouerit homo, inter primordia ſuę or̄onis
ipſum quem oraturus eſt patrem in cœlis
eſſe protinus admonet̃, ꝙ uidelicet ĩpetu
quodam ſpũs, illo ſibi iaculãdam eſſe me
minerit or̄onem. Spũs eſt deus, & in ſpũ
clamet neceſſe eſt quiſquis clamorẽ ſuũ
ad eum deſiderat peruenire. Sicut.n. non
faciem hoĩs reſpicit tanq̄ homo, ſed ma-
gis intuetur cor: ſic ad cordis potius uocẽ
q̄ corporis aures eius: cui meritò dicitur:
Deꝰ cordis mei. Hinc eſt ꝙ Moyſes foris
Exo.14.d. tacens intus audit̃, dicente dño. Quid cla
mas ad me? Clamauit ad me, & exaudiã
eum: Non ĩmeritò. Clamorem magnũ ſa-
nè magnitudo neceſſitatis extorſit. Quid
enim clamans petiȷ̃t niſi conſolationem,
liberationẽ, glorificationẽ? Alioquin quo
modo ſuper his exauditur, ſi pro aliȷ̃s cla-
mat? Exaudiam eũ ait. In quo exaudies
dñe, uel in quibus? Cũ ipſo ſum, in tribu-
latione, eripiam eum, & glorificabo eũ.
Ad magnũ illud triduum qđ proximè ſu
mus celebraturi: hunc mihi ternariũ arbi-
tror referendũ. Siquidem & ipſe ꝑꝑ nos
tribulationem & dolorẽ inuenit, qn̄ ꝓpo
ſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, cõfuſio-
ne contempta. Veruntñ quæ de ipſo erãt:
ſicut ante mortẽ p̄dixerat, finẽ habuerũt:
& ſicut in morte dixit, conſummata ſunt:
& extũc ſabbatizauit. Nec dilata eſt glo
ria reſurrectiõis die tertia, ſummo dilucu-
lo ſol iuſtitiæ de tumulo ortus eſt nobis.
Ita ergo fructus pariter tribulationis &
ueritas ereptionis, in manifeſtatione glo-
rificationis apparuit. Nihilominꝰ quoq̄
& in nobis ſimile quoddam triduũ poſſe
uidebit̃ aſſignari. Cũ ipſo ſum (ait) ĩ tribu
latiõe. Qn̄ hoc niſi in die tribulationis no
ſtræ, in die crucis noſtræ, dũ impletur qđ
Ioan.16.g. ipſe ait: In mũdo quidẽ p̄ſſurã habebitis:
2. Tim.3.c. & qđ apoſtolus eius: Oẽs qui pie uolunt
uiuere in Chr̃o, perſecutionẽ patiunt̃? Nã
liberatio plena atq̄ perfecta ante diẽ ſe-
pulturę eſſe non poterit, ꝙ maneat iugum
graue ſuꝑ filios Adã à die exitus de uẽtre
matris eoꝝ uſq̄ in diem ſepulturæ in ma
trẽ oĩum. In hac ergo die eripiã eũ (inq̃t)
qn̄ nihil iam ultra qđ uel corꝑi uel aĩæ fa
ciat, mũdꝰ habebit. Sanè glorificatio diẽ
ultimũ manet, diẽ reſurrectiõis, qn̄ ſurget
in gl̃ia qđ in ignominia interim ſeminat̃.
Vnde ſcimꝰ ꝙ nobiſcũ ſit in tribulatiõe?
Ex eo utiq̄ ꝙ in ipſa tribulatione nos ſu-
mus. Quis.n. ſuſtineret, q̄s ſubſiſteret, q̄s
ꝑſiſteret ſine eo? Oẽ gaudiũ exiſtimemus Iaco.1.a.
cũ in tribulationes uarias inciderimꝰ fr̃es Actu.14.
mei, nõ mõ quia ꝑ multas tribulationes
oportet nos intrare in regnũ dei: ſed q̄m
iuxta eſt dñs his q̄ tribulato ſunt corde. Pſal.33.
Si ambulauero in medio umbræ mortis Pſa.22.
(ait q̄dã) nõ timebo mala, q̄m tu mecum
es. Ita ergo nobiſcũ eſt oĩbus diebus uſq̄
ad cõſũmationẽ ſeculi. Qn̄ aũt nos erimꝰ
cũ ipſo? Nimirꝝ qn̄ rapiemur obuiã Xp̃o
ĩ aera, & ſic ſemꝑ cũ dño erimꝰ. Qn̄ ap-
parebimus cũ ipſo in gloria? Nẽpè cum
Chriſtus apparuerit uita noſtra. Interim
ſanè abſcondat̃ neceſſe eſt ut p̄cedat tri-
bulatio ereptionẽ, ereptio glorificationẽ.
Vox liberati. Conuertere aĩa mea in re- Pſal.114.
quiẽ tuã: q̄a dñs benefecit tibi: q̄a eripuit
aĩam meam de morte, oculos meos à la-
chrymis, pedes meos à lapſu. Eripiã eũ,
et glorificabo eũ. Felix qui te interim cõ-
ſolatorẽ & adiutorẽ habet, adiutor in op
portunitatibus, in tribulatione. At q̄ feli-
cior quẽ iam eripuiſti et exemiſti tãtis ma
lis, q̄ felicior q̄ iã exc̃ptus de laqueo uenã
tiũ, q̄ iã raptus eſt ne malitia mutet ĩtelle
ctũ illius, aut ne fictio decipiat aĩam eius,
Lõgè tñ præ his oĩbus feliciſſimꝰ ille erit
quẽ aſſumpſeris ad teipſum, quẽ repleue-
ris in bonis domꝰ tuæ, & claritati tuę cõ-
formaueris eũ. Et nunc filioli clamemus ĩ
cœlũ, & miſerebit̃ nr̃i deus nr̃. Clamemꝰ
in cœlũ: q̄a ſub cœlo oĩa labor & dolor,
uanitas & afflictio ſpũs. Deniq̄ prauum Hiere.
eſt cor hoĩs & ĩperſcrutabile, ꝓni ſenſus
eius in malũ. Nõ eſt in me bonũ, hoc eſt ĩ
carne mea. Lex peccati in ea habitat, ad-
uerſus ſpũm cõcupiſcit. Poſtremo & cor
meũ dereliq̄t me, & corpus mortuũ ẽ ꝑꝑ
peccatũ. Sufficit autẽ diei quoq̄ malitia
ſua: & ẽ mundus ipſe poſitus in maligno.
Quã nequã in oĩbus ſeculum præſens, q̄
nequiter aduerſus aĩam ſecularia deſide-
ria

ria militare noſcuntur? Sunt & principes
mundi huius tenebrarꝝ harꝝ, ſpirituales ne
quitiæ, aereæ poteſtates, & inter eas cal-
lidior cunctis animantibus ſerpens. Hæc
ergo ſub ſole oĩa. Hęc oĩa ſub cœlo. Ad qđ
horꝝ confugium facis? In quo horꝝ oĩum
ſperas ſolatiȷ̃ aliquid, aliq̄d auxiliȷ̃ inueni-
re? Si quæras intra te, aruit cor tuũ, et obli
uioni datum te reperis, tanq̄ mortuum à
Pſal.30.d corde. Si infra te, corpus qđ corrumpitur,
Sapiẽ.9.d. aggrauat aĩam. Si circa te, etiam terrena
habitatio deprimit ſenſum multa cogitã-
tem. Quære ergo ſupra te, ſed cautus eſto
Iaco.1.c uentoſa agmina tranſilire. Quia.n. omne
datum optimũ, & omne donum ꝑfectũ
non niſi deſurſum eſſe nouerũt, mediũ iter
latrunculi obſedere. Tranſi ergo trãſi per-
uigiles illas neq̄tias, quę tam indefeſſe cu
ſtodiunt et obſeruant neq̄ in illam poſſit
Gene.39.c euadere ciuitatem. Si te percuſſerint, ſi uul
Mar.14. nerauerint, dimitte eis palliũ, qđ in Aegy
pto olim Ioſeph adulteræ dereliq̄t: dimit-
te ſindonem, ut cum euangelico illo iuue-
Iob.1.b ne profugias nudus ab eis. Nunq̄d nõ ſo-
lum palliũ eius & ſindonẽ dederat Deus
in manus impiȷ̃, in cuius facultatẽ & car-
nem dãs p̃tãtem, ueruntñ aĩam, ait, illius
ſerua? Ita ergo ſurſum cor, ſurſum clamor,
ſurſum deſideria, ſurſum conuerſatio, ſur-
ſum intentio, & oĩs expectatio tua deſur-
ſum ſit. Clama in cœlum ut exaudiaris, &
qui in cœlis eſt pater mittat tibi auxiliũ de
ſancto, et de Sion tueat̃ te. Mittat interim
auxilium de tribulatione, eripiat à tribu-
latione, glorificet in reſurrectiõe. Magna
ſunt hæc, ſed tu magne domine ꝓmiſiſti.
Ex tua promiſſione ſperamus, inde aude-
mus dicere: Si corde clamemus pio, certe
debes ex promiſſo. Amen.

De ultimo uerſu. Sermo. XVII. unde ſupra.

B Ene nobiſcũ agit̃ fratres, ſatis cõ-
petit huic tẽpori uerſus pſalmi. Ce
lebraturis ꝓxime dñicam reſurre
ctionem, iam nũc cuiq̄ noſtrũ ſua ꝓmitti
tur, ut feſtiuius in capite ſuo factum reco-
lant membra, qđ in ſeipſis præſtolant̃ ali
qn̄ faciendum. Cõgruus finis pſalmi, ubi
pſallentis finis ꝓmittitur tam beatus. Iu-
cunde complet̃, dum in eo ſpõdetur reple
tio tam iucunda. Lõgitudine, inquit, die- Textus.
rum replebo eum, & oſtendã illi ſalutare
meũ. Sępius uos admoneo fratres, ꝙ iuxta 1.Ti.4.c
Pauli ſñiam ꝓmiſſionem habeat pietas ui Roma.6.c
tæ eius quę nũc eſt pariter & futurę. Vnde
& idem ait: Habetis nunc q̄dem fructum
ueſtrũ in ſanctificationẽ, finem uerò uitã
æternã. Ipſa eſt quæ hoc loco ꝓmittit̃ ple
nitudo ipſa longitudo dierꝝ. Quid.n. tam
longũ, q̄ qđ æternum eſt? Quid tam lon-
gũ, q̄ qđ nullo fine præcidit̃? Bonus finis
uita ęterna, bonus finis qui finẽ nõ habet.
Et ſanè cuius finis bonus eſt, ipſum quoq̄
bonũ eſt. Amplectamur itaq̄ ſanctifica-
tionem, q̄m bona eſt, q̄m finis eius uita ſi-
ne fine. Sanctimoniã ſectemur & pacem. Hebr.12.d
ſine qua nemo uidebit Deũ. Lõgitudine,
inquit, dierꝝ replebo eum, & oſtẽdam illi
ſalutare meũ. Dextrę Dei eſt iſta ꝓmiſſio,
munus eſt dextræ quã ſibi olim ſc̃tũs por
rigi optabat. Operi, ĩquit, manuum tuarꝝ Iob.14.c
porriges dexterã: delectationes in dexte-
ra hac uſq̄ in finẽ. Hãc nimirũ & ille ſibi
porrigi optauit & obtinuit dexteram, de
quo pſalmiſta ait: Vitã petiȷ̃t à te, et tribui Pſal.20.a
ſti ei lõgitudinẽ dierꝝ ĩ ſeculũ, & in ſeculũ
ſeculi. Manifeſtiꝰ deniq̄ ſapiẽs dixit: In ſi-
niſtra illiꝰ diuitiæ et gloria, in dextera eius
lõgiturnitas uitæ. Quis eſt hõ q̄ uult uitã, Prouer.3.b
diligit dies uidere bonos? Hæc.n. uita qua
uiuimus, magis mors eſt: nec ſimpl'r uita,
ſed uita mortalis. Morit̃ homo dicimus,
qn̄ morti certiſſime appropinquat. Quid
uerò agimus ex quo primũ incipimus ui-
uere, niſi morti appropinquare, & incipe
mori? Sed & dies qualeſcunq̄ uitæ huius Gen.47.b
pauci & mali ſunt, ſicut ſc̃tũs p̃triarcha te-
ſtat̃. Ibi uere uiuit̃, ubi uiuida uita eſt & ui
talis. Ibi dies boni ubi interminabilis lõgi
tudo dierꝝ. Gr̃as ei q̄ tã nõ modo fortiter,
ſed & ſuauiter diſponit uniuerſa. Eorꝝ nẽ-
pe paucitas dierꝝ finiet̃ breui, quorꝝ ſuffi-
cit cuiq̄ malitia ſua. Vbi autẽ dierꝝ boni-
tas, æternitas quoq̄ nõ deerit. Lõgitudi-
ne dierꝝ replebo eũ. Q̄đ prius dixerat, glo
rificabo eũ, euidẽtius hoc uerſiculo decla
rauit. Cui tñ nõ ſufficeret ab eo glorifica-
ri, cuius ꝑfecta ſunt oꝑa? Non.n. tanta im
mẽſitas niſi in ĩmenſum quempiã glorifi-

care poteſt. Neceſſe eſt magna ſit glorifi
1. Pet. 1. d catio à magnifica gloria quæ deſcẽdit. Vo
ce delapſa à magnifica gloria, ait Petrus:
Bñ magnifica gl'ia gl'ificans tã magnifice,
in lõgitudine, in multitudine, in plenitudi
ne claritatis. Fallax gl'ia, & uana eſt clari
tas, dies hominũ breuis. Sapiẽs eiuſmodi
nõ optabit, magis loquet̃ ex corde ei q̃ in
tuet̃ cor. Et dic̃ hoĩs nõ deſideraui: tu ſcis.
Ego tñ plus aliq̃d q̃ non deſiderat deſide
ro, ut ne recipiã q̃dem. Scio.n. cuius uox
Ioan. 5. g ſit. Ego claritatem ab hoĩe non accipio.
Quàm uerò miſeri, qui gloriã quæ abinui
cẽ eſt quærimus, et nolumus eã quę à ſolo
eſt Deo. Sola ſiq̃dem ea quã ſolam negli-
gimus, longitudinem habet, ſola repletio
Eſa. 40. b nem. Breues dies hoĩs, & dies eius tanq̃
flos agri ſic efflorebit. Exſiccatũ eſt, inq̃t,
fœnum: & cecidit flos, uerbum aũt domi
ni in æternũ manet. Verus nimirũ dies qui
non nouit occaſum, æterna ueritas, uera
æternitas, ac proinde uera ęternaq; ſatie-
tas. Alioquin q̃uo gloria illa replebit, quę
fallax & uana eſt? Deniq; & inanis dicit̃,
ut uoueris te ex ea magis exinaniri poſſe,
nõ poſſe repleri. Bonũ ergo iterim magis
abiectio q̃ elatio eſt, bonũ magis neceſſi
tas q̃ uoluptas: qđ cum utraq; res citius
tranſeat, altera pœnã habeat, altera ſit pa
ritura coronã. Vtilis tribulatio, quæ ꝓba-
tionem operat̃, ducit ad gloriã. Cum ipſo
ſum, inq̃t, in tribulatione, eripiã eũ, & glo
rificabo eũ. Agamus gratias patri miſeri-
cordiaꝝ qui nobiſcũ eſt in tribulatione,
& in omni tribulatione nr̃a nos cõſolat̃.
Res.n. ut dixi, neceſſaria tribulatio q̃ i glo
riam uertit̃, triſtitia quę mutat̃ in gaudiũ.
Gaudiũ ſanè longũ qđ nemo tollit à no-
bis, gaudium multiplex, gaudiũ plenum.
Res neceſſaria eſt iſta neceſſitas, quæ co-
ronã parit. Non cõtemnamus fratres: ſe-
men modicũ eſt: magnus exinde fructus
exurgit. Forte inſipidũ, forte acerbum eſt,
forte granũ ſinapis. Nõ cõſideremus q̃ ui
dent̃: ſed quæ nõ uident̃ in eo. Quæ enim
2. Cor. 4 d. uident̃ tp̃alia ſunt: quæ aũt non uidentur,
æterna. Prælibemus primitias glorię, glo
riemur in ſpe gloriæ magni Dei. Non ſo-
lum autẽ, ſed ut dicam expreſſius, glorie-

mur in tribulatione. In ea ſiq̃dem ſpes glo
riæ eſt. Vide ſi non hoc ipſum docere uo-
luit ap'ls cum ſubiunxit: Q̃m tribulatio pa Roma. 5
tientiam operat̃, &c. Manifeſtè aduerte-
re eſt in his uerbis cũ præmiſiſſet apoſto-
lus gloriari in ſpe: non aliud aliq̃d ſed am-
plius eũ addidiſſe dicendo: Nõ ſolum au-
tẽ, ſed & gloriari in tribulationibus. Non
enim altera gloriatio cõmendat̃, ſed addi
tur ubi ſpes gloriæ, ubi ipſa ſpei gloriatio
requirat̃. Siq̃dem in tribulatione ſpes glo-
riæ, imò & ipſa in tribulatione gloria con
tinet̃: ſicut ſpes fructus in ſemine, ſic & ipſe
fructus in ſemine eſt. In hũc modũ etiam
modo regnũ Dei intra nos eſt, theſaurus
ingens in fictili uaſe, in agro uili. Eſt, inq̃,
ſed abſcõditũ eſt, felix q̃ ibi iuenerit illud.
Quid ille? Nẽpe q̃ meſſem magis cogita-
uerit q̃ ſementẽ. Oculus fidei inuenit hũc
theſaurũ, nõ ſecũdm faciem iudicans: ſed ui
dens quæ nõ apparent, ſed intuẽs quæ nõ
uident̃. Quàm ueraciter hunc theſauꝝ in-
uenerat, quem uolebat inueniri et ab alijs,
qui dicebat: Momentaneũ hoc & leue tri 2. Co.
bulationis nr̃æ, ſupra modũ in ſublimita-
te æternũ pondus glorię operat̃ in nobis.
Non dixit remunerabit̃, ſed æternum põ
dus gloriæ op̃at̃ in nobis. Latet gloria fra
tres mei, abſcõdita nobis eſt in tribulatio
ne, in momentaneo hoc latet æternitas, in
hoc leui pondus ſublime & ſupra modũ.
Interim ergo feſtinem⁹ nobis emere agrũ
iſtũ, emere theſaurũ iſtũ, q̃ abſcõditus eſt
in agro. Omne gaudiũ exiſtimemus cũ in
uarias iciderimus tribulationes. Dicam⁹ Eccl.
ex aĩo, dicamus ex ſñia: Bonum magis ire
ad domum luctus, q̃ ad domum cõuiuij.
Cum ipſo ſum in tribulatione, ait Deus:
& ego aliud interim requirã q̃ tribulatio
nem? Mihi adhærere Deo bonũ eſt. Non Pſal.
ſolũ aũt, ſed & ponere in dño ſpem meã:
q̃a eripiam eũ, inq̃t, & glorificabo eũ. Cũ
ipſo ſum in tribulatione. Delicię, inq̃t, meę Prou.
eſſe cũ filijs hominũ. Emmanuel nobiſcũ Luc.
Deus. Aue gr̃a plena, ait angelus ad Ma-
riam, dñs tecum. In plenitudine gratię no
biſcũ eſt, in plenitudine glorię erimus nos
cum eo. Deſcendit ut propè ſit his qui tri-
bulato ſunt corde, ut nobiſcũ ſint in tribu

latione noſtra. Erit aũt quando rapiemur
in nubibus obuiam Chriſto in aera, & ſic
ſemꝑ cum dño erimus, ſi tñ curemus in-
terim eũ habere nobiſcũ ut ſit comes uię,
qui pr̃iæ redditor eſt futurus: imò qui tũc
pr̃ia modo ſit uia. Bonũ mihi dñe tribula
ri, dũ modo ipſe ſis mecũ, q̃ regnare ſine
te, epulari ſine te, ſine te gloriari. Bonũ in
tribulatione magis amplecti te, in camino
habere te mecũ, q̃ eſſe ſine te uel in cœlo.
Pſal. 72. d Quid.n. mihi eſt in cœlo, & à te q̃d uolui
ſuꝑ terrã? Aurũ ꝓbat fornax, & uiros iu-
ſtos tẽtatio tribulationis. Ibi ibi cũ eis es
dñe, ibi in tuo nomine cõgregatis medius
aſtas, ſicut olim cũ tribus pueris es digna
tus ẽt ethnico apparere ut diceret, q̃a ſpẽs
Dan. 3. g quarti, ſimilis filio Dei. Quid trepidam⁹,
q̃d cũctamur, q̃d refugimus hũc caminũ?
Sæuit ignis, ſed dñs nobiſcũ eſt in tribula
tione. Si Deus nobiſcum, quis cõtra nos?
Nihilominus quoq; ſi ille eripit, q̃s eſt qui
rapiat de manu eius? Quis eſt q̃ de manu
eius poſſit eruere? Poſtremo ſi ille glorifi-
cat, q̃ſnã alius inglorũ faciet? Si ille glori-
ficat, q̃s humiliabit? Audi deniq; quanã
Textus. gloria ipſe glorificet. Lõgitudie, inq̃t, die-
rũ replebo eũ. Et primo q̃dẽ in eo ꝙ die-
rũ nomen plural'r poſuit, non uiciſſitudi-
nẽ aliquã, ſed multitudinẽ uoluit cõmen-
dare. Alioq̃n ſi uiciſſitudinẽ ſuſpicaris, me
Pſal 83. c lior eſt dies una in atrijs dñi ſuꝑ milia. Le
gimus ſanctos atq; ꝑfectos uiros etiã ab
his diebus nr̃is plenos, migraſſe dieꝝ: nec
ſanè aliud q̃ uirtutũ plenos, plenos intelli
gimus gr̃aꝝ. Nimirũ in hanc plenitudinẽ
uelut de die ĩ diẽ, de claritate in claritatẽ,
non q̃dam à ſuo, ſed à dñi ſpiritu trãsfor-
mant̃. Si ergo dies gr̃a dicit̃, ſi (ut ſupra me
minimus) ẽt dies hoĩs, claritas quæ ab ho
mine eſt: & male nitẽs gloria, quã abinui
cem quærimus: q̃uo nõ magis uerus dies
et plenus meridies uerę glorię plenitudo?
Quòd ſi dies plurimos diuiſiones dicim⁹
gratiaꝝ, q̃uo non in multiplici gloria die-
rum itelligit̃ multitudo? Poſtremo euiden
tius audi ſine ulla uiciſſitudine dies mul-
Eſa. 30. f tos. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis (ait ꝓphe
ta) & lux ſolis ſeptempliciter ſicut lux ſe-
ptem dieꝝ. Iſtis (ni fallor) cunctis diebus

uitæ ſuæ pſalmos ſuos cãtare in domo do
mini rex fidelis optabat. Erit.n. deuotos
eſſe Deo ad ſingula tantæ & tam multi-
plicis gloriæ munera, & in oĩbus ſemper
gr̃as agere, quaſi cunctis diebus pſalmos
dicere nomini eius. Longitudine dieꝝ re-
plebo eũ. Ac ſi manifeſtius dicat: Scio q̃d
deſideret, ſcio q̃d ſitiat, q̃d ſapiat ei. Non
ei aurũ uel argentũ ſapit, nõ uoluptas, nõ
curioſitas, non dignitas aliqua ſecularis.
Omnia detrimentũ facit, oĩa aſpernat̃ &
arbitrat̃ ut ſtercora. Exinaniuit penitus ſe
metipſum, nec ſe ex his patit̃ occupari, q̃-
bus nouit ſe nõ poſſe repleri. Nõ ignorat
ad cuius imaginem cõditus ſit, cuius ma-
gnitudinis capax ſit: nec ſuſtinet de modi
co creſcere, ut de maximo minuat̃. Itaque
longitudine dieꝝ replebo eũ, quẽ niſi lux
uera reficere, niſi æterna implere non põt.
Siq̃dem nec lõgiturnitas illa terminũ, nec
claritas illa occaſum, nec ſatietas illa faſti
dium habet. Erit.n. ſecuritas de æternita-
te, gloriatio de ueritate, exultatio de ſatie-
tate. Et oſtendã illi ſalutare meũ. Nimirũ
extunc uidere merebit̃ qđ optauit, cũ ſibi
rex gloriæ gl'ioſam exhibebit eccleſiã, nõ
hñtem maculã ob ſplendorẽ diei, ſed neq;
rugã ob oĩmodam plenitudinẽ ſui. Alio-
quin ad illius fulgorẽ luminis ſicut nõ im-
purus, ſic nec turbatus q̃dẽ in aliquo ani-
mus uel inquietus aſſurgit. Inde eſt ꝙ nũc Hebr. 12. d
quoq; (ut ſupra memini) ſanctimoniã ſi-
mul & pacẽ ſectari prępicimur, ꝙ ſine his
nemo uideat Deũ. Cũ ergo repleueris in
bonis deſideriũ tuũ, ut nõ aliud ſit qđ re-
quiras, ſerenato penitus ex ipſa plenitudi
ne aĩo, uidere iam poteris ſerenitatẽ illam,
illam plenitudinẽ maieſtatis, ſimilis Deo
factus, ꝙ uideas eũ ſicuti eſt: aut forte iam
plenus omni gloria in ſemetipſo, etiã fo-
ris ſaluationẽ quã operatus eſt Deus, &
plenã maieſtate eius omnẽ terram undiq;
circũſpiciet delicioſiſſim⁹ delicioſiſſimi ſe
culi habitator: ad hoc quoq; referri poſſe
uidebit̃ qđ adiecit: Et oſtendã illi ſalutare
meũ. Alioq̃n accipiamus ſi magis placet
ẽt hoc modo, ut ipſos quos ꝓmiſerat dies,
in hac oſtẽſione ſalutaris exponat. Longi Pſal. 120. c
tudine, inq̃t, dierũ replebo eum. Et tanq̃

quæreres unde erit dies in ciuitate de qua
legimus, qa nõ lucebit ibi ſol per diẽ, nox
.n.non erit in ea: oſtendam illi, ait ſaluta-
re meum: ut quemadmodũ & in illa ſcri-
Apo.21.g ptura dicit: Lucerna eius ſit agnus. Oſten-
dam illi ſalutare meũ. Nõ iam in fide eru-
diam, non iam exercebo in ſpe, ſed ſpecie
adimplebo. Oſtẽdam illi ſalutare meum,
oſtendã illi Ieſum meum, ut in æternũ iam
uideat in quẽ credidit, quem dilexit, quem
Pſal. 84. a ſemper optauit. Oſtende nobis dñe miſe-
ricordiam tuã, et ſalutare tuum da nobis.
Ioan. 17. a Oſtende nobis ſalutare tuũ, & ſufficit no
bis. Qui.n. uidet illum, uidet & te: qa ipſe
in te, & tu in ipſo. Hæc eſt autem uita ęter
na, ut cognoſcamus te uerũ Deũ, & quem
miſiſti Ieſum Chriſtum. Itaq; tunc dimit-
tes ſeruum tuũ dñe ſcdm uerbum tuum in
pace, cum uiderint oculi mei ſalutare tuũ,
Ieſum tuum, dñm meum, qui eſt ſuper oĩa
Deus benedictus in ſecula. Amen.

Sequuntur Sermones eiuſdem de diuerſis.

De nimia quadam fallacia præſentis uitæ Sermo.

Iob.7.a Vera omnino ſentẽtia fratres, quo-
niam tentatio eſt uita hominis ſu
per terram. Siqdem fallax eſt, nec
ſimpliciter fallere cõſueuit. Vt.n. multipli
citer illudat hominibus, mutat faciẽ, mu-
tat uocem, modo ait, modo negat, nec eru
beſcit: de ipſa quantitate ſua diuerſis diuer
ſa loquitur, imò & eidem diuerſo tpe cõ-
traria quoq; ſuggerit et aduerſa. Modo.n.
ſe breuem eſſe cauſat, modo ſimulat lon-
giorem. Cum peccare delectat adhuc, ge-
mit altius pro breuitate ſua. Nec breuitas
falſa, ſed gemitus fallax, quòd id memo-
ret cum mœrore, unde magis oportuerat
gratulari. Siqdem bonum eſt ei ſi ſic age-
re perſeuerat, ut flagitijs eius qbus uolun-
tas modum nõ ponit, uel neceſſitas finem
ponat. Expedit ei qui ſemper anima mo-
ritur, ut corpore citius moriat, magis au-
tem ei bonum erat ſi natus non fuiſſet ho-
mo ille. Et ipſa deniq; uitæ memoria bre-
uioris remedium magis quàm incẽtiuum
Eccleſiaſti debuerat eſſe peccati, ſicut ſcriptũ eſt: Me
ci.7.d morare nouiſſima tua, & in æternum non
peccabis. Quod ſi uſqueadeo regnat in te
peccatum, imò uſqueadeo delectat te ſer-
uire peccato, ut doleas tibi modicũ tem-
pus eſſe quo ſeruias ei, ſed eouſque latam
diligis uiam, ut omnimodis optes ſi poſ-
ſes eam etiam facere longam: uelis nolis,
non longe eſt finis eius, ſed tu fateor lõge
es à regno Dei, & firmiſſimum pepegiſſe
uideris cũ morte fœdus, pactũ cum infer-
no. Errauerũt (ait propheta) in ſolitudine
in inaquoſo, uiam ciuitatis habitaculi nõ Pſal.106.
inuenerũt. Solitudo hęc ſuperborũ eſt, qa
ſolos ſeſe reputãt, ſolos appetũt reputari.
Lratus eſt, odit ſociũ. Aſtutus in negocijs Nota.
ſecularibus, neminem uellet ſibi ſimilẽ inue
niri. Pecunioſus eſt, ſi diteſcere uiderit alte
rum, cruciat. Fortis eſt aut formoſus, da ei
parem, & cõtabeſcit. Solitarius eſt, ſed er
roneus. Errat in ſolitudine ſua: non.n. ſo-
lus habitare poterit ſuper terram. Nec mi
rum quod ſolitudini huic, inaquoſum ad-
ditur, ut dicat, in ſolitudine in inaquoſo. Si
cut enim in ſolitudinibus aquæ deeſſe ſo-
lent, & loca deſerta ſterilia quoq; et arida
eſſe cõſueuerũt, ſic ſuperbiam impœniten
tia comitatur. Elatum.n. cor, durum & ex
pers eſt pietatis, ignarum compũctionis,
ſiccum ab omni rore gratiæ ſpiritualis, qa Iac.4.b
ſuperbis Deus reſiſtit, humilibus uerò dat
gratiã. Qui emittis fontes in conuallibus, Pſal.103
inter medium montium (ait ꝓpheta) per-
tranſibunt aquæ. Hinc eſt ꝙ de ſeipſo mi
ſerabiliter conquerens ait: Anima mea ſi- Pſa.142
cut terra ſine aqua tibi. Siquidem aquæ
inopia nõ modo aridum, ſed & ſordidum
facit, dum non eſt quo laueris: & humanũ
cor lachrymas neſciens, non modo durũ,
ſed & impurum eſſe neceſſe eſt. Lauabo, Pſal.6.
ait, per ſingulas noctes lectũ meum, ut cõ
ſciẽtiæ maculas diluam. Lachrymis meis
ſtratum meũ rigabo, ne in me quoq; fiat
qđ ſcriptũ eſt, de ſemine quod cecidit ſu-
pra petram, & natum aruit, quia non ha-
bebat humorẽ. Errauerũt in ſolitudine in Matth.
inaquoſo: uiam ciuitatis habitaculi nõ in-
uenerũt. Errauerunt planè in inuio, & non
in uia. Neq; enim uia eſt lata uia. Rectitu-
do quippe ad uiã, latitudo ad planitiem
magis quã ad uiam ptinet. Solitudo inuia
lata eſt uia: et ubi nulla eſt uia, totũ eſt uia.
Sic eſt uita expoſita uitijs, latiſſimos ha-
bens

bens hincinde terminos, qa nullos termi-
nos habens. Nec uita ſanè dicẽda eſt, qua
nimirũ ſoli uiuit morti, apl'o teſte qui ait:
Roma.8.c Quia ſi ſcdm carnẽ uixeritis, moriemini.
Sic nec circuitus uia, et tñ impiorũ eſt uia,
Pſal. 11. b ſicut ſcriptũ eſt: In circuitu impij ambulãt.
Ipſa eſt ſpatioſa uia, cuius latitudinis ſpa-
tiũ nullis clauditur metis, ubi nec lex eſt,
nec præuaricatio. Hmõi ergo filijs diffidẽ-
tiæ qui totos ſeſe corporeis uoluptatibus
& ꝓprijs uoluntatibꝰ tradiderũt, fiducia-
liter fallax uita breuẽ ſeſe eſſe fatet, ut car-
nal'r doleant ꝙ inſtar principis ſui modi-
cum tps ſe habere cognoſcãt, atq; eo uehe
mẽtius ad omne flagitiũ inardeſcãt, ſicut
qdam dicere referunt. Non nos prætereat
flos tpis, coronemus nos roſis antequã
marceſcant. Nullũ pratum ſit qđ tã per-
trãſeat luxuria nr̃a, nullus ſit expers luxu
Sapiẽ.2. b riæ nr̃æ, ubiq; relinquamus ſigna lætitiæ,
qm̃ hęc eſt pars, & hęc eſt ſors nr̃a. Et ma
nifeſtius: Mãducemꝰ & bibamus, cras.n.
moriemur. Verũ id qdem rñdebit eis cras
iuſtitia ſua: nec manentẽ hic ciuitatẽ hñt
uel ipſi qui uiam ciuitatis habitaculi nõ in
uenerũt. Sed ꝙ eo magis peccare feſtinãt,
prorſus inſaniũt. Sanè eiſdẽ ipſis ſiqñ for-
te iminentis ſibi mortis cœperint horrere
memoriã, & terribilem expectationẽ iudi
cij cõtremiſcere, cõtinuo uitæ huius falla-
cia longã ſe eſſe mentit: ut quã pauloante
breuẽ eſſe dolebãt peccato uitã, nunc ean
dẽ repente iueniãt uſqueadeo ꝓlongatã,
ut ſecure ſe poſſe putẽt nõ modicã adhuc
partẽ cõſumere in pctis, ꝙ reliqua longa
ſit, & ſufficiat ad agẽdam pniam pro pec-
catis. Cæterũ ſicut prioribus niſi reſipue-
rint, timor quẽ timẽt eueniet, imò grauius
ꝗ; ꝙ uerent accidet eis, ut nõ modo flagi-
tiorũ tempus uelociter tranſeat, ſed & ſuc
cedat tps aut magis æternitas ſupplicio-
rum: ita & his cum dixerint pax & ſecuri
tas, repentinus ſupueniet interitus, ut non
poſſint nec dimidiare dies qbus ſeſe ſom-
niant adhuc eſſe uicturos, nõ illam quã ſi-
bi pollicent dimidiationem explere dierũ.
Eſa.22.d Vobis fratres, nec iam à triſtitia uerę bre-
uitatis, nec à fallaci cõſolatione ſimulatæ
lõgitudinis timeo, qđ certiſſime iã cœpe-
ritis ire in ciuitatem habitationis, nec am
buletis in inuio, ſed in uia. Vereor autẽ ne
uobis quoq;, ſed aliter uita ipſa ſimulatio
ne lõgitudinis illudere uelit, nõ cõſolatio
nẽ hinc afferens, ſed magis inferens deſola
tionẽ. Vereor, inquã, ne longiorẽ ſibi uitã
ſupereſſe qs reputãs, & grãdem ſibi reſta
re autumans uiã, obruat à puſillanimitate
ſpũs, & labores tantos & tã diuturnos ſu
ſtinere poſſe deſperet: quaſi uerò nõ ſcdm
multitudinem dolorũ ſuorũ in corde ſuo
cõſolationes diuinæ lętificent aĩas electo
rũ. Et nunc qdem ſcdm multitudinem do
lorũ, dum adhuc quaſi ad mẽſuram dant.
Cæterũ poſt hæc, delectationes, non iam
cõſolationes in dextris eius uſq; in finem.
Concupiſcamus illã dexterã fratres, quæ
totos amplexabit nos, ſuſpiremus ad de-
lectatiões illas: ut ſicut breue eſt oĩno tps,
etiã pauci uideant nobis dies præ amoris
magnitudine. Non ſunt condignę paſſio- Roma.8.d
nes huius tpis ad futuram gloriam quæ re
uelabit in nobis. Iucũda ꝓmiſſio, et uotis
oĩbus amplectẽda. Nõ.n. aſtabimus qua
ſi inanes & uacui ſpectatores, nec gloria
quaſi extrinſecꝰ reuelabit nobis, ſed in no
bis. Videbimus.n. Deũ facie ad faciẽ, ſed
nõ extra nos, qa in nobis erit, utiq; oĩa in
oĩbus. Nimirũ plena erit gloria illa etiam Pſal.64.b
oĩs terra, quanto magis aĩa ipſa replebit?
Replebimur, inquit, in bonis domus tuæ.
Et quid dico ꝙ nõ aderit nobis gloria, ſed
inerit? Nunc quoq; in nobis eſt, ſed tũc re
uelabit. Nũc.n. filij Dei ſumus, ſed nondũ
apparuit quid erimus. Fratres mei, ſi non
accepimus ſpiritum huius mundi, ſed ſpi-
ritum qui ex Deo eſt, ſciamus quæ à Deo
donata ſunt nobis. Ego.n. dico quoniam
omnia. Et ſi mihi nõ creditis, apoſtolo cre Roma.8.f
dite: Qui ꝓprio, ait, filio non pepercit, ſed
pro nobis omnibus tradidit illũ, quomo-
do nõ omnia etiam cum illo nobis dona-
uit? Hæc nempe poteſtas filiorũ Dei, quã
dedit his qui receperunt eum. Hæc gloria
cuiuſq; fidelis, gl'ia quaſi adoptati à pr̃e,
per eum utiq; cuius gloriam uidimus, glo
riam quaſi unigeniti à patre. Audi deniq;
poteſtatem: Omnia, inqt, poſſibilia ſunt
credenti. Sed adhuc multa, inquies, gra- Mar.9.d

uiter inquietant, multa euidentius aduer-
ſanť. Et miror quõ oĩa data memores, qui
bus ferè nulla famulanť ad uotũ. Seruire
nobis uidenť aliqua, ſed cum labore nr̃o:
nec niſi prius ſeruierimus eis. Iumenta ipſa
niſi fuerint à nobis nutrita, niſi domita, niſi
fuerint pabulo ſuſtẽtata, nõ adiuuãt. Ter
ra ipſa quę debuerat nobis eẽ germanior,
nõ ſine ſudore uultus nr̃i panẽ nobis mini
ſtrat: imò & cũ coluerimus eam, ſpinas &
tribulos germinat nobis. Et cętera oĩa de-
niq; ſi diligẽter cõſideremus, ſeruitiũ à no
bis magis exigũt q̃ exhibent nobis: ut ea
interim ſileã quæ ſunt parata nocere, ut eſt
ignis ad exurendũ, aqua ad ſubmergẽdũ:
ferę ad lacerandũ. Et hæc qdem ita ſe hñt,
ſed tñ non mentitur Apl's etiam alio loco
manifeſtius aſſeuerans ſcire ſe qm̃ diligen
Roma. 8. c tibus Deum oĩa cooperanť in bonum, his
qui ſcd̃m ꝓpoſitum uocati ſunt ſancti. Ve
runtñ ſolerter attende ꝙ non ad libitum
famulari: ſed, cooperari dicit ad bonum.
Neq;.n. ad uoluntatem ſeruiũt, ſed ad uti-
litatem: nõ ad uoluptatem, ſed ad ſalutẽ:
non ad uotum, ſed ad cõmodũ noſtrum.
Vſqueadeo ſiqdem in hunc modũ oĩa no-
bis cooperanť in bonũ, ut inter hæc oĩa ẽt
ea quę nihil ſunt numerenť, moleſtia, mor
bus, & ipſa mors etiam, & pc̃tm̃ quę qui-
dem cõſtat naturas nõ eſſe, ſed naturę cor
ruptiones. An uerò ei peccata ipſa nõ co-
operanť in bonũ, qui ex eis humilior, feruẽ
tior, ſolicitior, timoratior & cautior inue
niť? Hæ ſunt ergo primitiæ ſpũs, hę primi-
tiæ regni, hæc glorię pręlibatio, hoc pote-
ſtatis initium, & arra q̃dã paternæ hęredi
tatis. Cæterũ cũ uenerit qđ perfectũ eſt,
euacuabiť qđ ex parte eſt, ut ad uotum de
inceps omnia diſponanť, ꝙ indiſſolubili
uinculo copulata ſibi utile & iucundũ ſe
parari ultra nõ poſſint. Hoc nempe erit il
lud æternum glorię pondus de quo identi
2. Cor. 4. d dem ait apl's: Momentaneũ, inqt, hoc &
leue tribulationis noſtræ, ſupra modũ in
ſublimitate æternũ gloriæ põdus operať
in nobis. Perge ergo murmurare & dice-
Nota. re: Longum eſt, graue eſt, nõ poſſum tam
imania et tam diuturna portare. Apl's mo
mẽtaneũ & leue perhibet eſſe qđ tolerat;

& certe nẽcdũ à Iudæis qnquies quadra-
genas una min⁹ accepiſti, necdũ nocte ac
die in ꝓfundo maris fuiſti, necdũ plus om
nibus laboraſti, poſtremo necdũ uſq; ad
ſanguinẽ reſtitiſti. Vide ergo quã non ſunt
cõdignæ ad gloriã paſſiones. Qđ tribula
tionis eſt, momentaneũ eſt & leue: quod
gl'ię, æternũ eſt, et põdus ẽt ſupra modũ in
ſublimitate. Quid in ĩcertũ tibi dies & an
nos numeras? Trãſit hora, trãſit & pœna:
nec accedũt ſibi, ſed cedũt poti⁹ & ſucce
dũt. Nõ ſic gl'ia, nõ ſic remuneratio, nõ ſic
merces ip̃a laboris: neſcit uiciſſitudinẽ, ne-
ſcit finẽ, manet tota ſimul, & manet ĩ æter
nũ. Cũ dederit (inqt) dilectis ſuis ſomnũ, Pſal. 126.
ecce hæreditas dñi. Sufficit.n. nunc cuiq;
diei malitia ſua, nec laborẽ ſuũ poterit re-
ſeruare ſequẽti: ſed oĩum merces laborꝝ in
una illa die reddeť, cui altera nõ ſuccedit.
Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ (ait apo 2. Ti. 4.
ſtolus) quã reddet mihi nõ illis, ſed in illũ
diẽ iuſtus iudex. Melior eſt.n. dies una in Pſal. 83.
atrijs illis ſuꝑ milia. Guttatim pœna bibi-
tur, liquando ſumiť, per minutias tranſit:
nã in remuneratione torrens eſt uolupta-
tis, & fluminis impetus, torrens inundans
lætitiæ, flumẽ glorię, & flumen pacis. Flu
men planè eſt, ſed qđ affluat, nõ qđ fluat
uel effluat. Flumen uocať nõ ꝙ trãſeat uel
ꝑtranſeat, ſed ꝙ abũdet. Aeternũ, inquit,
glorię põdus. Nõ.n. nobis glorioſa ueſtis,
nõ glorioſa domus: ſed ipſa gloria ꝓmitti
tur. Si qd uerò illorꝝ aut ſimiliũ aliqñ dici
tur, figura eſt. Nã in ueritate iuſtorꝝ expe-
ctatio, nõ aliqđ lætum, ſed ipſa lętitia eſt.
Gaudent in cibis, gaudent in põpis, gau-
dent in diuitijs, gaudent & in uitijs homi-
nes: ſed luctus extrema occupat eiuſmodi
gaudiorꝝ, ꝙ gaudiũ in materia cõuertibi-
li mutari neceſſe ſit re mutata. Accẽditur
cere⁹: nõ purũ lumẽ eſt, ſed lucerna: ſiqdẽ
ignis ipſe ꝓpria fomenta cõſumit, nec niſi
ipſa cõſumptione foueť. Porrò deficiente
materia ẽt ipſe deficiet: & ubi illã uideris
prorſus exuſtã, hũc quoq; nihilomin⁹ ex-
tinctũ eſſe repies. Sicut ergo flãmę illi⁹ no
uiſſima fum⁹ occupat & caligo, ſic lętitia
lætæ rei in triſtitiam cõmutať. Nobis aũt
non fauũ mellis, ſed puriſſimũ & liqdiſſi-

mum mel repoſuit Deus, ipſam planè læti
tiam, uitã, gloriã, pacem, uoluptatẽ, amœ
nitatẽ, felicitatẽ, iucunditatẽ & exultatio-
nẽ theſaurizauit nobis dñs Deus noſter.
1. Cor. 1. d & hæc oĩa unum, ut ſit participatio Hieru
Coloſ. 3. b ſalem in idipſum. Et hoc unũ & idipſum
nõ niſi ipſe, ſicut ſupra meminimus, dicen
te apl'o, qm̃ erit Deus oĩa in oĩbus. Hæc
merces noſtra, hæc corona nr̃a, hoc brauium noſtrum: ad qđ utinã ſic curramus,
ut cõprehẽdamus. Fratres, nunq; prudẽs
agricola ſeminandi opportunitatẽ repu-
tat longiorem, ꝙ futuræ meſſis deſiderat
ubertatẽ. Veſtri aũt dies non minus utiq;
q̃ capilli oẽs numerati ſunt: & ſicut pilus
de corpore, ſic & momentũ de tpe nõ pe
ribit. Habẽtes ergo talem ꝓmiſſionẽ cha-
riſſimi, non deficiamus aut fatigemur ali-
quãdo: nec graue cauſemur onus Chriſti,
qđ teſte ipſo leue eſt, uel iugum, qđ reue
ra ſuaue eſt: ſed ad omne qđ uidemur por
tare pondus diei, æternum gloriæ põdus
Pſal. 113. b cogitemus. Ad quam nos ſua miſeratione
perducat uirtutum dñs & rex gloriæ, cui
interim deuota humilitate clamamus: Nõ
nobis domine non nobis, ſed nomini tuo
da gloriam.

De obedientia, patientia, & ſapientia. Sermo.

OBſecro uos fratres, per cõmunẽ
ſalutem, ſtudioſe ſuſcipite datã uo
bis opportunitatem operandę ſa
lutis. Obſecro per miſericordiã pro qua
tam miſerabiles uos facere ſtuduiſtis, fa-
cite ad qđ ueniſtis, ad qđ aſcendiſtis de
Pſal. 9. d fluminibus Babylonis. Suꝑ flumina Ba-
bylonis (ait ꝓpheta) illic ſedimus & fleui
mus, dum recordaremur tui Sion. Nulla
uobis hic nutriendorꝝ liberorꝝ cura, nulla
ſolicitudo quõ placeatis uxoribus: nõ de
nundinis, nõ de negocijs ſecularibus, non
de ipſo uictu & ueſtitu neceſſe eſt cogita-
re. Procul à uobis magna qdem ex parte
diei malitia, & ſolicitudo uitæ. Sic abſcõ-
dit uos De⁹ in abſcõdito tabernaculi ſui.
Vacate itaq; dilectiſſimi et uidete qm̃ ipſe
eſt Deus. Verum ut hoc qñq; poſſitis, cu-
rãdum eſt uobis prius ut uideatis qd eſtis
Pſal. 9. g uos, & iuxta eiuſdem ꝓphetę uocẽ, ſciant
gentes qm̃ hoĩes ſunt. Huic duplici conſi

derationi, tota hæc ueſtra uocatio tribua
tur, ſicut ſc̃tus orabat: Deus nouerim me,
nouerim te. Quõ.n. natus ſibi uidetur ho-
mo, ſi labores fugitans & dolores? Aut
quõ ſcit ſe eſſe hoĩem, q ad id paratus non
eſt ad qđ natus? Homo, inqt, natus ad la- Iob. 5. b
borẽ. Nam ad laborẽ natũ ſe dubitet, qui
nõ natus eſt in dolore. Sed dolorẽ partu-
riẽtis, clamor: laborẽ, prolis fletus indicat
& uagitus. Qm̃ tu laborẽ & dolorẽ conſi
deras, ait ꝓpheta: Labor in actionib⁹: do- Pſal. 9. g
lor in paſſionib⁹ eſt. Proinde q ſe nouerat
hoĩem, ad utrũq; paratus ſupplici confeſ-
ſione dicebat: Paratũ cor meũ Deus, pa- Pſal. 56. b
ratũ cor meũ. Et geminã hanc pręparatio Pſal. 118. h
nem euidentius exprimẽs, de actione qui- Pſal. 37. d
dẽ: Paratus ſum (ait) & nõ ſum turbat⁹, ut
cuſtodiã mandata tua. De paſſione uero:
Ego, inqt. in flegella paratus ſum, et dolor
me⁹ in cõſpectu meo ſemꝑ. Nemo ſanè in
hac miſera uita geminã hãc uexationẽ ſe
euadere glorieť. Nemo qppe ex oĩb⁹ filijs
Adæ ſine labore hic uiuit, nemo ſine dolo
lore. Eſt q declinat aliquos, ſed ĩcidit pro Pſal. 72. a
culdubio in grauiores. In labore, inqt, ho-
minũ nõ ſunt, & cũ hoĩbus nõ flagellabũ
tur. Nõ tñ cõtinuo ſine labore ſũt, aut mi-
nime flagellanť. Deniq; ꝓpterea, inqt, te
nuit eos ſuꝑbia. Grauis eqdẽ labor. Oper Ibidem.
ti ſunt iniqtate & ĩpietate ſua, grauib⁹ pla
nè flagellis. Siqdẽ nõ eſt gaudere impijs,
dicit dñs. Quòd.n. nec laboris anxietatẽ,
nec flagelli ſentiũt læſionẽ, ipſa iam inſen-
ſibilitas uehementiã indicat paſſionis. Su
dat pauper in oꝑe foris, ſed nunqd minus
anxie diues ĩtus in ipſa ſua cogitatione la-
borat? Aperit iſte os ſuũ in oſcitatiõe, ape-
rit ille ĩ eructatione, & ĩterdũ ille graui⁹ fa
ſtidio q̃ iſte inedia cruciať. Poſtremo ue-
lint nolint, nõ modo hoĩes, ſed ẽt dæmo-
nes & faciũt et patiunť qđ ꝓuidẽtia ſum-
ma diſpoſuit. Cęterꝝ nec leproſa obedien
tia, nec canina patientia cõmendať. Inde
eſt ꝙ non ſimpl'r petimus ut fiat uolũtas
dñi, quam in omnibus & per omnia fieri
certiſſime cõſtat (uolũtati.n. eius quis reſi
ſtit?) ſed ut fiat ſicut ĩ cœlo, & ĩ terra. Quã
nimirum adiectionẽ duabus quoq; pręce
dẽtib⁹ petitionib⁹ nihilominus reor aptã-

dam, ut patrem noſtrum qui in cœlis eſt
exoremus, quatenus & nomē eius ſancti-
ficetur, & regnū eius adueniat, et uolūtas
fiat. Hæc oīa ſicut in cœlo, ſic & in terra:
alioqn ubi non ſanctificat̄ nomē eius? Vbi
iam regnum eius, nō uenit qn̄ in noīe Ieſu
omne genu flectit̄, cœleſtium, terreſtrium
Philip 2. b & infernoꝝ? Scio te qs es ſanctus Dei, ait
ēt ipſe malignus. At lōge aliter & diſſimi
li ꝓrſus affectione nomē iſtud ſanctificat̄
in cœlis, ubi tā inenarrabili iucūditate cla
mat̄, ſc̄tūs ſc̄tūs ſc̄tūs dn̄s Deus ſabaoth.
Sic & regnat non in terra ſolū, uerūetiam
in gehēna, imperium hn̄s uitæ & mortis.
Sed oīno diſſimiliter regnat in his qui inui
ti ſeruiunt, & qui uolūtarie famulant̄. Bo
nus cibus obedientia, de qua nimirū & ip
Ioan. 4. e ſe dn̄s ait: Meus cibus eſt ut faciā uolunta
Pſal. 127. a tem p̄ris mei. Et ꝓpheta: Labores (ait) ma
nuum tuaꝝ qa manducabis, beatus es, &
bene tibi erit. Bonus cibus patientia pau-
peꝝ, quæ nō peribit in finē, panis lachry-
maꝝ, panis doloris. Verūtn̄ utriq; neceſſa
riū eſt condimentū, ſine quo uterq; inſi-
pidus nō modo non reficiat, ſed guſtatus
afferat mortem. Duriſſimus eqdem cibus
uterq; fratres, et niſi aliqd' tertium ſapora
bile apponat̄, utiq; mors in olla. Quid ue-
Exod. 15. d ro tam ſaporabile q̄ ſapientia? Nemp li
4. Re. 4. g gnum uitę eſt, qd' & ipſas aquas Marath
Lewi. 6. c per Moyſen dulcorauit. Farinula eſt, quę
Matt. 25. a pulmentū ꝓphetaꝝ per Heliſæum ſapo-
Lewi. 2. d rauit. Ignis eſt, qui ſemꝑ ardere pręcipit̄ in
Matth. 9. d altari. Oleū eſt, ob cuius inopiā uirginib⁹
& 14. g fatuis oſtium claudit̄ nuptiaꝝ. Sal eſt, qd'
Coloſ. 4. b nulli ſacrificio deeſſe iubet̄. Inde eſt ꝙ in-
ſulſos hoīes dicimus, quos intelligi uolu-
mus minime ſapientes. Et dn̄s ſal in nobis
habere præcipit. Apl's quoq; omnem no-
ſtrum ſermonem ſale monet eſſe cōditū.
Puto tn̄ hanc ipſam quā obedientię & pa
tiētię tertiā addi uolumus, ſapiētiā nihilo-
minus triplicem īueniri, ut noſtrū hoc cō-
dimentū uelut tribus qbuſdam herbis cō
ficiat̄. Opus eſt ut iuſtitia ſit in intentione,
hilaritas in operatione, humilitas in repu-
tatione. Inſipida nāq; Deo et inſulſa quo-
dāmodo noſtra obedientia ſeu ēt patiētia
eſt, niſi oīum quę uel agimus uel patimur,
ipſe ſit cauſa: qa et qcqd facimus, iubemur
facere in gloriā Dei, & non ſiqd patimur,
ſed ſiqd pp iuſtitiā patimur, beati. Opor-
tet aūt puſillanimitatem quoq; & triſti-
tiam in oībus quæ agēda ſunt uel toleran-
da, caueri, qa hilarem datorē diligit deus.
Deniq; hilaritas ipſa & deuota uoluntas *2. Cor. 9.*
ad eā, quā ſupra diximus, pręparationem
ſpecial'r noſcit̄ ꝑtinere. Porrò elationē ſuꝑ
oīa fugere neceſſe eſt. Quiſqs. n. altū ſapit,
& opus ei⁹ & patiētia uanū ſapit: nec gra
uior ullus ſapor, aut magis cōtrarius ē ue-
ritati. Vides'ne quā ſit utile homini ſcire ſe
ohiem, ut ꝓinde ſit paratus ad mādatoꝝ
obedientiā, & tolerantiā flagelloꝝ, ac de
inceps ſtudeat ut qui nec laborem īterim
pōt effugere nec dolorē, ſic ſaltem laboret
& doleat, ut hæc ſibi in cibos trāſeat ſalu
tares? Siqdem melior eſt obedientia q̄ ui
ctimæ, & melior eſt patiens uiro forti. In- *Eccleſ. 4*
obediētia eſt cauſa mortis, omnes experi
mur, omnes morimur pp eam. Impatien-
tia, aīæ perditio eſt, dicente dn̄o: In patien
tia ueſtra poſſidebitis aīas ur̄as. Nihilomi
nus aūt ſapientia quoq; quā diximus, ne-
ceſſaria eſt ad ſalutem. Siqdem nō ſolum
pp inobedientiā qbus obedientia defuit,
aut pp impatientiam qui patientia carue
runt: ſed & qui non habuerunt ſapientiā,
pp ſuam inſipientiā perierunt. Et hęc qui-
dem ut ſciant hoīes qm̄ hoīes ſunt, actio-
nibus iam & paſſionibus deputati. Erat
qn̄ in actione et meditatione poſitus erat
homo, ſine paſſione habens actionem, ha
bens etiam ſine labore meditationem. Di
co aūt quando poſitus eſt in paradiſum,
ut operaretur & cuſtodiret. Verum hinc
quoq; ſi non caderet, erat aliquando pro
mouendus ut iam frueretur cōtemplatio-
ne: ſicut & ex hoc inferiori gradu quē mo
do tenet, niſi reſurgere ſatagat, in infimum
eſt quandoq; caſurus: uidelicet ut in ſola
iam paſſione uerſet̄, ꝙ nec opus nec ratio,
ſed tantū paſſio apud īferos ſit. Felix qui-
dē cuius aīam corpus nō aggrauat, quia
nec corrumpebatur. Sed longe felicior ſi
ad hoc perueniſſet, ut minoratus actu, ple
nius perfectiuſq; perciperet ſapientiam,
gratis diligens corpus, tanq; in nullo in-
digens corpore. Eſſet. n. hic pulcherrimus
ordo, & erit adhuc qn̄ erit. Neq;. n. ali-
quatenus deſperādum, ut uidelicet ſicut
Pſal. 15. a aīa Deo, ſic aīæ caro dicere uideret̄. Qm̄
bonoꝝ meoꝝ nō eges, adīplebis me lęti
tia (ait) cū uultu tuo. Inde plenitudo, inde
ſatietas, cū apparuerit gloria tua. Nā qd'
de corpoꝝ reformatione, et conformatio
ne claritati corporis eius expectamus, ex
abūdanti quodāmodo et menſurę ſuper-
effluentia erit: ut feliciter qdem in ipſius
Pſal. 127. a glorificatione, ſed non principal'r gaudea
mus. Vxor, inqt, tua ſicut uitis abundans,
in lateribus domus tuæ. Honorabit̄ caro,
ſed iuxta mēſurā: nō in medio domus ha
bitās, ſed ſeorſum: nec ī facie nobis, ſed in
Ibidem. latere cōſtituta. Filij tui ſicut nouellę oli-
uarū, in circuitu menſę tuę. Nimirum ope
Apoc. 14. c ra etiā ipſa nō deerūt, ſed quæ nunc fiunt,
nō quæ fient tunc: ſicut ſcriptū eſt: Opera
. n. illorum ſequunt̄ illos. Verum etſi gratu
lemur et agamus gratias deo ſuꝑ his quæ
ipſius adiutorio geſſimus, nō primū tamē
eis locum dabimus, ſed in circuitu loca-
buntur. Nunc uero in regione corporum
habitantes, corporibus ſumus obnoxij, et
ex quo diſſipauerunt legē domini paren-
tes noſtri, nō modo faciendi tempus eſt,
ſed etiam patiendi, & omnium noſtrum
amplius labor & dolor. Durus equidem
cibus eſt, hordeaceus panis, ſed offenſo
rege, pulſus palatio miles quamlibet deli-
catus, ad unum forte quem ſolum habet
ſeruulum diuertere opus habebit: ibi foue
re latebras, & īſolita capere prādia: apud
eum regales delicias pultibus ruſticanis,
ac nobiles ſtratus ſterquilino mutare ſer-
uuli, iuxta illud ꝓpheticæ lamentationis:
Thre. 4. a Qui nutriebant̄ in croceis, amplexati ſunt
ſtercora. Ibiq; hoc maxime ꝓpheta deplo
rat, oblitas proprię conditionis ingenuas
creaturas tantā diſſimulare miſeriam: nec
modo nō reputare qd' tolerant, ſed tanq;
bona magna cōplecti q̄ paulominus ex-
Ibidem. trema ſunt mala. Propterea ſiqdem et de
ſeipſo ait: Ego uir uidens paupertatē meā
in uirga īdignationis eius. Gemamus nos
ſub hoc onere fratres, & præſentes deplo
remus ærumnas: frequēter qſq; noſtrum
in uocem pię querimonię erumpat & cla
met: Infelix ego homo, qs me liberabit, de
corpore mortis huius? Studeamus etiam *Roma. 7. b*
furari aliqn̄ noſmetipſos, & à peſſimis oc
cupationibus iſtis ſurripere uel ad horā:
iaculari animos, uibrare corda in id quod
ſuum eſt, & qd' quanto naturalius, tanto
ſuauius eſt. Hoc. n. eſt quod dicitur: Vaca
te et uidete qm̄ ego ſum Deus. Neq; enim
eſt oculoꝝ uiſio iſta, ſed cordium, cū do-
minus dicat: Beati mundo corde, qm̄ ipſi *Pſal. 45. b*
Deum uidebūt. Proprium hoc cordis bo- *Malth. 5. b*
num: nec ſeruili ad hoc indiget inſtrumen *Pſal. 101. a*
to: ꝓprius enim aīæ cibus eſt: de quo pro-
pheta: Aruit, inquit, cor meum, quia obli
tus ſum comedere panem meū. Sanè qd'
dicimus, dictu facilius nihil eſt, in compa
ratione dicimus opeꝝ: ꝙ longe ſit uolubi
lior lingua q̄ dextera, & leuius hęc ad uer
bum, q̄ ad actū illa moueat̄. Alioquin &
dictu & actu cogitatus facilior eſt, ꝙ in
eo qdem ſuo ipſius ore loquatur aīa, ſuis
uideat oculis, ſuis manibus operet̄. Quā-
uis & hic interdum laborare eā neceſſe eſt:
etiam in gemitu ſuo, & itra ꝓpriū quoq;
cubile compungi. Siqdem uſqueadeo ui-
uita nr̄a inferno appropinquauit, qui ſo-
lius utiq; paſſionis eſt locus, ut & actionē
paſſio, imò & ipſam quoq; cogitationem
actio & paſſio pariter occuparint. Nōne
. n. nobis quodāmodo paſſiuæ ſunt actio-
nes, et in cogitationib⁹ ēt dolor & labor?
Heu uitula Effraim docta diligere triturā,
aſſueta iugo, ignara quietis. Qn̄ ueniā &
apparebo ante faciem Dei? Qn̄ ceſſabūt
hæc oīa, & iam non erit amplius neq; lu-
ctus neq; clamor, ſed nec ullus dolor, ne-
que labor ullus? Qn̄ inebriabit aīam uber
tas domus Dei, & torrens ille indeficiens
uoluptatis diuinæ? Qn̄ totam ſibi eā ſere-
niſſimi contēplatio luminis uendicabit?
Filioli, cōcupiſcamus in atria dn̄i: crebro
ſuſpiremus illuc. Patria nr̄a ipſa eſt, o ſtre
mus ſaltē & à longe ſalutemus eā. Amen.

De cantico Ezechiæ regis. Sermo.

Iri ſanguinū et doloſi nō dimidia- *Pſal. 54. d*
u būt dies ſuos, perſeuerātes in ſua
uetuſtate uſq; ad mortem, et hoc
qa non timent dn̄m. Veꝝ qui timore Dei

initiatur ad ſapientiã,is cõtinuo dimidiat
dies ſuos,exclamans prę timore: Vadam
ad portas inferi. Cuius uticꝫ inferi metu
cũm cœperit qeſcere à malis, incipit de
bonis q̃rere conſolationẽ, qa neceſſe eſt
in alterutro cõſolari. Eſt autem bona con
ſolatio de ſpe ſalutis æternæ,in quã ſubla-
tis peccatis quę ſeparabãt inter ipſum &
deum, per dei gratiam reuiuiſcit & hilare
ſcit. In quo cũ cœperit proficere, hoc eſt
1.Timo.3.c pie uiuere in Chriſto,neceſſe eſt(teſte ſcri
ptura)pſecutionẽ patiaẽ: ut recẽs gaudiũ
uertaẽ ĩ mœrorẽ, & dulcedo boni uix ſum
mis(ut ita dicã)labijs attacta,in amaritu-
dinẽ commuteẽ,ita ut libeat dicere:Verſa
eſt cithara mea in luctũ, & cantatio mea
Iob.30.d in plorationẽ. Plorat ergo amarius amiſ-
ſam dulcedinẽ,q̃ prius fleuerat admiſſam
peccatorum amaritudinem:et hoc tandiu
facit, donec deo miſerãte cõſolatio redit.
Qua denuo redeũte,cognoſcit eã quã paſ
ſus eſt tẽtationẽ pbationẽ fuiſſe,nõ deſo-
lationẽ:porrò pbationẽ fuiſſe ad eruditio
nẽ,nõ ad deſtructionẽ,ſicut ſcriptũ eſt:Vi
Ibidem. ſitas eũ diluculo, & ſubito pbas illũ. Vn-
de & cognito ſuo de tẽtatione pfectu, nõ
tantum non refugit:ſed ẽt tentari appetit,
Pſal.25.a proba me,inquiens, & tenta me. Crebris
itacꝫ hmõi uiciſſitudinibus inter gratiæ ui
ſitationẽ,et tentationis pbationẽ, in ſcho
la uirtutũ pficiens, faciẽte uticꝫ uiſitatio-
ne ne deficiat, tentatione ne ſuperbiat: &
tali tandẽ exercitio mundato oculo ĩterio
ri,ſtatim adeſt lex, cui fideliter inhærere
cupiens: ſed corpore p̃ſſius nõ prę ualens,
ad ſeipſum nolens dolenſcꝫ reſilit. Guſta-
to tñ aliquatenus q̃ꝫ dulcis eſt dñs,eius ẽt
cum ad ſua redierit,in cordis palato ſapo
rem retinet, quo fit ut iam ipſũ, nõ ipſius
q̃cũcꝫ bona deſideret. Et hæc eſt charitas
nõ q̃rens quę ſua ſunt:hæc facit filium nõ
q̃rentẽ ſua,ſed prẽm diligẽtẽ. Timor quip
pe faceret ſeruũ ĩ ſua cõmoda declinantẽ,
Eſa.38.a ſpes mercenariũ ſua lucra ſectãtẽ. Per hos
pculdubio gradus. Ezechias trãſit, & ĩno
tuit trãſituris. Ego dixi in dimidio dierum
meoꝝ,uadã ad portas inferi. Ac ſi diceret:
Cũ depoſita imagine terreſtris hoĩs, ima-
ginẽ cœleſtis uellẽ portare, cœpi à timore,

ut prę ſcriptũ eſt. Cõcipiẽs exclamaui, ua
dã ad portas inferi. Quo tñ timore nequa
q̃ꝫ deſperans, q̃ſiui reſiduũ annoꝝ meoꝝ,
ut iam mihi uiuere inciperẽ, q cõtra me ui
xerã uſcꝫ adhuc. Quæſiui aũt ab illo q di-
xit:Sine me nihil poteſtis facere. Necꝫ.n. Ioan.15.
ad ipm ſine ipo nõ dicã reuerti,ſed nec cõ
uerti qdem poterã:utpote ſpũs uadens et
non rediens. Quæſiui ergo reſiduũ annoꝝ Pſal.77.
meoꝝ. Quo accepto (nõ.n.negat q ĩcitat
ad q̃rendũ) ſtatim uerã experior ſnĩam ſa
pientis,qui ait: Fili accedẽs ad ſeruitutem Eccleſiaſ
Dei,ſta in timore, & prępara aĩam tuã ad ci.2.a
tentationẽ. Tentationibus itacꝫ cũ urge-
ret,et ſpes recẽs quã cõceperã ſalutis,mihi
iamiamcꝫ intercludi uidereẽ: dixi nõ uide-
bo dñm deum in terra uiuentiũ:qđ uticꝫ
in abundantia p̃ſumpſerã. Dixi.n.in abun
dantia mea,nõ mouebor in æternũ, nõ at-
tendens ꝙ in uolunrate tua,nõ in poteſta-
te mea prę ſtitiſti decori meo uirtutẽ. Quã
obrem auertiſti faciem tuã à me, & factus
ſum cõturbatus,nequaq̃ꝫ iam uiſurus do-
minũ Deum.i.patrem,in terra uiuentium.
Non aſpiciã hoĩem ultra,uidelicet filium,
de quo dictum eſt:Et homo eſt, & qs co- Hier.17.
gnouit eum? Sed nec habitatorẽ quietis.i. Eſa.66.
ſpm ſctm̃,de quo ſcriptum eſt: Sup quem
requieſcet ſpũs meus, niſi ſup humilem &
quietum? Addidit quocꝫ, Generatio mea Textus.
ablata eſt & conuoluta eſt à me. Hoc eſt
bonoꝝ opeꝝ proles, quã ex timore cœ-
perã parturire,ut de aĩa nr̃a poſſit dici, &
q̃ multos habebat filios, ĩfirmata eſt. Ab-
lata ẽ aũt pia hęc ſoboles, & cõuoluta eſt
à me q̃ſi tabernaculũ paſtoꝝ:ad tp̃s uticꝫ
credita,nõ tradita in æternũ. Item adiecit.
Pręciſa eſt uelut à texẽte uita mea:ut diſce Textus
rẽ pfectus uitæ meæ nõ in mea, ſed in ma-
nu oĩpotentis,ſicut tela in manu texentis:
q̃nquidem dũ adhuc ordirer, hoc eſt ſta-
tim in initio ſuccidit me, quatenus eodem
pene tpe & dederit & tulerit quod dona
rat. Sed ſi defecit uirtus mea,non tñ dere-
liquit me,ne q cœperat, non poſſe pficere
uidereẽ. Quid multa? In ueritate mox com 2.Cor.
peri, qa uirtus in infirmitate pficiẽ, & aio.
Bonũ mihi qa humiliaſti me. Cognoui.n. Textus
qa de mane uſcꝫ ad ueſperã finies me.i.cõ-

ſummabis me. Non in ſolo mane uiſitatio
nis,aut tantũ in ueſpera tentationis, ſed in
utrocꝫ ſimul erit pfectio mea. Stultus ego
qui tantũ ſperabã uſcꝫ ad mane,cũ Dauid
Pſal.129.b dicat:A cuſtodia matutina uſcꝫ ad noctẽ
ſperet Iſrael in dño. Et qm̃ puſillus in ſpe,
quaſi leo ſic contriuit oĩa oſſa mea: robur
omne uidelicet, de quo adhuc ſub tutela
1.Petr.5.b gr̃æ futuroꝝ improuidus cõfidebã. Cõtri
uit autẽ qs, niſi aduerſarius noſter diabo-
lus, qui tanq̃ꝫ leo rugiẽs circuit q̃rens quẽ
deuoret? Tu ergo dñe ex hac contritione
humiliatũ et pbatũ de mane uſcꝫ ad ueſpe
rã finies me, qm̃ et factũ eſt mane et ueſpe
re dies unus. Quãobrẽ ego ut didici,bene-
dicã dñm in omni tpe,hoc eſt mane & ue-
ſpere:nõ ſicut ille qui confitebiẽ tibi cũ be
nefeceris ei:nõ ſicut illi qui ad tp̃s credũt,
& in tpe tentationis recedunt, ſed dicam
Iob.2.c cum ſanctis:Si bona ſuſcepimus de manu
dñi,mala aũt quare non ſuſtineamus? Et
in mane qdem ſicut pullus hirundinis ſic
clamabo, in ueſpere aũt meditabor ut co
lumba,quatenus & cũ gr̃æ matutinũ arri
ſerit,in modum hirundinis exultãs & cla
mitãs gr̃as agam pro uiſitatione, & cum
ueſpera ingruerit,nõ deerit ſacrificium ue-
ſpertinũ,cũ inſtar colũbę gemẽs, lachry-
mas fundã in tribulatione. Sic.n.deſeruiet
tempus utrũcꝫ Deo, cum & ad ueſperum
demorabitur fletus, & ad matutinum læ-
titia. Mœrẽs mœrebo in ueſpa,quo lætus,
fruar matutino. Placet utrũcꝫ Deo, & pec
cator cõpũctus, & iuſtus deuotus:cui è re
gione diſplicet tã ĩgratus iuſtus, q̃ꝫ pctõr
ſecurus. Aut certe ſicut pullus hirundinis
hac illacꝫ diſcurrens. Marthæ me officijs
mãcipabo,hilarẽ datorẽ me exhibẽs om-
ni neceſſitatẽ patienti: & meditabor ut co
lũba: gemẽdo uticꝫ qđ obſtat, dũ qđ re-
ſtat intueor. Hoc aũt faciã mane & ueſpe
re,hoc eſt prius et poſterius,iuxta qđ in ty
Gene.29.e pum utriuſcꝫ uitæ dictũ eſt à Laban. Nõ
eſt cõſuetudinis ut minores ante tradam⁹
ad nuptias,quanq̃ꝫ indifferenter de altera
Iob.7.a ad alteram trãſeaẽ. Qđ ſignificare Iob pu
to ubi ait:Si dormiero,dico,qñ ſurgã? &
rurſum expectabo ueſperã. Quieſcẽs quip
pe in ueſpera cõtemplationis, mane deſi-

derabat quo ſurgeret ad actionem: rur-
ſumcꝫ negocijs fatigatus, expectabat ue-
ſperã,libenter repetens ocia cõtemplatio-
nis. Põt & p garrulã auiculã,cantus ſimul
pſallentiũ in eccleſia: & per gementẽ colũ
bam, priuata orationũ ſuſpiria deſignari.
Sed mediã ſnĩam magis uelle uideẽ ſequẽs
uerſiculus. Attenuati ſunt oculi mei ſuſpi- Textus.
ciẽtes in excelſo. Siue.n.dicatur attenuati,
hoc eſt ſubtiles facti, pro aſſiduitate ſuſpi-
ciẽdi in excelſo,uidelicet ſublimia (atcꝫ ex
celſa cõtemplandi:ſiue intelligaẽ, attenua
ti.i.reuerberati, & à ſuo quodãmodo acu
mine ĩminuti,iuxta illud:Defecernnt oculi Pſal.118.a
mei in eloquiũ tuũ. Et rurſum: Memor fui
Dei, & delectat⁹ ſum, & exercitatus ſum,
& defecit ſpũs me⁹. Siue ergo illo,ſiue hoc
modo accipiaẽ, non aliud q̃ꝫ cõtemplatio
deſignaẽ. Cęteꝝ poſterior expoſitio ſequẽ
tib⁹ magis cõuenire uideẽ. Ait.n. Dñe uim
patior. Quaſi dicat:Dñe non ſpõte,ſed in- Sapiẽ.9.d
uitus retrahor & arceor à tui cõtẽplatio-
ne:qa corpus qđ corrumpiẽ, aggrauat ani
mã, & deprimit terrena ĩhabitatio ſenſum
multa cogitantẽ. Rñde ergo tu ô cõditor
pro me,qui noſti naturæ conditionẽ. Aut
ſi peccata mea hoc faciũt,nec eſt culpa na
turæ,ſed meæ peſſimæ cõſuetudinis,etiam
ſic nihilominus rñde pro me affigens pec-
cata cruci, & ſanguine tuo delens, ut non
ſit qđ me impediat contemplantẽ. Nam
qd dicam,aut qd rñdebit mihi cum ipſe fe
cerit? Ad quem me uidelicet alium uertã,
aut qs alius rñdebit pro me, cum ipſe non
alius hanc mihi difficultatẽ imò impoſſi-
bilitatem impoſuerit,dando ſuo me illam
ſnĩam:In ſudore uultus tui comedes panẽ
tuum? Qđ ſi non fecerit,legiẽ:ſed,fecerim: Gene.3.d
arguit ſe ꝙ quaſi culpam in authorem re-
torſerit,cum de natura cauſatus eſt, & to-
tum ſibi imputat & ſuis peccatis dicens,
quid dicam,aut quid rñdebit mihi, cũ ipſe
fecerim? hoc eſt, id qđ patior, peccando
meruerim. Quãobrem unũ eſt qđ facere
poſſum. Recogitabo tibi oẽs annos meos
in amaritudine aĩæ meæ. Nempe non ſum
dign⁹ ut ualeã te recogitare cũ dulcedine,
faciã qđ poſſum, cogitabo meipm ĩ ama
ritudine aĩæ meę. Lucem habitas inacceſ-

diu tenere non poſſit. Siqdem putreſcunt
funes, & pudoris uinculum aut obliuiſci-
mur, aut abrũpimus cito. Eſt aũt qui cla-
uis cõfigitur dño maieſtatis, quem timor
Dei ligat, qui nõ expaueſcit ad uultus ho
minũ, ſed ad memoriã gehennalium tor-
mentoꝝ. Et hic qdem peccare nõ metuit,
ſed ardere. Durius tñ & fortius primo im
primitur, qa cum ille uacillet in ꝓpoſito,
iſte ꝓpoſitũ nõ amittit. Tertius uero glu-
tine ei conglutinatur, id eſt, charitate, qui
tã ſuauiter q̃ ſecure ligatus adherẽs Deo,
unus ſpũs eſt cum eo. Iſte eſt qui quęcũq;
undecunq;, ſiue quæ facit, ſiue quæ ei fiũt,
ad ſuũ cõmodum reuocat & retorquet.
Beatus hmõi homo, & abũdanti ſpũs in-
fluens maieſtate, qui ſuauis et unctus por
tat omnes, & neminẽ onerat ipſe: qui ter-
ribilius & horribilius ipſa gehẽna iudicat
in re leuiſſima uultũ omnipotẽtis ſcienter
offendere. Hic eſt fratrũ amator & popu
2. Macha. 15. c li Iſrael. Hic eſt qui multũ orat pro popu-
lo, & pro ciuitate ſancta Hierl'm. Glutino
Eſa. 41. b bonũ eſt, ait Eſaias. Bonũ eſt reuera & iu
cundũ, qa alia duo (ne mala dixerim) cõ-
paratione iſtius grauia & ĩportabilia ſũt.
Sed ille miſericors oculus q nouit figmen
tum noſtrũ, neminem ſaluandoꝝ dimit-
tit ĩ primo, ſed ꝓuehit ad ſcd̃m: & nec ibi
deſerens, de ſecundo ꝑducit ad tertiũ. Pri
mo ſiqdem qa pudet deſerere, æſtuantes
uix ſuſtinemus ad horã, ſecũdo iam timẽ-
tes & ſperantes ꝓficimus, tertio ꝑficimur
amantes. Sic igit̃ duobus præcedentibus
timore pariter & pudore excluſis, in ſoli⁹
amoris reclinatorio cõmoramur. Ita &
Chriſtus prius qdem ligat̃, ſecũdo crucifi
gitur, tertio glutinoſa aromatũ inunctio-
ne linitur: non ꝙ opus haberet corpus il-
lud hmõi aromatibus ſolidari, qđ diſſolui
oĩno non poterat, aut uidere corruptionẽ:
ſed qui ꝑꝑ nos Iudæoꝝ ſputa ſuſtinuit, ꝓ-
pter nos quoq; fidelium non eſt dedigna-
tus unguenta. Et attende ꝙ uix unius diei
ſpatio in funibus et clauis morat⁹, cũ un-
ctione uictor, qui uicturus perẽniter reſur-
rexit. Sic & dilectos in duobus prædictis
nõ diutius patit̃ ĩmorari, ſed ungit eos un-
ctione miſericordiæ ſuæ, ut crucifixi mun-
do, & mundus illis, iam reſurgant in noui
Roma. 8 tate ſpũs, & dicant: Quis nos ſeparabit à
charitate Dei? Hoc glutine agglutinauit
nos ſibi ille diuinus intuitus à cõſtitutione
mũdi, ut eſſemus ſancti & ĩmaculati in cõ
ſpectu eius in charitate. Scimus. n. qa qui
natus eſt ex Deo, nõ peccat, qa generatio
cœleſtis ſeruat eũ. Generatio cœleſtis eſt
æterna prædeſtinatio, qua Deus pręuidit
nos cõformes fieri imaginis filij ſui. Ex his
nullus peccat. i. in peccato ꝑſeuerat: qa no
uit dñs qui ſunt eius, et ꝓpoſitum Dei ma
net ĩmobile. Et ſi horrendoꝝ criminũ no
ta Dauid inurit̃, etſi Maria Magdalene ſe
ptem dæmonijs cumulat̃, & ſi princeps
apl'oꝝ in ꝓfundum negationis ſubmergi-
tur: nõ eſt tñ qui de manu Dei poſſit erue
Ibidem re. Quos. n. p̃deſtinauit, hos et uocauit: et
quos uocauit, hos & iuſtificauit. Non'ne
huic adhærere Deo bonũ eſt? Quęrite fra
tres, quærite dñm, & cõfirmamini, quæri
te faciem eius ſemꝑ. Quærite dñm, & ui-
uet aĩa ueſtra. Et aĩa mea, ĩquit, illi uiuet,
quæ mundo mortua eſt. Quæ. n. mũdo ui
uit, non illi uiuit. Sic ergo quæramus eum
ut & ſemꝑ quæramus, & cũ uenerit quæ-
rere nos, dicatur de nobis. Hęc eſt gñatio
quærẽtiũ Deũ, quęrentiũ faciẽ Dei Iacob.
Pſal. 23 Sicq; aperiant̃ portę ęternales, & introeat
rex glorię, et nos cum illo, qui eſt Deus be
nedictus in ſecula. Amen.

De uerbis Abacuch ꝓphetæ, Super cuſtodiam meã ſtabo: quòd aliter reprobis, aliter electis ſapiat uerbum Dei, Sermo.

I Egimus in euangelio ꝙ prædican Ioan. 6
te dño, & ſub myſterio edẽdi cor
poris ſui diſcipulos ad cõmunicã
dum paſſionibus ſuis admonẽte, dixerint
qdam: Durus eſt hic ſermo: & ex hoc iam
nõ fuerint cũ eo. Interrogati uerò diſcipu-
li an & ipſi uellent abire: Dñe, inquiunt,
ad quem ibimus? Verba uitæ æternæ ha-
bes. Ita dico uobis fratres, uſq; hodie qui-
buſdam manifeſtum eſt qm̃ uerba quę lo
quit̃ Ieſus, ſpiritus & uita ſunt, & ꝓpterea
ſequunt̃ illum: alijs dura uident̃, & miſerã
alibi quærunt conſolationẽ. Sapientia ſi-
quidem in plateis clamitat in lata uideli-
cet & ſpatioſa uia quæ ducit ad mortem,
Pſal. 94. b ut reuocet ambulantes per eam. Deniq;
quadraginta annis, inquit, ꝓximus fui ge-
nerationi huic, & dixi ſemꝑ hi errant cor-
Pſal. 61. c de. Habes & in alio pſalmo. Semel locu-
tus eſt Deus. Semel utiq;, qa ſemper: una
enĩ, & nõ ĩterpolata, ſed cõtinua & per-
petua locutio eſt. Reuocat autẽ peccato-
res ad cor, de cordis errore redarguit, pro
eo ꝙ ibi habitet ipſe, ibiq; loquat̃, faciens
nimirum qđ docuit per ꝓphetã dicẽtem:
Eſa. 40. a Loquimini ad cor Hierl'm. Nam Baby-
lon qm̃ terra eſt, nec poteſt ſuſtinere uni-
uerſos ſermones eius, elongat̃ à corde, &
in carne magis ambulat, tanq̃ mortua à
corde: imò tanq̃ columba ſeducta nõ ha-
bens cor. Vult. n. lætari cum malefecerit,
& exultare in rebus peſſimis, audiẽſq; uo
cem dñi hmõi gaudia nullatenus appro-
bantẽ, ſed deteſtantẽ, ſed arguentem, ſed
condemnantẽ, fugit & abſcõdit ſe in ſimi
litudine pręuaricatoris Adæ. Sed heu me
q̃ uile operimentum quæris miſera aĩa, q̃
inutile quæris operimẽtum. Folia. n. ſunt
quæ intexis, folia, inquã quæ nil tibi calo-
ris præbeant: nil habeãt ſoliditatis. Orto
deniq; ſole areſcent, & uẽtus urens diſper
get illa, tu uerò nuda & miſera remane-
bis. Tunc ergo nihil opertum qđ non re-
ueletur, qm̃ ueniet dñs qui & illuminabit
abſcõdita tenebraꝝ, et manifeſtabit con
ſilia cordiũ. Non erit iam quo lateas miſe
ra. Fruſtra dices mõtibus, cadite ſuꝑ nos:
& collibus, operite nos: qm̃ nudã et aper
tam oportebit te ſtare ante tribunal Chri
ſti, ut audias uocem iudicij, quæ uocẽ con
Matt. 4. a ſilij cõtempſiſti. Ecce. n. qd loquit̃ Deus:
Agite, inquit, pnĩam: & diſſimulant mul-
ti, & cõtinent aures ſuas, & dicunt, durus
Matt. 25. d eſt hic ſermo. Nõ ſic impij non ſic diſſimu
lare poteritis cum ſonabit aſpeꝝ illud uer
bũ, & auditio mala: Ite maledicti in ignẽ
æternum. Videtis fratres q̃ ſalubriter ad-
moneat nos ꝓpheta ut ſi uocem eius au-
dierimus hodie, nõ obduremus corda no
ſtra. Eadem. n. penè uerba et in euangelio
legitis, et in ꝓpheta. Ait enim dñs in euan
Ioan. 10. c gelio: Oues meæ uocem meam audiunt.
Pſal. 94. b Et ſanctus Dauid in pſalmo: Populus, in-
quit, eius (haud dubium quin dñi) et oues

paſcuæ eius: hodie ſi uocẽ eius audieritis,
nolite obdurare corda ur̃a. Vtilius nanq;
& multo ſalubrius eſt hodie audire eũ cõ
ſulentẽ, conſolantẽ, admonentẽ, docentẽ,
& ut multũ arguentẽ, increpantem, corri
pientẽ, q̃ ĩ die illa tam amara, tã lugubri,
tam tenebroſa audire illũ iudicantẽ, indi-
gnantẽ, ulciſcentẽ, ſæuientẽ, cõdemnantẽ.
Bonũ, inq̃, mihi ut humilier, ut corripiat Pſa. 140. b
me iuſtus in miſericordia & increpet me,
q̃ ut oleũ pctõris ĩpinguet caput meũ, ne
forte terra ĩueniar, quã ꝑcutiat uirga oris
ſui, qñ uaſa figuli uirga ferrea cõterentur.
Bonũ mihi ꝑꝑ uerba labioꝝ eius cũ pro- Pſal. 16. b
pheta cuſtodire uias duras: q̃ pariter cum
impio ĩterfici ſpiritu labioꝝ eius. Nũc aũt
ſiqd amaritudinis ſentio in uoce eius, non
ſine dulcedine eſt: qm̃ cũ irat⁹ fuerit, miſe-
ricordiæ recordabit̃: imò uerò & ipſa indi
gnatio nõ aliunde q̃ de miſericordia eſt.
Quos. n. amat, arguit & caſtigat, et flagel
lat oẽm filiũ quẽ recipit: uiſitans in uirga
iniqtates eius, & in uerberibus peccata ip
ſius: miſericordiã aũt ſuã nõ diſpergit ab
eo. Propterea q prudẽtes ſunt, nõ operiũt
uulnera ſua, ſed detegũt: et confitent̃ dño
qm̃ bonus, qm̃ in ſeculũ miſericordia ei⁹:
& ſic uinũ reprehenſionis infundit, ut non
deſit oleũ cõſolationis. Propterea, inquã,
ſapiens apprehẽdit diſciplinam nequãdo
iraſcatur dñs, & iam ſecundũ multitudi- Eccleſiaſtici. 7. d
nẽ iræ ſuæ non q̃rat, ſed recedat zelus eius
ab ipſo. Inde eſt. n. ꝙ ſapientis cor ubi tri-
ſtitia, cor uerò ſtultoꝝ ubi lætitia: ſed tri-
ſtitia illius cõuertet̃ in gaudiũ, & extrema
gaudij illoꝝ luct⁹ occupabit. Audi deniq;
Abacuch ꝓphetam q̃uo dñicam non diſ-
ſimulet ĩcrepationẽ, ſed ſedula ac ſolicita
circa eã cogitatione uerſet̃. Ait enim: Suꝑ Abac. 2. a
cuſtodiam meã ſtabo, & figam gradũ in
munitionẽ: ut uideam quid dicat mihi, &
qd rñdeam ad arguẽtem me. Et nos ergo
fratres obſecro ſuper cuſtodiã noſtrã ſte
mus, qm̃ tempus militiæ eſt. Nec in ſter-
quilinio hui⁹ miſeri corporis, ſed in corde
ubi Xp̃s habitat, in iudicio & conſilio ra-
tionis ſit cõuerſatio nr̃a: ita ſanè ut nõ in ip
ſa habeam⁹ fiduciã, nec fragili innitamur
cuſtodię, ſed figam⁹ gradũ in munitionẽ,

firmiſſimæ petræ Xp̃o totis uiribus inni-
Pſal.39.a tentes, ſicut ſcriptũ eſt: Qui ſtatuit ſupra
petrã pedes meos, et direxit greſſus meos.
Sic ergo cõſtituti & ſtabiliti iam cõtẽple
mur ut uideamus q̃d dicat nobis, & quid
rñdeamus ad arguentẽ nos. Primus.n.cõ-
tẽplationis gradus iſte eſt dilectiſſimi, ut
inceſſanter cõſideremus q̃d uelit dñs, q̃d
placeat ei: q̃d acceptum ſit coram ipſo. Et
qm̃ in multis offendimus oẽs, & fortitu-
do nr̃a in illius rectitudinẽ uolũtatis offẽ-
dit, nec cõiungi ei aut coaptari põt: humi
liemur ſub potenti manu Dei altiſſimi, &
oĩno ſoliciti ſimus miſerabiles nos exhibe
re in oculis miſericordiæ eius, dicẽtes: Sa
na me dñe & ſanabor, ſaluũ me fac & ſal
uus ero. Et illud: Dñe miſerere mei, ſana
aĩam meã, q̃a peccaui tibi. Poſtq̃ enim in
hmõi cogitationibus mundatus eſt ocu-
Hier.17.b lus cordis, iam non in ſpiritu nr̃o cũ ama-
Pſal.40.a ritudine, ſed in diuino magis ſpũ cũ mul-
ta delectatione uerſamur: nec iam cõſide
ramus q̃ ſit uolũtas Dei in nobis, ſed quæ
ſit in ſeipſa. Vita.n.in uolũtate eius, ut hoc
nobis in oĩbus utilius atq; oĩno commo-
dius eſſe nõ dubitemus, q̃d eius congruit
uolũtati. Et ꝓpterea q̃ ſolicite conſeruare
uolumus uitam aĩę nr̃ę, tam ſoliciti ſimus
quoad poſſumus ab ea nõ deuiare. Dein-
de cũ iam in ſpũali exercitio aliquatenus
ꝓfecerimus ducem ſequentes ſpiritũ qui
ſcrutat̃ etiam alta Dei, cogitemus q̃ ſua-
uis ſit dñs, q̃ bonus in ſemetipſo, orantes
cum ꝓpheta: ut uideamus uoluntatẽ dñi,
& uiſitemus iam non cor noſtrũ, ſed tem-
plũ eius, & cũ eodẽ ꝓpheta nihilominus
Pſal.26.b dicentes: Ad meipſum anima mea cõtur-
Ibid.41.b bata eſt, propterea memor ero tui. In his
enim duobus tota ſpũalis conuerſationis
ſumma uerſat̃, ut in noſtra conſideratione
turbemur, & contriſtemur ad ſalutem, in
diuina reſpiremus: ut de gaudio ſpũs ſan-
cti habeamus conſolationem, & hinc ti-
morem & humilitatem, inde uero ſpem
concipiamus & charitatem.

De cute, carne, & oſsibus animæ, *Sermo.*

b Eatus Dauid in pſalmo trigeſimo
tertio: de iuſtis loquit̃ dicẽs: Mul
tæ tribulationes iuſtorum, ſed de
omnibus his liberabit eos dñs. Cuſtodit
dominus omnia oſſa eoꝝ, unũ ex his non
conteret̃. Quod nemo dictum eſſe de cor
poreis oſſibus arbitret̃, pręſertim cum tot
beatoꝝ martyꝝ oſſa cõfracta ſint mani-
nibus hominũ impioꝝ, & cõtrita denti-
bus beſtiaꝝ. Sed miranda prorſus & mi-
ſeranda humanaꝝ cõditio animaꝝ, quæ
licet tã multa foris ingenij uiuacitate per-
cipiant, nulla tñ perſpicacitate ſemetipſas
ſicut ſunt noſſe aut cogitare ſufficiant: ſed
egeant oĩno figuris & ęnigmatibus q̃buſ-
dam corporeaꝝ ſimilitudinũ, ut ex uiſibi
libus & exterioribus poſſint uel aliquate
nus inuiſibilia atq; interna conijcere. Po-
namus itaq; uelut quandã aĩæ cutem co-
gitationem, carnẽ affectionẽ, ut cõſequen
ter os eius intentionẽ poſſimus accipe. Sic
.n. erit in oſſis ĩtegritate aĩæ uita, in carnis
incorruptione ſanitas, in cutis ſpecie pul-
chritudo. Quæ ſunt ergo tribulationes iu-
ſtoꝝ, niſi q̃ interdũ decolorat̃ cutis, cũ ui
delicet inutilis cogitatio in corde uerſat̃;
nõnunq̃ uerò etiã caro uulnerat̃, qñ.ſ. ad
hoc uſq; cogitatio pernicioſa procedit, ut
delectatiõe corrũpat̃ affectio. Nam oſſa
quidem iuſtoꝝ oĩno integra atq; illęſa cu
ſtodiuntur à dño, ut nunq̃ frangat̃ propo
ſitum cordis eoꝝ, nunq̃ ſalubris intentio
conteratur: ut uidelicet concupiſcentiæ ti
tillanti etiã detur aſſenſus. Sicut.n. pecca
ti cogitatio decolorat, affectio uulnerat:
ſic conſenſus oĩno animam necat. Cauea
mus ergo dilectiſſimi cogitationes inuti-
les, ut animaꝝ noſtraꝝ facies decora per
maneat: ut obliti quæ retro ſunt, id eſt, po
pulum noſtrũ, & domũ patris noſtri, con
cupiſcat rex ſpẽm noſtram. Exeamus de
terra nr̃a, ut non cõprehendat nos cogita
tio ſpectans ad uoluptatem carnis. Exea-
mus et de cognatione nr̃a.i. à cogitationi
bus curioſitatis, quæ nimirũ cum in ſenſi-
bus corporeis habitet, carnali utiq; cogna
ta eſt uoluptati. Exeamus ẽt de domo pa-
tris noſtri, ut fugiamus cogitationes ſu-
perbiæ & uanitatis. Eramus nos aliquan
do ſicut & cæteri filij iræ, eramꝰ & nos ex
prẽ diabolo, qui nimirũ rex eſt ſuper oẽs
filios ſuperbiæ, & in mõtibus elationis ſe-
dem

dem ſibi atq; habitaculum infeliciſſimũ
præparauit. Q; ſi fortè aliq̃n talis aliqua
cogitatio mentẽ ſubierit, tota ſolicitudi-
ne laboremus citius abluere & eradere
ſordẽ, qua nos maculari conſpicimus, cla
Pſal.50.a. mãtes cũ propheta ac dicẽtes: Aſperges
me dñe hyſſopo, & mundabor: lauabis
me, & ſup niuẽ dealbabor. Iam uerò ſi q̃n
fortè per incuriã & negligentiam noſtrã
tranſierit cogitatio inutilis ẽt in affectum
cordis, ſcientes qm̃ non macula eſt iã ſed
plaga, tota feſtnatione ad auxiliũ ſpũs q̃
adiuuat infirmitatẽ noſtrã recurramus,
clamantes illud de pſalmo & dicentes:
Pſal.40.a. Dñe miſerere mei, ſana aĩam meam: quia
peccaui tibi. Humanæ.n. ſunt tentatiões
iſtæ, nec ex toto caueri pñt quãdiu in hoc
corpore mortis peregrinamur à dño. Ne
mo tñ paruipẽdat aut diſſimulet iſta, qm̃
etſi non mortifera ſunt, certè periculoſa.
Intentionẽ uerò & propoſitũ mẽtis ea ſo
licitudine cuſtodiamus fratres, qua uitã
aĩarum noſtraꝝ uolumus cuſtodire, qm̃
iſtud oĩno eſt peccatũ ad mortẽ, cum ex
conſenſu & deliberatione delinquimus,
proprio iudicio condẽnati. Nec ideo ſanè
id dixerim, ut deſperet ſiquis fortè delicti
huius ſibi conſcius eſt: ſed ut expaueſcat
præcipitiũ, & qui cecidit, adijciat citius
ut reſurgat. Nouerit.n. excidiſſe ſe à iuſti-
tia, quicunq; eiuſmodi eſt. Cuius os con-
fractũ eſt & cõminutũ, nouerit p̃ciſum ſe
Exo.12.g. à corpe Chr̃i: de quo nimiꝝ legit̃: Os nõ
cõminuetis ex eo. Vnde et in paſſione ſua
licet plagis uirgaꝝ ĩ liuorẽ decolorata ſit
cutis, ut liuore eiꝰ nos ſanaremur, licet cla
uis uulnerata ſit caro, et lãcea latꝰ eiꝰ ap̃tũ
ut ſãguine eiꝰ redimeremur: os tñ nõ ẽ cõ-
minutũ ex eo. Propterea et ſanctꝰ Dauid:
Pſal.138.c. Nõ ẽ, inq̃t, occultatũ os meũ à te q̃d feci
Pſal.101.a ſti in occulto. Et ĩ alio pſalmo: Oſſa, inq̃t,
mea ut cremiũ aruerũt. Q̃d tũc fit cũ om
nẽ delectationẽ boni prorſus amiſiſſe ui-
det̃ aĩa ſolãq; ſibi aridæ intẽtionis fortitu
dinẽ reſeruaſſe. Et uide ne fortè tale aliq̃d
Iob.19.c. ẽt beatꝰ Iob pateret̃ cũ diceret: Pelli meæ
cõſumptis carnibus adhęſit os meũ: ut ui
delicet corrupta affectione uix ſolã ſibi
intẽtionẽ ſpũalis cogitatio uẽdicaret.

De uerbis apoſtoli: Qui gloriatur, ĩ domino glorietur.

De triplici gloria, *Sermo.*

q Vi gloriat̃, in dño gloriet̃. Noue- 1.Cor.1.d.
rat apoſtolus gloriam propriam
eſſe creatoris, non creaturę, ſecũ-
dũ illud: Gloriã meam alteri non dabo: Eſa.42.b.
& Gloria in excelſis Deo, & in terra pax Luce.2.b.
hoĩbus bonæ uoluntatis. Itemq;. Non no Pſal.113.b.
bis dñe, nõ nobis, ſed nomini tuo da glo
riã. Sed conſiderauit rõnalem creaturam
adeo affectare gloriã, ut aut uix aut nũq̃
ab hoc cõpeſci deſiderio poſſit, quippe q̃
ad imaginẽ facta eſt creatoris. Propterea
ſecundũ datam ſibi à deo ſapientiã, ſalu-
berrimũ adinuenit conſiliũ, dicens: Qñq̃-
dem perſuaderi nobis non põt non glo-
riari: ſaltem qui gloriat̃, in dño gloriet̃. Et
Cõſidera quantũ ſuperexcedit Pauli phi 1.Cor.3.d.
loſophia philoſophiã ſapientium mundi
huius, quæ nimiꝝ ſtultitia eſt apud Deũ.
Cũ.n. nonnullos uiderent philoſophi alie
nis delectari laudibus, & gloriam abinui
cẽ quærere: qui inter eos fuere præcipui,
prudenter aduerterunt uanã eſſe huiuſce
modi gloriã & penitus contẽnendã. Sed
conſiderantes deinde ac ſtudioſius inqui
rentes quænã appetẽda eſſet gloria ſapiẽ
ti, hic iam planè euanuerunt in cogitatio-
nibus ſuis, propriã cuiq; ſufficere gloriã
arbitrantes: quaſi uerò aĩa quæ à ſemetip
ſa eſſe non põt, à ſe poſſit eſſe beata. Sicut
ergo cupidi laudis alienæ tota ſolicitudi-
ne operã dabant ea operari quæ miraren
tur hoĩes & laudarent, ſic iſti ſola ea iudi
cabant ſectanda eſſe, quę interior arbiter
aĩus approbaret. Et hæc quidem ſumma
philoſophia ſapientiũ huius mũdi eſt, ip-
ſa quoq; minus habẽs, licet propinquior
ueritati. Vnde & utrãq; gloriam ſublimi
ueritatis contẽplatione trãſcendens apo
ſtolus: Qui gloriat̃, inquit, non in altero,
non in ſe, ſed in dño gloriet̃. Et eã quæ ue-
ritati uidebat̃ eſſe uicinior, maiori ꝓinde
redarguens ſolicitudine, & condemnans
certo iudicio ueritatis: Non.n. inquit, qui 2.Cor.10.d
ſeipſum cõmendat, ille probatus eſt, ſed
quẽ deus cõmendat. Vt quid.n. aut de al-
terius hoĩs, aut de meo ipſius iudicio ſoli-
citus ſum, cuius nec uituperio reprobus,

nec laude probatꝰ inueniaṫ? Fratres, ſi me
ante ueſtrum oporteret tribunal aſtare,
meritò ſuper ueſtris laudibus gloriarer.
Qꝫ ſi uel meo ipſius eſſem iudicãdus exa-
mine, iure meo ipſius teſtimonio conten-
tus, proprijs laudibus delectarer: nũc aũt
cũ nec uro, nec meo, ſed Dei ſim iudicio
pręſentandus: quantæ inſipientiæ, imò &
inſanię eſt, aut in ueſtro me, aut in meo ip
ſius teſtimonio gloriari: præſertim cũ ip-
ſe ſit cuius oculis oĩa nuda ſunt et aperta,
& cui nequaꝗ opus ſit, ut ꝗs ei teſtimo-
niũ perhibeat de hoĩe? Meritò ꝓinde apo
ſtolus ipſe uanæ & fallacis gloriæ repro-
bator: Mihi, inꝗt, pro minimo eſt ut à uo-
bis iudicer, aut ab humano die, ſed neqꝫ
1. Cor. 4. a me ipm̃ iudico. Nihil. n. mihi cõſcius ſum,
ſed non in hoc iuſtificatus ſum: ꝗ aũt iudi
cat me, dñs eſt. In ꝗbꝰ uerbis illud quoqꝫ
diligenter cõſiderandũ eſt, ꝙ alienũ ꝗdẽ
iudiciũ pro minimo habẽs, ſuũ quoqꝫ ne-
quaꝗ ſequereṫ, ꝗuis non illud adeo pro
minimo iudicaret habendũ. Nemo. n. ſcit
hoĩum quę ſunt in hoĩe niſi ſpũs hoĩs ꝗ in
ipſo eſt, ut cõparatione interioris teſtimo
nij, exterius oĩno pro nihilo ſit habendũ.
Quid. n. mihi cum eoꝝ laudibus quibus
ignotus ſum? Qꝫ ſi uel ipſe ꝗ in hoĩe eſt ſpi
ritus, oĩa quæ hoĩs ſunt noſſe poſſet, ꝑfe-
cto ſufficeret teſtimoniũ eius. Nunc autẽ
prauum eſt cor hoĩs, & iperſcrutabile ẽt
ſibijpſi, adeo ut præſentia quoqꝫ magna
ex parte ingoret, futura uerò ſua oĩno noſ
ſe non poſſit: ꝗa aliquatenus nouit p̃ſen-
tia, ſi non reprehendat nos cõſcientia no-
ſtra, nõ quidẽ gloriã, ſed fiduciã habemꝰ
1. Ioã. 2. & 3. d. ad eũ, ſicut beatus Ioannes ait. Cũ aũt ue
ritatis ipſius quã nihil latet, ſententiã de
nobis tenere meruerimus, in ea planè ſe-
1. Cor. 4. a. curius poterimꝰ gloriari. Interim uerò no
lite ante tp̃s iudicare (ait apoſtolꝰ) donec
ueniat dñs qui & illuminabit abſcondita
tenebraꝝ. Illa. n. perfecta oĩno erit & ſe-
cura glariatio, cũ erit unicuiqꝫ laus à deo.
Nunc quoqꝫ licet non plenarie, licet non
ſine timore & ſolicitudine multa, aliqua-
tenus tñ in dño gloriamur, teſtimonium
perhibente ſpũ ſancto ſpũi noſtro, ꝙ filij
dei ſumus. Hinc. n. uerè poſſumus gloriari
ꝙ tantum habemus patrem, ꝙ maieſtati
ineffabili cura eſt de nobis. Vnde & pro-
pheta: Dñe, inquit, quid eſt homo ꝗa ma Iob. 7. d.
gnificas eũ, aut quid apponis erga eũ cor
tuũ? Itaqꝫ qui gloriaṫ, iam non in meritis
ſuis glorieṫ. Quid. n. habet qđ non acce- 1. Cor. 4. b
perit? Si aũt accepit, quid gloriatur quaſi
non acceperit? In eo ergo à quo accepit
glorieṫ, non quaſi ipſe magnus ſit, ſed ꝗa
magnificet eũ deus: hoc eſt ut ĩ illis q̃ ac-
ceperit, non quaſi ea nõ acceperit, ſed q̃ſi
ꝗ ea acceperit glorieṫ. Neqꝫ. n. ait apoſto 2 Cor. 10.
lus, ſi aũt accepiſti, ꝗd gloriaris? ſed, quid
gloriaris, inꝗt, quaſi non acceperis? ut nõ
ꝓhibeat, ſed doceat gloriari. Sed ꝗd ſibi
uult qđ ait, non. n. qui ſeipſum cõmẽdat,
ille probatus eſt, ſed quẽ deus cõmẽdat?
Quis eſt. n. quẽ in hoc ſeculo cõmendat
deus? Qũo cõmendabit ueritas cum qui
adhuc reprehẽſibilis ĩuenit? Deniqꝫ ego, Apo. 3. d.
inꝗt, quos amo arguo & caſtigo. Hæcci-
ne cõmẽdatio eſt tota? Prorſus, ꝗtũ mihi
uideṫ, ipſa eſt. Quæ eſt. n. melior & effica
cior cõmendatio, q̃ diuinę erga nos teſta
tio charitatis? Teſtimoniũ uerò amoris
eius nullũ credibilius, nullũ certius ĩ hac
uita, q̃ qđ deſiderat ꝓpheta ubi ait: Cor Pſalm.
ripiet me iuſtꝰ in miſericordia, & increpa
bit me. Hæc nãqꝫ increpatio qua iugiter
nobis ſuggerit ĩ occulto ſpũs ueritatis ꝗd
deſit nobis: ſuꝑbiã, negligentiã, ingratitu
dinẽqꝫ repellit. Quo triplici uitio oẽ pau-
lominus religioſoꝝ hoĩum genꝰ ꝑiculoſe
laborat, pro eo ꝙ minus attẽta cordis au
re ꝑcipiant quid intus loquaṫ is qui nemi
nẽ palpat ſpũs ueritatis. Qđ nõnullis ex-
inde ꝓuenit (niſi fallor) ꝙ propriæ gloriæ
cupidi, nulla rõne quieſcere pñt, cũ in ſe-
ipſis penitus nihil inueniunt unde poſſint
aliquatenus gloriari. Perfecta aũt & ſecu
ra gloriatio eſt cũ ueremur oĩa opera no-
ſtra, ſicut teſtaṫ beatus Iob de ſeipſo, &
cũ Eſaia ꝓpheta oẽs iuſtitias noſtras nõ
aliud q̃ pannũ menſtruatæ reputandas
eſſe cognoſcimus. Nihilominus tñ confi- Eſa. 6.
dimus ẽt & gloriamur in dño, cuius miſe
ricordia tanta eſt ſuper nos, ut à grauiori-
bus quidem, & q̃ ad mortẽ peccata ſunt
cuſtodiat nos, & tam benignę ipſa ĩperfe

ctionis noſtræ delicta & conuerſationis
impuritatẽ nobis manifeſtate, & agnitã
condonare digneṫ, quatenus in humilita-
te & ſolicitudine & gratiaꝝ actione fir-
miter radicati, iam non in nobis, ſed in do
mino gloriemur.

De diuerſis affectionibus animæ, & diuerſis nominibus ſecundum eas, Sermo.

QVod diuerſis noĩbus deũ nunc ꝗ-
dem patrẽ, nunc magiſtrũ uoce-
mus aut dñm, non illius ſimpliciſ
ſimæ & oĩno inuariabilis naturæ diuerſi-
tas ulla in cauſa eſt: ſed affectionũ noſtra
rũ multiplex uariatio ſecundũ diuerſos ꝓ-
fectus aĩæ uel defectus. Videnṫ. n. quædã
aĩæ ſub patrefamilias agere, quædã ſub
dño, quædã ſub magiſtro, quædã quoqꝫ
ſub patre, & nonnullæ cũ ſponſo, ut cum
proficientibus ꝓficere, cũ imutatis muta
ri uideaṫ & ipſe, qui iuxta prophetã mu-
tat ꝗdẽ creaturas, & mutabunṫ, licet idẽ
Pſal. 101. d ipſe ſit, & anni eius non deficiant. Deniqꝫ
quid in alio pſalmo idẽ ꝓpheta ad ipſum
Pſal. 17. d. loquaṫ attende: Cũ ſancto, inquit, ſanctꝰ
eris, & cũ uiro innocente innocẽs eris, &
cũ electo electus eris: atqꝫ ut magis mire
mur, & cũ peruerſo ꝑuerteris. Et quẽad-
modũ ſic muteṫ, imò ſic mutet ĩmutabilis
ipſe, ſecutus adiungit: Qm̃ tu populũ hu-
milẽ ſaluũ facies, & oculos ſuperboꝝ hu
miliabis. At uerò qm̃ non prius qđ ſpiri-
tuale, ſed prius qđ aĩale, deinde qđ ſpiri-
tuale: uidenṫ mihi quatuor interdũ cõuer
ſionẽ noſtrã præcedere, ſtatus unus ſub
nobis ipſis, tres ſub principe mundi huiꝰ.
Eſt. n. aĩa ſub ſeipſa, cũ propriã ſequiṫ uo-
Lucæ 15. c. luntatẽ, libertate pernicioſa gaudẽs. Hic
eſt filius ille prodigus qui portionẽ pater
næ ſubſtantiæ q̃ ſe contingebat accepit:
ingeniũ. ſ. memoriã, uires corporis, cæte-
raqꝫ ſimilia bona naturæ: ꝗbus non ad di
uinã, ſed ad ſuã utereṫ uoluntatẽ, eſſetqꝫ
tãq̃ ſine deo in hoc ſeculo. Eſt aũt interim
homo ſub ſe, cũ propriæ ſatisfaciens uo-
lũtati, necdũ tñ poſſideṫ à uitijs & pecca
tis: qm̃ qui facit peccatũ, iam non ſuijpſiꝰ
ſeruus eſt, ſed peccati. Iam tunc ergo ꝓfi-
ciſciṫ in regionẽ longinꝗ, qui prius ꝗdẽ
ſeparatus erat, ſed necdũ elõgatus à p̃re.
Accepta ſiquidem portione ſubſtantiæ
factus eſt ſui iuris, & quamuis receſſit ab
authore, proximus tñ fuit quãdiu ab ope
non receſſit. Hoc aũt tandiu fit dum licita
quidem, ſed non expedientia pro ſua ſe-
quitur uoluntate. At poſtq̃ receſſerit, &
à ſeipſo, declinans. ſ. in peccatum, tunc iã
in longinꝗ uerè proficiſciṫ regionem: qm̃
ab eo qui ſummè & ſingulariter eſt, nihil
longius, eo qđ nullo modo eſt: nihilqꝫ re
motum magis ab eo à quo, & per quem,
& in quo ſunt oĩa, q̃ peccatum, qđ nihil
eſt inter oĩa. Porrò iuſtum diuinę ultionis
iudicium eſt ut fugitiuum patris filium al
ter ſibi uſurpet in ſeruum. Vnde & profe-
ctus in regionem longinꝗ uni ciuium le-
gitur adhæſiſſe, quem ego nõ aliũ q̃ unũ
ex malignis ſpiritibus intelligendũ puto,
ꝗ pro eo ꝙ obſtinatione irreparabili pec
cant, & tranſierunt in affectũ malitiæ &
nequitiæ, iam non ſunt hoſpites & adue-
næ, ſed quaſi ciues & inhabitatores pec-
cati. Quid eſt aũt ꝙ ciui dicitur adhæſiſſe
pauper adoleſcens & peregrinus, niſi ꝙ
factus eſt ſubditus illi? Deniqꝫ quẽadmo
dum adhæſit, ſequentia manifeſtant. Sic Ibidem.
enim habes: Adhęſit uni ciuium regionis
illius: & miſit eũ in uillam ſuam paſcere
porcos. Et nota ꝙ famis neceſſitate ciui
maligno diciṫ adhæſiſſe, ſicut Iſrael tp̃e fa
mis deſcendiſſe legitur in Aegyptum. Pe Gene. 42 a
riculoſa planè & pernicioſa eſuries q̃ libe
ros addicat miſerę ſeruituti, ſubijciat ope
ribus luti et lateris, porcis aſſociet, imò et
ſeruos faciat eſſe porcorum. Vnde autem
egeſtas tanta ei qui diues aduenerat, col-
lectis nimirum omnibus quæ de paterna
ſubſtantia in ſuam acceperat portionẽ?
Ex eo ſinè dubio qđ pręmiſſum eſt diſſi-
paſſe bona ſua uiuẽdo luxurioſe cum me-
retricibus: propterea, ĩquit, cœpit egere.
Porrò meretrices iſtas concupiſcentias
carnis intellige, cum quibus luxurioſe ui-
uendo diſſipat bona naturę, dum eis abu
titur ad uoluptatem. Hinc, ut iã diximus, Ecclẽs. 1. f.
egeſtas ſuccedit pernicioſa (teſte ſcriptu
ra) quòd non ſatietur oculus uiſu, nec au-
ris impleatur auditu. Mittitur ergo paſce
re porcos, corporeos ſcilicet ſenſus, qui

uolutabro luti & ſpurcitijs oblectant̄. Et
uide ne fortè hi ſint porci, quos eiecti ab
hoīe maligni ſpūs intrant. Eiectū.n.à ra-
tionali noſtro.i. mente peccatū ſenſibus
Rom.7.d. corporis hæret, apoſtolo teſte, ꝙ mente
cōſentiat legi dei, carne uerò legi peccati
quæ eſt in mēbris noſtris. Vnde & in alio
Ibidem. loco. Scio, inquit, ꝙ non eſt in me bonū,
hoc eſt in carne mea. Quid tñ agendū eſt
cum ſic eiecti ab hoīe, porcos inhabitant
ſpurci ſpūs, niſi quęrenda remedia lachry
maꝝ, & currendū ad aquas, quaꝝ abun
dātia male uiuida radix peccati ſuffocet̄ i
eis? Quamuis hæc oīmoda peccati extin
ctio, fini potius reſeruata uidet̄. Hæc ex
curſu quodā ſunt dicta, ut proinde mani-
feſtius aſſignarē quonā modo eū quē ſub
ſemetipſo repit, ſibi malign⁹ ſubijciat, tāq̄
fortis armatus intrans & poſſidēs atriū i
quo paup̱ & debilis inuentus eſt habita-
tor. Veruntñ tripliciter mihi uident̄ hoīes
eſſe ſub principe tenebraꝝ. Primū quidē
nec uolentes nec nolentes, qđ cōuenit his
qui necdū habent uoluntatis uſum: ſunt
tñ uaſa iræ ꝑꝑ originale peccatū, donec
alligato forti uaſa eius diripiat fortior, ꝑ
ſacr̄m aduenicēs, uerus utiq; Moyſes qui
in aqua uenit, nec in aqua ſolū, ſed ī aqua
& ſanguine. Secundo mō uolentes, cū iā
uoluntarie peccant. Tertio quoq; modo
nolentes, cū iam reſipiſcere uellent, niſi ꝙ
peccati conſuetudine miſerabiliter obli-
gati, iuſto dei iudicio qui in ſordibus ſunt
ſordeſcūt adhuc. In quo tertio ſtatu labo
raſſe uidet̄ prodigus ille filius, & uere ꝓdi
gus nimis, qui non mō diſſiparat ſua, ſed
ſed & ſemetipſum ſubiecerat miſeræ ſer-
uituti, infelix uenundatus ſub peccato, cū
Lucæ.15.d ad ſe reuerſus ait: Quāti mercenarij in do
mo p̄ris mei abundant panibus, ego autē
hic fame pereo? Siqs exꝑtus eſt in ſemet-
ipſo, facilè credo in his uerbis aīum miſe-
rabilē recognoſcet. Quis.n. peccati cōſue
tudine obligatus non ſe felicē reputaret ſi
datū ei eſſet eſſe tanq; unū ex his quos in
ſeculo tepidos uidet uiuētes ſine crimine,
minimè tñ quærētes quæ ſurſum ſunt, ſed
quæ ſup̱ terrā? Quanti, inquit, mercenarij
in domo p̄ris mei abūdāt panibus, id eſt
conſolantur in innocentia ſua, & fruūtur
propriæ conſcientiæ bono: ego aūt hic fa
me pereo. i. inſatiabilibus crucior pecca-
toꝝ deſiderijs, & affectibus uitioꝝ? Pōt
tamē intelligi qđ non fame panis, nec ſiti Amos.8.
aquæ: ſed fame & ſiti diuini uerbi, quā et
Iudeę ꝓpheta minat̄, ſeſe perhibeat labo
rare. Et hæc dixerim nō ꝙ ita ſit, ſed ꝙ ita
ſentiat miſer humiliat⁹ ſub peccato. Neq;
enim gloriantur conſcientiæ teſtimonio,
quoꝝ ſecularis et mercenaria intētio eſt,
ſed peccator cōpunctus reputat ſanctiſſi
mū quacunq; ex cauſa alteꝝ uideat inno
centē. Fac me, inqt, ſicut unū ex mercena-
rijs tuis. Ecce hic iā primus eſt ſtatus quo
ſub deo cœperūt eſſe hoīes, q tanq; mer-
cenarij ſub p̄refamilias uiuūt. Hi ſūt quos
in ſeculo uidem⁹ aut nullo aut exiguo de-
ſiderio æternoꝝ uelut ſub mercede ſerui-
re deo, & ab eo terrena petere q̄ deſide-
rant. Iā uerò ſecundo ſtatu incipit eſſe ſub
dño, qui tāq; ſeruus carcerē timet, & me-
tuit ne ſubigatur pœnis. In quo ſanè ſtatu
cōuerſio eſt, exitusq; à ſeculo, & introit⁹
uitæ: unde & legis: Principiū ſapientiæ ti Eccli.1.
mor dñi. Et alius qdā ꝓpheta: A timore, Eſa.26.
inqt, tuo cōcepimus & parturiuimus ſpi
ritū ſalutis. Huic gradui tertius admodū
ꝓximus & quaſi ꝑmiſtus eſt, eoꝝ.ſ. qui
paruuli adhuc in Chr̄o lac concupiſcunt
tanq̄ ſub magiſtro & pędagogo uiuētes.
Id nanq; conuenit maximè nouitijs, q ni-
miꝝ ſi fortè in cōſolationibus meditatio
nis ſanctæ, lachrymaꝝ, pſalmodiæ & cæ
teroꝝ hmōi cœperint delectari, q̄ſi pueri
liter timēt ne magiſtrū offendāt, ne uapu
lēt, defraudent̄ munuſculis qb⁹ ſolet eos
eruditor ille benigniſſim⁹ allicere. Hi ſunt
q ꝓuidēt dñm ī cōſpectu ſuo ſemꝑ, & cō-
mouent̄ ſi uel ad horam abeſſe cōtigerit:
nec iā ſeruiliter timēt ſupplicia, ſed tanq;
paruuli metuunt plagas uirgaꝝ, apprehē
dentes diſciplinā magiſtri, neqñ iraſcat̄,
& pereant de uia iuſta: ne deuotionis grā
ſubtrahat̄, & moleſta eis oīa fiant, labo-
rent tædio quodam, & quaſi uapulēt in-
tus in aīa in amaritudine ſcilicet cogita-
tionum. Hæc.n. uerbera quibus caſtigat
ſuos paruulos deus, q̄ melius experimēto

dignoſcim⁹ q; ſermone. Vnde & ipſe dñs
Pſal. 88. c. loquitur per ꝓphetam: Si dereliquerint fi
lij eius legē meā &c. uiſitabo in uirga ini-
quitates eoꝝ, et in uerberib⁹ peccata eo-
rum. In his itaq; primordijs, & quaſi infā
tili ætate ſic uiciſſim ſibi ſuccedunt timor
dñi, & diſciplina magiſtri, ut nunc in iſto,
nunc in ſtatu illo ſeſe inueniat quiſqs ſoli-
Ioan.13.b. citus fuerit diligēter hoc obſeruare. Inde
eſt ꝙ nouellę adhuc eccleſiæ loquens ſi-
mul utriuſq; noīs meminit dicēs: Vos uo-
catis me magiſter & dñe, & bñ dicitis: ſū
etenim. Agnoſcant hic locum ſuū nouicij
noſtri, ut ſoliciti ſint de cætero ſedulè ma-
gis circa iſta uerſari: ante oīa ſiqdē timor
eis neceſſarius ē, quo nimiꝝ peccata poſ-
Eccli.1.c. ſint p̄terita delere, cauere futura. Timor
enim dñi (ut ait ſcriptura) expellit pecca-
tum, ſiue qđ iam admiſſum eſt, ſiue qđ tē
tat intrare. Expellit ſanè illud quidē pœni
tendo, hoc reſiſtendo. Sed qm̄ arcta et ar
dua eſt uia quæ ducit ad uitā: tanq; paruu
lis in Chr̄o pedagogus uobis ô filij, ac nu
tricius neceſſarius eſt, q doceat, deducat,
foueat uos, & tanq; alludat paruulis, ac
blanditijs qbuſdā cōſolet̄ ne pereat ætas
infirma. Propterea nō ego, ſed magis ec-
cleſiæ princeps & paſtor uos admonet:
1. Pet.2.a. Quaſi modo geniti īfantes rōnabiles ſine
dolo lac concupiſcite, ita ſanè ut in eo ne-
quaq; permaneatis, ſed in eo creſcatis ī ſa
Eſa. 66.d. lutē. Qđ alia quædā ſcriptura manifeſti⁹
exprimēs loquit̄ ſic: Gaudete gaudio oēs
qui lugebatis ſup̱ eam (haud dubiū quin
Hieruſalē, de ea ſiquidē loquebat̄) ut po-
temini, ait, à lacte, & ſatiemini ab uberi-
bus conſolationis eius, & cū auulſi fueri-
tis à lacte, epulemini ab introitu gl'iæ ei⁹.
Ipſe eſt.n. ſtatus filij iam robuſtæ ætatis,
qui ſub patre uiuit, nec lacte iā potat̄, ſed
ueſcit̄ ſolido cibo, oblitus ſanè q̄ retro ſūt,
in quibus ſeruilis oculus in amaritudine
morabat̄: ſed ne ipſa quidem p̄ſentia cōſi
derans, nec paruas paruuloꝝ conſolatio
nes captans, magis extendens ſe in ante-
riora, ad palmā ſupernæ uocatiōis, & in-
troitū futurę beatitudinis, expectās bea-
tam ſpem & aduentū gloriæ magni dei.
Euacuauit.n. quæ erant paruuli, nec circa
eiuſmodi ſuaues quidē, ſed nō perennes
conſolationes hactenus occupat̄. Sed qa
iam profecit in uiꝝ perfectum, in his quę
patris ſunt oportet eum eſſe, ſuſpirare ad
hæreditatem, ſedulaq; circa eam medita
tione uerſari. Nunquid.n. mercenariū eū
quis æſtimet qui paternæ inhiat hæredi-
tati, eamq; toto affectu expetit & expe-
ctat, quam nimiꝝ filij mercedē eſſe, non
mercenarij propheta teſtat̄? Cū dederit, Pſal.126.a
inquit, dilectis ſuis ſomnū, ecce hęreditas
dñi: filij merces fructus uentris. Inuenitur
tñ alter gradus ſublimior, & affectus di-
gnior iſto, cum penitus caſtificato corde
nihil aliud deſiderat aīa, nihil aliud à Deo
quærit q; ipſum deum. Crebro ſiquidem
didicit experimento qm̄ bonus dñs ſpe-
rantibus in ſe, aīæ quærenti ipſum, ita ut
iam ex affectu cordis atq; ſententia cla-
met illud de pſalmo: Quid.n. mihi ē in cœ Pſal.72.d.
lo, & à te quid uolui ſuper terram? Defe-
cit caro mea & cor meū, de⁹ cordis mei,
& pars mea deus in ęternum. Neq;.n. ſuū
aliquid, non felicitatem, non gloriam, nō
aliud quicq; tanq; priuato ſuipſius amo-
re deſiderat aīa quæ eiuſmodi eſt: ſed to-
ta pergit in Deum, unicūq; ei ac perfectū
deſiderium eſt ut introducat eam rex in
cubiculum ſuū, ut ipſi adhæreat, ipſo frua
tur. Vnde & iugiter reuelata facie quoad
poteſt cœleſtis ſponſi gloriam ſpeculan-
do, in eandem imaginem transformatur
de claritate in claritatem, tanq; à dñi ſpū.
Ex hoc planè audire meretur. Tota pul- Canti.4.d
chra es amica mea. Audet & ipſa loqui:
Dilectus meus mihi, & ego illi. Atque in
huiuſmodi feliciſſima & iucūdiſſima cō-
fabulatione delectat̄ glorioſa cū ſponſo.

De uerbis pſalmi: Audiam quid loquatur in Pſal.84.b.
me dominus deus, *Sermo.*

INuiſibilia dei (apl'o teſte) à crea- Roma.1.c.
tura mundi ꝑ ea q̄ facta ſunt, ītel-
lecta cōſpiciunt̄. Et eſt uelut cōīs
qdā liber & catena alligatus (ut aſſolet)
ſenſibilis mundus iſte, ut in eo ſapientiā
dei legat qcūq; uoluerit. Erit tñ cū cœlū
plicabit̄ ſicut liber, in quo utiq; deinceps
legere habeat neceſſe, qm̄ erunt oēs doci
biles Dei: & quemadmodum creatura Ioan.6.c.

cœli,ſic & creatura mundi iam non ꝑ ſpe
culum & in ænigmate, ſed facie ad faciē
deū uidebit, & ſapientiā eius ad liquidū
contēplabit̃ in ſeipſa.Interim uerò opꝰ ha
bet humana aīa uelut quodam uehiculo
creaturæ, ut ad cognitionē creatoris aſ-
ſurgat:cū ecōtra longè beatiꝰ ꝑfectiuſqꝫ
angelica natura ī creatore notitiā habeat
creaturę,ad quā nimiꝝ excellētiā licet ad
modicū rapta fuiſſe uidet̃ aīa illa beata q̄
collectū ſub uno ſolis radio mundū uni-
uerſum cōſpexit: de quo miraculo beatꝰ
papa Gregorius in libro dialogoꝝ ſcri-
bens:Videnti, inquit, creatorē, anguſta ē
oīs creatura. Felices proinde qui ſatiant̃
ex adipe frumenti,nec opus habent ſuge
re mel de petra,oleūqꝫ de ſaxo duriſſimo,
qui uidelicet inuiſibilia dei non in inuiſibi
libus rimando ꝑquirunt,ſed in ipſis ad li-
quidū intellecta conſpiciūt. Veꝝ, ut iā di
ximus,angelicæ felicitatis illud eſt,nō fra
gilitatis humanæ.Quæramus igit̃ ꝑ ea ſal
tē q̄ facta ſunt,intellectū inuiſibiliū dei: q̄
ſi in cæteris creaturis intellecta conſpicit
aīa,neceſſe eſt ut lōgè amplius cōſpiciat,
& intelligat multo ſubtilius in ea creatu-
ra q̄ facta eſt ad imaginē creatoris, hoc ē
in ſeipſa.Nullus deo uicinior gradus inter
oēs q̄ ſub ſole habitāt creaturas, q̄ꝫ aīa hu
mana:ut meritò ꝓpheta dicat ad ipſum:
Pſal. 83.b. Beatus uir cuius eſt auxiliū abs te,aſcen-
Ibidem. ſiones in corde ſuo diſpoſuit. Et poſt pau
ca:Ibunt,inquit,de uirtute ī uirtutē,uide-
bit̃ deus deoꝝ in Sion.Propterea īceſſan-
ter hortamur uos fr̃es,ut ambuletis uias
cordis,& ſit aīa ueſtra in manibꝰ ueſtris
ſemper, ut audiatis quid loquat̃ in uobis
deus,qm̄ loquet̃ pacē. Quibus loquet̃ pa
cē? Vtiqꝫ in plebē ſuā, & in ſanctos ſuos.
Quæ eſt plebs,aut qui ſunt ſancti?Ipſi ni-
miꝝ qui cōuertunt̃ ad cor. Vnde & ſeq̃t:
& in eos qui conuertunt̃ ad cor. Nos tñ ī
his uerbis tria ſolemus intelligere hoīum
genera,q̄bus ſolis deus loquit̃ pacē, ſicut
& propheta alius tres tm̄ præuidit ſaluā-
Ezec.14.c dos,Noe,Danielē,& Iob: contrario q̄dē
ordine,ſed eoſdē ordines exprimens,cōti
nentiū.ſ.prælatorūqꝫ,& cōiugatoꝝ:ſi tñ
continentes à carnalibus illecebris ad ea
quæ cordis ſunt.i.ad ſpiritualia deſideria
conuertant̃.Vnde & Daniel uir deſiderio
rum ab angelo nominat̃. Et prælati pro-
deſſe magis ſtudeant q̄ præeſſe,qm̄ ipſos
maximè decet ſanctitudo,unde & in pſal
mo ſancti ſpecialiter appellant̃. Et coniu
gati mandata non tranſgrediant̃, ut meri
tò plebs dn̄i, & oues paſcuæ eius debeāt
noīari.Imò uero & in nobiſipſis(qm̄ inde
ē nobis amplior ſolicitudo) tres iſtos or-
dines aſſignare ſolemus, plebē quidē in-
telligentes officiales fratres,qui exteriori
bus & quaſi popularibus negocijs occu-
pant̃.At uerò qui conuertunt̃ ad cor, ipſi
ſunt clauſtrales,quos uulla impedit occu
patio,ſed libere uacant, ut uideāt qm̄ ſua
uis eſt dn̄s.Super utrunqꝫ parietē deus lo
quit̃ pacē,qm̄ idē eſt ad qđ tendunt:licet
non eadē uia.Eſt pſalteriū iucundū cū ci-
thara,nec minus iucundus eſt ſonꝰ citha-
ræ q̄ꝫ pſalterij,licet hæc ab inferioribꝰ red
dat ſonū, illud à ſuperioribus. Verūtamē
optimam partē elegit Maria,licet nō mi-
noris fortaſſe meriti ſit apud deū humilis
conuerſatio Marthę,ſed de electione Ma
ria laudat̃,qm̄ illa quidē oīno (qđ ad nos
ſpectat) eligenda:hæc uerò ſi iniungitur,
patienter eſt toleranda.Iam qđ interpo-
nitur,ſuper ſanctos ſuos:ad prælatos ꝑti
net,quibꝰ nimiꝝ utraqꝫ uita neceſſaria ē.
Et ipſoꝝ eſt utriſqꝫ prouidere, & copula
re ſibi parietes è diuerſo uenientes:qm̄ an
gularis lapidis(qui eſt Chriſtus Ieſus)ui-
carij conſtituti ſunt.Nec dubium quin lō
gè ꝑiculoſior cæteris eoꝝ ſit adminiſtra-
tio.Tñ ſi bene adminiſtrauerint,gradum
bonum ſibi acquirent, & maiorē abūdā
tiam, & ſupereffluentē menſurā accipiēt
pacis,ut de eis meritò dicatur: Qm̄ ſuper *Eſai.*
ſanctos pacem loquitur deus.An uerò du
bitet quis quos dixerit ſanctos? Audiat
Eſaiam.Vos, inquit, ſancti domini uoca-
bimini miniſtri Dei noſtri. Propoſueram
exemplum aliquod dare quemadmodū
ex ſua ipſius conſideratione ad ſpiritualē
intelligētiam aſſurgere humanus debeat
animus,ſed neceſſe eſt in diem alterum et
ſermonem alterum differre.

De uita & quinque ſenſibus animæ, Sermo.

Magna eſt dico uobis chariſſimi,
& nimiꝝ inexcuſabilis negligen
tia noſtra,q cogitationibus ocio
ſis uacantes tp̄s amittimus, q̄bus nimirū
nec penetrandę nubes,nec maria trāsfre-
tanda ut ſalubres inueniamus cogitatio-
Deu. 30.c. nes,ſed ꝓpè eſt (ut ait Moyſes) uerbū in
Rom.10.b ore nr̃o & in corde nr̃o: & infinitas in no
biſmetipſis utiliū cogitationū occaſiōes
& ſeminaria poſſumus inuenire. Deniqꝫ
ſi tā inerudita et negligēs fuerit aīa,ut nec
interiora ſua ſufficiat ꝑſcrutari,attēdat ea
q̄ foris agit palā & manifeſte, & in ipſis
quoqꝫ ſi diligenter q̄ſierit inueniet ſapien
Prou 9.b. tiā.Ecce.n.ſcriptū eſt:Da occaſionē ſapiē
ti,& ſapientior erit. Cōſidera ô aīa q̄d im
pēdas corpori tuo,& inuenies ſine dubio
ꝙ uitā ei ſenſumqꝫ miniſtras, & uitā q̄dē
in toto corpore inuenies uniformē.Verbi
gr̃a.Neqꝫ.n.aliter uiuit oculus q̄ꝫ articulꝰ.
Senſum uerò non ita. Quære ergo ut tibi
quoqꝫ aīa tua(q̄ eſt ſine dubio deus tuus)
ſimilia largiatur.Neqꝫ.n.uiuere dicenda ē
aīa quæ ueritatis nō habet cognitionem,
ſed adhuc mortua eſt in ſemetipſa,quēad
modū & ea ſine ſenſu, quæ necdū habet
dilectionem.Eſt ergo aīę uita ueritas, ſen
ſus charitas.Nec mireris ꝙ interdū aīę im
pioꝝ notitiam habent ueritatis, quæ tñ
expertes ſunt charitatis, qñ & in corpori
bus nonnullis uitam reperis ſine ſenſu, ut
ſunt arbores cæteraqꝫ ſimilia.Aīata q̄dē,
ſed aīatione,nō aīa,quemadmodū & aīę
iniquoꝝ ueritatis habent notitiam natu-
rali rōne,quæ tñ interdū adiuuatur à gr̃a,
cū nullatenus ſanè aīetur ab ea. In his aūt
quibus & cognitionem ueritatis,& dile-
ctionem aīa ſpiritualis infundit,non exte-
riori quolibet modo, ſed tanq̄ꝫ aīa ipſoꝝ
cui adhærētes unus ſpiritus fiunt cum ea,
in his, inquā,indiuiſa eſt cognitio ueritа-
tis, ſecundum qđ dictum eſt de uita cor-
poris.Eadem.n.cognitione & minima et
maxima comprehēdis. Porrò dilectionē
quidem ſi diligenter aduertas,uariam, &
fortaſſis ſecundum quinqꝫ ſenſus corpo-
ris quinqꝫpertitam poteris inuenire. Eſt
enim amor pius quo parentes diligimus,
eſt amor iucundus quo ſocios diligimus.
Eſt et erga oēs hoīes amor iuſtus, erga ini
micos amor uiolentus, erga deum ſanctꝰ
ſiue deuotus.In his oībus ſi diligenter at-
tendis, proprium erga ſingulos, & oīno
diuerſum ab alijs modū inuenies. Deniqꝫ
ſi conſiderare curioſius delectat, non īme
ritò fortaſſe uidebitur primus.i. parētum
amor tactui conuenire, ꝙ hic ſenſus ſola
proxima & corpori iūcta percipiat,quē-
admodum amor ille nullis exhibetur niſi
proximis carnis noſtrę. Sed nec illud q̄dē
diſcrepat à rōne ſimilitudinis, ꝙ hic ſolꝰ ē
ſenſibꝰ per corpꝰ diffunditur uniuerſum,
qm̄ & amor ille naturalis eſt omni carni,
adeo ut ipſa aīalia bruta & diligant fœtꝰ
ſuos,& diligantur ab eis.Amor quoqꝫ ſo
cialis uidere licet q̄ꝫ ꝓprie dicatur guſtui
cōuenire,ob maiorem profecto dulcedi-
nē,& qm̄ hic ſenſus ſolus eſt, quo magis
eget humana uita. Nec uideo qua rōne ui
uere dicendus eſt ſaltem hac cōi uita, qui
non eos diligit inter quos uiuit. Amor au
tem generalis, quo uidelicet oēs hoīes di
liguntur,odoratus habet ſimilitudinem,
in eo utiqꝫ ꝙ hic ſenſus iam remotiora ꝑci
piat,& ꝙ nō ex toto carnalis delectatio
nis expers, eo tñ tenuiorē eā habeat quo
diffuſiorem. Auditus aūt multo magis re
motiora capit,nec inter hoīes ab amante
quiſqꝫ remotior eſt q̄ꝫ non amās. Deniqꝫ
cum in cæteris ſenſibus nonnulla carnis
ipſius oblectatio ſit,& magis ad carnem
pertinere uideant̃, auditꝰ penè totus exit
à carne,& ei dilectioni non īmeritò cōue
nire uidet̃,cuius tota cauſa obediētia eſt:
quā pertinere ad auditū ſatis euidēs ē, cū
cæteraꝝ unde diximus dilectionū nōnul
la à carne ſumatur occaſio.Porrò uiſus q̄-
dē in eo ſibi uendicat amoris diuini ſimili
tudinem,ꝙ cæteris oībus excellentior &
ſingularis cuiuſdam naturæ, perſpicacior
quoqꝫ cæteris inuenit̃,& diſcernit multo
remotiora. Deniqꝫ odoratus quidē & au
ditꝰ uident̃ utiqꝫ remota ſentire, ſed ad ſe
magis quē ſentiāt aerē credunt̃ attrahere.
Viſus aūt non ita, ſed magis ipſe exire ui-
det̃, & ad remota ꝓcedere. Sic & in dile-
ctionibꝰ ē. Quodāmodo.n.attrahimꝰ ꝓ-

ximos quos tanꝙ noſipſos diligimꝰ. Attrahimus & inimicos, quos ad hoc diligimus ut ſint et ipſi ſicut nos. i. ut ſint amici. Deũ uero, ſi, ut dignũ eſt, tota uirtute, tota aĩa, toto corde diligimus, ipſi magis in eum pergimus, & tota feſtinatione in eũ qui ineffabiliter ſup nos, ꝓperamus. Iam uerò & id manifeſtũ eſt, q̃m in corꝑis ſenſibus uiſus quidem cæteris oĩbus, auditꝰ reliquis tribus dignior, odoratuſq; & guſtum & tactũ etſi non utilitate, dignitate tñ ſuperare uidet̃, & guſtus tactui ſuꝑexcellere: qđ manifeſtat etiã diſpoſitio ipſa membroꝝ. Oculis ſiquidem in ſummitate locatis, aures ĩferiores eſſe qs neſciat? Sic & auribns nares, & fauces naribꝰ, ipſis quoq; faucibus manus pariter & reliquas corporis partes ad quas pertinet tactus, ſubeſſe manifeſtũ eſt. Secundũ ergo hunc modũ & in ſenſibus aĩæ conſiderare licet alteꝝ altero digniorem: qđ quia facilè iam poteſtis aduertere, breuitatis cauſa prætereo. Illud quoq; ueſtræ nihilominus diligẽtię conſiderandũ relinquo, ꝙ quemadmodũ artus corporis cadere neceſſe eſt ꝙ citò deſierit eos aĩa uegetare, ſic & eas quas diximus affectiones, q̃ ſunt uelut quædam aĩæ membra, ſine aĩa ipſius aĩæ (quæ deus eſt) cadere oĩno neceſſe eſt, quatenꝰ uidelicet aut ex toto nõ diligat̃ qđ diligendum eſt, aut non diligatur ad qđ debet, aut q̃uo debet. Sunt. n. q parẽtes carnal'r tm̃ diligũt, & ipſi quoq; confitentur dño non benefecerit eis. Sed hmõi dilectio aut oĩno uocanda dilectio nõ eſt, aut caduca ẽ, aut decidẽs ĩ terrena.

de duplici baptiſmo, & de relinquenda propria uoluntate, Sermo.

Scitis fratres (firmiſſimè. n. tenetis catholicam ueritatẽ ꝙ) in baptiſmate abrenunciãtes diabolo pater cœleſtis adoptet, & in regnum filĳ claritatis ſuæ de poteſtate transferat tenebraꝝ. Nimiꝝ ipſa eſt ſtola prima quã uerè citò proferre miniſtros paternus iubet affectus, non oris petitionẽ, non deſideriũ cordis expectans, ſed & ipſum intellectum præueniens in benedictionibꝰ

Gala. 3. d. dulcedinis. Quotquot. n. baptizati ſumꝰ in Chriſto Ieſu, Chriſtum induimus. De quo & alius clamat teſtis & ipſe fidelis, *Ioan. 1.* quia quotquot receperunt eũ, dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. Nec uerò inanis ẽ aut infirma poteſtas, quia nimiꝝ certi ſumus continuo et nos, q̃m neq; mors neq; *Rom. 8.* uita, neq; uirtutes neq; angeli, neq; altitudo neq; profundũ poterit nos ſeparare à charitate dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Sed attende ꝙta enumerauit apoſtolus (eius enim uerba ſunt) minimè tñ adĳciẽs, nec noſipſi. Nimiꝝ hæc ẽ libertas qua Chr̃s nos liberauit, ut nulla penitꝰ creatura auellere nos, aut uim facere poſſit. Soli id deſerere poſſumus ꝓpria uolũtate abſtracti, & illecti à propria concupiſcentia. Pręter hanc. n. nihil eſt qđ timeamus. Deniq; donec uoluntatis uſum, & facultatẽ deliberandi renatus quiſq; recipiat, à charitate dei ſeparari oĩno nõ pōt. Securus interim degit ſub protectiõe & aduocatione dñi dei ſui, non eſt qđ uereat̃ ex oĩbus. At ubi ſanę diſcretionis annos ingrediẽs reddit̃ ſibi, cęteroꝝ utiq; uiolentiã nec tunc q̃dẽ formidare neceſſe eſt, ſed & ab ea q̃ dormit in ſinu caueat, ꝓpria. ſ. uoluntate. Erit fortè peccatũ in foribus, ſed appetitus eiꝰ ſub eo eſt, tm̃ ipſe aperire renuat, conſentire recuſet. Deniq; primos parentes non urſus aut leo, ſed potius ſerpens, callidior utiq;, non fortior cæteris animãtibus ſupplãtauit. Nec mulierẽ uir, ſed mulier uiꝝ. Serpens ô Eua decepit te, decepit ꝓfecto, nõ impulit aut coegit. Mulier tibi ô Adã de ligno dedit, ſed offerendo utiq;, nno uiolentiã inferendo. Neq;. n. poteſtate illius, ſed tua factũ eſt uoluntate, ut eius uoci plus obedieris ꝙ diuinæ. Cæteꝝ ſi ille ſibi non præcauit ignarus, nos ſaltẽ nobis tot exemplis præmoniti caueamus. Imò uerò q̃m periclitati ſumus & nos miſerabiliter ĩ hac parte, decætero iam remediũ aliqđ tantis prouidere malis ſolicite ſtudeamus. Q̃n. n. fortis ille armatus quem fortior ſuperueniẽs alligauit, atrium illud olim ſuum ualuit uiolentia aliqua obtinere? Sed uacuum ſibiq; inſipienter expoſitum domicilium reperit, & cum alĳs ſeptem nequioribus, non fortioribus ingrediens, non irruens, libere habitauit. Quis uerò illum admiſit, niſi propria uoluntas? Ipſa eſt quę in poteſtatẽ tenebraꝝ denuo redĳt, quæ nos iteꝝ ſubdidit mortis ĩperio. Veni dñe Ieſu ẽt nunc. Ieſu bone eĳce iteꝝ fortiter, quem nos inſipienter admiſimus. Tunc. n. uerè liberi erimus, ẽt nunc, ſi nos liberaueris. Irritum fecimus fœdus primum, tibi peccauimus dñe, ſatanæ & operibus eius obligantes denuo noſmet ipſos, iugo iniquitatis colla ultranea ſubmittentes, & ſubĳcientes nos miſeræ ſeruituti. Itaque fratres mei rebaptizari nos conuenit, ſecundũ fœdus inire neceſſe eſt, opus eſt profeſſione ſecunda, nec iã ſufficit abrenunciare diabolo & operibꝰ eius, mundo pariter abrenunciandũ eſt & ꝓpriæ uoluntati. Ille. n. ſeduxit, ille tradidit nos. In priori nimiꝝ baptiſmate, q̃n nihil nobis adhuc uoluntas noſtra nocuerat, ſatis fuerat abrenunciare diabolo, cuius ꝓfecto inuidia peccatũ pariter et mors per unũ ingrediens, in oẽs hoĩes pertranſiuit. Cæteꝝ poſtꝙ mundi fallẽtis illecebras, & infidelitatem proprię uoluntatis manifeſte ſumus experti, decætero iam in ſecũdo (ut ita dixerim) cõuerſionis noſtrę baptiſmate meritò prorſus & non ad inſipiẽtiam nobis, non reſarcire tantũmodo fœdus primum, ſed ẽt roborare ſoliciti, ipſis quoq; affectibus pariter abrenunciamus. Studeamus proinde dilectiſſimi, immaculatos nos ab hoc ſeculo cuſtodire, ſciẽtes q̃m religio munda et immaculata coràm deo hæc eſt. Caueamus aũt à propria uoluntate tanꝙ à uipera peſſima & nequiſſima, & quæ ſola deinceps damnare poſſit animas noſtras.

De primordĳs, medĳs & nouiſſimis noſtris, Sermo.

Eccli. 7. d. Fili memorare nouiſſima tua, & in æternum non peccabis. Recole primordia, attẽde media, memorare nouiſſima tua. Hæc pudorem adducunt, iſta dolorem ingerunt, illa metũ incutiunt. Cogita unde ueneris, et erubeſce: ubi ſis, & ingemiſce: quò uadas, & cõtre-

Canti. 1. d. miſce. Vide ne adĳcias adhuc ignorare, ne forte ſuper te ueniat terribilis illa cõminatio qua ſpõſus intonat dicẽs: Si ignòras te ô pulchra ĩter mulieres, egredere et abi poſt greges ſodaliũ tuoꝝ. Primo ſiq̃dem cũ in honore eſſes ô homo non intellexiſti, unde cõparatus es iumẽtis inſipiẽtibus, & ſimilis factus es illis. Iã ſi nec ue- *Pſal. 48. c.* xatio intellectũ dederit auditui, etiã poſt greges abibis, illis nihil mali ſentiẽtibus, malis expoſitus uniuerſis. Agnoſce ergo primordia tua, & erubeſce cõpatatum te eſſe iumentis: memorare nouiſſima tua, et time ne abeas ẽt poſt iumenta. Erubeſce inquã, ꝙ pro cõſortio angeloꝝ, cõſortiũ ſortitus es pecoꝝ, nõ mõ in neceſſitatibꝰ corporis, ſed ẽt in affectibus cordis. Cum iumentis partiris cibũ terræ, q̃a panẽ angelicũ, panẽ faſtidiſti cœleſtẽ. Non ſolum aũt, ſed ẽt qđ peius eſt, in recto corpore curua eſt aĩa: & in corpore manet humanæ aĩæ ſimilitudo, in aĩa uerò beſtiali ſimilitudine mutata eſt ſimilitudo dei. An nõ confunderis ſurſum caput habere, q ſurſũ cor non habes? corpore rectus ſtare, qui corde repis in terra? An non repere eſt in terra carnẽ ſaꝑe, carnalia deſiderare, carnalia q̃rere? Veruntñ quia ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei creatus es, ſi perdidiſti ſimilitudinẽ ſimilis factus iumentis, ſed in imagine ꝑtranſiſti. Ergo ſi in ſublimi poſitus nõ intellexiſti q̃m limus eſſes, noli ĩfixus in limo ꝓfundi ignorare quia imago dei es, & erubeſce ꝙ peregrinã ei ſuꝑduxeris ſimilitudinẽ. Memor nobilitatis tuę pudeat te tantæ deiectionis. Ne ignores pulchritudinẽ tuã, ut de fœditate amplius confundaris. Hæc ẽ iuxta Salomonẽ cõfuſio adducens gloriã, q̃n à tanta gloria cecidiſſe cõfunderis. Eras. n. aliq̃n gloria & honore coronatꝰ, cõſtitutus ſuꝑ oꝑa manuũ dñi, incola paradiſi, angeloꝝ ciuis, et domeſticus dñi Sabaoth. Hinc deieciſti teipſum in has interiores tenebras, unde ad exteriores quoq; & palpabiles tenebras eĳciendus eris aliq̃n, ſi nõ caues. Ab iſta inquã gloria filioꝝ dei depoſuiſti temetipſum, à felici illa & dulciſſima p̃ria, ab horto uoluptatis exulẽ te feciſti. Ecce unde ueniſti: uis noſſe quò deueniſti? In locũ utiq; afflictionis. Siquidẽ uita tua in-

ferno appropinquauit. Quid.n. hic niſi la
bor & dolor, et afflictio ſpũs? Sed nũc ita
contigit tibi, ac ſi puer in carcere natꝰ ſit,
& in carcere ſit nutritus, & quia nunq̃ ui
derit lucẽ, miret̃ ſuper triſtitia & anxieta
te matris ſuę. Illa.n.ſcit unde doleat, & q̃a
nouit bona, grauiora ſunt ei mala, & re-
cordatione pacis amaritudo eius amariſ
ſima eſt. Tibi magna bona uident̃ mino-
ra mala, & præ maioribꝰ cõpedibus q̃bꝰ
aſſuetꝰ es, minores annulos requiẽ putas.
Comedere appetis, q̃a fames te cruciat.
Vtrũq; labor eſt, ſed quia fames grauior
magis, comedere neſcis eſſe laborẽ. De-
niq; poſtq̃ fames depulſa fuerit, uide ſi ñ
grauius ducis comedere q̃ eſurire. Sic ſe
habẽt uniuerſa ſub ſole, ut nihil ſit ĩ eis ue
rè iucundũ, ſed ab uno ſemꝑ tranſire uelit
hõ ad aliud, ſolaq; uiciſſitudine releuetur
utcũq;, ac ſi ꝓſiliat ab aqua in ignẽ, & ĩde
rurſus in aquã reſiliat, utpote q̃ neutrum
ferre poſſit. Oĩs ſiquidẽ laboris remediũ,
alterius laboris initiũ eſt. Nemo in hoc ſe
culo nequã qđ uult habere põt, q̃ñquidẽ
nec iuſtus iuſtitia ſatiat̃, nec uoluptuoſus
uoluptate, nec curioſitate curioſus, nec
ambitioſus ĩani gloria. Ecce unde doleas
ſi nondũ inſenſibilis factus es. Ecce unde
doleas ꝙ in exilio poſitꝰ es, in deſerto mo
raris, & in tenebris ambulas & ĩ lubrico,
& in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo.
An nõ in amaritudine morat̃ oculus tuꝰ,
quoties iſta cõſiderat et deplorat pariter
Pſal. 119. a. cũ ꝓpheta: Heu mihi, q̃a incolatus meus
ꝓlongatus ẽ? Habes iã primordia, habes
Eccl'ſ. 7. d. ẽt media: ſed nouiſſima q̃ ſunt? Nã de eis
dicit̃ ꝙ eoꝶ memor nõ peccabis. Ipſa ſũt
mors, iudiciũ, gehenna. Quid horribilius
morte? q̃d iudicio terribilius? Nã gehẽna
nihil põt ĩtolerabilius cogitari. Quid me-
tuet ſiq̃s ad iſta non trepidat, nõ expaue-
ſcit, non timore concutit̃? O hõ ſi pudorẽ
ꝑdideras ad nobilẽ creaturã ꝑtinẽtem, ſi
dolorẽ non ſentiebas afflictionis, qđ ẽ ẽt
carnaliũ: uel timorẽ non omittas, q̃m ille
eſt ẽt iumentoꝶ. Oneramus aſinũ & fati
gamus in laboribꝰ plurimis, & nõ curat;
q̃a aſinus eſt. At ſi in ignẽ ĩpellere, ſi in fo-
ueã ꝑcipitare uelit, cauet q̃ñtũ põt, q̃a uitã
diligit, & mortẽ timet. An non tibi ergo
iuſtũ uidet̃, ut qui mõ iumentis inſenſibi-
lior fuerit, poſt iumenta ipſa cõpellat̃ abi
re, & in tormentis poſitus locũ teneat po
ſteriorẽ? Time ergo ô hõ ꝙ ĩ morte ſepa-
randus es à bonis oĩbus huius corporis,
& tã dulce carnis & aĩæ uinculũ amariſſi
mo ſecandũ diuortio erit. Time ꝙ in ter-
ribili iudicio ei ꝑſentandus es, in cuius ma
nus horrendũ eſt incidere: & eo examinã Heb. 10.
te quẽ nihil latet, ſiquidẽ inuenta fuerit in
te iniquitas, alienandus ab uniuerſitate
quietis & gloriæ, et ſegregandus à nume
ro beatoꝶ. Time ꝙ in gehenna cruciati-
bus æternis & ĩmenſis exponendus es, in
ſorte diaboli et angeloꝶ eius, in igne ęter
no, q̃ ꝑparatus eſt eis. Hic ergo timor ini-
tiũ ſapiẽtiæ dicit̃, non pudor, nõ dolor: q̃a
neuter eoꝶ ſic initiat ad ſapientiã, neuter
tãtã habet efficaciã. Vnde eſt qđ nõ dicit̃
memorare primordia, aut media, ſed no-
uiſſima, & nõ peccabis. Validior.n. eſt &
uehemẽtior ſpũs timoris ad reſiſtendum
peccato, q̃ pudor & dolor: q̃a pudor de
multitudine, & dolor de q̃licũq; huiꝰ mũ
di cõſolatiõe capit ſolatiũ, timor uerò nõ
inuenit unde cõſolet̃. Nã in morte nõ ma
gnũ, nõ paruũ aliq̃d de bonis huius mũdi
tecũ delaturꝰ es, in iudicio nec fallere nec
reſiſtere poſſibile erit: in gehenna penitꝰ
nulla conſolatio, ſed perpetuum uę, ulula
tus, & fletus & ſtridor dentium.

De triplici miſericordia, & quatuor miſerationibus, Sermo.

MIſerere mei deus, ſecundũ magnã Pſal. 50.
miſericordiã tuã. Sicut ſunt pec-
cata minima, ſunt mediocria, ſũt
& magna: ſic eſt miſericordia parua, me-
diocris, & magna. Magnus ergo pecca-
tor magna miſericordia opꝰ habet: ut ubi
abundauit delictũ, ſuperabundet & grã.
Paruã miſericordiã dico expectationem
qua non ſtatim punit peccantẽ, ſed expe
ctat ad pœnitentiã. Paruã aũt nõ in ſe, ſed
ad cõparationẽ aliaꝶ. Alioquin magna
planè, magna oĩno miſericordia, expecta
tio dñi eſt. Nam peccãtẽ angelũ oĩo non
expectauit, ſed ꝑcipitauit: hoĩem quoq;
peccantem non diſtulit, ſed protinus ex-

pulit de paradiſo. Nunc iã expectat, diſſi
mulat, ſuſtinet decẽ annis, uiginti, uſq; ad
ſenectutẽ & ſeniũ. Et ſi cõſideremus q̃ñta
& q̃ plurima peccata quotidie fiũt, nõne
leuia reputamus illa quæ tã cõtinuo dã-
Pſal. 72. a. nationis excepere ſententiã? Nihil ꝓinde
miꝶ ſi ipſius quoq; prophetę penè moti
ſũt pedes, penè greſſus effuſi, q̃m zelabat
ſuꝑ iniquos pacẽ peccatoꝶ uidẽs: ſi pec-
catores ipſi dicunt, q̃ũo ſcit deus, & ſi eſt
ſcientia in excelſo? Sed hæc eſt grã crucis
Ezec. 18. g. Chri & uirtus. Viuo ego dicit dñs, nolo
mortẽ peccatoris, ſed ut magis cõuertat̃
& uiuat. Quantum uerò mihi uidet̃, uox
Chriſti reſurgentis eſt iſta. Ac ſi dicat, ue
lit nolit Iudæus, uiuo ego. Nolo mortem
peccatoris qui mori uolui pro peccatori-
bus. Volo ut fructuoſa ſit mors mea, &
copioſa per eã redẽptio. Hanc ergo miſe
ricordiã dñi qua tardat ferire, paratꝰ ignо
ſcere: paruã non quidẽ in ſeipſa, ſed aliaꝶ
cõparatione noĩaui, quia hæc ſi quidẽ ſo-
la fuerit, nullatenus ſufficit ad ſalutẽ, imò
Pſal. 49. d. uero iudiciũ dãnationis accumulat, ut di-
cat̃: hæc feciſti, & tacui. Apoſtolũ ꝓinde
audiamus more ſuo terribiliter intonãtẽ.
Rom. 2. a. An diuitias bonitatis eius, inquit, (haud
dubiũ quin dei) & longanimitatis contẽ
nis? Ignoras q̃m patientia dei ad pœnitẽ-
tiã te adducit? Tu aũt ſecundũ duritiam
tuã & cor ĩpœnitẽs theſaurizas tibi iram
in die iræ. Theſaurizas, inquit, tibi theſau
ros iræ pro ꝓrogatis theſauris miſericor-
diæ quos contẽnis, & euacuas in te miſe-
ricordiã dei. Sed ſecundũ quid? Secundũ
duritiã tuã, ait, & cor impœnitens. Quis
aũt ſcindet duritiã iſtã, niſi q̃ paſſione ſua
petras ſcidit? Quis dabit cor pœnitẽs, niſi
à quo eſt oẽ datũ optimũ? Hæc eſt ſecun-
da miſericordia oĩno maior priore, q̃ fa-
cit ne prima ſit infructuoſa, & conuertat̃
in dãnationẽ mortis, dando.ſ. pœnitentiã,
ſine qua expectatio nõ mõ non prodeſt,
ſed obeſt plurimũ. Et hæc quidẽ in leuibꝰ
peccatis põt ſufficere, q̃m in his à quibus
abſtinere non poſſumus dũ geſtamꝰ cor-
pus peccati, ad ſalutẽ ſufficere põt pœni-
tẽtia quotidiana. At in grauioribus q̃dẽ,
& q̃ peccata ad mortẽ ſunt, opus eſt non
modo pœnitentia, uerũ etiã continentia.
Difficilis prorſus res, & ſoli diuinę uirtuti
poſſibilis, ſuſceptũ ſemel peccati iugũ à
ceruicibus excutere: q̃m q̃ facit peccatũ,
ſeruus eſt peccati, nec eſt iã liberari niſi in
manu forti. Hæc eſt magna miſericordia
magnis neceſſaria peccatoribus, de qua
dicit̃: Miſerere mei deus ſecundũ magnã Pſal. 50. a.
miſericordiã tuã, & ſecundũ multitudinẽ
miſerationũ tuaꝶ &c. De quatuor filia-
bus magnæ miſericordię dictũ eſt, q̃ ſunt
ĩmiſſio amaritudinis, ſubtractio opportu
nitatis, uirtus reſiſtẽdi, & ſanitas affectio
nis. Q̃ñq;.n. ei q̃ peccato quouis obligatꝰ
tenet̃, pie ĩmittit dñs amaritudines quaſ-
dã, q̃ mentẽ occupant hoĩs, & expellunt
ꝑnicioſam delectationem peccati. Q̃ñq;
ſubtrahit opportunitatẽ, nec tẽtari patit̃
infirmitatẽ. Q̃ñq; uirtutẽ donat reſiſtẽdi
qđ maius eſt, ut.ſ. tẽtationẽ ſentiẽs uirili-
ter agat, & nõ cõſentiat. Q̃ñq; affectionẽ
ſanat, qđ ꝑfectiſſimũ eſt, & in quo pror-
ſus tentatio tollitur: ut nõ ſolum non cõ-
ſentiatur ei, ſed nec ſentiatur quidem.

De ſeptẽ donis ſpiritus ſancti cõtra ſeptẽ uitia. Ser.

SApiẽtia uincit malitiã, dũ ſatanã
conterit dei uirtus & dei ſapiẽtia
Chriſtꝰ. Attingit ergo à fine uſq;
ad finẽ fortiter, in cœlo quidẽ deijciendo
ſuperbũ, in mundo ſuperando malignũ, ĩ
inferno ſpoliando auaꝶ. Et diſponit oĩa
ſuauiter, in cœlo ſtantes angelos cõfirmã
do, in mundo uenũdatos redimendo, in
inferno captiuos liberando. Aut ſi meliꝰ
placet, accipiamus hoc mõ. Ordinata ꝓ-
cedit acie aduerſus ſeptẽ peccati gradus
ſpũs ſeptiformis. Et primꝰ cõtra negligẽ-
tiã timor exurgit, nimiꝶ ipſe ẽ quo cõcu-
tit̃ aĩa, diſcutit̃ cõſciẽtia, excutit̃ ſopor le-
talis, incutit̃ ſolicitudo. Deniq; q̃ timet
Deũ, nihil negligit, ſed ueret̃ oĩa oꝑa ſua.
Cęteꝶ ut grauior ſit cõflictꝰ ſquama ſqua
mę iũgit̃, & comitãtia ſũt ĩ humão corde
negligẽtia ſui et curioſitas cæteroꝶ. Tri-
plex.n. (ut ait ſapiẽs) ĩcõmodum eijcit de
domo ĩhabitãtẽ: fumꝰ, ſtillicidium, mala
uxor. Q̃ñ uerò hęc deerũt negligẽti? Pro-
pria q̃dẽ q̃ negligit, fumũ ñ abigit, uxorẽ
nõ corrigit, tectũ nõ reficit. Fumant pec-

cata nullo miſericordiæ ſtudio, nullis la-
chrymaꝝ undis extincta, & fumus ille te
terrimus & intolerabilis. Malignaẽ uolũ
tas ipõ neglectu quotidie deterior ſemet
ipſa. Stillat ſupni iudicis īdignatio ex de-
fectu utiꝗ; charitatis, q̄ ſola operit multi-
tudinẽ peccatoꝝ. Egrediaẽ utiꝗ; foras ne
ceſſe eſt, & curioſius exteriora cõſideret
q̄ ſic interna deſpicit, p̄terita non reſpicit,
p̄ſentia non inſpicit, futura non proſpicit.
Euidenter ꝓinde curioſitati pietas aduer
ſaẽ, & quem illa à corde euocat, iſta reuo
cat. Nimiꝝ pietas illa eſt cultus dei, & in
corde coliẽ q̄ ī corde cognoſciẽ habitare.
Parit aũt curioſitas experientiã mali, ut fa
cilè q̄ per multa uagaẽ offendat: facilè ca-
dat in laqueũ, facilè inueniat qđ ꝑnicioſè
delectet. Confligit ſanè aduerſus hãc ſciẽ
tiæ ſpũs, docens eligere bonũ, reprobare
malũ: docens qđ ꝑnicioſum ſit, qđ ue ex-
pediat expiri. Veruntñ ī multis iã in cõcu
piſcentiã experientia trãſire uideẽ. Habes
Gene.34.a ergo hos gradus in Dina filia Iacob, quã
nimiꝝ ad uidendũ alienigenas mulieres
egreſſam, Emor filius Sichẽ rapuiſſe, cor-
rupiſſe, ac deinde triſtẽ blandiţijs deleniſ
ſe legiẽ, ita ut illius aĩæ, aĩa eius adhæſerit.
Dico aũt in concupiſcentiã, & ut ꝓpheta
meminit, in affectũ cordis trãſiſſe hoĩem
q̄ legẽ ſpreuit, honeſtatẽ abiecit, ualefecit
pudori: timorẽ aũt dñi penitus trãſilijt, ſo
loꝗ; uehiẽ appetitu, ſequiẽ concupiſcẽtiã
ſolã, ſola trahiẽ uoluptate, & eſt apud eũ
ꝓ rõne uoluntas. Cõtra hanc igiẽ cõcupi
ſcẽtiã mali dimicat fortitudo: neꝗ;.n. ulla
iã niſi in manu forti liberatio eſt. Indicat
ſibi hõ ieiunia, corpꝰ caſtiget & ſubijciat
ſeruituti, nec fortè iam de radice colubri
egrediaẽ regulus, de concupiſcentia cõ-
ſuetudo. Queadmodũ.n. miſera nimiũ &
miſerabilis humana fragilitas ſine pruri-
tu concupiſcentię, aut īpetu deſiderij ſola
cõſuetudine ipſa ad illicita trahaẽ, utinã
Ioan.8.d. oĩbus liceat ignorare. Nimiꝝ peccatũ fa
ciens, ſeruus eſt peccati, ſeruus planè dia-
boli, ad praua quæꝗ; prout duciẽ ſequẽs,
à quo nimiꝝ captiuus teneẽ ad ipſius uo-
lũtatẽ. Eſt aũt cõſuetudo hæc grauis q̄dã
& ꝑnicioſa catena, ſoluẽda utiꝗ; facilíꝰ q̄
rũpenda: ut hic maximè uulgare illud ꝓ-
uerbiũ uideaẽ uſurpari, induſtriã uiolẽtia
potiorẽ: ut queadmodũ uis ui repelliẽ, &
feruore ſpũs feruor extinguaẽ deſiderio-
rũ, ut maligni artẽ arte deludas, & cõſue-
tudini cõſiliũ opponas. Alioquin ſi forte
uiolentiã q̄ras & caſtigationẽ corꝑis ſpe
res cõſuetudini p̄ualere, timendũ oĩno eſt
ne ſit ꝑnicioſus labor, & prius ipſa ſubſtã
tia deficiat q̄ꝫ inolita concupiſcẽtia, p̄ſer-
tim ꝙ altera q̄dã natura ſit ipſa cõſuetu-
do. Neceſſariũ itaꝗ; eſt conſiliũ uel ab ip
ſo magni cõſilij angelo miniſtratũ, uel ab
hoĩe aliquo ſpũali qui cogitationes ſata-
næ ſpũaliaꝗ; remedia non ignoret. Sub-
trahenda nobis occaſio eſt & opportuni
tas fugiẽda peccati. Legimꝰ frẽs, ī eremo
fornicationis ſpũ quẽpiã īpugnatũ, lauda
bili prorſus induſtria à p̄re curatũ. Aduo-
cãs.n. ſenior fratrẽ alteꝝ ſecreto, iuſſit ut
eũdẽ laceſſiret iniurijs, & prior ipſe quaſi
accepta ab eo iniuria quereret. Anxiabaẽ
ille, & confuſus uehementer, ſic in breui
oblitus eſt priſtinę tentationis, ut q̄renti
de ea non ſine admiratiõe plurima reſpõ
deret: Papę, uiuere nõ licet: & fornicari li-
bet? Sed forte nedũ uenit cui uictori are-
poſita eſt, quẽ triũphus manet, cui coro-
na debeẽ, et contẽptus ex cõſuetudine ꝓ-
dit, ut tãto liberius, quãto deſperatiꝰ pec-
cans, totas iã concupiſcentię laxet habe-
nas, toto īpetu feraẽ ī p̄ceps, ſicut ſcriptũ
eſt: Peccator cũ uenerit in ꝓfundũ malo-
Prou.18. rũ contẽnit. Hunc ergo contẽptũ neceſſe
eſt ut ſpũs intellectus īpugnet, illuminãs
tenebras cordis, & lucẽ diuinę miſericor
dię, & copioſę miſerationis infundẽs. In-
telligentia nẽpè diuinis & altiſſimis rebꝰ
attribuenda eſt, quas quidẽ ratio huma-
na nullatenus, difficile autẽ uel fides ipſa
Rom. cõprehendere poſſit; ut eſt illud: Vbi abũ
dauit delictũ, ſuꝑabundauit & grã. Iã ſi
contẽptus perſtiterit, accedere neceſſe ẽ
& malitiã, ut quã põt conſolationẽ deſpe
ratus miſer admittat, & cui non eſt pars ī
bonis, lęteẽ uel in malis, lęteẽ cũ malefece
rit, & exultet in rebꝰ peſſimis. Ex his ergo
ſolũ hoc remediũ eſt, ut ipſa aduerſus ma
litiã ſapientia cõgrediaẽ, propriaꝗ; dex-
tera

tera prælietur, quæ ſuccũbere oĩno nõ no
uit. Qñ.n. libereẽ qui in habitationẽ deſcẽ
dit, niſi præueniaẽ in benedictionibus ſu-
pernæ dulcedinis, ut clauum clauo expel
lat, & peſtiferam dulcedinẽ uitioꝝ iucun
ditas ſpũalis unctiõis excludat? Attingit
ergo à fine uſꝗ; ad finẽ fortiter ſapiẽtia ui-
ctrix eradicando ſingula uitia, ſingulasꝗ;
inſerẽdo uirtutes. Excutiẽ ſiquidẽ negligẽ
tia, ut timoris ſpũs repleat mentẽ, abijciẽ
curioſitas ut ſuccedat pietas, experientia
mali fugaẽ, apponiturꝗ; ſciẽtia. Sic & cõ-
cupiſcentiæ p̄ualet fortitudo, & conſiliũ
cõſuetudinẽ amputat, et intellectus uigẽs
contẽptũ amouet, & diſparente oĩno ma
litia, ſapientia regnat. Qua q̄dẽ triũphãte,
de cætero miſerã illam aĩam quã ꝑnicio-
ſè negligẽtia ſoporauerat, peius excitaue
rat curioſitas, attraxerat experientia, te-
nuerat cõcupiſcẽtia, ligauerat conſuetu-
do, contẽptus in carcerẽ truſerat, malitia
iugulauerat: timor ſuſcitat, pietas blande
demulcet ſcientia quid actũ ſit indicans,
dolorẽ apponit, qđ ſuũ eſt, fortitudo eri-
git, cõſiliũ ſoluit, intellectus educit de car
cere, ſapiẽtia mẽſam ponit, refocillat eſu-
rientẽ, & ſalutaribus reparat alimentis.

De eo qđ ſcriptum eſt: Beatus homo qui inuenit ſapiẽtiã, & qui affluit prudẽtia, Sermo.

Prou.3.b. Vid in hoc mũdo agimꝰ fratres,
q aut quid facimus de hoc mũdo?
Si ſaluari contendimus à p̄ſenti ſe
culo nequam, quid adhuc de hoc mundo
decernimus? Si exire uolumus, quid cõpe
des noſtros nobiſcũ trahere laboramus?
Ponamus aureos eſſe, ſed multo melius ẽ
ſine his liberari, q̄ꝫ eoꝝ occaſione teneri.
Non æſtimemus pretiũ, ſed impedimẽtũ
conſideremus, ne p̄ter ipſam quæ dura ſa
tis reputanda eſt conditionis neceſſitatẽ,
ẽt cupiditatis uiſco inhęrere hic īcipiamꝰ,
et inanis ſolicitudinis nexibꝰ irretiri. Quid
enim in cõpedibus faciat quis, ꝑcunctari
fortè minus congruũ iudiceẽ, ꝙ uidelicet
ad patiendũ magis q̄ꝫ ad aliquid faciẽdũ
ſoleant hoĩes cõpediri: & actionis impe-
dimenta cõpedes ſunt, adminicula paſſio
nis. Agendũ tñ nobis aliquid in hoc mun
do, agenda utiꝗ; pœnitentia, ſed ad paſ-
ſionem hæc potius q̄ꝫ ad actionẽ uidebiẽ
pertinere. Nihilominus tñ agendũ hic no
bis aliquid: non quidẽ de hoc mundo, ſed
in hoc mundo. Cũ.n. legaẽ Adam in loco
uoluptatis ab initio poſitus ut operareẽ,
quis ſanũ ſapiens, filios eius in loco affli-
ctionis ad feriandũ poſitos arbitreẽ? Ope
remur ergo, ſed cibũ qui non perit: opere
mur opus ſalutis noſtræ. Operemur in ui
nea dñi: ut denariũ diurnum accipere me
reamur. Operemur in ſapientia quę dicit: Eccli.24.c.
Qui operanẽ in me, non peccabunt. Ager
enim eſt mundus: ait ueritas. Fodiamus, ī
eo theſaurus abſcõditus latet, effodiamꝰ
eũ. Ipſa eſt.n. ſapientia quæ trahitur de oc Matt.13.f.
cultis. Oẽs eam quærimus: oẽs concupi-
ſcimus eam. Sed fruſtra quærit qui in le-
ctulo ſuo quærit: neꝗ;.n. in terra ſuauiter
uiuentiũ inueniẽ. Lectulus eſt, & ibi gigã
tẽ quæris? Tuus eſt, & ibi ſperas inuenire
eũ q̄ diuerſoria ſemper ignorat? Si q̄ritis, Eſa.21.c.
inquit, quærite: conuertimini & uenite.
Quęris unde? A lectulo tuo. Quęris unde Ibid.18.d.
conuertaris? A uoluntatibus, inquit, tuis
auertere. Et ſi in uoluntatibus meis nõ in-
uenio: ubi, inquis, inuenio ſapientiam? Ve
hementer.n. eam conſiderat aĩa tua: nec
inueniſſe ſufficiet ſi cõtigerit inuenire: niſi
menſurã bonam & confertã & coagita-
tam, & ſupereffluẽtẽ ponam in ſinũ meũ.
Meritò quidẽ. Beatus.n. homo qui iuenit
ſapientiã: & qui affluit prudentia. Quære Deut.30.c.
ergo dũ inueniri põt: & dũ propè eſt, inuo & Roma.
ca illam. Vis audire q̄ꝫ propè ſit? Propè eſt 10.b.
uerbũ in corde tuo & in ore tuo, tñ illud
recto ſi quæſieris corde. Erige cor, ſurge
de lectulo tuo, ut nõ fruſtra audias admo
nentẽ ſurſum habere cor: Sic.n. inuenies
corde ſapientiã: ore afflues prudentia, ſed
affluere nõ effluere uel euomere cura. Ni-
miꝝ mel inueniſti ſi inueniſti ſapiẽtiã, tñ
ne multũ comedas: ne ſatiatus euomas il-
lud. Sic comede ut ſempꝑ eſurias. Nã ipſa Eccli.24.c
dicit: Qui me edunt, adhuc eſurient. Noli
multũ reputare qđ habes, noli ſatiari ne
euomas: & hoc ipſum qđ uideris habe-
re, auferaẽ à te: quippe qui ante tp̄s q̄rere
deſtitiſti. Neꝗ; enim dum poteſt īueniri,
dum propè eſt: ab inquiſitione uel inuo-

catione ceſſandum eſt. Aliter quoq; ſicut
Prou. 25. d. qui mel comedit multum (ut ait idem Sa
lomon) non eſt ei bonũ: ita qui ſcrutator
ẽ maieſtatis, opprimet̃ à gloria. Quid tu
Pilate ſeorſum interrogas dñm, ut tibi ſu
ſurret in aure quid ſit ueritas? Multũ ẽ ad
te: non dabit̃ ſanctũ cani: nec margarita
porco. Quęre potius fidei guſtũ: ſatietatẽ
intelligentiæ interim ne requiras. Meritò
fratres, reuerberata acie protin⁹ reſiliuit:
& reſponſum non ſuſtinens, egreſſus ẽ ad
Iudæos, qui ambulare cœperat ĩ magnis
& mirabilibus ſuper ſe, quid eſſet ueritas
percontatus. Quocirca quæramus ſapiẽ-
tiã in corde: & ſapientiã quæ eſt ex fide:
Rom. 12. a. quẽadmodum apoſtolus ait. Non plus ſa
pere q̃ oportet ſapere: ſed ſape ad ſobrie
tatẽ. Sobria ſiquidẽ ſapiẽtia eſt in pœnitu
dine peccatoꝝ præteritoꝝ: in contẽptu
ꝓſentiũ cõmodoꝝ: in deſiderio futuroꝝ
præmioꝝ. Inueniſti planè ſapientiam, ſi
prioris uitæ peccata defleas: ſi huius ſecu
li deſiderabilia paruipendas: ſi æternam
beatitudinẽ toto deſiderio concupiſcas.
Inueniſti ſapientiam ſi tibi hoꝝ ſingula ſa
piunt prout ſunt, ut hæc quidẽ amara &
oĩno fugienda, iſta quoq; uelut caduca et
tranſitoria contẽnẽda, illa uerò ut ꝑfecta
bona totis appetenda deſiderijs, intimo
quodam animi ſapore dijudices et diſcer
nas. Atq; hæc quidẽ ſobria eſt ſapiẽtia, &
uomitũ neſcit, ubi & timoris frigus ex re
cordatiõe peccatoꝝ, & charitatis feruor
ex appetitu diuinaꝝ promiſſionũ, tepidi
tatẽ amouet eaꝝ quę nunc ſunt peſſimaꝝ
occupationũ: ut nec euomas ſapientiam:
Prou. 3. b. nec euomaris ab ea. Sicut. n. beat⁹ homo
qui inuenit ſapientiã: ſic ẽt beatus uir uel
beatior ẽt qui morabit̃ in ſapientia: fortè
enim hoc ad affluentiã ſpectat. Sanè ĩ his
tribus ore affluit ſapientia uel prudentia,
ſi ſit in ore confeſſio ꝓpriæ iniquitatis: ſi
gratiaꝝ actio & uox laudis, ſi etiã ſermo
Rom. 10. b æd ificationis. Nimiꝝ corde credit̃ ad iu-
ſtitiam: ore aũt cõfeſſio fit ad ſalutẽ: atq;
in principio quidẽ ſermonis iuſtus accuſa
Prou. 18. c. tor eſt ſui. Nã ĩ medio magnificare dñm:
in tertio; quoq; (ſi eatenus affluit ſapiẽtia)
ædificare proximũ debet. An uerò & in
opere affluendum eſt ſapientia? Eſt maxi
mè. Quæramus ergo & in opere triplicẽ
affluentiã: nam & olim dictũ eſt à ſapien
te quodã, ꝙ ſapientia tripliciter deſcribe
ret̃. Itaq; ſi uos melius non habetis: puto
ego, qđ ad op⁹ ꝑtinet, copioſè ſatis afflue
re ſapientia quicunq; inter uos cõtinẽter
patienter & obedienter cõuerſat̃, tm̃ ut fi
delis obedientia ꝓpriã mortificet uolũta
tẽ, humilis continentia carnalẽ pariter &
ſecularẽ amputet uoluptatẽ, hilaris patiẽ
tia utrãq; ſimul, & corporalẽ. ſ. & mun-
dialem uiriliter ſuſtineat aduerſitatem.

De triplici genere bonorum, & uigilantia ſuper cogitationibus, Sermo.

ET propenſius ſtudiũ & cura uigi
lantior noſtris eſſet cogitationi-
bus adhibenda fratres mei, nr̃is
inquã, quibus tam ſanctaꝝ meditationũ
aſſidue materia miniſtrat̃. nocte. n. & die
nobis propheticæ & euangelicæ, ſed &
apoſtolicæ uoces canunt̃ & legunt̃, quæ
& pœnã minant̃ inferni, et gloriam regni
pollicent̃. Vnde ergo nobis tam uanæ, tã
noxiæ, tã obſcœnæ cogitationes, q̃ nunc
ĩmunditia & eleuatione, nunc ſuperbia et
ãbitione cęteriſq; paſſionibus extorquẽt
nos, ut uix aliqñ in ſerenitatẽ ſanctaꝝ co-
gitationũ reſpirem⁹? Væ nobis à torpore
& tepore cordis noſtri, qui ꝑmittim⁹ nos
his uanitatibus occupari, & nõ magis ex
inſtanti trãſilimus in bona dñi, ſiue in na-
turalia, ſiue in ſpũalia, ſeu ẽt in æterna. Et
qdẽ naturalia bona magna, ſpũalia maio
ra, ſed maxima ſunt æterna. In primis re-
paramur, in ſecũdis exercitamur, extendi
mur et beatificamur ĩ tertijs. Si nõ potes
oculũ meditationis in illã ſublimitatem
æternaliũ bonoꝝ infigere, qa ſtãtia ſunt,
& oẽm ſenſum exuperant: in bonis gr̃æ q̃
ſunt in exercitio uirtutũ, uiſum reflecte, ut
uideas q̃ puræ conſcientiæ, q̃ liberę frõ-
tis ſit uerſari & conuerſari in caſtitate &
charitate, in patientia & humilitate cæte
riſq; uirtutibus, q̃ amabilẽ deo, placabilẽ
& imitabilẽ hoĩbus reddunt. Q; ſi & hęc
nimis ſublimia ſunt, & tranſgrediẽtia ĩfir-
mitatẽ tuã, demitte oculos tuos in bona
naturę, q̃ tibi tã familiaria eſſe debẽt, q̃ tũ
tu familiaris es tibi. Nec ſic dicim⁹ bona
naturæ quaſi gr̃æ non ſint, ſed ideo ꝙ ipſi
naturæ quodãmodo ingenita & cõplãta
ta fuerũt anteq̃ fieret peccatũ illud, qđ
ſolũ perſonã infecit, ſed ẽt naturã. Extunc
nõ ita nobis ad manũ proueniſſe mõſtrat̃
ꝑꝑ uulnus inflictũ, cũ tñ nos illa in nobis
& circa nos eſſe tã rõnibus q̃ affectioni-
bus plerũq; ſentiamus. Et quia nos ex aĩa
1. Cor. 12. & corpore conſiſtimus iuxta uocẽ apl̃i:
ab aĩali parte. i. à bonis corpis incipiam⁹,
ut nõ ſit prius qđ ſpũale eſt, ſed qđ aĩale.
Sunt aũt oĩa bona corporis & quæ ei ſo-
lũmodo debeamus, ſanitas. Nihil autẽ ei
ultra dandũ eſt uel quærendum, ſed hoc
termino ligandũ, & fręnandũ eſt, cũ fru-
ctus eius nullus ſit, & mors ſit finis illius.
Sed hic fouea eſt, q̃ nolo uos lateat. Inſi-
diat̃. n. uoluptas ſanitati, & tã ſubtili mali
gnitate ꝓſequit̃, ut uix eã quis uel poſſit
cauere uel nouerit. Q; ſi uoluptati ſeruit̃,
non ſanitati, hoc iã de natura non eſt, ſed
ſub natura, q̃ morti manus dat, cũ magi-
ſtrã cõſtituit uoluptatẽ. Inde ẽt eſt ꝙ mul
ti ad tã beſtiales & rebelles impetus de-
ſcenderunt, uel (ut dicã uerius) ceciderũt,
ut uoluptatẽ præferant ſanitati, & illiſip-
ſis ſæpiſſimè uolutent̃, quæ ſciũt difficiles
& acutiſſimas ſubſeq paſſiões. Sicut aũt
corporis natura eſt ſanitas, ita cordis na-
tura eſt puritas: qa turbato oculo non ui-
debit̃ deus: & cor humanũ ad hoc factũ
eſt, ut ſuũ uideat creatorẽ. Si uerò ſanitati
corporis ſolicita eſt ꝓuidenda cuſtodia,
puritati cordis tanto ſolicitior eſt ĩpẽden
da, quãto pars iſta dignior illa eſſe cõuin
cit̃. Hic tñ ſimpliciter accipim⁹ puritatẽ,
ut uidelicet oĩa quæ agim⁹, pure & humi
liter confiteamur dño in or̃one, homini ĩ
Pſal. 31. b. confeſſione, & dicamus: Dixi confitebor
aduerſum me iniuſtitiã meã dño, & tu re-
miſiſti ĩpietatẽ peccati mei. Et qa ſociale
aĩal ſumus, ex his quæ in nobis ſunt, ad ea
q̃ circa nos ſunt, trãſeamus: ut ſi fieri põt
qđ ex nobis eſt pacẽ habeamus cũ oĩbus
hoĩb⁹. Hæc. n. eſt lex naturalis ſocietatis,
ut oĩa quæcũq; nobis fieri nolumus, alijs
non faciamus: & q̃ nobis fieri uolumus,
alijs ĩpendere ſtudeamus. Sicut ergo de-
bem⁹ ſanitatẽ corpori, puritatẽ cordi: ſic
& fratri pacẽ. Iam hinc tranſeundũ eſt ad
ſanctoꝝ aĩas, quæ de huius mortalitatis
carcere ad cœloꝝ gaudia uolauerũt. His
profecto debemus imitationẽ: quia ſil'es
fuere nobis paſſibiles, & notas nobis fe-
cerũt uias uitæ, quas tam infatigabiliter,
q̃ interminabiliter tenuerunt. Sed & illis
q non in tãta ſanctitate ſeu pacta pœnitẽ
tia exierunt, cõpaſſionẽ debem⁹ & or̃onẽ
ꝑꝑ ſimilis naturæ cõſortiũ, ut pius pr̃ au-
ferat ſcoriã eoꝝ, & in beneficia flagella
cõmutet, & ſic tandẽ reconſignet ad bea
tæ gaudia ciuitatis. Si. n. tauri cũ taurum
mortuũ inuenerint, plorãt, mugiũt, & q̃ſi
qbuſdam debitis humanitatis obſequijs
fraterna funera proſequunt̃: qd debet ho
mo homini, quẽ & ratio docet, & trahit
affectio? Sicut ergo ſanctis aĩabus imita-
tionẽ, ſic min⁹ ſãctis cõpaſſionẽ debem⁹,
illinc exẽplũ, hinc gemitũ hauriẽtes. A ſã-
ctis uerò angelis auxiliũ q̃rẽdũ eſt, & oc-
cultis ſuſpirijs, et frequentia lachrymaꝝ:
ut illi ſupeminenti maieſtati ꝓces noſtras
offerãt, referant gr̃am, qa adminiſtratorij
Heb. 1. d. ſpũs ſunt, miſſi ꝑꝑ nos, ut hæreditatẽ ca-
piamus ſalutis. Ab illo aũt reꝝ oĩum dño
pietas quærenda eſt, ut ille cuius natura
bonitas, cui propriũ eſt miſereri ſemp &
parcere, non reſpiciat multitudinẽ iniqui
tatũ noſtraꝝ: ſed ſecundũ multitudinem
miſerationum ſuaꝝ miſereatur noſtri. Ip
ſi. n. nos & amorem debemus, & ſubie-
ctionẽ cum omni reuerẽtia & humilitate.
Amorẽ, qa fecit nos, & benefecit nobis:
ſubiectionẽ, quia ſup nos eſt, & hoc ꝓci-
pit nobis, terribilis in conſilijs ſuper filios
hoĩum. Ita ergo & ſanitatẽ corpori, puri-
tatẽ cordi, pacẽ fratri, imitationẽ ſanctis,
cõpaſſionẽ mortuis debemus: auxiliũ ab
angelo, pietatẽ à deo poſtulemus. Ex ar-
ca naturaliũ bonoꝝ habere debemus &
quærere, ut ſciamus qa cum hæc quæ oĩa
mandata ſunt, & data naturæ fecerim⁹,
ſerui inutiles ſumus: q̃ debuim⁹ facere, fe-
cim⁹. Aut uix. n. aut nunq̃ ĩuenit̃ aliqđ ꝓ-
ceptũ datũ hoĩbus qđ tranſeat terminos
poſſibilitatemq; naturæ. In his aũt bonis,
ſicut prædiximus, reparamur, & quaſi

quodammodo reſtituitur in antiquum,
dũ ad ingẽnitam naturę ſuauitatem reuer
timur, dum ẽt nobis & his qui circa nos
ſunt, & eis qui ſupra nos ſunt, debitũ reꝝ
ordinem exhibemus. Et hæc quidẽ ꝓ bo-
nis naturalibus. Spiritualia autẽ bona in
quibus exercemur ut ad æterna tẽdamꝰ,
ipſa eadem ſunt: ſed alia, quia alio intuitu
conſiderata, cũ plurimis tñ alijs quæ lon-
gũ eſt enumerare. Illa.n. iuxta naturã, hęc
ſupra naturã eſſe noſcunť. Nam & in ſpi-
rituali exercitio nõ ſanitatẽ debemus cor
pori, ſed ſeruitutẽ, ſed afflictionẽ, ſed labo
rẽ, iuxta uocẽ illius ſpũalis & ſummè ſpiri
1.Cor.9.d. tualis hoĩs qui dicebat: Caiſtgo corpus
meũ, & in ſeruitutẽ redigo. Nec iſtam tm̃
cordi puritatẽ debemus, ut pure & humi
liter confiteamur peccata noſtra, ſed ut ĩ
intentione, cogitatione & opere hanc cir
cunſpectionẽ exhibeamus, ut & uita nr̃a
ſit fructuoſa, & fama glorioſa, non q̃ fru-
ctificet ſibi, ſed deo: nõ quæ glorificet ſe,
ſed patrẽ ſuũ qui in cœlis eſt. Pacẽ quoq;
non ſolũ fratribus exhibendã dicimus in
uia iſta, ſed cũ his qui oderunt pacẽ, eſſe
pacificum, portare oẽs, & à nemine uelle
portari. Confitemur ẽt non modo cõpaſ
ſionẽ mortuis & orõnẽ, ſed in ſpe ẽt con-
gratulationẽ adhibendam: quia & ſi cõ-
triſtandũ eſt ꝙ in locis purgatorijs patiũ
tur, multo amplius collętandũ qđ propè
eſt ut abſtergat Deus oẽm lachrymã ab
oculis eoꝝ, & iam nõ ſit neq; luctus neq;
clamor, ſed nec ullus dolor, quæ prima
abierunt. Sanctis uerò aĩabus nõ iam imi
tationẽ, nec à ſanctis angelis tantũmodo
quærere debemus auxiliũ, ſed ardenter
deſiderare conſpectũ eoꝝ, et eſſe cũ illis,
& uidere quæ ſint illæ columnæ cœli quę
ſuſtinent orbẽ terraꝝ, in quibus rutilat et
relucet tm̃, & tã excellens diuinitatis inſi-
gne. In dño aũt non ſolũ pietas quærenda
eſt, ſed & in eũ tota affectio dirigenda, ut
diligamus nos ꝑꝑ ipſum, & ſuſpiciamus
quæ ſit illa maieſtas quæ cuncta faciat,
cuncta contineat, & in quã deſiderant ra
tionabiles creaturæ proſpicere. Hæ ſunt
ſemitæ ſpũalis exercitij, in quibus religio
ſa mens et dilatať & delectať, eoꝝ q̃ ſunt
retro oblita, & ad anteriora, id eſt ęterna
bona ſe extendens, ſequitur ad palmam
ſupernæ uocationis. Nunquid non ſupra
naturam beatus iſte Andreas apoſtolus,
cuius ſolennitas præ manibus eſt tranſi-
lierat ꝗ dicebat. O bona crux diu deſide-
rata, & iã cõcupiſcẽti aĩo p̃parata, ſecurꝰ
& gaudens uenio ad te? Alterati hoĩs eſt
iſta uox, & ꝗ de bonis naturæ ad grẽ bo-
na ſurrexerat: ut nõ ſolũ gloriareť in ſpe,
ſed & in tribulationibus, & gaudẽs iret à
cõſpectu cõcilij, ꝙ dignus eſſet pro noĩe
Ieſu contumeliã pati. Nõ mõ.n. patiẽter,
ſed & libẽter uerꝰ & ardenter ad tormẽ-
ta ſicut ad ornamenta, ad pœnas ſicut ad
delicias ꝓperabat. Porrò ꝗdẽ æterna bo-
na illa bona ſunt q̃ nec oculus uidit, ne au
ris audiuit, & q̃ nũq; exeũt ab illa p̃ria q̃
neſcit niſi gaudiũ & iubilationẽ. Ibi nihil
deeſt, ecce abũdãtia qua ĩpleať humana
cupiditas. Quæ eſt iſta copia ubi nihil qđ
nolis ſit, totũ ſit qđ uelis? Fiat pax (ait ꝓ- Pſal.
pheta ad Hieruſalẽ) in uirtute tua, & abũ
dãtia in turribꝰ tuis. In illis inquã turribꝰ q̃
iuxta ꝓphetã aliũ gẽmis ędificabunť, ubi
adipe frumenti, non cortice ſacrĩ ſatiabit
nos deus. Q; ſi nihil deerit nobis, aliquid
aũt nos latuerit, nunquid erit gloria con-
ſummata? Ideo nihil latebit nos, & ecce
ſapientia qua curioſitas hoĩs ſatieť. O ſa-
pientia qua tũc oĩa quæ in cœlo & quæ ĩ
terra ſunt, ꝑfectiſſimè cognoſcemus in ip
ſo fonte ſapiẽtiæ reꝝ oĩum cognitionẽ bi
bẽtes. Nõ metuã ſuſpiciones, nõ timebo Apo.
cõſilia, ꝗa ciuitas illa (iuxta Ioãnẽ) puriſſi-
mo uitro ſimilis erit, ut ſicut ꝑ uitrũ luci-
diſſimè cernimꝰ, ſic alioꝝ cõſciẽtias clariſ
ſimè uideamꝰ. Quid ſi & nihil defuerit, &
nihil latuerit, maneat aũt timor & anxie
tas amittẽdi? Ideo nihil terret, & ecce po
tẽtia q̃ humana ĩfirmitas roboreť. Qui po Pſal.
ſuit, inqt, fines tuos pacẽ, & cõfortauit ſe
ras portaꝝ tuaꝝ, ita ut nullꝰ inimicꝰ ĩtret,
nullꝰ exire poſſit amicꝰ. Vbi ergo ſumma
abũdãtia, ſũma ſapiẽtia, ſũma potentia ẽ,
puto ꝙ nihil deſit plenitudini beatitudĩs,
ꝗtũ ſpectat ad ſũmã felicitatis humanæ.
Hęc ſũt bõa nãę, grẽ, glĩę, bõa hũanitatis,
bõa uirtutis, bõa ęternitatis. Hæc cogite-
mus,

mus, hæc ruminemus fratres, & iuxta prę
ceptum legis reuocemus ruminationem,
quia ſic uiuitur, & in talibus uita ſpiritus
Ibidẽ.18.d noſtri. Sic enim cogitatio ſancta ſeruabit
nos, ut dicamus cum ſancto: Meditatio
cordis mei in conſpectu tuo ſemper, domi
ne adiutor meus, & redemptor meus.

De triplici cuſtodia: manus, linguæ, et cordis. Sermo.

OMnes nobis cauſamur deeſſe gra
tiam, ſed iuſtius forſitan ipſa ſibi
q̃rit gr̃a deeſſe nonnullos. Nẽpe
res cordis eſt gr̃a deuotionis iſta quã q̃ri-
mus, & hoc munere ipſe ſe fraudat ꝗ iter-
num ei diſſimulat receptaculum exhibere.
Cæteꝝ unde illi cura cordis, cui ne ipſa ꝗ-
dem adhuc oris circunſpectio, ſeu manus
cuſtodia ſubeſt? Non ſibi deeſſe mireť cõ-
ſummationẽ, qui nec initium apprehẽdit,
ſed ne is quoq; qui initiũ iam tenere uide-
tur, ſi ad medium non ꝑuenit. Magnũ eſt
homini ſeculari mundas habere manus,
monacho nõ eſt magnum, ſed planè ma-
gnũ ei malum eſſe ꝓbatur ne ipſaꝝ ꝗdem
contagia declinare. Imò uerò & in ipſis
quoq; manibus longe amplior munditia
& iuſtitia abundantior à nobis exigiť q̃
1.Cor.6.b ab illis. Nimirum illis dicitur: Fugite forni
Epheſ.4.c cationẽ, & qui furabať, iam non fureť: cæ-
teraq; ſimilia: quæ qui fecerint, regnũ non
conſequenť. Nunquid & nobis ab hmõi
contagijs operum, et tam graui manuum
contaminatione timendum eſt? Sed quo
nitidiores manus, eo grauiꝰ quoq; minor
in eis neuus offendit, et ſicut pretioſam ue
ſtem exigua quæuis macula turpius deco
lorat. Nobis ad ĩmũditiam minima quæ-
libet inobedientia ſufficit, nec iam neuus
eſt, ſed grauis macula, ſi in actionibus no
ſtris uel minoꝝ reſidet negligentia mãda
toꝝ. Hæc igiť operum diligẽtia ſeruando-
rum, initia noſtrę conuerſationis exercet:
dum adhuc ꝗdem modicum, ſed tñ iam
lumen in nobis eſt, niſi forte magnũ ſe pu
Luc.17.c tant habere lumen ꝗbus ueritas ait: Cum
feceritis oĩa quæ præcepta ſunt uobis, di-
cite, quia ſerui inutiles ſumus, quæ debui-
mus facere, fecimus. Sed hoc, inquies, pro
pter humilitatem monuit eſſe dicendum,
Planè ꝓpter humilitatem; ſed nunꝗd con
tra ueritatem? Cæteꝝ ſi circa factorum
quoq; cuſtodiam inuenimur adhuc negli
gentiores: nemo ſapiens eum liquare culi
cem moneat, qui utinam non glutiat uel
camelum. At ſi iam manus mundatæ fue-
rint (nec ſic ꝗdem continuo ad cor tranſi-
tur) labijs ſanè mũdandis ſecundũ ſtudiũ
& media ſolicitudo debeť. Quod ſi dixe-
ris, rarus eſt qui ſermones ſuos in iudicio
diſponere uideatur: uel ex hoc diſces q̃ ſit
rara ꝑfectio, cum nec ꝑfectum inueneris
oĩbus eſſe commune. Quis ſanè numeret
quantas modicũ linguæ membrũ cõtra-
hat ſordes: q̃ multiplex in labijs incircun
ciſis ĩmũditia coaguleť, q̃ ſit grauis perni
cies oris incircũſpecti? Eſt.n. lingua diſſo-
luta in ſermonibꝰ ocioſis, eſt lingua impu
dica, eſt & magniloqua: quaꝝ prima la-
ſciuiæ, ſequens arrogantiæ famulať. Eſt ẽt
lingua doloſa, et itẽ lingua maledica, qua
rũ altera in falſiloquã & adulatoriã ſubdi
uidiť: altera uerò nunc in facie cõtumelias
irrogat, nũc detrahit in occulto. Qđ ſi de
omni uel ocioſo uerbo quodcũq; locuti
fuerint hoĩes, Deo ſũt reddituri rõnem in
die iudicij: quãto diſtrictius de uerbo mẽ-
daci, mordaci & iniurioſo, de elato uel la
ſciuo, de adulatorio aut detractorio iudi-
cabunť? Quã uera ſñia fratres, in multilo-
quio nõ effugiendũ pctm̃. Vt.n. p̃teream Proue.10.c
cętera, ſi ꝓpterea eſt ocioſum uerbum qđ
nullam rõnabilem cãm habeat, quam ra-
tionẽ de eo reddere poterimus qđ eſt præ
ter rõnem? Nemo ueſtrũ fratres, parui ęſti
met tp̃s qđ in uerbis conſumiť ocioſis. Si
quidẽ tp̃s acceptabile eſt, & dies ſalutis.
Volat uerbũ irreuocabile, uolat tp̃s irre-
meabile, nec aduertit inſipiẽs ꝗd amittat.
Libet confabulari, aiunt, donec hora præ
tereat. O donec p̃tereat hora, ô donec per
tranſeat tp̃s. Donec hora p̃tereat quã tibi
ad agendam pñiam, ad obtinendã ueniã,
ad acꝗrendam, ad gloriam ꝓmerendam,
miſeratio cõditoris indulget. Donec tran
ſeat tempus quo diuinam tibi repropicia
re debueras pietatem, ꝓperare ad ange-
licam ſocietatẽ, ſuſpirare amiſſam hæredi
tatẽ, aſpirare ad ꝓmiſſam felicitatẽ, excita
re remiſſam uoluntatem, flere cõmiſſam

iniquitatem. Sic nimirũ ſic agricolæ cum
diu deſiderata affuerit opportunitas ſemi
nandi, ſic uinitores cũ expectatũ tp̃s pu-
tationis aduenerit, ĩueniſſe occupationes,
& quaſi irreprehẽſibilr̃ ſine ope diẽ trãſe-
giſſe lętantẽ? Sic inſtantibꝰ nũdinis inſtito
res nectere moras, occaſiões ꝗrere ſolẽt,
ne quẽ forte ſibi ex eis quæſtum ꝓuenire
cõtingat? Sic deniq; pauperes mẽdicãtes
cũ multis clamoribus euocatus tãdem af
fuerit eleemoſynarꝝ diſtributor, diuerti-
cula captãt, et cõcurrentibꝰ ſocijs uacuos
ambiũt occupare receſſus, & fouere late-
bras in angulis plateatꝝ? Vtinã tñ uel ſolũ
tp̃s uitæ amitterẽt in uerbis, ſed multi in
his etiã uitam amittere comprobanẽ: nec
modo ipſi amittere, ſed adimere quoq; &
hoc fratribus ſuis. An nõ amittunt uitã de
tractores deo odibiles, odibiles uitæ? Fu-
git uita quos odit: & quos uita fugit, mo-
ri neceſſe eſt. An nõ & ipſe moriẽ, qui ue-
nenũ bibit qđ maleſuada detractoris lin
gua ꝓpinat? Siqdem furtim ei dilectionis
uita ſubtrahiẽ: & dum neſcit: paulatim in
eo fraterna charitas refrigeſcit. Auditurꝰ
eſt forſitan ipſe quoq; cui detrahiẽ: undiq;
enim uerba uolant, & multorꝝ prius ora
ſermo ꝑtranſiẽs, difficile fieri põt quin ſin-
gulorꝝ creuerit linguis: & quaſi iam pro-
uectus referaẽ ad eũ ad cuius ſpectat offẽ-
ſam. Itaq; ſcandalizabiẽ audiens & tabe-
ſcet, eoq; facilꝰ extingueẽ in eo charitas,
Pſal.54. b quo amplius ante uiuere uidebaẽ. Si inimi
cus, ait, meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſ-
ſem utiq;: & qdem cauet ſibi prudens au-
ditor, cauet & ipſe ſi non deſipit, qui ſibi
nouerit eſſe detractum: ille ne ueneno infi
ciaẽ, iſte ne ſcandalo ꝑturbeẽ. Sed qđ in ſe
eſt tñ lingua maledica, & illius percutiẽs
conſcientiam, & iſtius uulnerans charita
tem, ſecum pariter utrũq; peremit. Nun-
quid non uipera eſt lingua iſta? Ferociſſi-
ma planè, nimirum quæ letaliter tres in-
ficiat flatu uno. Nunqd non lancea eſt iſta
lingua? Profectò, & acutiſſima, quæ tres
penetrat ictu uno. Lingua (inqt) eorꝝ gla-
Ibidẽ.56.a dius acutus. Gladius eqdem anceps, imò
triceps eſt lingua detractoris. Nec uerò
eiuſmodi linguã ipſo etiam mucrone quo
dominicum latus confoſſum eſt, crudelio
rẽ dicere uerearis. Fodit enim hæc quoq;
Chriſti corpus, & membrũ de membro,
nec iam exanime fodit, ſed facit exanime
fodiendo. Ipſis quoq; nocentior eſt ſpinis
quas illi tam ſublimi capiti furor militaris
impoſuit, ſeu ẽt clauis ferreis quos ſanctiſ-
ſimis manibus illis & pedibus cõſumma
tio Iudaicæ iniquitatis ĩfixit. Niſi .n. huius
quod nunc pungiẽ, et transfodiẽ corporis
ſui uitam illius uitæ corporis prætuliſſet,
nunq̃ illud pro iſto mortis iniuriæ, crucis
ignominiæ tradidiſſet. Et dicimus: Leuis
res ſermo, tenera, mollis, & exigua caro
lingua hoĩs: quis ſapiens magnipendat?
Leuis quidem res ſermo, quia leuiter uo-
lat, ſed grauiter uulnerat: leuiter trãſit, ſed
grauiter urit: leuiter penetrat animũ, ſed
non leuiter exit: ꝓfertur leuiter, ſed nõ le-
uiter reuocatur: facile uolat, atq; ideo fa-
cile uiolat charitatem. Vilis res eſt muſca
moriẽs, ſed exterminat oleum ſuauitatis.
Tenerũ membrũ lingua, attamen uix te-
neri poteſt: ſubſtãtia qdem infirmũ atq;
exiguum, ſed uſu magnũ & ualidum inue
niẽ. Modicũ membrũ eſt, ſed niſi caueas,
magnum malum. Tenuis eſt et lata, aptiſ
ſimũ uacuandis cordibus inſtrumẽtum,
ſicut multorꝝ mihi inter uos conſcientias
arbitror atteſtari, niſi forte oẽs tam perfe
cti ſimus ut nunq̃ nobis poſt longas con
fabulationes inuenta ſit mens quodãmo-
do uacua, meditatio minus deuota, ſicca
magis affectio, & holocauſtũ orationis
nõ adeo pingue ꝑꝑ uerba ſiue q̃ diximus,
ſiue ẽt quæ audiuimus, uerba tñ. Facile .n.
lingua labitur, nec minꝰ facile illabiẽ cor-
di, ita ut multis ĩter loquendũ minus pro-
fuerit ꝙ ꝓpriam cohibuerint, dum non ca
uerint alienam. Vtilis eſt frater qui tibi lo
quiẽ, ſapiens eſt, religioſus ac timẽs Deũ,
plus dico, angelus eſt, & angelus lucis, ẽt
ſic caue tibi ne audias unde lædaris. Nec
pſonã tibi uelim ſuſpectã eſſe, ſed linguã,
p̃ſertim in ſermocinatione cõmuni. Bona
quidem columbæ ſimplicitas, ſed in hac
parte quoq; ſerpentis aſtutiam non omit
tas. Maria ne angelicum qdem uerbũ ſine
diſcuſſione p̃teriẽs, cogitabat qualis eſſet Luc.
iſta ſalutatio. Tu quoq; qui crebris expe-
rimentis ſaltem ſolerter aduertiſti quan-
tum noceant uerba, non deſipies ſi ſolici-
tus fueris, quandoqdem intereſſe neceſſe
eſt collocutioni non modo ori circunſpe-
ctionem, ſed & auri nihilominus adhibe-
re cautelam. Nõ miremini ꝙ huic gradui
ꝓficientium diutius ĩmoremur, plures ſi-
quidem inter uos proficientes eſſe credi-
mus q̃ ꝑfectus. Forte tamen nimij uidea-
mur in ſuggillatione uerborꝝ. Sed memẽ-
tote qm̃ lingua eſt quæ cõtra uitia linguę
loquiẽ, ut in eo uel maxime haberi debeat
excuſata, ꝙ nec ſibi parcat, et aduerſus ꝓ-
pria quoq; ſuiipſius pericula muniat au-
dientes. Ventus eſt ſermo, ſed non ſemper
Canti.4.d eſt uentus urens. Surge (inquit) aquilo, ue
ni auſter, perfla hortũ meum, & fluãt aro-
mata illiꝰ. Eſt quoq; magna nihilominus
ſermonis utilitas, & frequenter in lingua
fructus pretioſiſſimus reperitur. Nempe
iuſti uita ex fidę eſt, & fides ex auditu, au-
ditus per uerbum Dei. Quõ .n. uiuet quis
niſi crediderit? Quõ credet niſi audierit?
Quõ audiet niſi annuncietur ei? Sanè pro-
pterea maiorem ei diligentiam, & diligẽ-
tiorem cuſtodiam cõuenit exhiberi, ꝙ ſit.
iuxta ſcripturam mors & uita in manibus
Prou.18. d linguæ. Alioqn ſi ſola ineſſet uita, nec cir-
cuncíſio quidem ei, ſed ſola mors, etiã ab-
ſciſſio deberetur. Nunc uerò ponenda no
bis ori noſtro cuſtodia, & oſtium circun-
ſtantiæ labijs, ut nec uitalem ædificationẽ
clauſura damnet æterna, nec letalis per-
nicies liberum ſortiatur egreſſum. Vigile-
mus itaq; ſuꝑ opera noſtra fratres, ne uel
omittamus quod præceptum, uel qđ pro
hibitum eſt cõmittamus. Hortaẽ nos ad
bipertitam hanc cuſtodiam ꝓpheta cum
Pſal.36 c dicit: Declina à malo, & fac bonum. Vigi
lemus nihilominus ſuper uerba noſtra, ne
in eis uel offendere Deũ, uel ꝓximum no-
cere contingat. Felix ſiquidem quem in
omni cõfabulatione duplex timor ille ſo-
licitat, & duorꝝ cõſideratio ſtimulat au-
ditorꝝ: primum quidem diuinæ maieſta-
tis, in cuius manus ĩcidere prorſus horren
dũ: dehinc fraternę infirmitatis, cui nihilo
minus ꝑfacile eſt offendiculũ dare. Puto
tñ ne eum qdem qui in uerbo cauet offen-
ſionem, ꝑfectum adhuc dici oportere, niſi
forſitan comparatione prioris qui tãtum
ſuꝑ opa uigilabat. Nam & ueritas in euã-
gelio de uigilantibus ſeruis & aduentum
Lucæ.12. e dñi præſtolantibus loquẽs: Si (inqt) in ter
tia uigilia uenerit, & ita ĩuenerit: beati ſũt
ſerui illi. Qđ nequaq; de prima, ſed nec de
Prouę.4.d ſecunda dictũ qdem reperies. Eſt aũt uigi
lia hæc ſuper cor, cui ſanè oẽm iam cuſto-
diam exhibere ſapiens monet: nimirũ qa
ex ipſo uita ꝓcedit. Ego tñ etiam hanc cõ
ſtare arbitror ſpecialiter in duobus, ut ui-
delicet ſuꝑ affectionũ pariter et cogitatio
num ſuarꝝ greges mens ſolicita uigilanter
intendat. Et bene huic daẽ oĩs cuſtodia à
quo cæteras quoq; duas ꝓcedere cõſtat:
niſi forte (quod abſit) ſimulationis geranẽ
ſtudio: & pietatis habeãt ſpeciem, nõ uir-
tutem. Sicut .n. fontis uena ſcaturiens niſi
foſſas ante repleuerit adiacẽtes, nec reflue
re, nec ſedare, nec in altum ſeſe tollere prę
ualebit, ꝙ uidelicet alias occupeẽ: ſic hu-
manus aĩus donec eas quas p̃diximus ma
nus & linguæ cuſtodias ſolerter impleat:
nec ad ꝑfectã hanc ſuiipſius poterit refle-
cti curã, nec iucũda deuotionis tranqllita
te frui, nec in ſublimẽ diuinę contẽplatio-
nis ꝓficere gradũ. Eia fratres, ſi ſupernę ui
ſitationis grãm quærimus, ſic ꝗramus: ſi
ſpũales cõſolationes deſideramus ꝑcipe-
re, ſic petamus: ſi cœlũ nobis aperiri cupi-
mus, ſic pulſemus. Hoc deniq; triplici mo
do uigilemus, ſi ad nuptias uolumus intra
re cũ noſtro ſponſo Ieſu Chriſto domino:
qui eſt benedictus in ſecula. Amen.

De uerbis Apoſtoli: Non eſt regnum Dei eſca & potus. Sermo I.

Rom.14. c NOn eſt regnũ Dei eſca & potus,
ſed iuſtitia & pax & gaudiũ in ſpi
ritu ſancto. Quid pręteregredimur
uiam, qui ad gaudium properamus? Eſt
quidem gaudium de regno Dei, ſed non
præmium eſt. Eſt gaudium de regno Dei,
ſed non gaudium carnale, nõ gaudium ſe
culare, nõ gaudium cuius extrema luctus
occupat, ſed in quod magis triſtitia uer-
titur: non deniq; gaudium eorum qui læ-
tanẽ cum malefecerint, et exultatio quę in

rebus peſſimis eſt, ſed gaudium in ſpiritu ſancto. Vnde autẽ hoc gaudium interim, niſi de iuſtitia & pace procedit? Ipſa ergo ꝓcedant tanq̃ cellulæ mellis, ut facile adhuc labilẽ liquorẽ ſuauitatis ſolidior poſſit materia cõtinere. Erit qñ iam ipſo ſimplici melle fruemur, & gaudiũ noſtrũ plenũ & purũ erit, ut nõ modo in ſpiritu, ſed de ipſo quoq; ſpiritu gaudeamus. Erit qñ oĩmodis erit gaudiũ ſpũale, ut nullis iam corporeis occaſionibus excitet̃ non operibus miſericordiæ, nõ lachrymis pnĩę, non exercitatione iuſtitiæ, non ꝓbatione patientiæ, ſed ipſa magis præſentia ſpũs in quẽ deſiderãt ẽt angeli ꝓſpicere. Interim ſanè uelut ſalis loco ſapientia mihi cætera condit, tanq̃ nõ ſit & ipſa cibus. Interim prius q̃ comedam, ſuſpiro, & nec tũc quidem ꝑmittor, ut glutiã ſaliuã meã. Eſt.n. ſapiens, cui quæq; res ſapiunt prout ſunt. Cui uerò ipſa iam in ſe prout eſt ſapientia ſapit, is non modo ſapiẽs, ſed ẽt btũs eſt. Nempe hoc eſt uidere Deũ ſicuti eſt, atq; hic qdem fluminis impetus lętificans ciuitatem Dei. Hic torrẽs uoluptatis, hæc deniq; ubertas inebrians eſt. Nunc uerò dñe uinum non hñt: deficit.n. in his interim nuptĳs uinum, uinũ utiq; carnalis illecebræ, *Deut. 32. c* & cõcupiſcentię ſecularis. Fel draconum (inquit) uinũ eoꝝ, & uenenũ aſpidum inſanabile. Semꝑ nobis hoc uinum deficiat fratres mei, qa nõ eſt hoc uinum bonum. Bonũ uinum nõ ex uinea impuritatis, ſed ex hydria purificationis haurit̃. Bonum ui*Ioan. 2. b* num non ex uua Gomorræ cõficit̃, ſed ex aqua Iudęę. Seruaſti, inqt, bonũ uinũ uſq; adhuc. Nam optimũ qdem uinum ſeruat etiã, adhuc qđ uidelicet non ex aqua cõficiendũ, ſed exprimendũ magis ex botro illo magno terræ ꝓmiſſionis, qui interim in uecte portat̃, dum ſcđm carnem nouimus Chriſtũ, et hũc crucifixũ. Nunqd nõ illi uinum defecerat q dicebat: Renuit cõſolari aĩa mea? Sed & uinum aqua factũ *Pſal. 76. a* guſtaſſe uiſus eſt, cum ſubiunxit: Memor fui Dei, & delectatus ſum. Quid enim faciet in præſentia, qui in ſola memoria delectatur? Sic & apoſtoli planè uinũ aqua factum guſtauerant, quãdo ibant gaudentes à cõſpectu concilĳ: quoniam digni habiti ſunt pro noĩe Ieſu contumeliam pati. Quõ non uinum ex aqua, gaudium de cõtumelia? Nimirum implebat̃ iam ꝓmiſſio ueritatis, quę ad eos facta erãt hoc modo: Triſtitia ueſtra conuertet̃ in gaudiũ: hoc *Ioan. 16. d* eſt, aqua ueſtra uertet̃ in uinum. Miraris ꝙ in uinum aqua mutat̃? etiã tranſit in panem, niſi forte oblitus es comedere panẽ tuũ, eum de quo legiſti: Cibabis nos pane *Pſal. 79. a* lachrymaꝝ, & potum dabis nobis in lachrymis in menſura. Deniq; audi menſu*Ioan. 2. b*ram. Erãt, ait, lapideæ hydriæ ſex poſitæ, ſecundũ purificationem Iudęoꝝ. Si uerus Iudæus es, non carne, ſed ſpiritu: ſex annis ſeruies, in ſeptimo liber egredieris: in ſex hydrĳs purificaberis, ſex diebus oꝑaberis, in ſex tribulationibus liberaberis, in ſeptima nõ tãget te malũ. Non ſolum aũt liberaberis in eis, ſed & uinũ bibes ex eis, ubi cœperis iuxta Apl̃m gloriari nõ ſolum in ſpe, ſed etiã in tribulationibus. Hoc enim eſt duplex interim gaudium quod habes in ſpiritu ſancto, de memoria futuroꝝ bonoꝝ, & maloꝝ præſentium tolerãtia. Nil quippe ĩ his carnale ſapit, nil ſeculare, nil uanum, ſed ſpiritus ueritatis et cœleſtis ſapientia eſt, cuius in utraq; ſuauitas prælibat̃. Gaudete in dño ſemper, ait Apl̃s, ite*Philip. 4*rum dico gaudete. Et duplicis huius gaudĳ materiã ſecutus adiũxit: Modeſtia ueſtra nota ſit oĩbus hoĩbus, dñs propè eſt. Quid modeſtia, niſi manſuetudo & patientia eſt? Gaudeamus ergo de his quæ expectamus, qm̃ dominus propę eſt. Iterum gaudeamus de his quæ ſuſtinemus, ut modeſtia noſtra oĩbus nota ſit. Nimirum tribulatio patientiã operat̃, patientia ꝓbationẽ, ꝓbatio uerò ſpem, ſpes autem non cõfundit. Sanè ut idoneus fiat aĩus geminæ huic ſpirituali lætitiæ capeſſendæ: duo æquè ad iuſtitiam exercendam, duo nihilominus ad cõſeruandã pacem neceſſe eſt p̃mittant̃, quæ qdẽ utraq; copioſius nobis ſcriptura ſacra cõmendat. Siqdẽ iuſtitiæ exercitatio in his duobus mandatis tota pendere uidet̃, ut qđ ſibi qs fieri non uult, alĳ non faciat, ſicut ad gentes miſſa *Tob. 4* epl̃a continet apl̃oꝝ, et quemadmodum *Matth.* ad eoſdem Apoſtolus dicit: Quæcũq; uolumus ut nobis faciant hoĩes, & nos faciamus illis: Cæterum qm̃ in multis offendimus oẽs, impoſſibile eſt in hoc loco et tꝑe ſcandaloꝝ, (neq;.n. adhuc uenerũt angeli qui de regno Dei tollant oĩa ſcandala, ſed nec ſumus in illa beata ciuitate cuius fines pacem poſuit Deus) propterea impoſſibile hic & modo pacem inter nos cõſeruari, niſi & is qui in aliquo forte offendit ꝓximum, animoſam elationem, & qui offenſus eſt, nihilominus caueat inexorabilẽ obſtinationem. Studeamus itaq; fratres mei et humiles ad ſatiſfaciendũ his qui aliquid hñt aduerſum nos, & ad remittẽdũ his qui offenderũt nos, faciles inueniri: qa non ſolum mutuæ inter nos pacis cõſeruatio cõſtat in his duobus, ſed ne ipſa quoq; diuina ſine his ꝓpitiatio poterit obtineri, ꝙ nec munus ab eo recipiat, qui nõ prius ierit ut fratri reconcilietur, & dimiſſum ẽt ab eo delictum ſtrictius exigat qui conſeruo ſuo debitum nõ remittit. Iam ſi manẽt in nobis iuſtitia pax et gaudium in ſpiritu ſancto, tria hæc: non quaſi ſecuri ſimus ꝓ eo qđ regnum Dei ĩtra nos eſt, ſed eo magis in timore & tremore noſtrã ipſoꝝ ſalutem operemur, ſcientes nimirum quòd hunc tantum theſaurum adhuc in uaſis fictilibus habeamus.

Item de eiſdem uerbis Apoſtoli: Non eſt regnum Dei eſca & potus. Sermo. II.

SOlet apoſtolus Paulus in uerbis eſſe breuis, in ſententĳs copioſus. Nõ ignorauit hoc ille tam eloquẽtiæ q̃ ſapientiæ dotibus approbatus, qui ſingula Pauli uerba tonitrua iudicabat. Tam ſignanter.n. uniuerſa depromit, & ſic intonat ſpiritu & uirtute, ut in ſerie ordinem, in ſenſu plenitudinẽ, in utroq; cõne*Rom. 14. c*xionem mirabil̃r extendat. Non eſt (inqt) regnum Dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudiũ in ſpiritu ſancto. Quid ad hæc dicitis uos guloſi & luxurioſi, quoꝝ Deus uenter eſt, quoꝝ oĩs uſus aut in uentre, aut ſub uentre eſt, qui (ut ait Iacobus *Iaco. 5. a* apl̃s) in luxurĳs enutriſtis corda & corpo*1. Cor. 6. c*ra ueſtra? Audite audite, quia eſca uentri, & uenter eſcis, Deus aũt hunc & has deſtruet. Væ uobis q̃ dormitis in lectis ebur*Amos. 6. d*neis, & laſciuitis in ſtratis ueſtris: q comeditis uitulum de armento, & bibitis uinũ defecatum, & primis ungimini unguentis. Filĳ hominum uſquequo graui corde, quia corpore pingui, ut quid diligitis uanitatem, & ueritatem negligitis? Pinguedo carnis, delitiæ corporis, ſaturitas uentris, aut ante mortem uos deſerẽt, aut uos in morte illas relinquetis: qm̃ (inquit ſan*Pſal. 48. d*ctus) cum interierit, nõ ſumet oĩa, neq; de*Ibidem. c*ſcendet cum eo gloria eius. Sicut oues in ĩferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Quã bene ſicut oues? qa detracto uellere mundialiũ diuitiaꝝ, durè preſſeq; detõſi, ſempiternis nudi deputabunt̃ incẽdĳs. Mors depaſcet eos: qa ſemper morient̃ ad uitã, & ſemper uiuent ad mortẽ. Ergo hic caro uermibus, illic aĩa ignibus deputat̃: donec rurſus infelici collegio colligati, tormentis pœnalibus ſocient̃, qui ſocĳ fuerint in uitĳs. O delicate qui delitĳs & diuitĳs circunfuſus atq; cõfuſus, cõfuſionẽ expectas & mortẽ: nõ eſt regnũ Dei eſca & potus, *Lucæ. 16. b* nõ purpura et byſſus, qa diues ille utroq; circunfluus, in pũcto ad inferna deſcẽdit. Quid ergo? Sed iuſtitia & pax & gaudiũ in ſpiritu ſancto. Attendis & intendis qa gaudium in fine eſt? Sic fatui filĳ Adam et præcipiti ſaltu iuſtitiã tranſilientes & pacem, rem finalẽ in principiũ cõuertere & peruertere uultis? Nemo.n. eſt qui gaude*Eſa. 48. d*re non uelit. Non ſtabit & non erit iſtud, qa ſicut non eſt pax impĳs, ſic nec gaudere impĳs: dicit dñs. Non ſic impĳ non ſic. Prius eſt iuſtitiam facere, inquirere pacẽ, & perſequi eam, & ſic demum apprehendere gaudiũ: imò à gaudio comprehẽdi. Sic angelicus ille cõuentus prius iuſtitiam fecit, cum ſtetit in ueritate, & ueritatis deſeruit deſertorẽ. Poſt hæc, illa pace firmati ſunt quę exuperat oẽm ſenſum: qa cũ diuerſis honoris primatibus ambiant̃, nullus qui murmuret, qui ĩuideat nullus. Lauda tu Hieruſalem dñm, lauda Deum tuũ Sion, quoniam confortauit ſeras portarũ tuarum, benedixit filĳs tuis in te, qui poſuit fines tuos pacem. Lauda & laudes re*Pſa. 147. a*plica, qa munitiſſimis uectibus & incon-

uulſibilibus ſeris clauſę ſunt portę tuę, nullus inimicus intrat, nullus exit amicus, benedicti filij tui in te, omni bñdictione ſpũali in cœleſtibus cũ Xpo. Iã nõ eſt timor in finibus tuis, qa poſuit fines tuos pacẽ, nullę tibi tẽtationes, nulla ſeſe cogitationũ turma confundit, qa uerſipellis ille & tortor lõge eſt à muris tuis & à filijs tuis. Et ille q idem eſt, oĩa in identitate conſolidat atq; coniũgit. Cuius participatio, inquit, in idipſum. Hoc iã tertio hauriũt aquas in gaudio de fontibus ſaluatoris, & nudis (ut ita dicã) oculis diuinitatis intuentur eſſentiã, nulla corporeoꝝ phantaſmatũ imaginatione decepti. Ecce gaudiũ in fine, ſed ſine fine. Miſeri nos q ab illa felici regione repulſi in hãc deſcẽdim⁹, imò cecidimus uanitatẽ. Filij Siõ (ait ꝓpheta) inclyti et amicti auro primo, quõ reputati ſunt in uaſa teſtea? Filij Siõ illius uidelicet ſpeculatiuę ciuitatis quã ædificauit dominus ut uideatur in gloria ſua: filij ſupernæ Hierl'm, quæ libera eſt mater noſtra: inclyti ꝑ dignitatẽ cõditionis, amicti auro primo per diuinitatis imaginẽ. Quõ ergo ex his nos quidẽ reputati ſumus in uaſa teſtea, in hæc lutea & fragilia corpora degenerauimus? Exhibent.n. angeli fratres chariſſimi, iuſtitiam deo, pacem inter ſe, gaudium ſibi. Sic & tu homo noli prius rapere quod tuum eſt, & iuſtitiã quã deo, & pacẽ quã proximo debes, cõtẽnere. Iuſtitia uirtus eſt qua reddit unicuique qđ ſuum eſt. Tu nõ ſolum

Pſal.35.d iuſtitiã, ſed multas & multiplices iuſtitias debes creatori. Iuſtus.n. dominus, & iuſtitias dilexit. Iuſtitia tua ſicut mõtes dei. Bene ſicut mõtes, qa plures cumulos miſerationũ ſuarum ingeſſit tibi. Et prius quidẽ te cũ cęteris, et inter cętera creauit, nõ ſine magna ꝓrogatiua dignitatis. Dixit enim de oĩbus, & facta ſunt. Poſt hæc uehemẽtiſſimo tui amore inflãmata maieſtas illa redemit te. Nunqd uerbi facilitate? Non: Sed triginta annis operatus eſt ſalutẽ tuã in medio terrę, affixus cruci, addictus morti, ludibrijs deputatus. Deus tuus fact⁹ eſt frater tuus, nõ angelorũ frater, qa nuſquã angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Commune quidem habes quòd factus es, quòd frater es ſpeciale. Adiecit adhuc erga nos ſpeciali⁹ quoddã, quòd de lata nos & ſpacioſa uia quæ ducit ad mortẽ, digito ſuo traxit, et poſuit in cõcilio iuſtoꝝ & cõgregatione. Quid ultra debuit facere, & nõ fecit? Cuius uel ſaxeũ pectus tanta & talia à tãto & tali collata beneficiorum multitudo non emolliat? Quicquid igitur es, quicquid potes debes creanti, redimenti, uocanti. Sed cum iuſtitiam feceris, fac & pacẽ. Quandiu enim ſumus in hoc uaſe teſteo, & fragilitate cõplexionis humanæ, nõ poſſum⁹ inueniri ſcandalorũ prorſus immunes. Si igitur recordatus fueris ꝙ frater tuus habet aliquid aduerſum te, ſis humilis ad ueniã petẽdã: ſi tu habes aduerſus illũ, ſis facilis ad dandã, & oĩa membra erũt in pace. Sic enim ad duo iſta charitatẽ et humilitatem paratiſſimi, non poterimus diſſenſionem ſentire. Diſcite (inquit) à me, qa mitis Matth ſum & humilis corde: mitis, qđ ꝑtinet ad charitatem, quia charitas patiens eſt, benigna eſt: humilis, qđ ad ipſam uerbi ſpectat proprietatem. Sic procedẽtibus erit gaudium in ſpiritu ſancto. Loquar qđ expertus nouit, inexpertus ignorat: animalis enim homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus dei. Nũquid non plerũque orantibus nobis omnia uiſcerũ ſuccutiunť occulta ad memoriam gaudij illius qđ eſt in Hieruſalem q̃ ſurſum eſt, q̃ eſt mater noſtra, et lachrymaꝝ unda uultus meditantium ſuperfundit? O ſi duraret. Si oblitus fuero tui Hierl'm obliuioni detur dextera mea, adhęreat lingua mea faucib⁹ meis, ſi nõ meminero tui, ſi nõ ꝓpoſuero Hierl'm, in principio lętitię meæ. Verè in principio lętitiæ, qa finis illic repoſitus eſt. Quando conſcindes ſaccum meum dñe Ieſu, & circundabis me lætitia, ut cantet tibi gloria mea, & non compungar? Principium gaudij illius qđ hic quoq; ſentimus, ſtilla eſt, guttula eſt, de flumine illo eſt deſcẽdens, cuius impetus lætificat ciuitatẽ dei. Quñq; ueniet tempus, ut perennibus gaudijs nos in ipſo diuinitatis fonte profundius imergamur, ubi unda undam ſine intercapedine et interpolatione continuet. Quãdo ueniam & apparebo ante faciẽ dei? Qñ tranſibo in locũ tabernaculi admirabilis uſq; ad domũ Dei? Qñ ſicut audiuimus, ſic uidebimus in ciuitate dñi uirtutũ? Eia igitur fratres, huic felici ternario fideliter inſiſtamus, & ſemꝑ ſimus memores uerbi illius:

Matt.26.e Amice ad quid ueniſti? Quia non ad hoc uenimus, ut ſimulatoria ſpecie regem interficiamus, ſed ei ſeruiamus qui eſt benedictus in ſecula.

De *uerbis domini: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur.* *Sermo.*

Luc.18.c OMnis qui ſe exaltat, humiliabiť: et qui ſe humiliat, exaltabiť. Si conſideramus diligẽter fratres, gradus hominũ quatuor iueniemus: dico autem ſummã felicitatem in cœlo ad quã ſuſpiramus, mediam felicitatẽ in paradiſo unde cecidimus, itemq; mediã infelicitatem in hoc mũdo pro qua gemimus, & in iferno extremã infelicitatem quã merito formidamus. Breuius tñ dicere poſſum, uitam & umbrã uitæ: umbrã mortis, et mortem. Itaq; nec in ſummo nec imo poſiti timemus deſcẽdere, aſcendere cupimus, eo magis anxij, quo uidemur uiciniores infimis q̃ ſupremis: & ecce diciť nobis: quia oĩs qui ſe exaltat, humiliabiť: & qui ſe humiliat, exaltabiť. Quidnam ſibi uult cancellata hæc cõnexio exaltationis & humiliationis? Itáne parum eſt dñe ꝙ in ueritate tua humiliaſti nos, qa adhuc exigis ut apponat homo humiliare ſeipſum? Et qdem reſtat adhuc quo poſſimus humiliari, ſed qui illo ceciderit, iam non adijciet ut reſurgat: qui humiliatus fuerit uſq; illuc, fruſtra ſperet exaltationem: ſiqdem humiliaſti nos in loco afflictionis, & operuit nos umbra mortis. Vſque adeo uita nr̃a iferno appropinquauit, quo nos humiliabimus ultra? Quæ utilitas in ſanguine nr̃o, ſi deſcenderimus in corruptionem? Sanè nihil aliud infra nos eſt q̃ irreparabilis illa corruptio, poſt umbrã mortis non reſtat niſi mors, poſt locũ afflictionis, ſolus ſupereſt locus mortis. Qui ſe (inquit) humiliat, exaltabiť. Si dixiſſet, qui humiliatus fuerit exaltabiť, exultaſſem utiq;, tanq; certiſſime humiliatus, & uehementer. Nunc uerò cũ dicat, qui ſe humiliat exaltabiť, anguſtię mihi ſunt undiq;, nec ignoro qd eligam, ſed quid agam. Exaltari cupio, quia ſummopere id neceſſariũ. Siqdẽ neq; hic manentẽ habeo ciuitatẽ, nec bonũ eẽt hic manere, ẽt ſi liceret. Porrò inferius adhuc ire perire eſt. Iam.n. locũ teneo inferiorẽ, & qui ſolũ habeat intra ſe infimũ, hoc eſt iſernũ: ſi me illuc humiliauero, nõ eſt ſpes exaltationis ſi me nõ humiliauero, identidẽ deſperatio eſt exaltationis: qa qui ſe humiliauerit exaltabiť, & is tantũ. Sic hoc egero, mors mihi eſt: ſi aũt non egero, & ab exaltatione repulſus, nec ſic effugiam manus mortis. Sed ſi hoc difficile patet, ſaltẽ qđ præmiſſum eſt cõſideremus. Oĩs Ibidem. qui ſe exaltat, ait, humiliabiť. Quem.n. ueritas humiliat, ipſe quõ ſe exaltat? Neque hic dicimus quo, ſed quõ: qa non locus uideť deeſſe, ſed uirtus. Non inquam, deeſt homini quo exaltare ſe poſſit, ſed deeſt oĩno qui poſſit. Eſt qdem uolũtas multa, ſed nulla facultas. Nempe uelint nolint homines, cõmunis totius Adæ, totius humani generis uox eſt: In ueritate tua humiliaſti me. Quiſqs aũt in ueritate humiliať, ue Pſa.114.k raciter humiliať, nec ſi fallaciter exaltať. Quid eſt autẽ falſo exaltari, niſi uerè non exaltari? Gratias ei, qa non dixit, oĩs qui ſe exaltauerit exaltabiť. Quõ.n. conaremur in uanũ exaltari, ſi id arbitraremur, qñ ne ipſa qdem nũc deſperatio ꝓficiẽdi, appetitũ cohibet exaltandi? Et forte hoc eſt qđ ait: Qui ſe exaltat, humiliabiť: nec ꝑtinet ad effectũ qui nullus eſt, ſed affectũ q ſtultus eſt. Quantos.n. uidemus humiliatos, ſed nõ humiles, ꝑcuſſos ſed nõ dolẽtes: curatos qdem à dño, ſed ne ipſa curatione ſanatos. Hi ſunt q ſub ſentib⁹ eſſe delicias cõputant, diſſimulãtes peccata quę actitãt, lubricũ in quo titubãt, tenebras qbus caligãt, laqueos iter quos ambulãt, locũ afflictionis quẽ inhabitãt, corpus mortis qđ geſtant, iugũ graue qđ tolerãt grauiorem cõſcientiam quã occultant, grauiſſimam ſnĩam quã expectãt. Talis ille erat, cui Ioãnes i Apocalypſi ſcribere iubebať: Dicis quia diues ſum, & nullius egeo, & neſcis quia tu es pauper & miſer & miſe- Apoc.3.d

rabilis, & cæcus & nudus. Nec mirum ſi ſit uana & mendax exaltatio filioꝝ hominum: ſiquidem uani ſunt & mēdaces. Humiliat eos ueritas, exaltat uanitas. Et dilexerunt magis tenebras q̃ lucem, amplectentes exaltantē ſe uanitatem, & quęrentes mendaciū. Porrò cōtra ueritatem quæ ſe humiliat, uotis & ſtudijs qbus poſſunt, diſſimulationibus & conatib⁹ friuolis recalcitrantes. Fecimus ne aliqd? Puto quia inuenimus etiam q̄uo humiliat homo ſeipſum. Dico aūt ut adhæreat humilianti ſe ueritati, nec diſſimulet, ſed cooperet̄ ei deuoto pietatis affectu. Proinde cauebo deinceps q̃ ſolicite potero duritiam cordis, ſentiam & plangā dolorem meū, ne ſi forte inſenſibile fuerit, ſit etiā inſanabile uulnus meū. Ero uir uidēs paupertatem meā in uirga īdignationis eius, ne ueniat anima mea in conſortio eoꝝ de qbus ueritas ait:
Hier. 5 a Percuſſi eos, & non doluerūt. Et item. Cu
Hier. 51. a rauimus Babylonē, & nō eſt ſanata. Grauis curatio humiliatio hæc, ſed grauior morbus ſuperbia eſt, quæ utinam ſic curetur ut ſanetur hac cura. Conſentiam itaq; aduerſario meo, acquieſcam iudici meo, cedam deniq; urgenti aculeo, ne bis pungat. Tale enim reor eſſe qđ dominus ait: Omnis qui ſe exaltat, humiliabitur: et qui ſe humiliat exaltabitur. Ac ſi dicat. Quiſquis contra ſtimulum recalcitrat, duplo pūgetur: parcetur autem ei qui ſenſerit & dederit locum iræ.

De *uerbis libri Sapientiæ: Iuſtum deduxit dominus per uias rectas, & cætera.* Sermo.

Sapiē. 10. a IVſtum deduxit dn̄s ꝑ uias rectas, & oſtendit illi regnū Dei, et dedit illi ſcientiam ſanctoꝝ: honeſtauit illum in laboribus, & cōpleuit labores illius. Eſt iuſtus q in principio ſermonis accuſator eſt ſui, & eſt iuſtus q ex fide uiuit, & eſt iuſtus q abſq; terrore eſt. Et primus qdem bonus, qa accedit ad uiam: ſecūdus melior: qa currit per uiā: tertius optimus, qa iam appropinquat ad finē uiæ. Hic tn̄ accipiamus primum quem uelocius inuenimus. Hunc deduxit dn̄s, & non alius, quia ipſius eſt de uia iniquitatis ad uiā ueritatis reducere, & deducere per eam. Per uias (inquit) rectas. Viæ domini uiæ rectę, uiæ pulchræ, uiæ plenæ, uiæ planæ. Rectæ ſine errore, quia ducunt ad uitam. Pulchrę ſine ſorde, quia docent munditiam. Plenę multitudine, quia totus iam mūdus eſt intra Chriſti ſagenam. Planè ſine difficultate, quia donant ſuauitatem. Iugum .n. eius ſuaue eſt, & onus eius leue. Et oſtendit illi regnum Dei. Regnum Dei cōceditur, promittitur, oſtenditur, percipitur. Conceditur in prędeſtinatione, ꝓmittitur in uocatione, oſtenditur in iuſtificatione, in glori-
ficatione percipitur. Vnde eſt illud: Venite *Matth.*
benedicti patris mei ꝑcipite regnum Dei. *Roma.*
Sic enim ait Apoſtolus: Quos prędeſtinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, illos & iuſtificauit: quos autem iuſtificauit, illos & magnificauit. In prædeſtinatione eſt gratia, in uocatione potentia, in iuſtificatione lętitia, in magnificatione eſt gl'ia. Et dedit illi ſcientiam ſanctorum. Scientia ſanctorum eſt hic tꝑaliter cruciari & delectari in æternum. Et in contrarium ſciētia malorum relabitur. Alia eſt ſcientia mūdi quæ docet uanitatem, & alia ſcientia carnis quæ docet uoluptatem. Illa tanquam pater, iſta tanquam mater nobis eſt. Sicūt enim mater filio ſuo ſemper optat quietē, & omnem prorſus laborem claudit à filio ſuo: ſic caro incraſſata, impinguata, dilatata recalcitrat, nec minimis ſaltem digitis patitur ſe contingi. Et ſicut pater uult filium ſuum huc illuc'que diſcurrere, ut addiſcat unde aliquando magnificetur: ſic & mundus uult hominem multis laboribus intricari, ut habeat unde ſuperbiat, unde inſletur & deſipiat de uanitate in idipſum. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, id eſt, propriæ uoluntatis, quæ quaſi radix eſt: duæ filiæ ſunt, uanitas & uoluptas, clamātes: affer affer. Hę nunquam ſatiantur, nunquam dicunt: ſufficit, Siquis has plene in ſe contriuerit, non immerito ſibi illam uocem poterit coaptare. Quoniam (inquit) pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem aſſumpſit me. Honeſtauit illum in laboribus. Non'ne nos & in ipſis laboribus noſtris honeſtamur, cum omnia quæ facimus, ad unitatis uinculum adunamus, ut non in nobis ſit pondus et pōdus, mēſura et mēſura, qa utrūq; abominabile eſt ante Deum? Non'ne & hęc uilitas, hęc deformitas, hęc ſemicincta honorant̄ & adorant̄ à principibus terrę? Vę nobis, ſi exultauerim⁹ niſi in Xp̄o & ꝓ Chriſto, uæ nobis, ſi uendibilē obtulerimus pauꝑtatē. Et cōpleuit labores illius, uel illic in ꝑſeuerantia, ut uſq; in finem iuſtitiam non relinquat: uel illic in gloria, ut gaudeat in æternum. Felix utraq; completio, cum & hic morit̄ iuſtus plenus dierū, & illic oritur in plenitudine dierum, utrobiq; plenus, & hic gr̄a, & illic gloria, quia gratiam & gloriam dabit dominus.

De *quadruplici debito,* Sermo.

IN uia eſtis fratres, quæ ducit ad uitā, in uia recta & impolluta quę ducit ad ciuitatem ſanctā Hieruſalem illam quæ libera eſt, quę ſurſum eſt, quæ eſt mater noſtra. Arduus qdem aſcēſus eius, utpote per ipſam montis ſummitatem īciſus: ſed uia compēdioſior laboris magnitudinem, uel tēperat, uel excludit. Vos aūt tam felici facilitate, q̃ facili felicitate uiam iſtā, non ſolū itis, ſed curritis: qa exonerati eſtis & accincti, nihil ponderis ſuper dorſa portantes. Non ſic aliqui non ſic, q quadrigas & quadrigalia onera pertrahentes mōtis circuitum ambire decernunt, & plerunq; per deuexa montis præcipitant̄, ut uix finem inueniant uiæ ſuę. Felices igit̄ uos, qui uos & ueſtra ſine omni exceptiuncula reliquiſtis, per ipſum montis uerticē iter facitis ei qui aſcendit ſuper occaſum, dn̄s nomē illi. Illi uerò qui quāuis Aegyptū fugerint, tn̄ ad quæq; Aegyptia tenerrime reſuſpirant, uiam ciuitatis habitaculi non inuenerunt: ſed uolūtatum ſuaꝝ grauiſſimis ſarcinis prægrauati, uel ſub onere, uel cum onere cadūt, ut uix ad curſum perueniant deſtinatū. Quid .n. eſt (gratias illi cuius gratia hoc totum factū eſt) ꝙ uita ueſtra uitam apoſtolicam repræſentet? Illi reliquerunt oīa, & in ſchola ſaluatoris ſub eius præſentia congregati hauſerunt aquas in gaudio de fonte ſaluatoris, ipſum uitę fontem in ipſo fonte bibentes. Beati oculi qui uiderunt. Nunqd

non & uos non in præſentia, ſed in abſentia ipſius, nō ad uerba oris eius, ſed ad uocem nunciorum eius, ſimile aliquid feciſtis? Defendite uobis hanc prærogatiuā, ꝙ illi ad uiſum & ad uerbum, uos ad auditum & nūcium credidiſtis. Sic ſtate in domino chariſſimi, ut quēadmodum illi in fame & ſiti, in frigore & nuditate, in laboribus & ieiunijs & uigilijs & cæteris obſeruantijs iuſtitiæ uiam regiam tenuerūt: ſic & uos etſi non eorum meritis, tamen exercitijs aliquatenus coęquati dicatis domino Deo ueſtro cum ueneritis ante thro-
num gloriæ ipſius: Lætati ſumus pro die- *Pſal. 89. d*
bus quibus nos humiliaſti, annis quibus uidimus mala. In ueritate dico uobis, quia in ueritate eſtis in uia recta, in uia ſancta quæ perducat ad ſanctum ſanctoꝝ. Mentior (quod ad conſolationem ueſtram dico) ſi nō ex manibus huius peccatoris, monachorum nouitiorum & conuerſoꝝ animæ ad cœleſtia gaudia uolauerunt, tam liberæ q̃ liberatę de carcere noſtræ mortalitatis, Si quæritis unde id ſciam, ſcitote quia certiſſima mihi ſigna inde facta ſunt & oſtenſa. Non eſt igitur quod uobis uel pro uobis timeam à uiribus ſatanæ & miniſtroꝝ eius, cum nouerim illius fortitudinem per redemptoris uulnera traductam & deductam ad nihilum. In ſpiritu enim fortitudinis fortem fortior ille contriuit, portas æreas et uectes ferreos confringēs. A uerſutijs & aſtutijs illius formido mihi eſt ꝓ uobis, in qbus partim ſubtilitate naturæ, partim exꝑientia tēpoꝝ ſub tot annoꝝ milibus eruditus, fragilitatē humanę naturę quaquauerſum ſe uerterit nō ignorat. Sic ille īſatiabilis homicida primis parentib⁹ nr̄is nō urſos, nō leones, nō fortia terrę aīalia delegauit: ſed tortuoſum et callidū ſerpentē, q ꝑ ſinuoſa uolumina nunc caput cauda, nūc caudā capite tegere cōſueuit. Deniq; & ſerpens non fortior erat, ſed callidior cūctis aīantib⁹ terrę, ait ſcri-
ptura. Vn̄ & ab īterrogatione īcepit, men- *Gene. 3. a*
tē mulieris explorās, ſciēs īgenio nō uirib⁹ laborandū: Cur p̄cepit uobis dn̄s De⁹ (inquiens) ne comederetis de ligno ſcię boni & mali? Quæ r̄ndit: Ne forte moriamur.

Quod Deus ꝓ certo poſuerat dicẽs: Qua
cunq; die comederetis morte moriemini:
iſta ſub dubio ſupponit, ne forte (ingens)
ſi comederimus moriamur. Et audi inge-
Ibidem. niũ malitiãq; ſerpentis. Nequaꝗ̃ inqt mo
riemini. Deus affirmat, mulier dubitat, ſa-
tan negat. Sic et ego timeo ne ſicut ſerpens
Euam ſeduxit aſtutia ſua, ſic & ſenſus ue-
ſtri corrumpant̃ à caſtitate quę eſt in Chri
ſto Ieſu putas'ne aliqs in uobis ẽ cui dicat
in cogitationibus ſuis, cur pręcepit uobis
Deus ut iſtam regulam teneretis? Secun-
dum .n. impetum ſpirituũ ueſtrorũ, huic
tepido remiſſiorem, illi feruenti uitam ar-
ctiorem ꝓponit, hoc ſolum expetens &
expectãs, ut quoquo modo tollat eum à
cõcilio iuſtoꝝ & cõgregatione. Profectò
ſpũs ille qui tibi hoc ſuggerit, ſpũs mẽdax
eſt, ſpũs poteſtatem hñs, qui tibi inuidet
locum tuũ. Vnde & ſapiens huius rei non
Ecclesiaſtes.10.a ignarus. Si ſpũs poteſtatem hñtis ſuper te
aſcẽderit, ait: locũ tuum ne dimiſeris. Ab-
ſit.n. ut ſpũs ueritatis qui te huc adduxit,
te reducere uelit: quia non eſt in ore eius,
eſt, & non: ſed, eſt in illo, eſt: ſicut irrefra-
gabilis authoritas teſtat̃. Nemo (ait apl's)
loquẽs in ſpiritu Dei dicit anathema Ieſu.
1.Cor.12.a Ieſus, ſaluator ſiue ſalus: anathema, ſepara
tio interpretat̃. Qui uerò tibi ſeparationẽ
à ſalute ſubmurmurat: nec Dei ſpũs eſt,
nec à Deo: qa ſpũs ſanctus non diſperge-
re, ſed colligere uenit: qui ſemper reuocat
diſperſos Iſrael in terram ſuam. Quid? Vi-
tam fortiorem aliqs quærat? Dico uobis
qa iſta fortiſſima eſt, & quæ ex omni par
te, ſi diſſimulare nolueris, primę illi ſcholę
ſaluatoris ꝓ ſua poſſibilitate rñdeat. An
audes ad molliorem uel cogitãdo deſcen
dere? O ſi cognouiſſes & tu ꝗ̃ multa et ꝗ̃
multis debeas: uideres ꝗ̃ nihil ſit quod fa
cis, ꝗ̃ nec inter minima numerandum ad
comparationem debitoꝝ tuoꝝ. Vis ſcire
quæ & quibus debeas? Primo Chriſto Ie
ſu debes omnem uitam tuam, quia ipſe ui
tam ſuam poſuit pro uita tua: et cruciatus
amaros ſuſtinuit, ne tu perpetuos ſuſtine-
res. Quid tibi dirum uel durũ eſſe poterit,
cũ recordatus fueris qa ille in forma Dei,
in die æternitatis ſuę, in ſplendoribus ſan-
ctoꝝ ante luciferũ genitus, ſplẽdor et figu
ra ſubſtantiæ Dei: uenit ad carcerem tuũ,
ad limum tuum, ĩfixus (ut dicitur) uſq; ad
cubitos in limo ꝓfundi? Quid non ſuaue
tibi: cum tibi collegeris omnes amaritudi
nes domini tui, & rememoraberis primũ
quidem illaꝝ infantiliũ neceſſitatum, de-
inde laboꝝ quos pertulit in prędicando:
fatigationum in diſcurrẽdo: tentationum
in ieiunando: uigiliaꝝ in orando: lachry-
maꝝ in compatiendo: inſidiaꝝ in collo-
quendo: poſtremo periculoꝝ in falſis fra
tribus, conuitioꝝ, ſputoꝝ, colaphoꝝ, fla-
gelloꝝ, irriſionum, ſubſannationũ, expro
brationum, clauoꝝ, horumq; ſimiliũ: quę
in ſalutem noſtri generis triginta et tribus
annis operatus & paſſus eſt in medio ter
ræ? O ꝗ̃ indebita miſeratio: ꝗ̃ gratuita et
ſic ꝓbata dilectio: ꝗ̃ inopinata dignatio:
ꝗ̃ ſtupenda dulcedo: quã inuicta manſue
tudo: regem glorię pro deſpicatiſſimo uer
naculo imò uermiculo crucifigi? Quis au-
diuit unquam tale, aut quis uidit huic ſi-
mile? Vix.n. pro iuſto quis morit̃: ipſe pro
iniuſtis & inimicis mortuus eſt, eligens
exulare à cœlis, ut nos reportaret ad cœ-
los: amicus dulcis, conſiliarius prudens,
adiutor fortis. Quid retribuam dño pro
oĩbus quæ retribuit mihi? Non'ne ſi cõfer
rentur in me omnes uitæ filioꝝ Adam, &
omnes dies ſeculi, & labores oĩum homi-
num qui fuerũt, qui ſunt, & qui erũt, nihil
eſſet ad cõparationem corporis illius qđ
ſpectabile et ſtupendũ eſt uirtutibus ẽt ſu
pernis in cõceptu de ſpiritu ſancto, in ortu
de uirgine, in uitæ innocentia, in doctrinæ
affluentia, in coruſcationibus miraculoꝝ,
in reuelationibus ſacramẽtoꝝ? Vides igit̃
quia ſicut exaltant̃ cœli à terra, ſic exalta-
ta eſt uita illa à uita nr̃a, quæ tñ poſita eſt
pro uita nr̃a. Sicut nihil ad aliqd nullã ha-
bet cõparationem, ita & uita nr̃a nullam
habet ad uitã illius ꝓportionẽ, cum illa di
gnior, iſta miſerior eſſe nõ poſſit. Nec me
putes rẽ exaggerare ſermonib9; qa hic de-
ficit oĩs lingua, nec ſufficit oculus, uel ad
intuendũ tantę dignationis arcanũ. Cũ er
go ei donauero qcqd ſum, qcqd poſſum:
non'ne iſtud ſic eſt ſicut ſtella ad ſolẽ, gut-

ta ad fluuiũ, lapis ad mõtẽ, granũ ad acer
uũ? Nõ habeo niſi minuta duo, imò minu
tiſſima corpus & aĩam, uel potius uinum
minutũ, uolũtatem meã: & non dabo illã
ad uoluntatẽ illius, qui tãtus tãtillum tan-
tis beneficijs pręuenit, qui toto ſe totũ me
cõparauit? Alioqn ſi illam retinuero, qua
frõte, qbus oculis, qua mente, qua cõſcien
tia uado ad uiſcera miſericordiæ Dei nr̃i,
& audeo ꝑfodere illud fortiſſimum ꝓpu-
gnaculum qđ cuſtodit Iſrael, & illius ſan
guinis non guttas, ſed undas à quinq; par
tibus corporis in meũ pretium detorque-
re? O generatio ꝑuerſa, et infideles filij, qd
facietis in die calamitatis de lõge uenien-
tis? ad cuius fugietis auxilium? Sed nũqd
huic ſoli debitor ſum, cui uix parũ aliqd
retribuere poſſum? Exigũt à me præterita
peccata mea futurã uitã meã, ut faciã fru-
ctus dignos pœnitẽtię, & recogitẽ oẽs an-
nos meos in amaritudine aĩæ meæ. Et ad
hæc qs idoneus? Peccaui ſuꝑ numerũ are-
nę maris: et multiplicata ſũt peccata mea,
et nõ ſum dign9 uidere altitudinẽ cœli præ
multitudine iniqtatis meę: qm̃ irritaui irã
Pſal.39.c tuã, & malum corã te feci. Circundederũt
me mala quorũ nõ eſt numerus, compre-
henderũt me iniqtates meę, & non potui
ut uiderẽ. Quod ergo ſine numero eſt, qũo
numerabo? Qũo ſatisfaciam cum cogat
reddere debitum uſq; ad nouiſſimũ qua-
drantem? Sed & delicta quis intelligit?
Ait illa cœleſtis fiſtula Ambroſi9: Facili9
inueni eos q innocentiam ſeruauerunt, ꝗ̃
q congruam egerũt pœnitentiam. Sed &
quantũlibet pœniteat, quantũlibet ſe af-
flictet & maceret ꝑꝑ nomen tuũ, non ꝑꝑ
meum meritũ propiciaberis peccato meo
Pſal.24.c domine (ait iuſtus) multũ eſt enim. Cum
ergo quicquid uiuis, quicquid ſapis quic-
quid habes, quicqd potes, huic uni rei de-
dicaueris, nunqd aliqd eſt, uel iter aliqua
computãdum? Paulo ante uitam tuã pro
uita ſua Chriſto reddideras: & nunc iteꝝ
eam totam præcedentiũ exigit recorda-
tio pctõꝝ. Nunqd (ut uulgo dicit̃) de una
filia duos generos ſtatuiſti facere? Quid
ſi tertium tibi debitorẽ oſtẽdam, qui non
minus acriter ꝗ̃ ueraciter uẽdicat eam ſi-
bi? Puto ꝙ & tu poſſidere deſideras ciui-
tatem de qua dicit̃: Glorioſa dicta ſunt de *Pſal.86.a*
te ciuitas Dei. Gloriam illam quã nec ocu
lus uidit, nec auris audiuit, nec in cor ho-
minis aſcendit, regnum oĩum ſeculoꝝ, ui-
uere in æternum, in ꝑpetuas hæreditates.
Credo ꝙ uelis eſſe æqualis angelis Dei in
cœlo, eſſe etiam hæres Dei, cohæres Chri
ſti, & in plateis ſupernæ Sion melos ange
licũ auſcultare, & uidere quicqd illud ſit
cum Chriſtus tradiderit regnũ Deo patri,
& erit Deus oĩa in oĩbus, poſtremo eſſe ſi
milis Deo, & uidere eũ ſicuti eſt. Nec du-
bito quin & cõcupiſcas ſuſcipere, & um-
bras declinantes, & diem aſpirantẽ, cum
illuxerit illa ſolẽnis dies, et nubila reꝝ ex-
cuſſerit: qñ iam non inclinabitur dies, ſed
erit æterna meridies, qñ erit plenitudo fer
uoris & lucis, ſolis ſtatio, tenebraꝝ exter
minatio, deſiccatio paludũ, fœtoꝝ depul
ſio. Non'ne ad hoc emendũ, totum te, &
quęcunq;, & undecunq; contrahere pote
ris, dare oportebit? Et cum uniuerſa com
pleueris, non tñ putes eſſe condignas paſ
ſiones huius tꝑis, uel corporis ad futuram
gloriã quæ reuelabit̃ in nobis. An ſic im-
pudens es uel imprudens, ut minutũ tuũ
qđ ſibi tã Chriſti uita, ꝗ̃ peccati pnĩa cer
tatim rapiunt, ẽt ad hoc conquirendũ, uel
audeas numerare? Quid dices ſi & quar-
tum debitorẽ in mediũ adduxero, qui ſi-
bi ẽt iure primatus ſui ſuꝑiores tres cede-
re uelit? Ecce in ianuis eſt qui fecit cœlũ et
terram, & creator tuus eſt, tu creatura: tu
ſeruus, ille dñs: ille figulus, tu figmẽtũ. To
tum ergo qđ es, illi debes, à quo totũ ha-
bes, illi præcipue dño qui & te fecit, & be
nefecit tibi, qui tibi miniſtrat ſyderũ cur-
ſus, aeris temperiem, fœcunditatẽ terræ,
fructuũ ubertatem. Huic reuera totis me
dullis, totis uirib9 ſeruiendũ: ne forte indi-
gnationis oculo te reſpiciat, & deſpiciat
& cõterat in ęternũ et in ſeculũ ſeculi. Nã
arbitror aũt ꝙ te tãta raptet inſania, ut &
hic minutũ tuũ noĩare nedũ numerare prę
ſumas. Expone ergo mihi cui horum qua-
tuor ꝓponas reddere qđ debes: cũ unuſ-
qſq; tam internus ꝗ̃ æternus exactor ſit:
ut te poſſit ſingulr̃ ſuffocare. Eia dñe uim

patior: rñde pro me: In manus tuas commendo minutum meū: tu perſolue omnibus, tu ab oibus libera, quia tu es Deus, et non homo: & qđ hoibus impoſſibile eſt, poſſibile eſt tibi. Quod habui, & feci. Domine habe me excuſatum: qa imperfectū meū uiderūt oculi tui. Quis ergo amplius gruniet dicēs: Nimium laboramus, nimiū ieiunamus, nimium uigilamus: cū nec milleſimæ imò nec minimæ parti debitorum ſuoꝝ ualeat rñdere? Hæc eſt fortaſſe fratres illa uera ueſtra quadrageſima, nō exterior ſed interior, quę nō corticem ſacramenti, ſed adipem frumenti contineat. Si enim unicuiq; iſtoꝝ quatuor & pro ſe & per ſe omnem decalogi perfectionem debetis: profectò decem quater ducta quadrageſimam ueſtram faciūt: quam cuſtodire uos oporteat oib⁹ diebus uitę ueſtrę. Et ipſe qui uos cōgregauit in loco iſto, uitam ueſtram cōſeruet in opere ſancto: ut cum ipſe apparuerit uita ueſtra, & uos appareatis cum ipſo in gloria.

De ſeptem ſpiritibus, Sermo.

M Agiſter gentium Paulus ex occaſione ipſius ſpiritualis naturę qua uiuimus, ad ſpiritualem conuerſationem excitans diſcipulos ait: Si ſpiritu
Galat.6.a uiuimus, ſpiritu & ambulemus. Ac ſi dicat: Si caro nō prodeſt quicq̃, ſed ſpiritus eſt q uiuificat ipſam: ſeparare oportet pretioſum à uili, & digniorē præponere partem: ut ſecundum ſpūm ambulemus, non ſecundum carnem. Ad ſpiritū.n. debet fieri conuerſio carnis, ut ſeruiat ipſa, & non ſeruiat ei, ut dicat ſpiritus ſeruo ſuo, ueni, & ueniat: fac hoc, et faciat illud. Sic.n. erit uxor noſtra ſicut uitis abundans, & ſaluabitur per generationē filioꝝ, qui ſunt opera bona, ſi fuerit ipſa qdem in lateribus domus noſtræ.i. in abſcondito & humili loco: aīa uero reſideat in medio tanq̃ domina, tanq̃ paterfamilias, tāq̃ iudex: ut fiat qđ ſcriptum eſt: Anima mea in manibus meis ſemper. Maledictus.n. ſpūs ille qui
Psal.118. partem ſuam deteriorē facit. Maledictus
Roma.8.c homo qui paſcit ſterilem, & uiduæ nō benefacit. Deniq; ut teſtatur idem Apoſtolus: Si ſcđm carnē uixerimus, moriemur: quoniam qui in carne ambulant, Deo placere non poſſunt: et qui ſeminant in carne, de carne metent corruptionem. Si aūt ſpi- Ibidem.
tu facta carnis mortificauerim⁹, uiuemus: qm̄ qui ſpiritu Dei agunt, hi filij Dei ſunt, & qui ſeminant in ſpiritu, de ſpiritu et metent uitam æternam. Prudenter ꝓinde fratres & non ad inſipientiā nobis ſpūalē elegimus uitā caſtigare. ſ. corpus, & ſeruituti ſubijcere, & Deū q ſpūs eſt adorare in ſpiritu & ueritate. Sed qa ſpirituū diuerſa ſūt genera, neceſſaria eſt nobis eoꝝ diſcretio, prę ſertim cum ab Apoſtolo didicerimus non omni ſpiritui eſſe credendū. Videri.n. 1.Ioan.4.
pōt minus eruditis, et qui parum exercitatos hn̄t ſenſus, oēm cogitationem nō alterius q̃ ipſius humani ſpūs eſſe ſermonem: qđ non ita eſſe et certa fidei ueritas ꝓbat, & diuinaꝝ teſtimonia ſcripturaꝝ. Audiā Psal.84.
(inquit ꝓpheta) non quid ego loquar, ſed quid loquat in me dn̄s Deus. Et alius propheta. Angelus, inquit, qui loquebatur in Zacha.1.
me, &c. Et in pſalmo didicimus fieri īmiſſiones ēt ꝑ angelos malos. Vnde & timet Apl's, ne ſicut ſerpens decepit Euam aſtu- 2.Cor.11.
tia ſua: ſic & diſcipuloꝝ quibus loquitur corda decipiant, ab eo utiq; cuius ip̄e Pau- 2.Cor.2.
lus aſtutias non ignorat. Vnde & dicit: Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnē Ephes.6.
& ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebraꝝ harum. Eſſe tn̄ ſpiritum carnis non bonū, manifeſte idem Apl's indicat ubi inflatos ſpiritu carnis ſuæ quoſdā eſſe teſtatur. Et eſſe etiam ſpm̄ huius mundi declarat ubi gloriatur in domino pro ſe pariter & pro diſcipulis ſuis, non ꝙ eum acceperint: ſed ſpm̄ qui à Deo eſt, ut ſciamus (inquit) quæ à Deo donata ſunt nobis. Sunt 1.Cor.2.
ergo hi duo ſatellites maligni illius principis tenebrarum: ut dominetur ſpūs nequitiæ ſpiritui carnis & ſpiritui huius mundi. Quiſquis ergo ex his tribus ſpiritibus ſpiritui noſtro loquat: ne credamus ei, quoniam ſanguinem ſitiunt, non quidem corporum, ſed quod grauius eſt animarum. Sed quoniam ſpiritualis omnium natura eſt, à ſermonibus eoꝝ cognoſcemus eos: et qs ſpiritus ſit qui loquat, ipſa ſuggeſtio declarabit.

declarabit. ſemꝑ.n. ſpiritus carnis mollia, ſpiritus mūdi uana, ſpiritus malitiæ ſemꝑ amara loqtur. Quoties ergo importunè (ut aſſolet) carnalis cogitatio mētem pulſat: uerbi grā: cū de potu, de cibo, de ſomno, cęteriſq; ſimilib⁹ ad carnis curā ꝑtinētibus cogitantes, humano quodā inardeſcimus deſiderio: certum ſit nobis ſpiritū carnis eſſe q loquit: et tanquā aduerſariū
Matth.8.d repellamus eum, dicentes: Vade retro ſatana, qm̄ nō ſapis ea quæ dei ſunt: ſed magis ſapientia tua inimica eſt deo. Cum aūt non de illecebris carnis, ſed de ambitione ſeculi, de iactantia et arrogantia, cęteriſq; ſimilibus cogitatio uana uerſat in cordibus noſtris, ſpiritus mundi eſt q loquit, lōge ꝑnicioſior hoſtis, et maiori ſolicitudine repellēdus. Interdū uerò ſatellitibus iſtis terga uertentibus princeps ipſe habēs irā magnam tanquā leo rugiens inſurgit aduerſus nos: cū uidelicet nō ad uoluptatem carnis aut ſeculi uanitatē, ſed ad iram, ad impatientiā, ad inuidiā, ad amaritudinem animi ꝓuocamur: īportunè ingerēdo ſiqd minus amicabil'r minus'ue diſcrete factū uidet aut dictū: ſiqua deniq; aut in ſigno, aut in oꝑe quolibet data uidet indignationis occaſio, materia ſuſpicionis. Huic ergo cogitationi non aliter q̃ ipſi diabolo reſiſtendū eſt: nec aliter ab ea q̃ ab ipſa perdi
Luce.21.d tione cauendū. Scriptum eſt.n. In patientia ueſtra poſſidebitis aīas ueſtras. Fit tn̄ aliqn̄ ut ſpūs noſter à quolibet hoꝝ triū crebro ſuꝑatus, & ſeruus addictus illi in ſuā ipſius perniciē (heu) uices illius agat, ut iam ſine omni alterius ſpūs ſuggeſtione ip̄a ex aīa, aut uoluptuoſas, aut uanas, aut amaras pariat cogitationes. Iam uerò nō facile arbitror poſſe diſcerni, qn̄ noſter ipſe loquitur ſpiritus, quandòue loquētem alterum audiat quēlibet è tribus illis. Sed qd refert quicunq; loquat, dum unum & idem ſit quod loquuntur? Quid refert loquentis noſſe perſonam, dum cōſtat pernicioſum eſſe qđ loquit? Si inimicus eſt, reſiſte uiriliter inimico: ſi tuus ipſe ſpiritus eſt, argue eum, & miſerabil'r plange, ꝙ in tantā miſeriam, & tam miſerabilē deuenerit ſeruitutē. Quoties uerò ſuper caſtigando corpore, humiliando corde, ſeruanda unitate, & charitate fratribus exhibenda, ſeu cæteris uirtutibus acqrendis, cōſeruādis, amplificādis, ſalubris cogitatio in mēte uerſat, diuinus ſine dubio ſpūs eſt qui loquitur, aut per ſeipſum ſanè, aut per angelum ſuū. Et quēadmodū de humano aut maligno ſpiritu dictum, ſic & de angelico & de diuino. Nec facile eſt quis loquatur diſcernere, nec ignorare periculoſum: præſertim cum certū ſit angelum bonū nunq̃ loqui ex ſemetipſo, ſed Deum eſſe qui loquitur in ipſo. Studioſius igit deinceps cōſideremus quonā modo malignoꝝ illoꝝ ſpirituū ſuggeſtiones audire: imò quanta īdignatione abijcere debeam⁹, auertētes aures nr̄as ne audiam⁹ ſanguinē, & ſapiētiam quam reuelat caro & ſanguis: paruulos quoq; Babylonis, cogitatus. ſ. mūdanos ab ipſo initio tenentes, & allidentes ad petram: ipſum ēt malignū cū tentationibus ſuis à cōſpectu cordis noſtri abijciētes, & deducētes ad nihilum. Eas uerò cogitationes q̄ iuſtitię et ueritatis nos admonent, tota deuotione ſuſcipiētes, diuinę dignationi grām habeamus: nec aliqn̄ tantæ benignitati inueniamur ingrati, ſciētes qm̄ ipſe eſt qui loquit iuſtitiam: ipſe enim cuius ſermo ueritas eſt. Quantæ.n. temeritatis, imò quantæ inſaniæ eſt, ſi forte dum alloquit nos dn̄s maieſtatis, nos inſenſati auertam⁹ aurē, & ad neſcio quas ineptias cōuertamur? Quāta eſt hæc iniuria, & q̃ grauiter uindicanda, cū uiliſſimus uermis clamantē ad ſe audire dedignat creatorē uniuerſitatis? Quanta uerò & q̃ ineffabilis diuinæ dignatio bonitatis, q̄ quotidie cōſpicit nos infelices auertētes aures, obdurātes corda, & nihilominus clamat ad nos, & iugiter clamitat in plateis? Verè in plateis, qa in latitudine charitatis. Ecce.n. bonoꝝ meoꝝ non eges dn̄e: & tn̄ dicis, conuertimini filij hominū. Et iteꝝ clamitas: Reuertere reuertere Sunamitis, reuerte- Can.6.d
re reuertere, ut iteuamur te. Propterea obſecro uos dilectiſſimi, qui reminiſcimini dn̄i, ne taceatis, & ne detis ſilētium ei: audientes iugiter quid loquatur in uobis dominus Deus, qm̄ loquit pacem. Felix &

beata anima quæ uenas ſuſurrij diuini pcipit in ſilentio, frequenter iterans illud Samuelis: 1. Reg. 3.b Loquere dñe, qa audit ſeru⁹ tuus. Hic ergo hodiernus ſermo finẽ accipiat, ut etiam tacẽtibus nobis Deum intus audiamus loquentem & ſuadentẽ de regno ſuo, tanto utilius, quanto ſubtilius per internam inſpirationem. Siqua tñ adhuc de audiẽda hac dñi uoce ipſe ſuggeſſerit, alio ſermone tractabimur, ne pręſertim in tam utili ac ſpirituali materia mentes ueſtras longitudine ſermonis oneremus.

De multiplici utilitate uerbi Dei, Sermo.

TEnetis credo queadmodũ heſterno ſermone de ea, quæ nobis admodũ neceſſaria eſt, diſcretionẽ ſpirituũ admonuerimus ſolicitudinem ueſtrã: ut cõtra uenenatos ſerpentis antiqui ſibilos, cõtra mortiferos ſyrenæ cãtus, aures cordis iugiter obturare ſtudeatis, ut nec ſpiritũ carnis loquentẽ mollia, nec ſpiritũ mundi uana ſuggerentẽ, nec ſpiritum neqtiæ audiatis imittentẽ amaritudines, & ſcandala ſeminantem. Sed huius ſpiritus aſtutias noſſe neceſſe eſt, huius cogitationes non expedit ignorare. Interdum enim trãsfigurat ſe malignus ille et nequã ſpũs in angelũ lucis, ut uirtutis ſimulatione plus noceat. Sed & tunc quoq; ſi diligenter aduertimus, nonnunq̃; niſi amaritudinis, & diſcordiæ ſeminaria ſpargit. Suadet.n. nõnullis ſingularia ieiunia quędam, unde cæteri ſcandalizent̃: non quia ieiunium diligat, ſed quia ſcãdalo delectetur. Multa quoq; in hũc modũ ſolet afferre, quæ tñ à diuina ſapientia facile diſcernant̃, ſi apoſtolicã illam beati Iacobi diffinitionẽ præ oculis habeamus, qui diuinã Iaco 3.d deſcribens ſapientiam ait: Sapientia quæ à deo eſt, primũ qdem pudica eſt, deinde pacifica. Oẽm ergo cogitationem in qua hæc duo non cõcurrũt, à Dei ſapiẽtia alienam eſſe non dubites. Eam ergo quæ pudica uidet̃, nec ad uitia trahit aperte, ſed uirtutis prætendit imaginẽ, tunc demum à Deo noueris eſſe, ſi pacifica ſit, ſi prælati tui atq; ſpiritualium fratrum approbatur iudicio: qm̃ non faciet dñs Deus uerbum quod non reuelauerit ſeruis ſuis. Quanta uerò deuotione, quanta humilitate, quanta ſolicitudine cogitatio ſalubris nõ aliter quã diuinæ dignationis ſermo ſuſcipi debeat, & heſterno ſermone partim iam diximus, & hodierno nihilominus aliquanto latius pſuadere conabimur. Beati.n. q audiunt uerbum Dei, & cuſtodiunt illud. Luca. 11 Vultis noſſe q̃ beati? Primũ qdem ſonãs in auribus aię uox diuina cõturbat, terret, diiudicatq;: ſed continuo ſi bene aduerteris, uiuificat, liquefacit, calefacit, illuminat, mundat. Deniq; & cibus noſter eſt et gladius, & medicina, & cõfirmatio, & requies, reſurrectio quoq; & conſummatio noſtra. Nec mireris ꝙ uerbũ Dei iam nũc inueniat̃ omnia in oĩbus eſſe, quãtum ſpectat ad iuſtificationem, ſiqdem & futurꝝ eſt oĩa in omnibus ad glorificationẽ. Audiat & illud peccator, & conturbabitur uenter eius: à uoce illa carnalis aĩa contremiſcet. Omnia nanq; cordis ſecreta rimat̃ atq; diiudicat ſermo uiuus & efficax, cordium atq; cogitationũ pſcrutator. Vnde & licet mortuus in peccato, ſi audieris uocem filij Dei, uiues. Sermo.n. quem loquitur, ſpũs & uita eſt. Si cor tuum induratũ eſt, memento ſcripturæ dicentis: Emittet Pſal. 14 uerbũ ſuum & liquefaciet ea. Et item: Aĩa Cant. mea liquefacta eſt, ut dilectus locut⁹ eſt. Si tepidus es, & euomi iam formidas, nõ diſcedas ab eloquio dñi, & inflãmabit te: qa eloquiũ eius ignitũ ualde. Quod ſi tenebras ignorantiæ plangis, diligenter audi quid loquatur in te dominus Deus, & erit lucerna pedibus tuis uerbũ domini, et lumen ſemitis tuis. At fortaſſis tãto amplius doles, quãto clarius peccata etiã minima illuminatus agnoſcis: ſed ſanctificabit te pater in ueritate, quæ eſt utiq; ſermo eius, ut inter apoſtolos audire merearis: iam uos mũdi eſtis pp ſermonem quẽ locutus ſum uobis. Ioan. Iam uerò cum laueris manus tuas, ecce parauit in cõſpectu tuo mẽſam, ut non de ſolo pane uiuas, ſed ex omni uerbo quod pcedit de ore Dei, et in fortitudine cibi illius curras uiam mandatorꝝ eius. Vbi ſi cõſiſtunt aduerſum te caſtra, & p̃liũ tentationis iſurgit, arripe gladium ſpũs, qđ eſt uerbũ Dei, & in eo facile triumphabis. Quòd ſi forte (ut eſt certaminis cõſuetudo) contigerit aliqñ uulnerari, mittet uerbũ ſuum, & ſanabit te, & eripiet te de interitionibus tuis: ut in te quoq; impleat̃ quod ait Centurio, cuius Matth. 8.a fides tam magnifice cõmendat̃: Dñe (inquit) dic tantum uerbo, & ſanabitur puer Pſal. 72.a meus. Sed etſi titubas adhuc, confitere & clama. Mei autem penè moti ſunt pedes, penè effuſi ſunt greſſus mei: & in uerbis ſuis cõfirmabit te: ut experimento diſcas qm̃ uerbo dñi cœli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis uirtus eorꝝ. In his atq; huiuſmõdi perſeuera, in talibus iugiter exercere, donec iam dicat ſpũs, ut requieſcas à laborib⁹ tuis. In hoc uerbo quieſces dulciter, ac ſuauiter ſoporaberis donec ueniet hora cum omnes qui in monumentis ſunt audiẽt uocem eius, & pcedent. Sed quo? Alij quidem in iudicium, alij uerò in uitam æternam. Et quis ſcit ſi eſt dignus amore uel odio? Tunc maxime memor eſto uerbi tui ſeruo tuo dñe, in quo mihi ſpem dediſti, ut ab auditione mala non timeã: ſed beata magis auditio perducat ad uiſionẽ Matt. 25.d cum dices: Venite bñdicti patris mei &c. Lucæ. 12.a Quicunq; enim confitebit̃ me coràm hominibus, ait ipſe, hunc & ego cõfitebor in conſpectu patris mei & angelorum ſanctorum: quod nobis conferre dignetur ipſe qui conſtitutus eſt iudex uiuorum & mortuorum. Amen.

De quatuor modis orandi: de obſecratione, oratione, poſtulatione, & gratiarum actione. Sermo.

QVatuor mihi uidentur orandi modos exprimere Apoſtoli uerba dicẽtis: 1. Tim. 2.a Volo primum fieri obſecrationes: deinde orationes, poſtulationes, gratiarꝝ actiones. Sunt enim quos adhuc peccati conſcientia terret & cruciat, nondum accepta reſiſtendi uirtute, tunc ſcilicet cum primum ipſos in peccatorꝝ cœno iacentes ſpiritus ueritatis irradiat, & excitãs erubeſcere facit, & timere deum dum uident imanitatem criminũ, meritorꝝ exiguitatem, & uelut ardentem coràm ſe gehennam expaueſcentes, qm̃ in ſeipſis bo- Exod. 23.b ni nil inueniũt, aliunde apprehẽdunt unde 14.c tegantur. Sciunt.n. ꝙ non ſit tutum in cõſpectu domini dei ſui uacuos apparere cõtra legis præceptũ, & multo minus id pręſumere plenis ſtercore manibus audent. Quia ergo timent, & meritò timent per ſe ipſos accedere, ſtudẽt quaſi per alios ſupplicare. Tale eſt illud orõnis genus quo ſolemus uti dicentes: Sancte Petre, ora p nobis, & ſimilia. Maxime uerò illud obſecratio eſt manifeſta: Per paſſionem tuã, libera nos dñe: & cætera in hũc modũ. Tale.n. uidet̃, ac ſi latro deprehenſus, & iam uicinus ſuſpẽdio, qñ penitus deſperat, nec inuenit in ſe unde ueniam deprecetur, extendens brachia dicat: quia ſic paſſus eſt Chriſtus, ut eorꝝ à quibus tenet̃, animos moueat ad pietatẽ. Credo ego de talibus dici poſſe, qa regnũ cœlorꝝ uim patitur, & uiolenti rapiunt illud. Vim faciebat re- Matt. 11.b gno cœlorꝝ publicanus ille, q dũ nõ aude- Luc. 18.b.c ret oculos ad cœlos leuare, ip̃m cœlũ ad Matth. 9.c ſe potuit iclinare. Siľe aliqd mulier illa egiſſe uidet̃, quæ pfluuiũ ſanguinis hñs, dum timeret ad Xp̃m accedere, fecit ab eo uirtutem exire. Furtim.n. tetigit fimbriã, & curata eſt ab infirmitate: unde & indignãtis quodã modo uerbum uidet̃ qđ de ea dñs ait: Quis me tetigit? Et addidit: Sẽſi à me exire uirtutẽ. Nõ credo ꝙ ſit inter nos quiſpiã, ſed forte nõnulli in ſeculari habitu, uel cõuerſatione potuerũt aliqñ experiri qd loquor, ut inuiti fluxum ſanguinis paterent̃, eius iquam ſanguinis qui regnũ Dei non poſſidebit. Etenim qui facit pec- Ioan. 8.d catũ, ſeruus eſt peccati: nec ſua ſe poterit cõtinere uirtute, ẽt cũ uolet. Huic ergo minime expedit p ſeipſum ad Xp̃m accedere, ſed tangere, ſiquam inuenerit eius fimbriã, hoc eſt eum cõſiderare hoĩem quem humiliorẽ uiderit, & extremũ in eccleſia, quæ eſt ueſtis Xp̃i: eum inquã qui elegit, abiectus eſſe in domo Dei, oportet conſiderare: qm̃ is uerè eſt fimbria poſita in ora ueſtimenti, ad quã utiq; ſpũalis unguenti deſcendens à capite copia tota decurrit. Hunc ſi bñficijs aliqbus ſeu prece humili, aut cõfeſſione pura tetigerit, ut affectum eius erga ſe moueat ad cõpatiendũ ſibi, habeat fidẽ, et ſine dubitatione ſanabit̃. Illud tñ nouerit fimbria, non à ſe ſed à Chriſto

exijſſe uirtutem, qui & tangi ſe ꝓteſtatur
in fimbria. Expreſſi nunc uobis quātū po-
tui quale ſit, & cui aīæ neceſſariū gen⁹ ob
ſecrationis. At uerò iam cōtinendi uirtute
accepta ſecurus accedit, q ſibi cōſcius fue
rit pro delictis p̄teritis ueniā q̄rens & ora
tione utens, quæ nr̄i orīs eſt ratio, qn̄ iam
ore ſuo loquit̃ cū Deo ſuo. Hinc illud eſt
ꝙ Maria Magdalene, quanq̄ non minus
humilis hemorrhoiſſa illa: non ſic tn̄ ueret̃
accedere, ſed rigat lachrymis pedes, capil
lis tergit, ungit unguento, oſculat̃ ore de-
uoto. Vnde ſatis liquet, ꝙ oīno iam ꝓpo-
ſuerat in corde ſuo à peccato deinceps ab-
ſtinere: et quaſi ꝓfluuiū ſtabat. Qđ ſi iam
cōſecutus es & tu, primū eſt ut ipſi dn̄o in
orōne loquēs, recogites annos tuos ī ama
ritudine aīæ tuæ. Dehinc poſtq̄ in lamen
tis pn̄iæ aliquādiu pſeuerans, hilaritatem
quandā & fiduciam conceperis indulgen
tiæ, accede iam ad poſtulationes: ut ſecu-
re tanq̄ receptus in gr̄am dn̄i, tibi & con
ſeruis tuis audeas petere qđ oportet. At
fortaſſis requiras, unde aut q̄uo noſſe po-
teris, utrū hanc cōſecutus ſis indulgentiā.
Sic nimirū cōſeruandę humilitatis gratia,
diuina ſolet pietas ordinare: ut quāto q̄s
plus ꝓficit, eo minus ſe reputet ꝓfeciſſe.
Nam & uſq̄ ad ſupremū exercitij ſp̄ualis
gradum, ſiq̄s eouſq̄ ꝑuenerit, aliq̄d ei de
primi gradus imperfectione relinquit̃, ut
Matth. 9. c uix ſibi primū uideatur adeptus. Attamē
ſcio ꝙ hodie lectū ſit in euāgelio, dixerat
Ieſus paralytico: Confide fili, remittūtur
tibi pctā tua: et reputatū eſt ei ad blaſphe
miā. At ille, cui nimirū cogitatio hoīs con
fitetur: Quid (īquit) cogitatis mala in cor-
dib⁹ ueſtris? blaſphemare me blaſphema-
tis, & quaſi ad excuſandū uim uiſibilis cu
rationis uirtutē mihi inuiſibilem uſurpare.
Sed ego uos potius blaſphemos eſſe con
uinco, ſigno ꝓbans uiſibili inuiſibilē po-
teſtatē. Vt ſciatis (inq̄t) quia poteſtatem
habet filius hoīs in terra dimittendi pecca-
ta, tūc ait paralytico: Surge, tolle lectum
tuū, & ambula. Et tu ergo ſi iam ſurgis de
ſiderio ſupernoꝝ, ſi grabatum tollis, cor-
pus. ſ. à terrenis eleuans uoluptatibus, ut
iam non feratur aīa concupiſcentijs eius:
ſed magis ipſa, ut dignum eſt, regat illud,
& ferat quò non uult, ſi demum ambulas
quæ retro ſunt obliuiſcens, & ad ea quæ
ante ſunt te extendens deſiderio & ꝓpoſi
to ꝓficiendi, curatum te eſſe nō dubites.
Neq̄. n. ſurgere poteras ſi nō aliquatenus
onus eſſet alleuiatū, & nec grabatum tol
lere niſi exoneratus magis, q̄a nec ambu-
lare in feruore cōuerſationis cū peccatoꝝ
graui mole poſſibile eſt. Propter quod fi-
ducialiter iam poſtulare pōt qui eiuſmo-
di eſt, tantū caueat ne forte aut poſtulet
nō poſtulāda, aut minus poſtulet q̄ à Deo
ſunt poſtulāda: aut ea tepide q̄rat q̄ toto
affectu, & omni tp̄e ſunt q̄rēda. Petitis et
nō accipitis (ait Iacobus) eo ꝙ male peta Iaco. 4.
tis, utpote in concupiſcentijs ur̄is. Sic agit
oīs qui terrena q̄rit ultra neceſſitatē, qui
mundialē gloriā ſectat̃ aut uoluptatē. Ta
le eſt ēt qđ ſolent ſeculares hoīes mortē
inimicoꝝ in orationibus poſtulare, cæte-
raq̄ ſimilia quæ nō oportet. At uerò tem
poralia ſi defuerint, petenda quidem ſunt
quātū neceſſitas humana req̄rit: ſed iuxta
beati Gregorij ſn̄iam non ſunt hæc nimiū
requirenda. In quo genere etiam illa ſpiri-
tualia ſunt ſine q̄bus nihilominus ſalus cō
ſtare poteſt, ut ſermo ſcientiæ, gratia cura
tionum, oīaq̄ de quibus certum nō habe
mus q̄d expediat nobis: utpote ſi te fati-
get tentatio, ſupplicandū q̄dem pro ea ut
auferatur à te, ſed non nimis obnixè, qm̄
in talibus meminiſſe ſemper oportet apo-
ſtolicæ illius ſn̄ię: Nos enim quid oremus Rom.
ſicut oportet neſcimus. Et Deo magis cō-
mittere q̄ temere aliquid apud nos defini
re. Hæc autem ſunt toto affectu, & omni
tp̄e poſtulanda, hæc ſunt pro q̄bus inceſ-
ſanter & q̄ obnixè poterunt, ad Deū cla-
ment deſideria tua, ut habeas gr̄am eius
bonam, & placere poſſis in oculis pieta-
tis ipſius, & in eo uiuas, & moriaris in ip-
ſo, ut gloriā eius uidere, & ipſo frui in per-
petuū merearis. De his. n. dictum eſt: Sine Luc.
intermiſſione orate. Vn̄ et ꝓpheta: Exq̄ſi- Pſal.
uit, inq̄t, te facies mea, faciem tuam dn̄e re
quiram. Et alibi. Vnam petij à dn̄o, hāc re
quiram, ut inhabitem in domo dn̄i omni-
bus diebus uitæ meę. Porrò ad quartū ge-
nus

[...] orationis, qđ eſt gratiaꝝ actio, ꝑ pau
cos attingere credo, & quo rarius, eo p̄-
tioſius eſt. Multam. n. prorſus gr̄am inue
niet apud deū, quē iuxta promiſſionē ſuā
exaudit anteq̄ inuocet: et teſtimoniū red
det ſpiritui eius ſp̄us quem habet ex deo,
qm̄ exauditū eſt deſideriū eius, ita ut cer-
tus iam nō orare, ſed gratias agere poſſit.
Sic. n. habes in Lazari reſuſcitatione, ubi
Ioan. 11. e. dn̄s, licet prius nihil oraſſet: Pater, inquit,
gratias ago tibi q̄a audiſti me. Prima igi-
tur. i. obſecratio uerecūdo fiat affectu. Se
cunda, quā propriè diximus orōnem, affe
ctu puro: ut uidelicet non diſſimulemus
peccata, non nos palpemus: ſciētes ꝙ ſic
quiſq̄ inuenit gr̄am apud Deū, ſi inuētus
fuerit durus iudex in ſemetipſum. Tertia,
id eſt poſtulatio amplū quærit affectum,
& fiduciæ latitudinē, ſicut ſcriptū eſt: Po
ſtulet aūt in fide nihil hæſitans. Credo. n.
Iaco. 1. a. ꝓpea dictū: Quemcunq̄ locū calcauerit
Ioſue. 1. a. pes ueſter, ueſter erit, ꝙ tm̄ īpetrabimus,
quantū porrexerimus pedē fidei. Quarta
quæ eſt gratiaꝝ actio, ipſa debet eſſe de-
uotione pleniſſima, & delicijs affluens. Iā
uerò de reuerentia orōnis, in eo qđ lectū
eſt in capitulo ipſius regulæ, uos mō ſoli-
citauit authoritas, ex cuius occaſione ali-
qua de orōne dicēda putaui. Illud tn̄ bre-
uiter dico, nonnullos (ut arbitror) expiri
interdum in orōne ariditatē & hebetudi
nem quandā mentis, ut ſolis orātes labijs
non ſatis attendant neq̄ quid dicāt, neq̄
cui loquant̃, pro eo qđ uelut ex conſuetu
dine quadā cum minus digna reuerentia
& ſolicitudine acceſſerunt. Quid. n. aliud
cogitare debet frater intrans ad orōnem
quā propheticū illud: Ingrediar in locum
Pſal. 41. a. tabernaculi admirabilis, uſq̄ ad domum
dei? Oīno ſiquidē oportet nos orōnis tp̄e
curiam intrare cœleſtē, illam utiq̄ curiā ī
qua rex regū ſtellato ſedet ſolio, circun-
dante innumerabili & ineffabili beatoꝝ
ſpirituum exercitu. Vnde & ipſe qui uide
rat: quia maiorē numeꝝ non inuenit: mi-
lia, ait, miliū miniſtrabant ei, & decies cē
Dan. 7. c. tena milia aſſiſtebant ei. Quanta ergo cū
reuerentia, quanto timore, quāta illuc hu
militate accedere debet à palude ſua, ꝓ-
cedens & repens ranuncula uilis? Quam
tremebundus, quam ſupplex, quā deniq̄
humilis & ſolicitus, & toto intentus aīo
maieſtati gloriæ, in præſentia angelorū,
in concilio iuſtoꝝ & congregatione aſſi-
ſtere poterit miſer homuncio? In cunctis
igit̃ actionibus noſtris multa opus eſt ani
mi uigilantia, ſed præcipuè in oratione.
Etenim ſicut in regula noſtra legimus; li-
cet hora omni & omni loco oculi dn̄i ſup
nos ſpeculent̃, maximè tn̄ in orōne. Licet
enim ſemper uideamur, ſed nunc ēt p̄ſen-
tamus & oſtendimus nos quaſi facie ad
faciē cū deo loquentes. Porrò q̄uis ubiq̄
ſit deus, in cœlo tn̄ orandus eſt, ibiq̄ ora-
tionis tp̄e cogitandus: ut mens noſtra nō
oratorij tecto, non aeris ſpatio, non ipſa
retardetur nubium denſitate, iuxta eam
formam quę nobis à Chriſto tradita eſt, Matt. 6. b.
ubi ait. Sic orabitis: Pater noſter qui es in
cœlis: Cœlum. n. quadam prerogatiua ēt
ſedes ſiue thron⁹ dei uocatur: quia ad eā
comparationem qua deū in cœlis angeli
ſancti & electoꝝ aīę uident, nos miſeri et
peregrini ſuper terram uix ſolum nomen
habere uidemur. Sic igitur oret qui orat,
tanq̄ aſſumptus & præſentatus ei qui ſe
det ſuper excelſum thronum in angelis q̄
minimè ceciderūt, & eleuatum in hoībus
quos ſuſcitauit de puluere inopes, & ere-
xit de ſtercore pauperes: ſic inquā, ſemet
ipſum conſideret & ſic attendat, tanq̄ p̄-
ſentatum dn̄o maieſtatis, ut dicat cum
Abraham: Loquar ad dn̄m meum, cum Gene. 18. d
ſim puluis & cinis. Et quia tuo præcepto
commonitus, tua inſtitutione formatus,
id præſumo domine fons pietatis.

Quomodo uoluntas noſtra diuinæ uoluntati triplciter ſubijci debeat, Sermo.

a VDiſtis nunc ex regula noſtra fra
tres, de humilitate ſentētiam, cui
ego quoties legitur, toto animo
intentos uos eſſe uolo. Inſipiens eſt enim
& inſanus quicunq̄ in alijs uitæ meritis,
quicunq̄ in alia regione ſeu ſapientia, niſi forte, reli-
in ſola humilitate confidit. Apud domi- gione.
num fratres, ius habere non poſſumus,
quoniam in multis offendimus omnes:
ſed nec fallere eum, ipſe. n. nouit abſcōdi-

ta cordis, quãto magis opera manifesta? utiq; nec resistere uiribus, qm̃ oĩpotens ẽ. Quid ergo restat nisi ad humilitatis remedia tota mente cõfugere, & quicquid in alijs minus habemus, de ea supplere? Sed ô mira uanitas, ô mira fatuitas cordis nr̃i, cuius elationẽ perfecte reprimere, cuius ceruicosos motus oĩno domare, humilitatis materia tanta nõ sufficit, quin sup̃biat adhuc terra & cinis. Porrò totius humilitatis summa in eo uidet̃ consistere, si uolũtas nostra diuinæ (ut dignũ est) subiecta sit uolũtati, sicut ait propheta: Nõne deo subiecta erit aĩa mea? Scio quidẽ creaturã oẽm uelit nolit subiectã esse creatori. Sed à creatura rõnali uolũtaria subiectio quæritur, ut uoluntariè sacrificet dño, & confiteat̃ nomini eius: non quia terribile & sanctũ, non quia oĩpotẽs, sed qa bonũ est. At uerò subiectionẽ istam triplicẽ esse necesse est, ut qđ certum est Deũ uelle, id nos uelim⁹ oĩno: & qđ certũ est eũ nolle, similiter execremur & nos. Qđ aũt incertum est utrũ uelit aut nolit, neq; uelimus ex toto, neq; penitus nõ uelimus. Hic certè fratres, in hoc medio totũ periculũ est religiosoꝝ, dum infeliciter blandimur nobis, & palpãtes seducimus nosmetipsos. Huic accedit ut dissimulem⁹ dñi quærere uoluntatẽ, dum & nostrã facere, & aliq; de ignorantia habere uolumus excusationem. Quis.n. est ille tam infelix monach⁹ qui id nolle audeat qđ certus est Deum uelle: aut qđ certus est eum nolle, id uelle præsumat? Sed in medio periculũ est his qui iã egressi de seculo, in loco cõuersiõis habitant tanq̃ in paradiso uoluptatis: sicut in medio paradisi lignũ transgressiõis positũ erat, in quo præuaricati sunt parẽtes primi, lignũ scientiæ boni & mali, non tm̃ boni, uel mali solius, sed boni & mali. Propterea rogo uos fratres, diligẽter attẽdite quia nihil mihi occurrit qđ utilius possitis audire. Vbi certa est dei uolũtas, oĩno nostra sequat̃, ĩ his uidelicet de qb⁹ certũ aliquid in scripturis inuenimus; aut ipse spũs manifestè clamat in cordib⁹ nostris quid sentiendũ sit, ut est charitas, humilitas, castitas, obediẽtia: hęc approbemus indubitanter & appetamus, quę placere deo scimus indubitanter. Sed & ea oĩmodis odisse debem⁹, de quibus certũ est qđ oderit ea deus ut est apostasia, fornicatio, iniquitas, impatientia. In his uerò rebus de quibus nihil certi possum⁹ inuenire; nihil certũ uoluntas nostra definiat, pendeat inter utrumq;, aut saltẽ neutri parti nimis inhæreat, cogitans semp̃ ne forte altera pars deo magis placeat; & paratissimus uoluntatẽ eius sequi in quancunq; partẽ eam cognouerim⁹ inclinari. Nemo super his q̃ certa sunt hęsitet, nemo dubia pro certis admittat, nemo sibi in dubijs iudiciũ uendicet, pręcipitetue sententiam, & experiemur qđ scriptũ est: Pax multa diligentibus legẽ tuam dñe, & nõ est illis scandalũ. Vnde.n. sunt scandala, unde turbatio, nisi q, propriã sequimur uolũtatẽ, & temere qđ uolumus in corde nr̃o definiẽtes, siquo mõ id ꝓhiberi cõtingat aut impediri: continuo ẽt in ĩpatientiã, in murmurationẽ, in scandalũ proni sumus, non attendentes qm̃ oĩa cooperant̃ in bonum his qui secundũ propositum uocati sunt sancti, & qui nobis casus uidetur, sermo quidẽ dei est: suam nobis indicans uoluntatem? At quicũq; nihil certũ de hmõi in corde posuerit: in quãcunq; partẽ postea conuertat̃, scandalizari non poterit. Aut siquis facere cogitat unde mandatũ certum non habet, si uoluntatẽ suam suspensam tenuerit donec pręlatũ interroget, et ab eo quærat dñi uolũtatẽ, cui uice ipsius obedit, non turbabit̃ quicquid ei p̃cipiat̃: qm̃ pax multa diligentibus legem tuam dñe, & non est illis scandalum. Porrò qđ dixi uoluntatẽ suspensam teneat, aut uolũtatẽ suam diuinæ subijciat uoluntati, non de concupiscentijs desideriorũ, non de affectionibus dico. Illud.n. impossibile est, dum adhuc in hoc peccati corpore, ĩ hoc corpore mortis aĩa detinet̃: Quid.n. esset aliud quã uita æterna, tota affectione diuinam in oĩbus sequi uoluntatẽ? Sed cõsensum nostrũ necesse est diuinæ subijcere uoluntati, si pacẽ æternã, & pacẽ desideramus habere præsentẽ, sicut scriptũ ẽ: Pacem meã do uobis, pacẽ relinquo uobis. Domine (ait propheta) in lumine uultus tui ambulabunt, & in noĩe tuo exultabunt tota die. Alius.n. ambulat in lumine uultus sui, solicitus facere suam uolũtatẽ, & beneplacitum cordis sui considerans. Alius ambulat in lumine uultus humani, in eo semper intẽtus q đ hoĩbus placeat, quid mundus iudicet: de quo die ꝓpheta loquitur: Diem hoĩs non cõcupiui, dñe tu scis. Contritio et infelicitas in uijs eorũ, et uiam pacis non cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorũ. Nam qui timorẽ Dei semper habet præ oculis, uiæ eius uiæ pulchræ, & oẽs semitæ eius pacificæ. Venite ad me, inquit, oẽs qui laboratis et onerati estis & ego reficiam uos: quos uestræ seu alienæ uolũtatis dura premit seruitus: & inuenietis requiẽ aĩabus uestris. Iugum.n. meum suaue est, & onus meum leue. Quanto.n. benignior & dulcior est diuina clementia quolibet hoĩe, tãto suauius esse manifestũ est iugum eius cęteris oĩbus. Propterea hoĩes sibi ipsis aut alijs hoĩbus placere studentes, cõfusi sunt, sed qui in lumine uultus tui ambulant dñe, id solum cogitantes qũo tuam faciant uolũtatẽ, et toto corde contendentes placere tibi: nunc quidẽ in noĩe tuo exultabũt, & non erit illis scandalũ. Demum in iustitia tua exultabunt, qñ exeuntes infirmitates suas, & intrantes potentias dñi memorabuntur iustitiæ tuæ solius, ut eã tũc teneãt sine labore quã modo sequi laborant.

Psal. 61.a. — Hie. 17.b. — Psal. 13.b. — Prou. 3.c. — Matt. 11.d. — Psal. u

In dubijs, no cadit certa d[e]terminatio

Contra pessimum uitium ingratitudinis, Sermo.

Magna est sup̃ nos dilectissimi, magna ualde misericordia Dei nr̃i, quos tam ineffabili spũs tui uirtute, tam inæstimabili dono grę suæ eripuit à uana nostra conuersatione huius seculi, in quo eramus aliqñ tanq̃ sine Deo, aut certè (qđ execrabilius est) ẽt contra Deũ, non ignorantiã habẽtes, sed contẽptum: cuius uitæ aut potius mortis (aĩa.n. q̃ peccauerat, ipsa moriebat̃) utinã frequenter ĩ oculis cordis nostri tetra uerset̃ imago, quanta uidelicet cæcitas, quanta peruersitas illa fuerit ut sedula meditatione pẽsantes miseriæ pondus; etsi nõ tam perfecte sicut ẽ, aliquatenus tñ æstimare possimus liberatricis misericordiæ quantitatem. Iã uerò siquis ex uobis diligenter considerare non negligat non modo unde erutus, sed ubi sit constitutus, non solũ quid euaserit, sed & quid acceperit: non tm̃ unde reuocatus sit, sed ẽt quò uocatus, ĩueniet sine dubio cumulũ hui⁹ misericordiæ omnino mensuræ prioris excedere quantitatem. Neq;.n. fecit taliter omni nationi, ut non solum iudicia, sed & consilia sua manifestaret eis: sed oĩno magnificauit facere nobiscum, non solũ in seruos assumẽs, sed eligens in amicos. Neq;.n. nos elegimus eũ, sed ipse elegit nos, & posuit nos ut eamus & fructũ afferamus: fructũ inq; non solum non peremptorium, qđ ad iudicium pertinens, notum sit ẽt seruis, sed nec perituꝝ quidem, qđ de consilio est, & reuelatur amicis. In hoc siquidem positi sumus, ut non peccato seruiamus. Ipse enim est peremptorius labor: nec seculo quoq;, quemadmodũ hi quos uidemus subditos curis terrenis, etsi nõ culpis: corporalibus officijs, etsi non flagitijs implicatos, & in ea quæ præterit huius mundi figura pro sua suorumq; pręsenti sustentatione laborãtes, quorũ utiq; labor etsi nõ ad damnationẽ, minimè tñ pertinet ad salutem, ita ut etsi conseruauerint fundamẽtum, detrimentum tñ patiantur, pereuntibus quæ superædificauerant, ipsi uerò salui sint, sic tñ quasi per ignem. Nobis autẽ quid dicit̃? Qđ consilium datur amicis? Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in uitã æternam. Nec cessamus ab operãdo hoc cibo ẽt cum terrenis fortè occupamur operibus, aut obediẽtia dictante, aut fraternę charitatis intuitu, qm̃ dissimilis nobis intentio est ab his quorũ laborem periturum esse pędiximus. Dissimili proinde radice inhærens labor similis non similiter habet perire, quoniam radicatus est in ea quæ nunquam perit æternitate. Deniq; si fortè non quidem illicita, nec tamen expedientia sectantes priori forsitan fornicatione relicta stetissemus in coniugij castitate, non capiẽtes quod de cœlibi uita datum nouimus esse consilium, sed à rapinis & fraudibus ab-

ſtinentes, licite proprijs rebus uteremur,
necdum tñ ad perfectionẽ euangelicã at-
tingentes: ſicut ſcriptũ eſt: Si uis eſſe perfe
Matt.19.c. ctus, uade & uẽde oĩa quæ habes, & ueni
ſequere me &c. Hoc ipſum quantæ pieta
tis eſſet, ſi à tãtis criminibus in qbus mul-
ti ex uobis inuoluti ſolum in ſe reſpõſum
mortis, & iudiciũ certæ dãnationis habe
rent, datũ eſſet uel ĩ inferiori aliquo reſpi-
Luce.15.d rare gradu? Prodigus certè filius ad filioꝝ
numeꝝ aſpirare timebat, beatũ ſe repu-
tans ſi fortè uel in mercenarioꝝ numero
recipi mereret: minimè tñ ſufficere potuit
paternæ pietati, niſi tam copioſam ei mi-
ſericordiã exhiberet, cui poſſet et ipſe qui
nunq̃ à patre diſceſſerat ſenior filius inui
dere. Sic & nos dilectiſſimi, abundanter
effuſa ſup nos miſericordia Dei noſtri: de
filijs iræ & diffidentiæ non ſolũ ad electo
rũ recepit numerum, ſed uocauit ad colle
giũ perfectoꝝ. Nã & ſi fortè aliquoꝝ ne-
gligentia ad perfectionẽ non aſſurgit ipſi
uiderint quid excuſatiõis poſſint afferre,
qm̃ apoſtolicã oẽs nos uitã ꝓfeſſi ſum⁹,
apoſtolicæ profeſſioni noĩa dedimus uni
uerſi. Qđ ſanè nõ de ea gloria ſanctitatis,
Pſal.71.a. dixerim, quã nõ ſibi tm̃ ſed uniuerſo orbi
ſuſcipere meruerũt, ſicut ſcriptũ eſt: ſuſci
piant montes pacẽ populo, et colles iuſti
tiam, ſed de eoꝝ potius profeſſione qua
pro oĩbus Petrus loquit̃ dicens: Ecce nos
Matt.19.c. reliquimus oĩa, & ſecuti ſumus te. Sed iã
oĩno mouet fratres mei, quid ſibi uelit qđ
minus erga nos liberalis nunc diuina cle-
mentia uideat̃, ut quibus tãta contulit nõ
rogantibus, non deſiderantibus, imò &
fortaſſe recuſantibus: nunc orãtibus, ob-
ſecrantibus, poſtulantibus ſępiſſimè, imo
continuè, uideatur multa minora negare.
Quid.n. putam⁹ chariſſimi? Abbreuiata
eſt manus dñi, an forte theſauri grãæ defe-
cerunt? Quid inquã putamus, utrũ uolun
tas mutata ſit, an ĩmutata facultas? Neu-
trũ ſanè de eo ęſtimare licet, neutrũ fas eſt
credere de oĩpotẽti & ĩmutabili maieſta
te. Quid ſibi uult ergo qđ inceſſanter orã
tes, obſecrantes, poſtulantes, nõ exaudit,
quibus tantã & tam gratuitã miſericor-
2.Corin.12.b diã prerogauit? Nã ſi reſpondeat quis qđ
apoſtolo Paulo reſpõſum eſt, ſufficere nõ
bis grãm Dei: planè oĩno fallit̃, cũ pro ea
quã maximè uniuerſæ orõnes, obſecratio
nes, & poſtulationes noſtræ fiant, ne am
bulemus in magnis, aut in mirabilibus ſu
per nos, orantes nobis dari humilitatem
quanta decet nõ dico ſanctos, ſed mona-
chos peccatores: obſecrantes patientiã
nobis tribui quãta nõ dico in martyrib⁹
inuenta eſt, ſed ꝓfeſſioni nr̃æ neceſſaria ẽ,
poſtulãtes charitatẽ quantã non dico an
gelis, ſed pr̃ibus q fuere hoĩes ſimiles no-
bis paſſibiles, etiã & peccatores, diuino
munere collatã agnouim⁹ ex teſtimonio
ſcripturaꝝ. Væ generationi huic miſeræ
ab ĩperfectione ſua, cui ſufficere uidet̃ in-
ſufficiẽtia imo inopia tanta. Quis.n. ad ꝑ-
fectionẽ illã quã ſcripturæ tradũt, uel aſpi
rare uidet̃? Non ſine cauſa ſanè cũ ſint no
bis eadẽ cum patribus cõuerſionis initia,
diſpar ualde conuerſationis ꝓfectus inue
nit̃, adeo ut cũ eos profeciſſe de die in diẽ
& curſum conſummaſſe legamus, apud
nos magnus æſtimaret̃ ſiqs uel ipſa con-
uerſionis ſuæ primordia cõſeruaret, ut nõ
minus humilis aut timoratus, nõ min⁹ ſo
licitus & circũſpectus, non minus feruẽs
ſpũ, nõ minus patiẽs ac mãſuetus ĩ medio
quã in initio uideret̃. Quãtos.n. uidemus
quaſi oblitos ſui, & peccatoꝝ ſuoꝝ, Dei
quoq; & beneficioꝝ ei⁹ ĩmemores, ſic nõ
redimere ſed amittere tp̃s, ut de moribus
& affectionib⁹ ſuis uix ultima apud ipſos
mentio fiat? Quid iſtos aliud agere dixe-
rim, q ſcurrilitates, detractiones, iactãtię,
& ĩpatientiæ uerba nõ reputãt, facilè cõ-
triſtãt ꝓximos, imo ſpũm Dei q in eis eſt,
puſilloꝝ ſcandala paruipendũt, ad incre
pationẽ alioꝝ aut negligentia quadam
dormitare uident̃, aut iracundiæ facibus
inflãmant̃, et cũ his quaſi gens q̃ fecerit iu
ſtitiã accedũt liberè ad eccleſiã, pſallunt
cũ alijs, ſed nõ ſpũ neq; mente, orõnis tpe
neſcio quas ineptias meditant̃, & ne ipſo
quidẽ tremendo angelis participare ue-
rentur dñici corporis ſacramento: quid
inquã iſtos aliud agere dixerim quã ſecu
ros iã de grã dñi ſui fiducialiter de ea quã
longo tẽpore promeruerint familiaritate
præſumere?

præſumere? Hoc nempè eſt qđ uulgari
Pſal 38 c. prouerbio dicit̃: Familiaris dñs fatuũ nu-
trit ſeruum. Sed ubi eſt dilectiſſimi quod
toties canitis: Qm̃ aduena ego ſum apud
te & peregrin⁹, ſicut oẽs patres mei? Heu
heu, non inuenit̃ qui redeat & agat grãs
Luca.17.d Deo, niſi hic alienigena. Nõne decem mũ
dati ſunt, & nouem ubi ſunt? Meminiſtis
credo uerba ſaluatoris hæc eſſe, nouem il
lorum ingratitudinem arguentis. Bene
ſiquidem oraſſe, obſecraſſe, poſtulaſſe le
guntur qui leuauerunt uocem dicentes:
Ieſu fili Dauid miſerere nobis. Sed defuit
eis quarta quã adiecit apoſtolus gratiaꝝ
actio, qñ nec redierũt nec egerunt gratias
Deo. Multos quoq; uidemus uſq; hodie
ſatis importunè petentes qđ ſibi deeſſe
cognouerint: ſed paucos admodum noui
mus qui dignas ſuper acceptis beneficijs
gratias agere uideant̃. Nec reprehẽſibile
qđ inſtanter petimus, ſed planè petitioni
negat effectum, ꝙ inuenimur ingrati. Et
fortè hoc ẽt clementia eſſe uidetur, ingra-
tis negare qđ poſtulant, ne contingat no
bis ut tanto grauius de ingratitudine iudi
cemur, quãto magis accumulatis benefi
cijs ingrati probabimur extitiſſe. Ergo mi
ſericordiæ res eſt in hac parte ſubtrahere
miſericordiam, quẽadmodum iræ & indi
gnationis miſericordiã exhibere, eã ſanè
de qua per prophetam ipſe pr̃ miſericor-
Eſa.26.b diaꝝ loquitur dicens: Miſereamur ĩpio,
& nõ diſcet facere iuſtitiam. Quã multos
enim uidemus & plãgimus fratres, q dũ-
modo maneat habitus & tonſura, ſalua
ſibi oĩa arbitrant̃: non cõſiderãtes miſeri
quẽadmodum ingratitudinis uermis inte
riora corrodẽs, ob hoc tm̃ corticẽ quem
uident transforare diſſimulet, ne fortè re-
cogitent & erubeſcant, ipſaq; uerecũdia
emendent̃. Qui ſic interdum in nonnullis
cõſumpta eſſe interiora uniuerſa p̃ſumit,
ut non uereat̃ ad ea quoq; quę foris appa
rent, uenenatum ducere caput: niſi fortè
quos uidemus, manifeſtè apoſtatare à
Deo, repẽte fieri peſſimos arbitramur: &
nõ magis paulatim defeciſſe, cũ comede
rint alieni robur eoꝝ, et neſcierunt. Vides
ergo nõ oĩbus ꝓdeſſe qđ à lepra ſecularis
cõuerſationis, cui⁹ peccata manifeſta ſũt,
emundant̃: ſed nõnullis peius in occulto
ingratitudinis ulcus oriri, qđ tãto pericu
loſius ſit, quãto interius. Et bene ſaluator
hinc ĩ euãgelio nouem illos ubi ſunt q̃rit,
qm̃ longè eſt à peccatoribus ſalus. Sic.n. Luc.17.d
& primũ hoĩem poſt peccatũ ubi ſit iter-
rogat, & in iudicio neſcire ſe ꝓfitebit̃ ope
rarios iniqtatis, cum legamus in pſalmo:
Qm̃ nouit dñs uiam iuſtoꝝ, & iter ĩpioꝝ Pſal.1.b.
peribit. Nec ſine cauſa in nouenario inuẽ-
ti ſunt q nõ redeunt ad ſaluatorẽ, ĩ quo ni
miꝝ numero quaternario qnarius iũgit̃,
& eſt nõ bona miſtio corꝑeæ ſenſualita-
tis, & euãgelicæ traditionis. Qđ tũc fieri
ſolet, cum ſic uolumus quatuor euãgelijs
obedire, ut qnq; corꝑis ſẽſus pariter oble
ctare uelimus. Felix aũt Samaritanus ille
q cognouit ſe nihil habere qđ nõ accepiſ
ſet, idcircò ſeruauit depoſitũ, & cũ grãꝝ
actiõe ad dñm eſt reuerſus. Felix q ad ſin
gula dona gratiæ redit ad eum in quo eſt
plenitudo oĩum gratiaꝝ, cui dum nos ꝓ
acceptis non ingratos exhibemus, locũ
in nobis facimus gratię, ut maiora adhuc
accipere mereamur. Oĩno.n. ſola nos à ꝑ-
fectu cõuerſationis ĩpedit ingratitudo no
ſtra, dum quodãmodo amiſſum reputãs
dator qđ ingratus accepit, cauet ſibi de
cætero ne tanto plura amitteret, quanto
plura cõferret ĩgrato. Felix ꝓide, q ſe alie
nigenã reputãs, ẽt pro quibuſq; minimis
beneficijs non minimas refert grates, gra
tuitũ eſſe nõ dubitans neq; diſſimulãs qđ
alieno ĩpendit̃ & ignoto. Nos autẽ miſeri
& miſerabiles cũ in initio adhuc alienos
nos æſtimamus, timorati ſatis, ſatis deuo
ti & humiles inuenimur, tam facilè poſt-
modũ obliuiſcimur q̃ gratuitũ ſit qcqd
accepimus, & p̃ſumentes nõ bene quaſi
de familiaritate dei nequaq; aduertimus
qđ mereamur audire: qm̃ inimici dñi do-
meſtici eius. Tãto.n. facilius nũc offendi-
mus eũ, q̃to ea grauius q̃ à nobis cõmittũ
tur iudicãda nouerimus eſſe: cũ in pſalmo
legamus, qm̃ ſi inimicus meus maledixiſ-
ſet mihi, ſuſtinuiſſem utiq;. Obſecro itaq; Pſal.54.b.
fr̃es mei, humiliemur magis ac magis ſub
potẽti manu dei, & ab hoc tã maximo, tã

nequiſſimo uitio ingratitudinis lõgè fieri ſtudeamus: ut tota deuotione in gratiarũ actione uerſantes, conciliemus nobis gratiam Dei noſtri, quæ ſola põt ſaluare aĩas noſtras. Nec uerbo tm̃ uel lĩgua, ſed ope & ueritate exhibeamus nos gratos: quia gratiaꝝ actionem magis quã dictionẽ à nobis exigit dator gratiaꝝ dñs Deus nr̃, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

Iob. 5.c. *De eo qđ legitur in Iob, In ſex tribulationibus liberabit te, & in ſeptima non tanget te malum. Sermo.*

Dignum ualde eſt & oĩno exigit ratio æquitatis, ut quibus à conſtitutione mũdi regnũ paratur, ipſi ẽt ſeſe regno parare non negligant, ne parato regno inueniant̃ forſitan qui regnaturi fuerãt imparati. Matt. 22.a Sic.n. legimus de cœna quadam, dicente dño: qm̃ quidem cœna parata eſt, ſed qui uocati erant nõ fuerunt digni. Quærimus ergo quemadmodum regno parato parari debeant reges futuri. Et ſi piæ quærimus, cum propheta Pſal. 14.a. utiqꝫ dicere nõ audemus: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Qui ingredit̃, inquit, ſine macula. Sed hæc inquies p̃paratio ſoli Chriſto conuenire uidet̃. Iob. 25.b. Nemo enim cæteroꝝ oĩum mundus à ſorde, nec infans cuius eſt uita uniꝰ diei ſuper terrã. Itaqꝫ ſolus intrabit, qui ſolus agnus ẽ ſine macula, ſolꝰ argui nõ potuit de peccato, qđ non ab eo factum eſt nec in eo inuẽtũ. Solus planè ſummus pontifex meus nec ĩ patre nec in matre contaminatus eſt, ut lex dicit: patrẽ quippè ſed Deum, matrẽ quoqꝫ ſed uirginem habẽs: unde & ſolus ingreditur ſancta ſanctoꝝ, & nemo aſcẽdit in cœlum niſi qui deſcendit de cœlo filius hoĩs qui eſt in cœlo. Quid ergo nos? Ità ne continuo deſperabimus? Immo uerò ſperabimus, & hinc maximè. Licet.n. ſolus, ſed profecto totꝰ intrabit, & os nõ cõminuetur ex eo. non ſine mẽbris caput inuenitur in regno, ſi tm̃ membra fuerint conformia ſibi, & cohærentia capiti ſuo. Cõformia ſanè moribus, cohęrentia fide. Habet.n. cõformationem quantum põt, habet & cohęrentiam ipſa ẽt minor ętas, dum et ſimilitudini mortis eius merſione illa triplici complantatur, & fidẽ in inuolucro quodam recipit, qđ necdum capax ſit euolutæ. Benignus eſt nimiꝝ ſpũs ſapientiæ, & quem traducta culpa ligauerat, indulta iuſtitia ſoluit. Sed non ita deinceps liberabit maledictum à labijs ſuis. Heb. Voluntarie.n. peccanti poſt agnitam gratiam non relinquitur hoſtia pro peccato. Sed neqꝫ ſic liberabit à ſuis quõ ab alienis labijs maledictũ. Maledictio fratres, grauis eſt macula, & ſcimus qm̃ non qđ intrat in os coinquinat hoĩem, ſed qđ de ore egreditur. Inde ergo macula, inde maledictio à labijs ſuis, ſed non ſemper à ꝓprijs. Matth. Neqꝫ.n. de corpore uel corde ꝓprio originalis in paruulum culpa ꝓcedit, cui non modo cõſenſus, ſed ne ullus quidem ĩterim põt ſenſus eſſe peccati. Qũo tamẽ maledictum à labijs ſuis nõ liberat ſpũs, aut uoluntariè peccantibus non relinquit̃ hoſtia, niſi quia non illi denuo crucifigit̃ Chriſtus, nec complantatur iteꝝ ſimilitudini mortis eius per baptiſmũ? Propria iam eo lachrymaꝝ unda exigitur, ꝓpriã baiulare crucem, propria mortificare mẽbra, & propriam ĩmolare hoſtiam neceſſe eſt. Sine cauſa aliter diceret, credo proprijs labijs expiet̃ oportet ꝓprioꝝ maledictio labioꝝ: Act. per multas.n. tribulatiões in regnum Dei ĩtrare neceſſe eſt, & nemo niſi per tribulationes ingredit̃, aut ꝓprias aut alienas. Sola nimiꝝ ſecundi Adæ tribulatio purgat, quos contaminauit offenſio ſola prioris, non q̃ propria cuiqꝫ ſufficere poſſit ſatisfactio. Quid.n. ẽ uniuerſa pœnitentia noſtra, niſi q̃ ſi non compatimur, oĩno non poſſumus cõregnare? Qđ enim in nobis minus eſt, ipſe ſupplet: modicum tm̃ illud quodcũqꝫ noſtrum eſt, nõ patitur reſeruari. Q. ſi fidei cohærentia ſine moꝝ conformitate nequaquã ſaluat adultos, lõgè minus ſaluare poterũt opa ſine fide. Facilius.n. membrum inhærens capiti ſi deforme eſt reformatur, q̃ꝫ diuulſum quamlibet ſimile copuletur. Et ipſum tm̃ qđ deforme eſt, aut cõforme fieri imagini filij ſui & capitis ſui, aut certè tãdem auelli ab eo, neceſſe eſt anathema eſſe à Chriſto, ne ĩ illà plenitudine corporis eiꝰ inueniatur quippiam indecoꝝ. Vbi ergo macula propria, propria quoqꝫ purgatio iure requiritur: & ſi contaminatio multiplex, opus eſt ẽt tribulatione multiplici. Vnde.n. tribulatio niſi dum reſiſtitur cõtaminationi, concupiſcẽtiæ repugnatur? Quid uerò in hoĩe puꝝ ab hac macula, ĩmune ab hoc contagio poterit inueniri? Ab intus manat, de corde exit peſtiferũ uirus, ac deinceps corpus occupat uniuerſum, mentẽ deſiderijs afficit, mẽbra illecebris inficit. Inde pruritus aurium, oculoꝝ petulãtia, inde olfaciendi uoluptas, inde in faucibus tã inordinata delectatio, inde in uniuerſo corpore mollitiei ſenſus, & libido pernicioſa tãgendi, inde intus in aĩa ebrietas illa deſiderioꝝ, & fornax quędã ambitionis, auaritiæ, inuidiæ, cõtumacię, nequitiæ, et oĩum deniqꝫ uitioꝝ affectibꝰ uehementer accẽſa. Quot.n. corpus illecebras, quot oblectãmenta mũdus habere uidetur, tot patit̃ tribulatiões, tot ſuſtinet tentationes uir iuſtus. Et quemadmodũ ambulãs quis in carne, ſenſuum uoluptate delectatur, & delicias cõputat eſſe ſub ſentibus: ſic & oĩs qui in ſpiritu ſeminare deſiderat, ſpinas & tribulos quos ꝓpria terra ex maledicto utiqꝫ germinat, potius eradicare quã propagare cõtendit, qppè qui conuertit̃ in ærumna ſua quoties cõfigitur ſpina. Huic ergo tam multifariæ peſti, ꝓ ſingula quæqꝫ reſiſtere, q̃ꝫ multiplex tribulatio? A planta pedis uſqꝫ ad uerticẽ non eſt ſanitas, in me totũ infecit cõcupiſcentia, lex peccati in mẽbris oĩbus inuenit̃, undiqꝫ per feneſtras mors intrare cõtendit, & intus fomes totius nequitiæ periculoſius ſæuit, crudelius malignat̃. Minimè tm̃ in hac tam multiplici lucta deficiendum, aut deſperatiõe cedendũ eſt. Licet enim abundent tribulationes pro Chr̃o, ſed abundant & cõſolationes per ipſum. Deniqꝫ audi cõſolationem, Peccatum in foribus eſt, niſi ipſe aperias, non intrabit. Appetitus in corde prurit, ſed ſub te eſt. niſi ſponte ceſſeris, nil nocebit. Audi cõſo-
Gene. 4.a lationem. Conſenſum cohibe ne p̃ualeãt hæc, & immaculatus eris, ut ſine macula ingrediaris & ipſe ad habitandum in tabernaculo, & requieſcendũ in monte ſancto dñi Dei tui. Si tui n̄ fuerint dñati, tũc ĩmaculatus eris, et emundaberis à delicto maximo. Maximũ planè delictũ, qđ interiorẽ & exteriorẽ hoĩem occupat uniuerſum. Audi adhuc conſolationem. In ſex, inquit, tribulationibus liberaberis, & in ſeptima nõ tanget te malum. Iob. 5.c. Si puer Hebræus es, ſex annis ſeruiens liber egredieris in ſeptimo. Sex tibi tribulationes ſunt contra deſideria cordis, & quinquepertitam ſenſualitatis corporeæ uoluptatem: ſed ĩ his ſex liberaberis à ſeptima, nõ qdẽ ne ueniat, ſed ne lędat, ne noceat, ne tãgat te malũ. Veniet quidẽ mors: ipſa.n. eſt ſeptima tribulatio: ſed ſomnus erit dilectis dñi, & ecce hæreditas eiꝰ. Erit ianua uitę, erit initium refrigerij, erit ſancti illius mõtis ſcala, & ingreſſus in locũ tabernaculi admirabilis qđ fixit Deus & nõ hõ. In ſeptima itaqꝫ nõ tãget te malũ. Malũ utiqꝫ triplex qđ eos manet in ſeptima, q in ſex tribulationibꝰ diſſimulant ꝑfectè interim liberari, nec in ſex hydrijs purificant̃ ad liquidũ ut exhibeant̃ in nuptijs ſpõſi nõ habẽtes maculã neqꝫ rugam. Monet.n. eos horror in exitu, dolor in tranſitu, pudor ĩ conſpectu gloriæ magni dei. Vnde nobis iſta diſſimulatio eſt fratres mei? Vnde hęc tam pernicioſa tepiditas, unde hæc ſecuritas maledicta? Quid ſeducimꝰ miſeri noſmetipſos? Forſitã iã diuites facti ſumꝰ, forſitã iã regnamus. Nõne oſtiũ domus nr̃æ horribiles ſpũs illi obſident? Nõne exitũ noſtrũ laruales illæ facies p̃ſtolant̃? Quis ille pauor erit ô aĩa mea, cũ dimiſſis oĩbꝰ quoꝝ tibi eſt tã iucunda pręſentia, tã gratus aſpectus, cohabitatio ipſa tã familiaris, ſola ingrediẽs incognitam penitus regionẽ, occurſantia tibi cateruatim ruere teterrima illa mõſtra uidebis? Quis tibi ĩ die tãtæ neceſſitatis occurret? Quis tuebitur à rugiẽtibus p̃paratis ad eſcã? qs cõſolabit̃? quis deducet? Filioli mei, memoremur hæc nouiſſima noſtra, ne peccemus. Nam & per ignẽ nobis tranſeundũ eſt, & uniuſcuiuſqꝫ opus quale ſit, ignis ꝓbabit. Ibi.n. auꝝ noſtrũ uertet̃ in ſcoriam, ibi re-

uelabitur uniuerſa impuritas, ibi ueritas
ipſa accepto tp̄e qđ nobis interim datum
cõtemnimus, iuſtitias iudicabit. Quid ue
rò illic oẽs iuſtitiæ noſtræ, niſi pannus mẽ
ſtruatæ reputabunť? Quicquid nũc parui
pendendo tranſimus, palpãdo tegimus,
diſſimulando negligimus, quãto illic cru
ciatu uindex flãma cõſumet? Vtinam ma
gis nunc daret quis capiti meo aquas, &
oculis meis fontem lachrymarꝝ: forte.n.
non repiret ignis exurens qđ interim fluẽs
lachryma diluiſſet. Iam uerò poſt ignem
illum putas reſiduũ aliquid inueniet in no
bis? Aut tm̃ erit ut audeamus illud uultui
maieſtatis offerre: aut eius ſic aſtare con-
ſpectui? Quis ille pudor erit, quæ ue cõfu
ſio, poſt tãta beneficia tam tepidos, tam
imperfectos, tam uacuos apparere ante
faciem Dei nr̃i? Fugiebat Adam ut abſcõ
deretur ab eo, poſt unius utiqꝫ pomi uetiti
guſtum. quid nos poſt tãta flagitia, poſt
tanta facinora præſumemus? Qñ ab hac
confuſione purgabitur oculus cordis, cui
nunc operam dare negligimus ut irreuer
berata acie ueri illius ſolis radios ualeat
ĩtueri? Sicut fluit cera à facie ignis, ſic pe-
ribunt peccatores à facie Dei. Ingrediať
Pſal.67.a. utiqꝫ putredo in oſſibus meis, & ſubter
me ſcateat, ut requieſcã in die tribulatio-
nis huius ſeptimæ, & in ea non tangat me
malum. Malũ hoc triplex, horroris, dolo
ris, & pudoris. Felix ſiquidem aĩa, quæ fi-
ducialiter inimicis ſuis loquetur in porta:
Quid hic aſtas cruenta beſtia? Nihil ĩ me
funeſte reperies. Felicior cuius opus non
arſerit, quẽ ſuperædificaſſe aurꝝ, argentũ,
lapides pretioſos, examen illud inueniet.
Feliciſſimus qui ſine ulla nube cõfuſionis
reuelata penitus facie gloriã dñi ſpeculan
do, in eandem imaginẽ transformabiť, &
ſimilis erit illi, uidens eũ ſicuti eſt, utiqꝫ ſu
per oĩa Deus benedictus et laudabilis, et
glorioſus in ſecula ſeculorum, Amen.

De diligendo Deo, *Sermo.*

Nolite diligere mundũ, neqꝫ ea q̃
n in mundo ſunt. Oĩa.n. quæ in mũ-
do ſunt, concupiſcentia carnis, et
concupiſcentia oculorꝝ, & ambitio ſpũs,
quæ non ſunt ex patre. Quid ergo? Sunt
aliqua ex patre, quibus nobis iſta recom-
penſenť. Sunt utiqꝫ oĩno dulciora his &
amabiliora, ſed hæc non creduntť ſeruis,
multo minus inimicis. Quiſquis uerò ami
cus uoluerit eſſe huius mũdi, inimicus dei
conſtitueť. Amicis crediť conſilium, qbus
dicit: Quia oĩa quæcunqꝫ audiui à patre Ioan.
meo, nota feci uobis. Exponit beatus Gre
gorius, quia amor ipſe, notitia eſt. Eſt ergo
triplex amor qui tria illa excludat q̃ non
ſunt ex patre. Et ꝓpea credo ter ĩterrogať
Petrus, amas me, amas me, amas me? Sed Ioan.
& fortè hęc ſunt de quibus in lege ꝓcipiť.
Diliges dñm Deum tuum ex toto corde Deu.
tuo, & ex tota aĩa tua, & ex tota uirtute
tua.i. diliges dulciter ſiue affectuoſè, dili-
ges prudenter, diliges fortiter. Siquidem
amor cordis ſimile quiddã habet carna-
lis amoris. nam affectiones, propriæ cor-
dis eſſe dicunť. Aĩa uerò aliquanto iam ſu
perius ſonat, unde et meritò dicitur ſedes
ſapientiæ, ut meritò uideať illi attribuen-
dum prudenter diligere Deum. Sanè ad
affectuoſum illũ quẽ dicimus cordis amo-
rem plurimũ ualet incarnationis Chriſti
cogitatio, ſed & totius diſpẽſationis quã
geſſit in carne, & maximè paſſiõis. Vidẽs
enim Deus hoĩes oĩno carnales effectos,
tãtam eis dulcedinẽ exhibuit in carne, ut
duriſſimi cordis ſit quiſquis eum toto af-
fectu non diligit. Volens ſiquidẽ nobilem
creaturam hoĩe recuperare, ſi, inquit, inui
tum coegero, aſinũ habeo, nõ hoĩem, qm̃
quidem non libens ueniet nec ſpõtaneus
ut poſſit dicere: Voluntariè ſacrificabo ti-
bi. Nunquid aſinis dabo regnum meum?
Nũquid de bobus cura eſt Deo? Vt ergo Pſal.
habeam uoluntariũ, terrebo eum, ſi fortè
conuertať & uiuat. Et cõminatus eſt acer
biora quæ excogitari pñt, tenebras æter-
nas, uermes ĩmortales, ignẽ inextinguibi
lẽ. Cũ autẽ nec ſic hõ reuocareť, ait: Non
ſolũ timidus, ſed ẽt cupidus eſt. promittã
ei qđ potiſſimũ deſiderabile uideať. Deſi
derant hoĩes aurꝝ & argẽtum & ſimilia,
& ſuper hæc omnia uitam deſiderant.
Manifeſtum eſt hoc, & ualde manifeſtũ.
Si, inquit, tantopere deſiderant miſeram
hãc laborioſam uitã et momẽtaneã, quã-
tum diligent uitam quietam, æternã, bea
tã? Promiſit itaqꝫ uitam æternã, promiſit
qđ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec
in cor hoĩs aſcendit. Videns aũt qđ nihil
proficeret, unum, inqt, reſtat adhuc. Ineſt
homini non ſolum timor et cupiditas, ſed
& amor, nec quicqꝫ in eo uehementius ad
trahendum. Venit igiť in carne, & tã ama
bilem ſe exhibuit, ut illam nobis ĩpẽderet
charitatem, qua maiorẽ nemo habet, ut
aĩam ſuã daret pro nobis. Quiſquis ſanè
nec ob hoc quidẽ conuerti uoluerit, nõne
merito audiet: Quid debui facere tibi, &
non feci? Et uerè in nullo ſic commendat
Deus charitatẽ ſuam quõ in myſterio in-
carnationis eius & paſſionis, in nullo ſic
reuelať eius pietas, in nullo ſic apparet be
nignitas, quõ in humanitate, apoſtolo te
ad Ti.3.b. ſte qui ait: Apparuit benignitas & huma
Abac.3.a. nitas ſaluatoris noſtri Dei. Nã potentia
quidem occultata eſt, qm̃ in infirmitate
uenit. Vnde Abacuch: Abſcondita eſt, in-
quit, fortitudo eius, haud dubiũ qn in cru
ce, cuius cornua ĩ manibus eius. Sapiẽtia
quoqꝫ abſcondita ẽ & incarnata. Placuit
enim ei ꝑ ſtultitiã uerbi, ſaluos facere cre-
dentes. Nõne quodãmodo ſtultum ſe fe-
cerat, qui tradidit in mortem aĩam ſuam,
& tulit peccata multorꝝ, & quæ non ra-
puit, tunc exſoluebat? Nónne ebrius erat
Mar.8.d. uino charitatis, & ĩmemor ſui contra Pe-
tri conſilium dicentis: propitius eſto tibi?
Itaqꝫ abſcondita eſt fortitudo, maximeqꝫ
uelata & incarnata ſapientia, ſed benigni
tas nõ potuit amplius declarari, nec abũ
dantius exprimi, non euidentius cõmen-
dari. Porrò id quidẽ ad affectuoſum cor-
dis amorẽ diximus pertinere. Nam uidere
ẽ hoĩes ſic affectos erga hmõi, ut uix ſine
lachrymis audiant uel recordenť. Hinc er
go amor contra concupiſcentiã carnis ẽ.
Quid.n. dulce ſit ei in carne, cui tanta dul-
cedo eſt in Chriſti paſſione? Verꝝ hęc dul
cedo falli põt ſi deſit prudentia, & iã diffi
cile caueri poterit in melle uenenum. Ne-
ceſſe eſt igiť adeſſe prudentiam, qua dili-
genter interiora myſteria inueſtigare poſ
ſimus, ut parati ſimus omni poſcenti red-
Pſal.118.n. dere rõnem. Hic amor prudens excludit
curioſitatem. Siquidem aĩus his intentus,
temporalium nõ poterit eſſe curioſus, di-
cens cum propheta: Quõ dilexi legẽ tuã
domine, tota die meditatio mea eſt. Ter-
tium eſt ut fortiter quiſqꝫ diligat, quate-
nus ſicut falli non poteſt, ita nec cogi poſ
ſit, paratus oĩa pati propter iuſtitiã. Quis
autem neſciat eum qui rex cœli ſit, terre-
na regna & honores non ambire, ſed ma
gis abijcere? Porrò beati q perſecutionẽ Mat.5.a.
patiuntur propter iuſtitiam, qm̃ ipſorum
eſt regnum cœlorum. Itaqꝫ de his tribus
nunc Petrus interrogatur, quia prius inuẽ
tus fuerat minus habens. Audiens enim
primo de paſſione dñi ferre non potuit,
tanqꝫ dulciter diligens, ſed abſit, inquit, à
te, utpotè inſipienter amans. Vnde & au-
dire meruit. Vade retro ſatana, qm̃ non ſa Mar.8.d.
pis ea quę Dei ſunt. Simile aliquid in apo
ſtolis erat, quibus dicebatur. Si diligeretis
me, gauderetis utiqꝫ quia uado ad patrẽ.
ĩmo uerò quia diligunt, dolent. Et diligũt Ioan.14.d.
& non diligunt: diligunt dulciter, ſed nõ
ſapienter. Nocte uerò ipſa qua tradẽdus
erat dñs, & dulciter & prudenter dilige-
bat Petrus, cum diceret: Tecum paratus Luc.22.d.
ſum & in carcerẽ & in mortem ire: ſed nõ
diligebat fortiter: qm̃ qui cecidit, ſtabili
non erat ille gradu. Nondum uenerat uir Acto.5.c.
tus ex alto, qua accepta non negauit, ſed
libera uoce uſus, uos, ĩquit, iudicate utrũ
Deo magis obedire oporteat an hoĩbus.
An non congruè de dilectione requiriť, q
paſcendo pręponitur gregi? Ille.n. pręeſſe Ioan.21.d.
debet alijs qui uino charitatis debriatus
æſtuat: ĩmemor ſui: ut nõ quærat quæ ſua
ſunt, ſed magis quæ Ieſu Chriſti. Et nota
quia requiſitus Petrus an diligat plus his,
tm̃ reſpondit ſe diligere, non audens affir
mare qđ prius ſe dixiſſe temere cõfunde-
batur, & fortaſſe propterea contriſtatus
eſt. Dixerat enim prius: Etſi omnes ſcan- Mat.14.c.
dalizati fuerint in te, ſed non ego.

De ligno, fœno, & ſtipula, *Sermo.*

Vſquam ẽ ſecuritas fratres, neqꝫ
n in cœlo, neqꝫ in paradiſo, multo
minus in mũdo. In cœlo.n. cecidit
angelus ſub pſentia diuinitatis. Adã ĩ para
diſo de loco uoluptatis. Iudas ĩ mũdo de

ſchola ſaluatoris. Hęc idcircò dixerim, ne
quis ſibi de loco iſto blandiatur, quia di-
cit̃ locꝰ iſte ſanctus eſt: quia nõ locus ho-
mines, ſed hoĩes locum ſanctificant. Sunt
enim ẽt iter nos tria genera hoĩum, ipſaꝗ́
ſatis incongrua et ordini & homini q hãc
uiam ingreſſus eſt. Sunt.n. qui bene ince-
perunt, ſed ſtatim defecerunt. Et ſunt qui
nunq̃ inceperunt, ſed in ſua mollitie per-
manſerunt & permanent. Et ſunt qui ra-
piant̃ ſpiritu leuitatis, tardi ad audiendũ,
ueloces ad loquẽdum, paratiſſimi curſim
enumerare qđ faciunt, ſiquid faciunt tñ.
Nunquid uel iſtos repellet Deus? Non, ſi
in fundamẽto permãſerint, ſed ſalui erũt
ſic tñ quaſi per ignem. Per quem ignem?
1.Cor.3.c. Dicit apoſtolus: Fundamentum aliud ne
mo põt ponere pręter id qđ poſitum eſt,
qđ eſt Chriſtus Ieſus. Siquis ædificauerit
ſuper fundamentũ hoc lignum, fœnum,
ſtipulam: detrimẽtũ patietur. Ipſe aũt ſal
uus erit, ſic tñ quaſi per ignem. Fundamẽ
tum Chriſtus eſt, lignũ fragile eſt, fœnũ
molle, ſtipula leuis. Lignum ſunt qui for-
titer inceperunt, ſed fracti nõ renodant̃.
Fœnum ſunt, qui fugienda mollitie tepe-
facti, nec ſummitate digiti (ut dicit̃) labo-
res arduos attingere uolunt. Stipula ſunt,
qui leuitatis motibus exſufflati, nunꝗ in
eodem ſtatu permanẽt. Et timẽdum qdẽ
eſt de iſtis, ſed non deſperandũ: quia ſi in
fundamento Chr̃m habuerint, hoc eſt in
hac uia uitam finierint, ſalui erunt, ſic tñ
quaſi per ignem. Ignis tria habet, fumum,
lucẽ, ardorem. Fumꝰ excitat lachrymas,
lux uicina illuminat, ardor adurit. Ita et q
eiuſmodi eſt, fumũ hoc eſt amaritudinẽ ĩ
mente habere debet, quia tepidus eſt, qa
remiſſus eſt, quia leuis, quia ordinẽ ꝗtũ
in ſe eſt ſubruit & perturbat. Sed & lucẽ
in ore, ut qualis ẽ in mente, talem ſe in cõ-
feſſione & dicat & plangat, ut & linguã
acuat conſcientia, & conſciẽtiam arguat
lingua. Neceſſe eſt quoꝗ ut ardorem ſen
tiat in corpore.i. pœnitentię tribulationẽ,
etſi non multimodam, aliq̃ tñ. Putas quia
ſic compunctos corde, ore confeſſos, cor
pore fatigatos abijciet, qui oẽs hoĩes uult
ſaluos fieri, & neminem uult perire? Sunt
& alij qui ædificant ſuper fundamentum
hoc, auꝝ, argẽtum, & lapides pretioſos,
qui uehementer incipiunt, uehementius
proficiunt, uehementiſſimè ꝓficiũt, nõ at-
tendẽtes qd caro poſſit, ſed qd ſpũs uelit.

De triplici genere cogitationum noſtrarum,

Sermo.

Dmonet nos beatus Benedictꝰ Prou.4.
a (fratres) ſolicitos eſſe circa cogi-
tationes noſtras, ſapientis utiꝗ
conſilium ſequẽs, qui omni cuſtodia cor
cuſtodire ſuadet, qm̃ ex ipſo uita ꝓcedit.
Tria igitur occurrũt genera cogitationũ,
à quibus multa ſolicitudine cauere neceſ
ſe ſit eos qui conuertuntur ad cor, & di-
gnum Deo in ſemetipſis templum exhi-
bere feſtinant. Sunt.n. nonnullæ interdũ
cogitationes penitus ocioſæ, et ad rẽ non
pertinentes: quas tam facilè abijcere quã
recipere facilè poſſit aĩa, dũmodo ſit ſecũ
habitans in corde ſuo, & adſiſtens domi
natori uniuerſæ terræ. Sunt & aliæ cogita
tiones uiolentæ magis & fortius adhęrẽ-
tes, quæ uidelicet ad neceſſitates naturæ
pertinent, & quaſi ex eodem adſumptæ
limo de quo & nos facti ſumus, ſi paulu-
lum inſederint, auelli nequeunt ſine læſio
ne & difficultate. Sępe.n. ſic afficit nos co
gitatio carnalis de cibo, de potu ſiue ue-
ſtimento, ut uix eradicari queat de cordi
bus noſtris: qđ non aliunde eſt, niſi ꝙ &
ipſa limoſa & uiſcoſa quodãmodo, limo
ſam nihilominus et glutinoſam inuenerit
terram. Non ſine cauſa.n. dictum eſt, ho-
minem plaſmatum nõ de terra qualibet,
ſed de limo. Vide.n. quã limoſum ſit cor-
pus, qđ ipſi quoꝗ ſpiritui tam fortiter &
penè indiſſolubiliter inhæret, ut uix cum
multa afflictione poſſit aliq̃n ſeparari.
Quid ergo agendum cum limoſa illa co-
gitatio mentem ſubierit? Planè exclamã-
dum nobis eſt cum ſancto Iacob atꝗ di-
cendum: Ruben primogenitus meus nõ Gen.4
creſcas: aſcendiſti.n. cubile patris tui. Ru-
bea.n. & carnalis atque ſanguinea hmõi
concupiſcentia eſt: quæ tunc cubile no-
ſtrum aſcendit, cnm non ſolum memoriã
tangit cogitatione, ſed & ipſum uolunta-
tis ſtratum ĩgreditur & polluit praua de-
lectatione. Bene aũt primogenitꝰ noſter
dicitur appetitus ille carnalis, qui ab ipſo
nimiꝝ initio uitæ noſtræ, in nobis pullu-
lat, cum cætera uitia proceſſu tp̃is ex ma-
litia mundi huius uarijſque occaſionibus
cõtrahant̃. Oportet ergo reprimere, quẽ
extinguere non poſſumus appetitum: ut
quã citò cubile noſtrum ĩgredit̃, creſcere
eum nullatenus patiamur, ſed ſub nobis
Gene.4.a ſit, quẽadmodum dicit ſcriptura: Subter
te erit appetitus tuus, & tu dominaberis
illiꝰ. Iam uerò tertium cogitationũ genus
ĩmundum nimis ac fœtidum eſt, qđ nec
admittere quidem ulla rõne debemꝰ, ſed
à longè pręſentire fœtorem, & tota uirtu
te repellere, toto aĩo propulſare, & cõuer
ſi ſtatim ad gemitus, lachrymis atꝗ ſuſpi
rijs inuocantes ſpũm, qui adiuuet infirmi
tatem noſtram. Sic nimiꝝ cõfuſus abſce-
dens nõ tam facilè deinceps ſimile aliq̃d
uiriliter reſiſtentibus nobis malignus ho-
ſtis offerre uel afferre pręſumet. Dico aũt
cogitationes illas ĩmundas penitus ac fœ
tidas, quæ ad luxuriã, ad inuidiam & ua-
nam gloriam pertinẽt, cæteraꝗ́ uitia de-
teſtanda. Oportet.n. ſi mundas conſerua
re uolumus aĩas noſtras, adhuc lõgè agẽ-
tibus cogitatiõibus huiuſcemodi multa
cum indignatione occurrere, & exſuffla-
re à nobis, ut nullus eis detur acceſſus. Et
primum quidẽ genus cogitationum ocio
ſaꝝ.ſ. ad rem non pertinentium, lutũ eſt,
ſed lutum ſimplex.i. non inhærens nec fœ
tens, niſi fortè diutius ĩmoretur in nobis,
& per incuriam ac negligentiã noſtrã in
alteꝝ genus cogitationũ uertat̃: qđ quo-
tidie experimur. Dum.n. ocioſa tanꝗ mi-
nima ſpernimus, ad turpia atꝗ inhoneſta
dilabimur. Secundũ uerò cogitationũ ge
nus non lutũ ſimplex, Sed ut iã diximus,
uiſcoſum ac limoſum eſt. Nam tertium
quidem ſic cauendum eſt non tanꝗ lutũ
aut limus, ſed tanꝗ immundiſſimum ac
fœtidiſſimum cœnum.

De triplici iudicio, proprio, humano, & diuino,

Sermo.

1.Cor.4.a. Ic nos exiſtimet hõ ut miniſtros
s Chriſti, & diſpenſatores myſte-
rioꝝ dei. Miniſter Chriſti ſic de-
bet conuerſari, ut ex moribus exterioris
hoĩs qui uidetur, exiſtimetur compoſitio
interioris animi qui non uidet̃, ne uel ab
alio uel à ſeipſo poſſit iudicari, ſed dicat
cum eodẽ apoſtolo: Mihi ꝓ minimo eſt
ut à uobis iudicer, aut ab humão die: ſed
neꝗ me ipſum iudico. qui aũt iudicat me,
dñs eſt. In quibus uerbis notãda ſunt tria
iudicia, humanum, ſuũ cuiuſꝗ proprium,
& diuinum. Et humanum quidem poteſt
iudicare de rebus exterioribus, quę ſenſi-
bus corporis percipiunt̃: de interioribus
uerò non põt. Hinc.n. ſcriptum eſt, Quis 1.Cor.2.c.
enim ſcit hoĩum quæ ſunt hoĩs, niſi ſpiritꝰ
hoĩs qui eſt in eo? Quapropter de his quę
ſunt in hoĩe, põt iudicare ſpũs hoĩs qui in
ipſo eſt. longè uerò præſtãtius de his ipſis
iudicat Deus, cuius necdum fatetur apo-
ſtolus euaſiſſe iudicium, qui tñ iam huma
num tranſcendiſſet & propriũ. Porrò hu-
manũ contẽnebat qui dicebat: Mihi aũt
pro minimo eſt ut à uobis iudicer, aut ab
humano die. Sed neꝗ proprium timebat
qui dicebat: Sed neꝗ meipſum iudico. ni
hil.n. mihi conſcius ſum. Solũ ergo reſta-
bat diuinum: de quo ait. Qui autẽ iudicat
me dñs eſt. Debet tñ quiſꝗ quãtum põt
ſe irreprehẽſibilem exhibere, primũ qdẽ
coràm Deo, ſed deinde ẽt coràm hoĩbus.
Hoc nempè eſt qđ alibi loquitur idẽ apo
ſtolus dicens: Prouidentes bona non tñ Rom.12.d.
coràm Deo, ſed ẽt coràm hoĩbus. Tribus
ſiquidem modis prouidemus bona corã
hominibus, id eſt habitu, actione, ſermo-
ne. Habitu, ne ſit notabilis: actione, ne ſit
reprehenſibilis: ſermone, ne ſit cõtempti-
bilis. Tribus etiam modis corã Deo, co-
gitatione, affectione, & intentione. Nam
& cogitatio debet eſſe ſancta. Vnde ſcri-
ptũ eſt: Cogitatio ſancta ſeruabit te, &
affectio pura, & intentio recta. Sunt autẽ
tria iſta, id eſt cõgitatio, affectio, intẽtio,
in anima. Sed in ea quoꝗ proprijs ſingu-
la locis diſtincta uidentur. Nam cogita-
tio in memoria eſt, affectio in uoluntate,
intentio in ratione conſiſtit̃. Atque ut eo-
rum uſum ac differentiam clarius uidea-
mus, ſumamus nobis exemplum de re-
bus exterioribꝰ. In corporibus ſi quilibet

deformis color cutem tñ inficiat, corpus
quidem turpius redditur, ſed nil ei de ſua
ſanitate ex hoc adimitur. Si ergo carni pu
tredo aliqua uel liuidus tumor inſederit,
iã nõ ſolũ decus corporis, ſed ſalus quoq;
perturbatur. Q. ſi lãguor forſitan inuale-
ſcens, cum ipſa carne oſſa quoq; medulli
tus occuparit, tunc demũ de uita non im-
meritò poteſt deſperari. Eodẽ modo ĩ aĩa
ſi peccatum ſuggeritur memoriæ per co-
gitationem, nullum tñ præbuerit aut uo-
luntas affectũ, aut deliberatio ipſa cõſen
ſum: fateor q̃dẽ deformitas eſt, nec audi-
re interim aĩa illa meretur: Tota pulchra
es amica mea: & ſi næuus eſt, ſed nõ mor
bus. Q. ſi uoluntas quoq; præoccupata
ſenſu delectationis afficitur, reſiſtit tamẽ
adhuc deliberatio rõnis, infirmatur q̃dẽ,
Hie. 17. c. ſed necdũ moritur aĩa, clamet tñ neceſſe
eſt: Sana me dñe, & ſanabor. Tunc uerò
mori dicitur, qñ & ipſa ratio ad peccatũ
per intentionẽ curuatur. tunc. n. conſentit.
Eze. 18. a. Et de tali dicit: Aĩa q̃ peccauerit, ipſa mo-
rietur. Hunc triplicẽ gradum deplorauit
Dauid ex perſona Adã, dicens dño expel
lẽti de paradiſo in latam huius ſeculi eua-
gationem: Cõfirmaſti ſuper me manum
Pſal. 37. a. tuã. Et qm̃ carnalia deſideria ſunt pœna
peccati: non eſt ſanitas in carne mea à fa-
cie iræ tuæ. Iam uero nec robur eſt rõnis.
Non eſt pax oſſibus meis à facie peccato
rum meoꝶ. Qui rurſus eoſdem grad⁹ ex
perſona iuſti decantat dicẽs: Memor fui
dei, & delectatus ſum et exercitatus ſum.
Pſal. 76. a. Delectatus. n. per uolũtatem, exercitatus
per rõnem. Ne ergo à memoria repellat
deum irruens turba plurimaꝶ cogitatio-
num, quæ ſolent effluere tanq̃ uilis plebs
in atrium ponat ad eius portam ianitor,
cuius nomen eſt recordatio propriæ ꝓfeſ
ſionis: ut cũ turpibus ſeſe cogitationibus
ſenſerit aĩus prægrauari, increpet ſe & di-
cat ſibi: Tú ne hæc debes cogitare, qui ſa
cerdos es, qui clericus es, qui monachus
es? Cultor iuſtitiæ debet in ſe quicq̃ ini-
quũ admittere? Decet ſeruũ Chriſti, ama
torem dei tale aliquid ad modicũ medi-
tari? Hæc dicendo, excludet fluxũ illicitæ
cogitationis per recordationem propriæ
profeſſionis. Similiter ad portam uolũta
tis in qua ſolent manere carnalia deſide-
ria, tanq̃ in domo domeſtica familia, ſta
tuat oſtiarius qui uocat recordatio cœle
ſtis patriæ. Hic. n. põt prauum deſideriũ
quaſi cune⁹ cuneum expellere: & ipſum
qui ait: Ecce ſto ad oſtium & pulſo, ſine Apo. 3. d.
cunctatione recipere. Iam uerò ad thala-
mũ rõnis talis et tã ferox adhibendus eſt
cuſtos q nemini parcat, ſed quicunq; ho-
ſtis ſiue clã ſiue palã ingredi p̃ſumpſerit,
procul eũ arceat, & hic ſit recordatio ge
hẽnæ. In cæteris ſiquidẽ. i. memoria & uo
lũtate, nõ ita eſt intolerabile ſi uel memo
ria recipiat qñq; uagam cogitationẽ, uel
uolũtas impuram affectionem. Hoc uerò
grauiſſimũ & oĩno dãnoſum, ſi unq̃ ratio
perdiderit rectitudinem intentionis.

De uerbis pſalmi uiceſimitertij, Quis aſcendet, Sermo. Pſal. 23.

Q Vuis aſcendet in mõtem dñi, aut
quis ſtabit in loco ſancto eius?
Verbũ exhortationis eſt fratres
mei: ut qñquidem oẽs aſcendere nitimur,
oẽs tẽdimus in ſublime, ſurſum aſpiram⁹
oẽs, oẽs conamur ĩ altum: illuc ſtudeam⁹
aſcendere, ubi bonum ſit nos eſſe, ubi ſe-
curum ſit nos eſſe, unde cadere non opor
teat, ubi ſtare poſſim⁹. Nec modo ut deſi
derium prouocet, aſcenſorem montis hu
ius propheta requirit: uerũetiam ut aſcen
dere cupientem modum doceat aſcendẽ
di. Felix qui huius montis aſcenſiones in Pſal.
corde ſuo diſpoſuit, concupiſcens & defi
ciens in atria domini. Siquidem mõs iſte
mons uber, bonorum omnium cumulus,
mons uoluptatis ęternæ, domus Dei eſt.
Et beati qui habitãt in domo tua dñe, in Ibidem.
ſecula ſeculorum laudabũt te. Audi teſtẽ
fidelẽ quia mons eſt domus iſta. O Iſrael Baruc.
quam magna domus domini, & ingens
locus poſſeſſionis eius, magnus & nõ ha
bens conſummationem, excelſus & im-
menſus. Immo uerò non ſolum mons eſt,
ſed & mõs montiũ, & multæ in eo mãſio
nes, multi montes. Deniq; ẽt fundamẽta
eius in montibus ſanctis. Et ne hoc quidẽ
ſanctus tacuit Eſaias. Erit, inquit, mõs do Pſal. 86.
mus domini præparatus ĩ uertice mõtiũ, Eſa. 2. a.
& eleuabi-

& eleuabitur ſuper colles. Quidni mõtiũ
mons, fundatus exultatione uniuerſæ ter-
ræ, ubi tam multiplex oĩum delectabiliũ
copia, ubi copiaꝶ oĩum plenitudo? Erit
enim mons pacis, mons gaudij, mons ui-
tæ, mons gloriæ. Et hi oẽs montes unus
mõs conſummatæ felicitatis. An nõ mõs
pacis, pax ſuper pacẽ, pax quæ exuperat
oẽm ſenſum? Planè mons magnus pax in
corde, pax in carne, pax ab iniquis hoĩb⁹,
pax cum oĩbus proximis, pax ab ipſis dę-
monibus, pax cũ deo, & pacis non erit fi-
Ioan. 16. e. nis. Erit gaudium, ſed quale dñs ait, gau-
dium plenum, ſecuꝶ gaudium, qđ nemo
tollet à nobis, ſed & uitã habituri ſumus,
et abundantius habituri, q̃ non poſſit in-
efficax eſſe tanti paſtoris aduentus, q ad
Ioan. 10. b. hoc ipſum uenit ad oues (ſicut ipſe teſtat)
ut uitam habeant, & abundãtius habeãt.
Nunquid non ẽt mons tibi uidet æternũ
glorię põdus ſupra modũ in ſublimitate?
Porrò ex his oĩbus, & ſiqua p̃nt ſimiliter
Luc. 6. f. deſiderabilia cogitari, una eſt beatitudi-
nis menſura bona, conferta, coagitata, ſu
pereffluens, ac ſi plurimos mõtes, alium
quidẽ aureum, aliũ argenteum, alium ex
hyacinthis & ſmaragdis atq; oĩum gem-
maꝶ gloria, aliũ quoq; ex uermiculo pur
pura & byſſo cæteriſq; eiuſmodi opibus
pariter coaceruans in unũ redigas mõtẽ.
Oĩa. n. nobis multiplicata reddent. Et qui
auꝶ & argentum, lapides pretioſos ſup-
ædificauerit fundamento, ædificiũ humi-
le in ĩmenſos montes excreuiſſe mirabit,
& ex modico ſemine magnos metet non
tã manipulos quã aceruos manipuloꝶ.
Quis ergo aſcendet in mõtem dñi, aut q̃s
ſtabit in loco ſancto eius? Innocens mani
bus, & mũdo corde. Beatus ille, ſiquis tñ
ille eſt. Sed quis gloriabit innocentes ma
Iob. 25. b. nus aut caſtũ ſe habere cor? Nemo mun-
dus à ſorde, nec infans cui⁹ eſt unius diei
uita ſuper terrã. Vnus tñ eſt inter noxios
innocens, mundus inter ĩpuros, inter mor
tuos liber. unus eſt, & nõ æſtimabit alius
Ioan. 3. b. abſq; eo. Ipſe ẽ de quo legiſti. Nemo aſcẽ
dit in cœlũ niſi qui deſcendit de cœlo, fili⁹
hoĩs qui eſt in cœlo. Erat. n. innocẽs mani
bus, qui peccatũ non fecit, ſed multa bo-
na operatus Iudęis libere aiebat: Quis ex Ioan. 8. f.
uobis arguet me de peccato? An uerò mũ
diſſimum cor fuiſſe quis dubitat unitum
perſonaliter ſapientiæ, in quã nihil inqui-
natũ incurrit, attingit aũt ubiq; ꝑꝑ ſuam
munditiam? Sed non in uano accepit anĩ
mam ſuã qui ſolus poteſtatem habuit po Ioan. 10. d.
nendi aĩam ſuam, & iteꝶ reſumendi. Nõ
in uano accepit naſcens, non in uano po-
ſuit moriens, nõ in uano recepit reſurgẽs.
At qũo non in dolo iurauit proximo ſuo,
qũo non in uano accepit aĩam ſuam, qũo
non in uano oĩa illa perfecit, ſi hic ſol⁹ ac-
cipiat benedictionem? Ita ne oportebat
Chriſtum pati, reſurgere, et ſic introire in Luc. ult. g.
gloriã ſuam? Sua erat. Quæ utilitas in ſan
guine eius, dum oẽs deſcẽdimus in corru-
ptionem? Quæ ueritas in promiſſione ſi
(ut ſupra meminimus) nemo aſcendit in Ioan. 3. b.
cœlum, niſi qui de cœlo deſcendit? Eſto,
hic accipiat benedictionẽ, miſericordiam
quare? At non ſolus hic accipiet, aut certè
magis non ſoli ſibi accipiet, ſi aduertas.
Perge. n. per ſacra uerba prophetica, & ui
de quonã modo (uelut occultè) multitudi
nẽ ſubinducit. Loquebat de uno & dice-
bat, hic accipiet. Sed continuo hũc trãsfu
dit in hanc generationẽ, & ait, Hæc ẽ ge-
neratio q̃rentiũ: ut in uno nõ ꝑſonæ ſingu
laritatẽ intelligas, ſed ſpũs unitatẽ. Nimi-
rũ hic ſponſus & hæc ſponſa eſt, & ſcim⁹
quis dixerit, Iã nõ ſunt duo, ſed una caro.
Ita ergo hic aſcẽdet, hic accipiet benedi-
ctionẽ, ſed aſcendent ẽt cũ eo uel magis ĩ
eo q ab eo accipient benedictionẽ. Audi
hoc à propheta. Etenim benedictionẽ da Pſal. 83. a.
bit legiſlator, ibũt de uirtute in uirtutem. Luc. ult. g.
Atq; hoc eſt ꝑꝑ qđ oportebat Chrm̃ pa
ti, & reſurgere à mortuis: ut p̃dicet in noĩe
eius pœnitentia & remiſſio peccatoꝶ, &
pœnitentia ad innocẽtiã, remiſſio ad mũ-
ditiam deputet. Beatus. n. non in quo nõ Pſal. 31. a.
inuenerit, ſed cui non imputabit dñs pec- Act. 13. d.
catum. Inueni, ait, hoĩem ſecundum cor Iob. 25. d.
meum. Nunquid ut gloriari poſſit caſtũ Pſal. 50. d.
ſe habere cor? Non: q̃a ſtellę non ſunt mũ
dæ in conſpectu eius, ſed cor contritũ &
humiliatũ deus nõ deſpiciet. Cor cõtritũ
ꝓximũ cordi mũdo, et hoc ẽ eẽ iuxta cor

deí. Siquidẽ propè eſt his q tribulato ſunt
corde. Samaritanus eſt, proximus ei qui
Pſal. 33. d. incidit in latrones. Non iurabit in dolo
Mat. 19. d. huic proximo ſuo, ſed faciet qđ promiſit:
Amen dico uobis, ſedebitis & uos iudi-
cantes. Simus ergo & nos dilectiſſimi ꝓ
noſtro quidẽ modulo & manuũ innocen-
tiæ, & cordis munditiæ ſectatores. Ante
oĩa quidem ſoliciti, etſi penitus cauere ꝓ
humana fragilitate nõ præualemus, q̃tũ
tñ declinare à malo poſſumus nõ modo
actionis, ſed & cogitationis. De cætero
quoq; ne in uano acceperimus aĩas nr̃as
rõnales, exerceamus nos in operibus bo
nis, & conſilio rõnis utamur. Q̃ũo.n. non
fruſtra humanã accipit homo aĩa, q tanq̃
unum ex irrationabilibus aĩantibus incu-
bans corporeis uoluptatibus ſolũ ſequit̃
carnis appetitũ? Addit quoq; propheta.
Nec iurauit in dolo proximo ſuo. Sicut.n.
munditiam intra nos, erga proximũ inno
centiam conuenit obſeruari: ſic & in no-
bis, & erga proximũ exercenda uirtutis
opera, opa pietatis. Non ergo ſimus no-
bis inutiles, ne in uano receperimus aias
noſtras: nõ ſimus inutiles ꝓximo nr̃o, ne
Pſal. 102. c. in uano ei iuraſſe probemur. Nouit figmẽ
tum noſtrũ ſpũs qui loquebat̃ per ꝓphe-
tam, nec de utilitate proximi ſimpliciter
uoluit cõmonere. De iuramento nos cõ-
uenit, ut agnoſcam⁹ debitũ, ut ꝓmiſſam
fidẽ irritam facere uereamur. Oẽs.n. ꝓxi-
mis iurati ſumus cũ quibus in eccleſiæ ue
nimus unitatẽ. Et hæc ꝓfeſſio fidei Chri-
ſtianæ, ut qui uiuit, iam non ſibi uiuat, ſed
ei qui pro oĩbus mortu⁹ eſt. Nec mihi di-
2. Cor. 5. c. cat quis: Ei uiuam, ſed tibi non: q̃n quidẽ
ille non ſolum pro oĩbus uixit, ſed & pro
oĩbus mortuus eſt. Q̃ũo.n. ei uiuit qui ne-
gligit ſic ab eo dilectos? Q̃ũo ei uiuit qui
legem eius non implet, qui mandatũ eius
non ſeruat? Quæris legem quæris manda
Ioan. 13. d. tum? Hoc eſt, inquit, mandatũ meum ut
Gala. 6. a. diligatis inuicẽ ſicut dilexi uos. Et apl'us:
Alter alterius onera portare, & ſic adim
plebitis legem Chriſti. Noli ergo putare
gratuitũ bonum qđ exhibes proximo, ut
liceat et diſſimulare ſi uelis. Debitor es, ſa
cramenti cautione, & ꝓpria profeſſione
teneris. Hic ergo accipiet benedictionem
à dño, & miſericordiã à deo ſalutari ſuo.
Hic, quia unus accipit brauiũ. Sed ne unũ
hoiem putes, hæc eſt generatio quærẽtiũ
dñm. Hic accipiet benedictionẽ: quia ca- 1. Cor. 9. d.
put & corpus unus eſt Chriſtus. Sed hęc
eſt generatio: quia in menſura ætatis ple-
nitudinis Chriſti oẽs pariter occurrem⁹. Ephe. 4. d.
Et fortè idẽ ipſe dñs mons dñi eſt, de quo
dicitur: Quis aſcendet in mõtem dñi, aut
quis ſtabit in loco ſancto eius? Nimirum Dan. 2. g.
ipſe eſt abſciſſus ſine manib⁹ lapis qui in
montem creuit immenſum: ipſe qui exal-
tatus à terra oĩa trahit ad ſe: mons coagu-
latus, mons pinguis. Vt quid uos Iudęi, ut Ioan. 12. c.
quid ſuſpicamini mõtes coagulatos, mõ-
tem in quo beneplacitũ eſt deo habitare
in eo? In Beelzebub, inquiũt, principe dę- Mat. 12. c.
monioꝝ eijcit dæmonia. Execranda ſuſpi Luc. 11. b.
cio, & blaſphemia reprehenſibilis. Prin-
ceps eſt Chr̃s, et magnus princeps, cuius
ne ipſi quidẽ dæmones pñt effugere prin
cipatum. At illoꝝ regnum in ſeipſis diui-
ſum deſolabit̃. Hui⁹ regnũ integrum atq;
perfectũ, & regni eius nõ erit finis. Diſtat Ibidem.
ergo inter principẽ & principes, nec ulla Luc. 1. d.
cõparatio inter montẽ coagulatũ & pin-
guẽ, & mõtes tm̃ coagulatos. Veſter iſte
Beelzebub mons coagulatus, ſed nõ pin
guis, magis aũt ſterilitate ꝑpetua maledi
ctus. Mõs, quia elatus eſt: coagulatus, qa
ſquama ſquamę coniungit̃, & coagulatũ Pſal. 118.
eſt ſicut lac cor eoꝝ. Chr̃s dñs mons eſt,
mons coagulatus, et mons pinguis. Mõs
eſt ſublimitate, coagulat⁹ multoꝝ cõge-
rie, pinguis charitate. Et nũc uide q̃ũo tra
hat ad ſe oĩa, q̃ũo ei oĩa uniantur unitate
ſubſtantiali, ꝑſonali, ſpũali, ſacramentali.
Habet in ſe patrem cũ quo eſt una ſubſtã
tia, habet aſſumptum hoiem cũ quo eſt
una perſona, habet adhærentẽ ſibi fidelẽ
aĩam cum qua eſt ſpũs unus, habet ſpon-
ſam eccleſiam unã oĩum electoꝝ, cũ qua
eſt caro una. Et fortè carnalis hæc unio di
cenda fuiſſe uidebit̃, ſed ſacramentalem
dicere malui, dignius hoc uocabulũ arbi-
tratus, præſertim occaſionem dãte apl'o
ubi ait: Sacramẽtum hoc magnũ eſt, ego Epheſ. 5.
aũt dico in Chr̃o & in eccleſia. Pinguiſſi-
mus planè & uberrimus mons in quo be
Ephe. 5. g. neplacitũ eſt Deo habitare in eo: ſiquidẽ
Pſal. 67. d. propterea unxit eũ oleo lætitiæ præ par-
Pſal. 44. b. ticipibus ſuis. Mõs cœleſtium aromatũ,
mõs chariſmatum ſpiritualiũ, non ad mẽ
ſuram accipiens ſpũm, ſed omnimodam
obtinẽs plenitudinem gratiaꝝ. Magnus
mons, in quo oẽs theſauri ſapiẽtiæ & ſciẽ
tiæ abſconditi ſunt, in quo tota humanita
tis ueritas, tota diuinitatis inhabitat ple-
nitudo: excelſus & immenſus: in quo oĩa
inſtaurantur quę in cœlis et q̃ ſuper terrã,
ut ſit deus oĩa in oĩbus. Venite aſcẽdamus
Colo. 2. a. in hunc montẽ fratres, & ſi uia nobis ui-
detur ardua, exoneremus nos. ſi arcta, ẽt
exinanire nos nõ parcamus: ſi longa, tã-
to magis feſtinemus. ſi laborioſa, clame-
mus ei: Trahe nos poſt te, i odore unguẽ
Canti. 1. a. toꝝ tuoꝝ curremus. Felix qui ſic cucurre
1. Cor. 9. d. rit ut comprehendat, imo ut ipſe compre
hendatur, & in illam amplitudinẽ mõtis
et plenitudinem corporis Chriſti mereat̃
admitti. Felix qui in illum beatificũ mon
tem tã deſiderãter & perſeueranter aſcẽ-
derit, ut in loco ſancto locũ accipiens ſta
tionis, deo patri in ſancto eius appareat,
Pſal. 62. a. ſimul & uideat uirtutẽ ei⁹ & gloriã. Haud
aliam ſanè quã eundem ipſum montẽ mõ
tium, montẽ coagulatũ & pinguẽ, Ieſum
Chriſtum dñm noſtrum. In quo nimirũ ꝑ
prædeſtinationem ab æterno apparuit ei
qui dilexit nos & gratificauit in dilecto fi
lio ſuo, in quo elegit nos ante mundi cõ-
ſtitutionem. Sed iam tunc cognoſcemus
ſicut & cogniti ſumus, cũ plenius & ꝑfe-
Ephe. 1. a. ctius exaltatus altiſſimus & uberrimus
1. Cor. 13. c. ille mons omnia trahet ad ſe, qui eſt ſuꝑ
omnia benedictus in ſecula, Amen.

De uerbis Origenis, Sermo.

Nocerę pñt, ut uereor, fortè nõnul
lis uerba q̃ heri lecta ſunt uobis,
ex homilia. ſ. Origenis ſuꝑ capitu
Leuit. 10. b. lũ illud legis, ubi Aarõ et filij eius uinũ bi
bere ꝓhibent̃ cũ acceſſuri ſũt ad altare: ſi
recipiant ea ſimpliciter ſicut ſonare uidẽ-
tur. Saluator meus, inquit, luget etiã nunc
peccata mea, & tandiu ẽ in mœrore quã-
diu nos ꝑſiſtimus ĩ errore. Plurima quoq;
alia in hunc modũ abundantius forſitan
quã circunſpectius dicta, nec tam ſobriè
quã diſcretè. Quidnam ſibi uult inſolitus
iſte grunitus, aut quis inter uos neſcio qđ
ſubmurmurat? Scio quidem doctos in le
ge diuina huiuſmodi uerba ridere, ſed ni-
hilominus & minus ſapientibus me cõfi-
teor debitorem. Nec modo de intellectu
Origenis quæſtio eſt, potuerit forſitan
hyperbolicè loq: ipſe uiderit, nihil itereſt
noſtra. Quanuis ne hoc quidem ſilẽdum
arbitror ꝙ euidentiſſimè illum contra fi-
dem nõnulla ſcripſiſſe, ſanctorum patrũ
tradat authoritas, atq; ideo non ſine cir-
cunſpectione monet eſſe legendum. Veꝝ
nos in præſenti nõ quid ipſe ſenſerit quę-
rimus, ſed id agere cupim⁹ ut uos omnes
qđ ad ſanam doctrinam pertinet ſentien
tes, nihil moueamini uerbis illis. Abſit.n.
ut in cœlo credatur locus eſſe triſtitiæ, ſi-
cut nec culpę. Nemo ibi delíquere, nemo
lugere poteſt, ſicut nec in terra quidẽ pœ
na ulla fuiſſet, niſi iniquitas pręceſſiſſet. In
cœlo utiq; ſola iuſtitia ſola nihilominus lę
titia eſt: in inferno ſolum peccatũ, & pœ-
na peccati: porrò in medio utraq; ĩueniũ- Iac. 3. a.
tur, atq; ideo neutra cõſummata. In mul-
tis offendimur, quia in multis offendim⁹
omnes. quoniam enim nullus ĩ cœlo paſ-
ſiõis locus eſſe poterat uel doloris, ꝓꝑea
ſanè unigenitus dei patris paſſione ſua ho
minem redempturus, ſicut carnem ĩ qua
pateretur (qui pati non poterat in diuini- Paru. 3. d.
tate) ſuſcepit, ſic etiam in terris uiſus eſt, Pſal. 43. c.
& cum hominibus conuerſatus eſt, ut hu
miliaret etiã ſemetipſum in loco afflictio-
nis. Hic ergo turbare ſe, pauere quoq; di-
gnatus eſt & tædere, tentatus per omnia
pro ſimilitudine abſque peccato. In terra
inquam uerè lachrymatus eſt Ieſus, uerè
cõtriſtatus, uerè paſſus, uerè mortuus, ue-
rè ſepultus: ſed ubi ſurrexit, uetera tranſie
runt. Noli ultra dilectũ tuum in tuo q̃rere
lectulo ſurrexit, nõ eſt hic. Vox ſponſæ ẽ, Canti. 3. a.
In lectulo meo quæſiui quem diligit aĩa Mat. 28. a.
mea, quæſiui & non inueni. Maria fuit q̃
dominum quæſiuit in lectulo, quæſiuit in
tumulo nec inuenit. Magis autem inue-
nerunt eam uigiles, & dixerunt. Quid
quæris uiuentem cum mortuis? Fuit qui-

dem cum mortuis,ſed iã non eſt.fuit inter
mortuos,ſed & tunc liber fuit. Siquidem
ipſe ſeſe turbauit,ipſe aĩam ſuã poſuit, q̃a
ipſe uoluit oblatus eſt,& oĩs ei infirmitas
1.Cor.1.d. de uoluntate fuit,nõ de neceſſitate. Vnde
& qđ infirmũ erat dei,fortius erat hoĩbꝰ:
ꝙ eſſet tunc quoq̧ ẽt inter paruulos ma-
gnus, ĩter infirmos ualidꝰ, inter mortuos
liber. Videt̃ quidẽ & ĩ noſtris aliq̃n tribu-
lationibus eſſe nonnulla libertas, cũ uide
licet pro peccatis proximoꝝ libera & li-
berali charitate laborẽ pœnitentiæ ſuſti-
nemus, lugentes pro eis, ieiunãtes ꝓ eis,
uapulantes pro eis, & quæ non rapuimꝰ
1.Cor.9.c. exſoluentes. Vnde et Paulus: Cũ liber eſ-
ſem,ĩquit,ex oĩbus, oĩum me ſeruũ feci.
Cæteꝝ nihil hoc ad libertatẽ illius qui ni
hil propriĳ delicti habuit, qui nihil morti
debuit,nihil meruit tribulatiõis. Nã et no
bis quidẽ ẽt uoluntarias illas tribulatio-
nes etſi proximus exigere forſitan ex iure
non põt,exigit tñ deus. Et ſi proximo for
te uidet̃ quis reddere pluſq̧ debeat, Deo
tñ nemo unq̧ totum reddit qđ debeat.
1.Cor.4. Mihi aũt, inquit apoſtolus, pro minimo
1.Cor.11.g ẽ,ut à uobis iudicer, aut ab humano die,
1.Cor.2.d. ſed neq̧ meipſum iudico. Nota ſanè qđ
alibi ait: Si noſmetipſos iudicaremus, nõ
utiq̧ iudicaremur. Et item: Spũalis homo
oĩa dĳudicat: Non.n. iudicare hic poſuit,
ſed dĳudicare: qđ utiq̧ diſcernere et ꝓba
Rom.14.d re eſt: ſicut item ait: Beatus qui ſe non iu-
dicat in eo qđ probat. Itaq̧ pro minimo
illi erat ut ab eis iudicaret̃, q̃bus nihil ſeſe
debiti officĳ ſubtraxiſſe ſciebat, nihil pec
caſſe ĩ aliquem, ſed magis oĩbus p̃ſtitiſſe,
adeo ut ſecura conſcientia ĩgenue loque
ret̃: Quis infirmat̃, & ego non infirmor?
2.Cor.11.g Quis ſcandalizat̃,& ego non uror? Nam
1.Cor.9.c. & Iudæis Iudæus factus eſt,ut Iudæos lu
crifaceret,& his qui ſine lege erant,tanq̧
ſine lege: poſtremo oĩbus oĩa factus eſt,
ut oẽs ſaluos faceret. Meritò proinde ꝓ
minimo illi erat ut ab eis iudicaret̃, q̃bus
uſqueadeo ſeſe ſine offenſione p̃buerat:
inter quos ſic honorificauerat miniſteriũ
ſuũ. Sed neq̧ ipſe ſe dĳudicabat in eo qđ
ꝓbabat, perfecte ẽt ſibi qđ debebat im-
pendens,corpori caſtigationẽ, aĩæ miſe-
rationem,atq̧ oẽm cuſtodię ſolicitudinẽ
cordi ſuo,ut nec in ſe quoq̧ peccati con-
ſcius haberet̃. Sed non in hoc, inquit, iuſti 1.Cor.4.
ficatus ſum: qui aũt iudicat me, dñs eſt. Il
lius.n. prorſus nequeo declinare iudiciũ:
& ſi iuſtus fuero, non leuabo caput, q̃m
oẽs iuſtitiæ meæ tanq̧ pannus menſtrua
tæ corã illo. Non eſt qui in conſpectu eiꝰ Eſa.64.b.
iuſtificet̃,non eſt uſq̧ ad unum. Cęteroꝝ Pſal.142.a
ſiquidem nemo eſt quẽ non oporteat di- Pſal.5.a
cere deo, Tibi peccaui, ſed magnus q̃ in
ueritate põt dicere, tibi ſoli. Solus ille ẽt
inter mortuos penitus liber fuit, q̃ pecca-
tum non fecit, cuius iuſtitia ſicut montes
dei. Cęteꝝ iam nec inter mortuos eſt,ſed
aſſumptus ab eis,mutatus corꝑe, mutatꝰ
corde,ingreſſus in potentias dñi,et omni
infirmitate priuatus,exutus nimiꝝ ſordi-
das illas ueſtes quibus ſanè apud Zacha Zach.3.a
riam prophetã primo ueſtitus apparuit,
& indutus ſplendidis,ſicut loquit̃ in pſal
mo: Cõcidiſti ſaccũ meũ, & circũdediſti
me lętitia. Quia.n. uerã humanæ carnis et Pſal.29.b
aĩæ ſubſtantiã ſuſcepit,uerã utriuſq̧ natu
rã: nec corꝑis illi defuerũt nec aĩæ paſſio-
nes,ſed ex hoc iã glorificatus ẽ in utroq̧.
Puto aũt qđ utriuſq̧ glorificationẽ breui
uno uerſiculo ꝓpheta cõprehendit dicẽs:
Dñs regnauit, decorẽ induit, induit dñs Pſal.92.a
fortitudinẽ. Decorẽ ſanè in corpore clari-
tatis,fortitudinẽ uerò in perturbabili ſta-
tu mẽtis. Deniq̧ triſtis eſt, inquit, anima
mea,ſed uſq̧ ad mortẽ. Vnde & inclinãs
caput dixit: Cõſummatũ eſt: nequid de- Mat.26.d
inceps infirmitatis in eo liceat ſuſpicari. Ioan.19.f
Sed ait iſte: Si apoſtolꝰ ipſius luget quoſ- 2.Cor.12.g
dam q̃ ante peccauerunt nec pœnitẽtiam
egerunt in his q̃ geſſerunt, quid dicã de ip
ſo qui filiꝰ dicit̃ charitatis? Et deinde. Cũ
ergo q̃ noſtra ſunt quæſierit, nunc iã nos
non quęrit,nec q̃ noſtra ſunt cogitat, nec
de erroribꝰ noſtris mœret, nec ꝑditiones
noſtras deflet & contritiones q̃ fleuit ſuꝑ
Hieruſalẽ? Itẽ. Nunc, inquit, quia miſeri- Pſal.55.a
cors & miſerator eſt dñs, maiori affectu
quã apl'us ſuus flet cũ flentibus, et luget
eos qui ante peccauerunt. Nec.n. putãdũ
eſt qđ Paulus lugeat pro peccatoribus et
fleat, dominus aũt meꝰ abſtineat à fletu.
Hæc q̃dem ſic accipere, quidni adhuc di-
lectum in lectulo quærere dicam? Neſcit
mortuus extra tumulum, neſcit infirmus
extra lectũ, neſcit paruulus extra lectulũ
quærere quem diligit aĩa ſua. Veꝝ ille (ut
ſupra meminimus) non minus corde quã
corpore glorificatus (imò tanto amplius
quanto amplior aĩa & gloriæ capacior
eſt quã caro) ſicut nõ põt negligere ſuos,
ſic nec lugere pro eis. Sed q̃n humana fra
gilitas eiuſmodi capere poſſit affectũ qui
ſine miſeria miſereat̃, & ſic diligat eũ qui
dolet aut qui periclitatur, ut tñ ipſe: oĩno
nec doleat nec turbet̃? Verũtamen etſi id
longe ſupra noſtrã experientiam eſt: Deo
tñ nihil impoſſibile eſt. Poteſt igit̃ nõ mo
do ſibi, ſed & ſuis oĩbus quos infirmitate
carnis exutos, uirtute induit, & in poten-
tias introduxit, eam cõferre dilectionem
quæ gaudeat cum gaudentibus, non autẽ
fleat cum flentibus, & ſic eos quos amat,
efficaciſſimè & affectuoſiſſimè uniat, ut
ipſa tñ imperturbabilis ꝑſeueret. Nec du-
bium ſanè quin longe præſtantior ſit ea di
lectio, quemadmodum medicina (ſi quæ
tñ eiuſmodi eſt) pretioſior utiq̧ iudicatur,
quæ ſic curat uulnera ut inter curãdũ nec
uirtus eius in aliquo, nec ſubſtãtia minua-
tur: q̧ ea quæ ſic curat, ut curãdo deficiat
Roma.6.b aut corrumpatur. Licet ergo fleuerit dñs
ſuper Hierl'm, ex hoc iam oĩno non flebit:
ſicut mortuus eſt, ſed reſurgẽs ex mortuis
iam nõ morit̃: ſicut fuit in lectulo, ſed exur
gens iam in lectulo non inuenitur. Habet
tñ etiam nunc ineffabiliter ampliorem af
fectum & efficaciorem quã habeãt qui lu
gent pro delinquẽtibus, aut pro fratribus
ponunt aĩas: quãuis ipſe q̃dem cõſumma-
to nimirum opere ſuo, neutrũ deinceps ſit
Matth.13.f facturus. Noſtrę ĩfirmitatis iſtud eſt, quo-
rum adhuc in mari ſagena trahitur, & ex
omni genere piſcium cõgregat, nihil oĩno
diſcernẽs. Ille.n. nec modo ille, ſed & apo
ſtoli, & cæteri qui cum eo ſunt ſancti, ad
littus utiq̧ ꝑuenerunt, nec miſtos piſces
in uaſis poſuere, ſed electos, & bonos tã-
tum. nã malos utiq̧ foras miſerũt. Quan
tos ego interim cogor trahere malos pi-
ſces, quantos anxios & moleſtos intra ſa
genam meam cõgregaui, q̃n uobis adhæ
ſit aĩa mea. Congratulor ꝓficientibus: iu-
cunda affectio bonus eſt piſcis. Cõdoleo
deficientibus, fleo cũ flentibus, angor pro
periclitantibus, infirmor cum infirmanti-
bus, uror cum ſcandalizatis. Grauia ſunt
hęc et acerba, utiq̧ mali piſces. Malos aũ
tem dixerim non ꝓpter culpam, ſed pro- Pſal.54.b
pter pœnam. Faciat Deus ne à multitudi-
ne maloꝝ piſcium obruamur puſillanimi
tate ſpiritus & tempeſtate, donec perue-
niamus ad optati littoris ſtationẽ, ubi ma
los ſeparemus & ſecludamus à bonis, ut
uidelicet de cętero nec luctus nec clamor,
ſec nec ullus dolor aut etiam timor ſit in
finibus noſtris, ſed gratiarum actio, &
uox exultationis.

Parabola quæ beato Bernardo aſcribitur de filio regis.

Rex diues & prępotens Deus om
nipotens filium ſibi fecit, hominẽ
quẽ creauerat, cui ſicut puero de-
licato pædagogos delegauit legem, pro-
phetas, cęteroſq̧ tutores et authores uſq̧
ad præfinitum tempus eius cõſummatio-
nis. Inſtruxit eum & monuit dñm eum pa
radiſi conſtituens, oẽſq̧ theſauros gloriæ
ſuæ ei oſtendens & repromittens ſi ſe nõ
deſereret. Et neq̃d deeſſet bonis eius, etiã
liberũ arbitrium ei indulſit, ut bonũ eius
eſſet uoluntarium, non coactũ. Accepta li
centia boni, cœpit eũ tædere bonoꝝ ſuo-
rum, à cõcupiſcentia ſciendi bonũ & ma-
lum. Egreſſus igit̃ de paradiſo bonæ con-
ſcientiæ, noua quærens quę neſciebat, qui
nulla adhuc niſi bona nouerat, paternis
legibus & pędadogis relictis mãducauit
de ligno ſcię boni & mali cõtra uetitũ pa
tris: & abſcõdens ſe miſer & fugiens à fa-
cie dñi, cœpit uagari puer inſipiens ꝑ mõ-
tes altitudinis, per ualles curioſitatis, per
cãpos licentię, per nemora luxurię, per pa
ludes uoluptatũ carnaliũ, per fluctus cu-
raꝝ ſecularium. Videns antiquus prædo
laſciuũ puerũ ſine cuſtode, ſinè rectore ꝓ-
cul à domo p̃ris uagãtẽ, acceſſit & pomu
la illa inobedientię manu malę ꝑſuaſionis
ei porrigẽs, poſtq̧ cõſenſum ab eo elicuit,
aggreſſus eſt miſeꝝ, & in terram.i.in ter-

rena eum deſideria pręcipitans, pedeſq; .i. mentis affectiones, ne reſurgat, fortiſſimis ei ſecularis cõcupiſcentiæ uinculis alligãs, manuſq; operationis, & oculos mẽtis, miſit eũ in nauim malę ſecuritatis, & flãte uehemẽter uento adulationis, trãſuexit eum in longinquã regionẽ diſſimilitudinis. Veniens ille in regionẽ nõ ſuã, uenalis factus eſt oĩbus qui prætergrediunt̃ uiam. Diſcit porcos paſcere, ſiliquas porcorꝫ mãducare, dediſcit oĩa q̃ didicerat, & diſcit quæ neſciebat ſeruilia .ſ. opera. Vinctuſq; in deſperationis carcere, ubi in circuitu impij ambulãt, in mola illa impię circuitionis cogit̃ molere emolumẽto malę cõſcię. Proh dolor. Et ubi nũc eſt pater ille potẽtiſſim⁹ & dulciſſimus atq; liberaliſſimus? Nũqd põt obliuiſci filiũ uteri ſui? Abſit abſit. Nõ obliuiſcit̃, ſed miſeret̃, dolet & conquerit̃ de abſentia & perditione filij ſui. Mandat amicis, ſolicitat ſeruos, oẽſq; ſuſcitat ad requirendũ eum. Vnus ſeruorꝫ timor, ad imperium dñi, filij fugitiui ueſtigia ꝓſequẽs, in ꝓfundo carceris inuenit filiũ regis, carnalibus peccatorꝫ ſordibus obſitũ, uinculis & catenis malę cõſuetudinis ligatum, miſerũ & amentẽ, in miſerijs ſecurũ & ridentẽ. Quem uerbis & uerberibus urgẽs ut exiret & rediret, tãta miſerũ cõfuſione deiecit, ut ſicut morti iam uicinus iaceret, & adhæreret in terra uenter eius. Egreſſus e ueſtigio alius cui nomẽ ſpes, uidẽſq; filiũ regis à timore non erutũ ſed obrutũ, non adiutũ ſed deiectũ, acceſſit leniter, & ſuſcitans de terra inopem, & de ſtercore erigens pauperẽ, leuanſq; caput eius, & coacta in unũ cõſolationis ueſte, oculos ei⁹ detergẽs et faciẽ: heu, inqt, quãti mercenarij in domo pr̃is tui abũdant panibus; tu aũt hic fame peris? Surge obſecro & uade ad patrẽ tuũ, & dic ei: Pater fac me ſicut unũ ex mercenarijs tuis. Tũc ille tandẽ uix ad ſe modicũ reuerſus: tune es, inqt, ſpes? Et q̃uo ſpei ĩtroitus potuit patere in tantũ & tã horribile ꝓfundũ deſpationis meę? Ego ego, inqt, ſum ſpes à pr̃e tibi trãſmiſſa, te adiutura, te nõ deſertura, donec te introducã in domũ pr̃is tui, et in cubiculũ genitricis tuę. Et ô, inqt ille, dulce leuamen laborꝫ, dulcis cõſolatio miſerorꝫ, ô una et nõ infima de tribus cubiculi regis aſſiſtricibus, uides carceris mei ꝓfundũ ĩmane, uides uincula, quę tñ ad ĩgreſſum tuũ iam maxima ex parte dirupta ſunt & diſſoluta, uides concaptiuorꝫ meorꝫ ĩmanẽ multitudinem, fortitudinẽ, uelocitatem, aſtutiã: & qs tibi locus hic? At ſpes, ne timeas, inqt, qui nos adiuuat, miſericors eſt: q pro nobis pugnat, oĩpotens eſt; pluresq; ſunt nobiſcũ quàm cum illis. Suꝑ hæc oĩa adduxi tibi à patre miſſum equum deſiderij, cui cũ inſederis, me duce ab his oĩbus ſecurus ꝓficiſceris. Dixit, & mollibus ſtramentis piæ deuotionis ſubmiſſis, & bonorum exemplorꝫ calcaribus additis, equo deſiderij impoſuit filiũ regis, ſed frenũ defuit, tanta erat feſtinatio fugiendi. Illico equ⁹ currit infrenis, trahit ſpes ante, timor aũt retro uerberibus urget & minis. Tũc uidẽtes hoc turbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor, obriguerunt oẽs inhabitatores Chanaan. Irruat ſuper eos formido et pauor in magnitudine brachij tui, fiãt ĩmobiles quaſi lapis donec ꝑtrãſeat filius tuus dñe, filius tuus iſte quẽ poſſediſti. Sed cum ſic ferunt̃ præcipites, effugiũt qdem, ſed non ſine periculo: qa ſine modo, ſine cõſilio. Propter qđ à patre tranſmiſſa accurrit prudẽtia, una de ſummis principibus palatij, in comitatu amicam hñs temperantiã: & tenens currẽtes, parcius, inqt, obſecro parcius: dicit .n. Salomon: Qui feſtinus eſt, pedibus offendit. Prouer. 19 Si ſic curritis, offenditis, ſi offenditis, caditis: ſi caditis, filiũ regis quẽ ſuſcepiſtis liberandũ, inimicis redditis. Nã ſi ceciderit, illico manus eorꝫ erit ſuꝑ eum. Hęc dicens, frenũ diſcretionis ĩpoſuit feruido illi equo deſiderij, eiuſq; habenas tẽperantię regendas cõmiſit. Cũq; timor retro de uicinia & uirtute inimicorꝫ, & tarditate fugę cauſaret̃: uade, inqt prudẽtia, retro ſatana, ſcãdalũ es nobis. Fortitudo & laus nr̃a dñs, et factus eſt nobis in ſalutẽ. Et ecce fortitudo miles dñi egregius, accurrens per campum fiduciæ, extracto gladio lætitię, nolite, inqt, turbari: plures nobiſcũ ſunt quàm cum illis. Tunc prudentia curiæ cœleſtis aſſueta cõſilijs, cauete, inqt, obſecro quia hęreditas illa ad quã in initio feſtinat̃ (ſicut dicit Salomon) in fine bñdictiõe carebit. Proficiſcimini igitur nõ tã feſtinanter Prou. 20. c quã prudẽter. Inimici .n. nõ ſunt in itinere, ſed iuxta iter ſcandalum ſolent ponere, in biuijs et triuijs, et uiarũ anfractibus. Pręcedam itaque: uos autem tenete uiam iuſtitiæ: & crudeliter introducemus uos in caſtra ſapientię, quæ iam non ꝓcul ſunt à nobis. Eccleſiaſtici. 1 d Sapientia .n. eſt de qua dicit̃: Cõcupiſcẽs ſapientiã, diſce iuſtitiã. Sic itaq; dum uiam carpũt, urget timor, ſpes trahit, munit fortitudo, tẽperantia moderat̃, ꝓuidet & inſtruit prudẽtia, ducit & ꝑducit iuſtitia, appropiquat filius regis caſtris ſapiẽtiæ. Quæ noui hoſpitis audito aduentu, præoccupat eũ qui ſe concupiſcit, occurrit & oſtẽdit ſe ĩ uijs hilariter. Foſſa uerò ꝓfundę humilitatis caſtra cingebat: ſuꝑ quam fortiſſim⁹ & pulcherrimus murus obediẽtiæ ædificatus cœlos penetrabat, quẽ bonorꝫ exemplorũ hiſtoriæ undiq; depictę mirabiliter decorabant. Aedificatus autẽ erat cum propugnaculis, mille clypei ex eo depẽdebant, oĩs armatura fortiũ. Porta ꝓfeſſionis oĩbus patẽs: ianitor in limine dignos ĩducẽs, et ĩdignos abijciẽs. Pręco ſuꝑ portã clamans: Siqs diligit ſapiẽtiam, ad me declinet, & eam ĩueniet: & eã dũ ĩuenerit btũs eſt, ſi tenuerit eã. Huc fili⁹ regis, occurrentis ſibi ſapientiæ ducatu introductus, imò ulnis deportatus, familiæ regiæ uallatus obſequijs ad medię ciuitatis arcẽ perducit̃, ubi ipſa ędificauit ſibi domũ, ſcidit columnas ſeptẽ, ſubdidit ſibi gentes, ſuperborꝫ & ſublimium colla propria uirtute calcauit. Ibi collocat̃ in lecto ſapientiæ, quẽ ambiũt ſexaginta fortiſſimi ex fortibus Iſrael, uniuſcuiuſq; enſis ſuꝑ femur ſuum. Adeſt Dauid in tympano et choro, in chordis & organo: cęteriq; cœleſtis curiæ paranymphi gaudentes et exultantes magis ſuper uno pctõre pñiam agẽte, quã ſuper nonagintanouem iuſtis qui nõ indigent pñia. Et ecce ueniẽs ab Aquilone uẽtus turbinis & ignis inuoluens totam cõcuſſit domum, ſapientiæ caſtra turbauit. Egreſſus eſt .n. Pharao cũ curribus et equitibus, & perſequens fugientẽ Iſrael. Cogitauerũt ẽt unanimiter ſimul aduerſus eũ, teſtamentũ diſpoſuerũt tabernacula Idumæorꝫ & Hiſmaelitæ, Moab & Agareni, Iebal & Amon & Amalech, & alienigenæ cum habitãtibus Tyrũ. Etenim Aſſur ille magnus exterminator diabolus uenit cum illis. Quid multa? Obſeſſa eſt ciuitas, iam ſurgunt tentationum machinæ, urget undiq; inimicus ille, in ĩſidijs draco, in apto leo, cogit ſocios, ignes inijcit, perfodit muros, bella ſuſcitat, ĩſidias ſubmittit, totius urbis minitans excidium. Intus uerò timor & anguſtiæ, & à uehemẽti & improuiſo hoſtiũ ĩpetu oẽs turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius, & oĩs ſapientia eorꝫ deuorata eſt, et clamauerũt ad dñm cum tribularent̃. Currit̃ ad arcem ſapientiæ: mala nunciant̃: conſiliũ quærit̃. Reuerſa .n. ad ſe prudẽtia cõſulit ſapientiã qd facto opus ſit. Illa accelerandũ teſtat̃, & regis ſummi q̃rendum conſiliũ. Et qs, inqt, ibit nobis? At ſapientia, oratio, inqt. Et ne moram faciat in eũdo: aſcendat ſuꝑ equũ fidei. Quæſita diu oratio, & in tãto tumultu uix tãdem inuenta adeſt: aſcẽdit ſuper equum fidei, ꝓficiſcitur per uiam cœli, nec ceſſat donec intret portas dñi in cõfeſſione, atria eius in hymnis. Et ſicut familiare mancipium cũ fiducia accedens ad thronũ gloriæ eius, exponit neceſſitatis ſuæ negotium. Audito rex filij periculo, conuerſus ad cõſortem regni ſui charitatẽ: ô inqt, quem mittã, & qs ibit nobis? At illa, ecce ego, inqt, mitte me. Tũc rex ꝓualẽs, inqt, ꝓualebis, & liberabis eũ. Egredere, et fac ita. Illico egreſſam à facie dñi regis ã cœli charitatem tota comitat̃ militia cœleſtis: ueniẽſq; & deſcẽdens in caſtra, à uirtute & lætitia pñtiæ ſuæ illico oĩa exhilarauit, cõmota cõpoſuit, turbata pacauit. Reddita eſt miſeris lux, timidis fiducia. Redit coràm ſpes q̃ penè aufugerat, fortitudo quæ penè corruerat. Reſumit cõſtantiã tota ſapiẽtiæ militia. At inimici ciuitatẽ obſidentes, quęnã eſt, inquiũt, exultatio in caſtris? Non fuit tãta exultatio heri & nudiuſtertius. Væ nobis, uenit Deus in caſtra: uę nobis. Fugiamus Iſraelẽ: Deus .n. pugnat pro

eis. Sic fugiẽtibus inimicis, gratiæ Dei im
petus lętificat ciuitatem Dei, ſanctificauit
tabernaculũ ſuum altiſſimus. Deus in me
dio eius non cõmouebiť, adiuuabit eam.
Deus mane diluculo. Cõturbatę ſunt gen
tes, & inclinata ſunt regna: dedit uocem
ſuam, mota eſt terra. Dñs uirtutũ nobiſ-
cum, ſuſceptor noſter Deus Iacob. Suſci-
piens ergo puerum Dei, puerum ſuum re-
gina charitas euexit ad cœlũ, patriq; Deo
repñtauit. Cui pater placidus ac ſerenus
occurrẽs, cito, inqt, proferte ſtolã primã,
& induite illum, & date anulũ in manu
eius, et calceamenta in pedibus eius. Et ꝑ
ducite uitulum ſaginatũ, & occidite illũ.
Epulari. n. & gaudere oportet, qa iſte fi-
lius me⁹ mortu⁹ fuerat et reuixit, perierat
& iuentus eſt. Nota hic quatuor in pueri
noſtri liberatione. Primo pœnitentiã, ſed
fatuam. Secundo fugã, ſed temerariã &
irrationabilẽ. Tertio pugnã, ſed trepidam
et meticuloſam. Quarto uictoriã ualidam
& ſapientem. Quæ oĩa in unoquolibet fu
giente de ſeculo iueniẽs. Primo. n. eſt egẽs
& inſipiẽs, poſtea præceps & temerarius
in proſperis: deinde trepidus & puſillani-
mis in aduerſis, poſtremo ꝓuidus & eru-
ditus & perfectus in regno charitatis.

*De tribus ordinibus eccleſiæ ad patres in capitu-
lo factis, Sermo.*

Pſal. 103. c
h Oc mare magnũ & ſpatioſum, in
quo utiq; certũ eſt nihil aliud ꝗ
pręſens ſeculum amaꝝ fluctuans
deſignari, tribus hominum generibus ſuo
cuiq; modo peruiũ eſt ut trãſeant libera-
ri. Tres. n. ſunt Noe, Daniel, & Iob: quoꝝ
primus naui, ſecũdus ponte, tertius uado
tranſit. Porrò tres homines, tres ordines
eccleſiæ ſignant. Noe qdem arcam rexit
ne periret diluuio, ubi protinus rectoꝝ ec
cleſiæ formã agnoſco. Daniel uir deſide-
rioꝝ abſtinentiæ & caſtimoniæ deditus,
ipſe eſt ſoli Deo uacans pœnitentiũ & cõ
tinentium ordo. Iob quoq; ſubſtantiã hu-
ius mundi bene diſpenſans in coniugio, fi-
delem deſignat populũ terrena licite poſ-
ſidentem. De primo igiť & ſecundo nobis
habendus eſt ſermo: qm̃ aſſunt uenerabi-
les fratres et coabbates noſtri de numero
prælatoꝝ, aſſunt & monachi de pœniten
tiũ ordine: à quo tñ nec nos abbates alie-
nos reputare debemus, niſi forte (qđ ab-
ſit) officij noſtri gratia nr̃æ fuerimus ꝓfeſ-
ſionis imemores. Tertium igitur coniuga
toꝝ uidelicet ordinẽ magis ſuccincte trãſ
curro, tanq; minus ad nos pertinentẽ. Ipſe
eſt qui maxime mare magnum uado per-
trãſit, laborioſum prorſus & periculoſum
etiam & longum hĩs iter: quippe qui nul
la uię cõpendia captet. Nam ꝙ periculo-
ſum ſit iter, in eo patet qđ tam multos in
eo perire dolemus, tam paucos uidemus
ſicut neceſſe eſt pertranſire. Valde. n. diffi-
cile eſt, præſertim diebus iſtis qbus mali-
tia nimis inualuit, inter undas huius mun-
di, uoraginem uitioꝝ, & criminaliũ pec-
catoꝝ foueas declinare. At cõtinentium
qdem ordo & ponte pertranſit, qđ iter
breuius & facilius & ſecurius eſſe nemo
eſt qui neſciat. Sed omitto laudes, pericu-
la magis oſtẽdo: hoc. n. multo melius atq;
utilius eſt. Recta qdem ſemita ueſtra cha
riſſimi, & ſecurior coniugatoꝝ uia, nõ ta-
men oĩno ſecura. Timendum. n. periculũ
triplex, id eſt ne forte aut æquare ſe alteri,
aut reſpicere retro, aut certe in medio põ-
te ſtare, aut reſidere qs uelit. Neq;. n. ullũ
ex his tribus pontis patitur anguſtia, &
arcta uia quę ducit ad uitam. Cõtra ergo
primum periculũ oremus ſinguli cũ pro- Pſal. 35
pheta: Ne ueniat pes ſuperbiæ: qm̃ ibi ce-
ciderũt qui operanť iniquitatem. Nam de
eo qui mittẽs manum ſuam ad aratrum,
poſtea retro conuertiť, certum eſt qm̃ la-
biť ſtatim, & pelagus operit caput eius.
Sed & qui ſtare uoluerit, non qdem relin
quens ordinem, ſed ꝓficere in eo diſſimu-
lans, cadat neceſſe eſt ab his qui ſequunť
impulſus et euerſus. Arcta. n. eſt uia, & im
pedimento eſt proficere & ꝓficiſci uolen
tibus. Hinc eſt qđ iugiter arguunt & re-
prehendunt, ꝙ ferre nequeunt tepiditatis
eius ſegnitiẽ, ꝙ uelut qbuſdã ſtimulis ur-
gent et impingũt manibus: ut unũ neceſſe
ſit è duobus, aut ꝓficere. ſ. aut prorſus defi
cere. Minime igiť oportet ſiſtere greſſum:
retroſpicere quoq;, aut æquare nos alijs,
multo expedit minus: ſed tota humilitate

currendum

currendum nob̃ & properãdum, neqñ
forte is q egreſſus eſt ut gigas ad curren
dã uiã, lõge à nob̃ fiat. quẽ ſi bñ ſapim⁹
ꝓuidentes in cõſpectu nr̃o ſp, & in eius
odore tracti facilius citiuſq; curremus.
Nec ṽo anguſta nimis inueniet pontis
ſemita currere in ea uolẽtib. tribus. n. cõ
pactus eſt lignis: ut q ꝑfecte eis inniti uo
luerint, nõ labať in itinere pes eoꝝ. Hęc
aũt ſunt pœna corpis, pauptas ſubſtan-
tiæ mũdialis, & humilitas obedientiæ.
Acto. 14. d Nã & ꝑ multas tribulationes oportet
2. Tim. 6. b nos intrare in regnũ cœloꝝ: & q uolunt
diuites fieri, incidunt in tentationẽ & la
queũ diaboli: & quẽ à deo ſuo exturba
uit inobediẽtia, ſine dubio ꝑ obedientiã
recto tramite ad eũ redit. Hæc itaq; ſibi
inuicẽ cõpacta eſſe neceſſe eſt. Nam nec
pœna corpis iter diuitias ſtabilis, nec o-
bediẽtia ſine pœna facile põt eſſe diſcre
ta, & pauptas in uoluptate & uolũtate
ꝓpria nullius põt eſſe momẽti, & obe-
diẽtia in diuitijs & uoluptate nec ſtabi-
lis nec glioſa. At ṽo his ritè cõpoſitis ui
de ſi nõ tria maris h⁹ ꝑicula euaſiſti, con
cupiſcentiã carnis, cõcupiſcentiã oculo
rum, & ſupbiã uitæ. Rite inq; cõpoſitis,
ut in pœna qdẽ nõdũ impatiẽtiæ, in pau
pertate ṽo cupiditatis ſcrupulũ, in obe
diẽtia neuũ caueas ꝓpriæ uolũtatis. Nã
& q murmurauerũt à ſerpẽtib. ꝑierũt: et
q uolunt diuites fieri, nõ ait q ſunt, ſed q
uolũt fieri, incidũt in laqueum diaboli.
Sed & illud qd refert ſi forte (qđ abſit)
nõ qdem diuitias, ſed ea ipſa ꝗ paupta-
tis ſunt, toto affectu deſideres, aut ẽt ar-
dẽtius quàm diuitias cupiant hoĩes ſcłа
res? Quid diſtat quæcunque ſubſtantia
deſidereť, dũ æqualr̃ ſit corruptus affe-
ctus, niſi ꝙ tolerabilius illud uideri p̃t ꝗ
pluris eſſe ṽnr, plurimũ deſiderare? Por
rò qſqs uel aperte uel occulte ſatagit, ut
qđ hẽt in uolũtate, hoc ei ſpũalis p̃r iniũ
gat, ipſe ſe ſeducit ſi forte ſibi q̃ſi de obe
dientia blandiať. Neq;. n. in ea re ipſe p̃-
Mar. 4 lato, ſed magis ei p̃latus obedit. Verũta
men qa iuxta ſniam ſaluatoris, in ꝗ men
ſura mẽſi fuerimus, remetieť nob̃: bonũ
eſt hoĩ hoc ad cumulũ dare, ut de eorũ
ſit numero qb. mẽſurã bonã & confertã
& coagitatã & ſupeffluentẽ dabũt in ſi
nus ſuos. Sufficit. n. ad ſalutẽ, corporis
moleſtias patiẽter ferre: ſed cumulus eſt
ẽt libenter in feruore ſpũs eas amplecti.
Sufficere põt ſupflua nõ reqrere, ſed nec
ꝑꝑ ipſa ſi forte deſint neceſſaria murmu
rare: ſed cumulus eſt ẽt exultare & libẽ-
ter q̃rere qũo alius magis hẽat neceſſa-
ria, et ipſe penuriã patiať. Sufficit quoq;
ad ſalutẽ, ſi nec impatientia nec ſimula-
tione ad id qđ deſideras inuitũ uelis p̃-
lati animum inclinare: ſed cumulus ẽ ẽt
fugere ea qb. uolũtatẽ ꝓpriam ſenſeris
oblectari, quãtũ ſanè bona cũ cõſcĩa po
tes. Porrò p̃lati qdem ipſi ſunt q deſcen-
dũt mare in nauib. facientes opationem
in aquis multis. Neq;. n. certa põtis aliq̃
ſeu uadi ſemita coarctantur: ut lib̃e poſ-
ſint uſquequaque diſcurrere, & occurrere
ſingulis ut oportet, ac dirigere põtis ſe-
mitã ſeu uadi, ordinare gradiẽtes, ꝑicula
inueſtigare ac declinare, excitare tepi-
dos, puſillanimes ſuſtẽtare. Deniq; aſcẽ
dũt uſq; ad cœlos, & deſcẽdũt uſq; ad ĩ-
feros, nũc qdẽ ſpũalia tractãtes atq; ſu-
blimia, nũc ĩfernalia & horribilia facta
dijudicãtes. Sed ꝗ poterit nauis inueniri
ꝗ tã ĩmanes ſuſtineat fluctus, & ĩ tãto ſe
cura poſſit eẽ diſcrimine? Vtiq; fortis ut
mors dilectio, durat ſicut ĩfernus ęmula
tio: qa iuxta qđ alibi hẽs, Aꝗ multę non
poterũt extinguere charitatẽ. Neceſſa- Cant. 8. c
ria ẽ & oĩno neceſſaria nauis iſta p̃latis,
trib⁹ cõpacta laterib. ꝗ eſt utiq; forã na
uiũ: ut ſit nimiꝝ iuxta Pauli doctrinam,
charitas de corde puro, & cõſcĩa bona,
& fide nõ ficta. Puritatẽ qdẽ cordis ĩ eo
p̃latus hẽat, ut ꝓdeſſe deſideret, nõ p̃eſ- 1. Tim. 1. b
ſe: ut. ſ. ꝓpriũ cõmodũ, uel honorẽ ſcłi,
ſeu aliud quippiam ſuũ in p̃latione non
q̃rat, p̃ter ſolum bñplacitum dei, & aĩa-
rum ſalutem. Sed cũ intẽtione pura, irre
prehenſibilis quoq; neceſſaria eſt cõuer
ſatio, ut forã factus gregis ĩcipiat facere
& docere: & ſcđm magr̃i nr̃i rłam, quæ
cunq; docuerit diſcipulis eſſe cõtraria,
hęc in ſuis actib. indicet nõ agẽda, ne for
te ſubmurmurare poſſit fr̃ quẽ arguit et

dicere: Medice cura te ipſm. Talis.n. oc-
caſio plurima dãnatio prælati, plurima
Luc.4.d ſubditoꝝ ꝑditio eſt. Nõ ꝙ ego bñ id ca
ueã, idcirco ſic loquor: ſed & mihi & oĩ-
bus pariter ꝟitas clamat, qm̃ oportet ir
reprehẽſibilẽ eſſe eũ q p̃eſt, ita ut ſecura
1.Tim 3.a cõſcia cum dño rñdeat exprobrãtibus
Ioan.8.f ſibi ꝟbum: Quis ex uob̃ arguet me de
pctõ? Nõ ꝙ ſine pctõ penitus eſſe poſſit
in hac miſera uita, ſed ꝙ ea q̃ arguit in di
ſcipulis, oportet ſummoꝑe uitare magi
ſtrũ. Ob hoc, q̃lis eſt in cõuerſatione, ta
lis ſit neceſſe eſt ẽt in occulta cogitatio
ne: ne uidelicet foris humilis, intus ela-
tus ſit, in corde ſuo p̃ſumẽs de ſapia ſeu
uirtute aut ſctitate ſua: q̃ eſt ſine dubio
fides ficta, qñ nõ ſicut oñdit hũilitas cõ
uerſationis, in ſola dei pietate cõfidit. Et
uide quã ꝓprie his tribus, cordis. ſ. puri-
tati, cõſciæ bonæ, & fidei nõ fictæ, cõue
nire uideãtur alia quoqꝫ ipſius apľi ꝟba
dicentis: Mihi aũt ꝓ minimo eſt ut à uo
1.Cor.4.a bis iudicer, aut ab humano die &c. Nõ
me iudico, inqt, qa nihil mihi conſcius
ſum, qđ meum aliqd q̃rã, ſed q̃ Ieſu xp̃i.
Sed & pro minimo mihi eſt ut à uob̃ iu
dicer, ꝑꝑ cõſciam bonam, & irreprehen
ſibilẽ cõuerſationẽ. Qui aũt iudicat me,
inqt, dñs eſt. ut in eo ſolo ſpem ſuã poſi-
tam eſſe doceret, humiliatus ſub potenti
manu dei. Sed et illud tu iudica utrũ poſ
ſit his cõueniẽter aptari trina Petri inter
rogatio, ut hoc ſit dicere, Amas me, a-
mas me, amas me? Hẽs charitatẽ de cor
de puro, & cõſcia bona & fide nõ ficta?
Merito ſiqdem interrogatur an charita
tem hẽat piſcator hoĩum conſtituẽdus.

Exhortatoriũ ad fratres de altitudine & baſſi tudine cordis. Sermo 1.

De eo qđ nuprime dictũ eſt ſur-
ſum alios, alios deorſum aſpice
re: hẽo adhuc aliqd qđ ueſtræ
nõ ſileã charitati. Nã eaꝝ qdem cogita
tionũ q̃s expſſimus tunc, ſi bñ memini-
ſtis, licet ꝑfectior altera, utraqꝫ tñ utilis
eſt. Sũt aũt q alio modo aut ſurſum cor
hẽant, ſicut fecit deus hoĩem rectum, &
ſecure rñdeant ad exhortãtis uocẽ preſ-
byteri: Hẽmus ad dñm. Sũt & alii q ſi-
miles brutis aĩalib. inclinati deorſum, de
riſui ſeſe faciãt eſſe immũdis ſpiritib⁹, q
ꝓfecto clamitãt illudentes: Incuruare ut
trãſeamus. Scitis.n. qđ in cõgregatione
plurimoꝝ impoľe eſt unius oẽs fortitu-
dinis eſſe ſeu corpoꝝ ſeu moꝝ: nã utrãqꝫ
infirmitatem patienter ferre rľæ noſtræ
mõet authoritas, & utriqꝫ aliq̃tenus cõ
deſcẽdere iubet charitas. Videt hoc al-
ter quiſpiam, & fortaſſis incipit inuide-
re cui condolere debuerat. Hinc accidit
ut ſæpe beatificet eum in corde ſuo, ea
de re unde miſerum ſe ille reputat mole
ſtè ferens neceſſitatem ſuam. Oĩno igi-
tur ĩcuruatum ſe eſſe: & baſſo corde car
nem ſapere ꝓbat, apud quẽ ne ipſa qdẽ
miſeria caret inuidia. Sed eis quas certa
charitatis conſideratione alienæ neceſſi
tati diſpenſationes p̃latus impendit, ta
libus apponit cor ſuum, ſimilia quærẽs:
murmurat aduerſus eum qui denegat ir
rationabiliter poſtulanti. Hinc ſuſpicio
nes, detractiones & ſcandala ſuſcitãtur.
Non idcirco id loquor chariſſimi, quaſi
magnopere de uobis habeam conque-
ri ſuper hac re, ſed præmonere uos & p̃-
munire neceſſarium dixi ꝑꝑ multos qui
inter uos ſunt teneri & delicati: quibus
aut ætas aut infirmitas rigorem cõis rľę
exigit aliquatenus temperari. Gratias
ei de cuius mũere uenit, quia multos hic
uideo quorum mens intenta deo tã lon
ge facta eſt ab illo infimo cogitatu, ut
iuxta ſe poſitos debiliores prorſus igno
rent, ſe minus omnibus facere conque-
rantur. Nimirum quia ſuperiores ſemꝑ
attendunt, cum apľo obliti q̃ retro ſunt,
& extenti in anteriora. Quãtum putas il
los ego admiror, quãtum ueneror in cor
de meo, quantum amplector charitatis
affectu, qui uelut neſcientes eos quos ſe
cum quotidie uident: unum forte aut
duos, ſeu etiam plures quos in maiore
feruore ſpũs uiderint, ſibi ex omnib. eli-
gunt: & cum ipſi forte meliores ſint, ſꝑ
tñ illoꝝ ſibi præponunt & proponunt
in dño ſctã ſtudia & exercitia corꝑalia
ſeu ẽt ſpũalia. Memini me altera quoqꝫ
iam uice dixiſſe, ſed iteꝝ repetere non

[Alias fra ter quidã laicus. grauabor, q̃ꝫ ſublimi aliqñ meditationi
monachus [qdam laicus toto intendit
ſpatio uigiliaꝝ. Etem̃ ſummo mane ap-
prehenſum me in auditorium trahit, &
proſtratus pedibus: uæ mihi, inqt, quia
monachum in uigiliis unum conſidera-
ui in quo triginta uirtutes numeraui; q̃-
rum ne unam quidem in me inuenio. Et
fortaſſe nullam ille tantam hẽbat, quãta
hæc ipſa erat religioſæ æmulationis hu-
militas. Hic itaqꝫ fructus ſit nr̃i h⁹ ſermo
nis, ut alioꝝ altiora ſꝑ attendat, quia in
eo plenitudo conſtat humilitatis. Nam
ſi forte in re aliq̃ maior tibi fratre aliquo
gratia collata uř, ſed in multis (ſi bonus
æmulator fueris) iudicare te poteris in-
feriorẽ. Quid. n. ſi forte laborare aut ie-
iunare plus illo potes, & ille te patientia
ſuꝑat, p̃cedit humilitate, ſuꝑeminet cha
ritate? Quid. n. tota die ſuꝑ id qđ uide-
ris habere, inſipiẽti cogitatione ꝟſaris?
Eſto magis ſolicitus ut ſcias qd deſit ti-
bi. Hoc. n. melius. Vtinã frẽs nos ſic eſſe-
mus cupidi gratiæ ſpũalis, queẽadmodũ
ſeculares hoĩes pecuniæ tꝑalis. Debui-
mus certe & multum debuimus uince-
re in bono malum, & tãto amplius deſi
derare, quanto p̃cioſius eſt qđ deſidera
mus: ſed utinã uel æq̃les eſſe poſſimus.
Magna. n. cõfuſio, magna ualde, ꝙ ar-
dentius illi ꝑnicioſa deſiderãt, q̃ꝫ nos uti
lia: citius illi ad mortem ꝓperant, q̃ꝫ nos
ad uitam. Quanto. n. deſiderio pecuniæ
cruciet̃ auarus, quanto gloriæ appetitu
ambitioſus exæſtuet, quàm uiolẽter de
niqꝫ ſua trahat queqꝫ uoluptas, qs expli
cet? Videas certe eos qcqd adepti ſunt
paruipẽdere, nõ attendere quãto labore
& deſiderio ea uix tãdẽ cõſeq potuere:
qm̃ uileſcũt eis oĩa p̃ deſiderio minoris
forte rei quã alteri cœperint inuidere.
Et tu ergo non magnoꝑe cogites q̃ tibi
uideris hr̃e: niſi forte interdũ ut gratias
agere poſſis, & te noueris debitorem ei
qui dedit: ſeu gratia cõſolationis, cũ id
neceſſe fuerit, ne q̃libet ex cauſa triſtior
fias. De cętero ea ſꝑ magis attende quę
alius hẽt, tu nõ hẽs: ꝙ hæc cogitatio in
humilitate te cuſtodiat, & a deſcẽſu te
piditatis elonget, magis aũt & accẽdat
deſiderio ꝓficiendi. Vide aũt quãtũ è re
gione malũ cogitatio illa parturiat, q̃ ſe
dulè ꝟſas in aĩo qđ tibi hr̃e uideris, &
alteꝝ quẽpiã æſtimas nõ hr̃e. Hinc em̃
eleuaris in ſuꝑbiã, dũ te præponis alteri.
Hinc ꝓficere negligis, dum te magnum
quẽpiã arbitraris. Hinc demum incipis
et deficere, dũ tibi alterius cõparatione
ẽt nimis egiſſe uideris, ſicqꝫ in tepiditatẽ
incidis, et incipis remiſſius agere. Scim⁹ Iaco 4.b
aũt quia deus ſuꝑbis reſiſtit, humilibus Hie.48.
aũt dat gratiam, & quia maledict⁹ qui
opus dei negligenter fecerit. Bti ꝟò qui
eſuriunt & ſitiũt iuſtitiam: quia ſi ſpũ fa
cta carnis mortificauerimus, uiuemus: ſi
uerò ſcđm carnẽ uixerimus, moriemur.

Vnde ſupra. Sermo 2.

Haec eſt gñatio quęrentiũ dñm, Pſal.23.b
quærentium faciem dei Iacob.
De diuerſis & diuerſa quęrentib.
hoĩum turbis aĩo fatigatus, q̃ꝫ deſiderã-
ter ad hunc cuneum hodie ſpm̃ refocilla
turus acceſſi. Gratias deo, non ſum frau
datus à deſiderio meo, non fruſtratus à
ſpe mea. Concupiui uidere, uidi, & liq̃- Pſal.34.b
facta eſt aĩa mea. Repletus ſum conſo-
latione, ſuperabunbo gaudio, oĩa inte-
riora mea noĩ dñi bñdicũt, oĩa oſſa mea
dñt, dñe quis ſimilis tibi? Nempe proſpi
ciens eminus cum accederem, fateor ui
dere mihi corꝑaliter uiſus ſum quos in
ſpũ quõdam ꝓpheta præuidit, & cõti-
nuo ſubiit animum quod ore ille de-
promp ſerat, ut cũ eo pſallerem dicens:
Hæc eſt gñatio quærentium dñm. Mul
tæ ſunt gñationes hoĩum, & (ni fallor)
tertia iſta gñatio, quę nunc uiget & ap-
paret in uobis. Prima ſiquidem gñatio
nec quærens adhuc dñm, nec q̃ſita fuit
à dño: cum in obliuione mentis et reatu
iniquitatis unumquenqꝫ genuit mater
ſua. Scđa ꝓinde ſtatĩ (ſicut neceſſe erat)
ex aqua & ſpiritu remedium nob̃ exhi
buit feſtinatum: & fuit illa generatio nõ
dum quidem generatio quærentium,
ſed tamen iam quęſitorum, quòd nec
ſciẽtes adhuc quęrere dominum nec ua
lentes ipſe quęſierit. Quęſiuit igitur nos,

&acqſiuit in gñatione ſcđa,ut eſſemus
iam ppl'ſ acquiſitionis. Si adhuc forte ſe
nior fr̃ murmurat,&inuidia cõtabeſcit,
dr̃ ei, Qm̃ epulari & gaudere oporte-
bat,ꝗa hic fr̃ tuus ꝑierat, & inuẽtus eſt.
Cæteꝝ ad hoc ſtatim q̃ſiuit nos dñs ut
q̃reretur tꝑe opportuno, cum iam poſ-
ſet q̃ri,poſſet & inueniri. Væ nob̃ qm̃ tã
diu diſſimulauimus & neglexímus q̃re
re uitam,q̃rere eũ ꝗ ſolus bonus eſt q̃rẽ
tibus ſe,aĩæ ſperanti in ſe. Vę tibi gñatio
praua & exaſperans, mala & adultera
gñatio,mendacium uſq; hodie q̃ritans,
& diligens uanitatem,nec ſeruãs fidem
cui deſponſata fueras ꝟitati. Nunꝗd nõ
opus hẽt eiuſmodi gñatio naſci denuo,
iteꝝ gñari?Et maxime. Nẽpe genimina
uipaꝝ facti,tanto magis nunc neceſſe
hñt in uentrem mr̃is gr̃æ iterato introi-
re & naſci,quanto facta noſcunt̃ poſte-
riora eoꝝ deteriora prioribus. Gr̃as ipſi
gr̃æ,& ſi dici põt,pluſq; gratuitæ miſe-
rationi,q̃ bñficijs obruit non modo im-
meritos,ſed nimium male meritos & in-
gratos. Gr̃as ei ꝗ regñauit uos ẽt hac ui-
ce in ſpem uitę,ut adoptionem filioꝝ re
cipetis. Voluntariè.n.nunc ꝓpriè genuit
uos,ꝟbo utique ueritatis. Nã ꝙ prius
uos genuit ſacr̃o eꝗdem pietatis,etſi uo
luntarium gñanti,genitis tñ uoluntariũ
eſſe nõ potuit,in ꝗbus adhuc nullus uo
lũtatis uſus,nullum rõnis exercitiũ fuit,
ac proinde nulla gñationis ipſius agni-
tio,nulla tanti notitia genitoris. Nũc de
mum uoluntaria gñatio uoluntariũ ex-
hibet ſacrificium,iuxta illud. Volũtariè
Pſal. 53. b ſacrificabo tibi, & confitebor noĩ tuo
dñe,qm̃ bonum eſt. Hæc eſt gñatio q̃rẽ
tium dñm. Quærentium,an hñtium di-
cam?Hñtium utiq; & q̃rentium. Alio-
quin non poſſent q̃rere non hñtes. Sed
ꝗd hñtes,aut ꝗd quærentes?Vel potius
q̃uo hñtes,q̃uo reꝗrentes? Verbo geni-
ti,ꝟbũ hñt. Nunꝗd non ꝟbũ dñs?Ioan.
Ioan.1.a audi. Et deus erat ꝟbũ. Quid ergo iã am
Pſal. 23. b plius quęrit gñatio q̃rentium dñm? Cõ
ſidera ꝗd ſeꝗ̃tur in pſalmo. Hæc eſt gña
tio quærentium dñm,quęrentium faciẽ
dei Iacob. Eundẽ ꝓinde hñt pariter &re
quirunt,quia unus idemq; & ꝟbum pa
tris,& ſplendor paternæ gl'iæ eſt. Et is
ꝗdem non q̃ſitus hr̃i forſitan põt, non
habitus aũt quæri oĩno non poteſt. De-
niq; ipſa eſt quę de ſe loquitur ſapiẽtia:
Qui edit me,adhuc eſuriet. Potens ipſe Eccl. 24.
eſt præſtare ẽt ſe non quærenti,ꝗ (ut ſu-
pra oſtendimus) de cumulo gr̃æ & bñ
dictione dulcedinis quærit & præuenit
adhuc quærere non ualentes. Nemo au
tem ante idoneus quærere quam hr̃e, Ioan. 6.
quia nemo,inquit,uenit ad me niſi pa-
ter meus traxerit eum. Adeſt ergo ꝗ tra
hit, & quodammodo necdum adeſt ꝗ
non aliò trahit quàm ad ſeipſum. Nun-
quam.n.nec uſquam ſine filio pr̃ adeſt
per fidem ut ad ſpẽm trahat. Q̃uo ergo
nunc non exultet ſpũs meus,q̃uo non ſi
ne modo iucundetur in gñatione iſta q̃-
rentium dñm?Nempe teſtimonium cre
dibile nimis guſtatæ ſapiẽtię, eſt eſuries
ipſa tam uehemens. Certiſſima mihi ꝓ-
batio & indubitabile argm̃ quia hẽtis
quem ſic quæritis:& in uobis habitat,
qui tam ualide trahit uos ad ſeipſum.
Non.n.humanæ poſſibilitatis eſt curſus
iſte,eius dextera facit uirtutem,cui ſem
per neceſſe eſt ut clametis: Trahe nos Cant. 1.
poſt te, in odore unguentoꝝ tuoꝝ cur-
remus. Non incꝫ ab hoĩe forma iſta con
uerſationis,nec aliud experimentum q̃-
rimus eius qui in uobis habitat Chr̃s,
q̃ꝫ ꝙ ita quæritis Chriſtum. Videtis em̃
fratres qualem ſpm̃ accepiſtis, ſpm̃ qui
ex deo eſt,ut ſciatis quæ à deo donata
ſunt uobis. Audiuimus apl'icum,audiui
mus & propheticum,etiam & euange-
licum gradum,quibus nihil à nobis arbi
tror poſſe ſublimius affectari. Sanè è ſin
gulis mihi uideor in uobis aliquid,et ma
gnum aliquid inuenire. Quis enim cœli-
bem uitam,uitam cœleſtem & angeli-
cam dicere uereatur?Aut quod in reſur
rectione futuri ſunt omnes electi, q̃uo
non iam nunc eſtis,ſicut angeli dei ĩ cœ-
lo,à nuptijs penitus abſtinentes? Am-
plectimini fratres,precioſiſſimam mar-
garitam, amplectimini ſanctimoniam
uitæ,quæ uos efficit ſctõꝝ ſil'es, & do-

meſticos dei:dicente ſcriptura: Incorru
Sap.6.c ptio facit ꝓximum eſſe deo. Ita ergo nõ
ur̃o ꝗdem merito,ſed gr̃a dei eſtis quod
eſtis:ꝗđ ad caſtitatem et ſanctimoniam
ſpectat,angeli ꝗdem terreni,aut potius
cœli ciues: ſed interim in terra peregri-
ni. Quandiu.n.ſumus in hoc corꝑe,pere
grinamur à dño. De prophetia ꝗd dici-
Luc. 16. d mus?Lex & ꝓphetæ uſq; ad Ioan. ꝟitas
ait. Verũtñ nõ erat ille aduerſarius, ſed
diſcipulus utiq; ꝟitatis,ꝗ dicebat etiam
1.Cor.13.c poſt Ioan. Ex parte.n.cognoſcimus, &
ex parte ꝓphetamus. Ceſſauit ergo ꝓ-
phetia,ꝗa iam cognoſcimus. necdũ tñ
tota ceſſauit,ꝗa adhuc ex parte. Cũ ue-
nerit,inꝗt,ꝗđ ꝑfectum eſt,euacuabitur
Ibidem ꝗđ ex parte eſt. Siꝗdem añ Ioan. ꝗ fuer̃t
ꝓphetæ,utrunq; aduentum dñi ꝓphe-
tabant,& q̃ſi neutra adhuc pars ſalutis
in notitia,ſed utraq; ĩ ꝓphetia erat. Ma
gnum ſanè ꝓphetandi genus cui uos de
ditos eſſe conſpicio, magnum ꝓphetiæ
ſtudium cui uos uideo mancipatos. Qđ
2.Cor. 4.d illud?Nempe iuxta apl'm non cõſidera
re q̃ uñr,ſed q̃ nõ uñr,ſine dubio ꝓphe-
tare eſt. Ambulare in ſpũ,ex fide uiuere,
q̃ ſurſum ſunt q̃rere,nõ q̃ ſuꝑ terrã:obli-
uiſci q̃ retro ſunt,& extẽdi in anteriora,
ex magna parte ꝓphetare eſt. Alioꝗn
quonam modo niſi ꝑ ſpm̃ ꝓphetię con-
uerſatio nr̃a in cœlis eſt?Sic nimiꝝ pro
phetæ olim q̃ſi non inter hoĩes erant ſui
tꝑis,ſed uirtute & impetu quodam ſpũs
dies illos trãſilientes exultabãt ut uide-
Mat. 19.d rẽt diem dñi,& uidebãt & lætabant̃ in
ea. Sed & ꝓfeſſionẽ apl'icam audiamꝰ.
Ecce nos reliꝗmus oĩa: & ſecuti ſumꝰ te.
Si gl'iari licet,habemus gl'iam:ſed ſi ſapi
mus,hr̃e curabimus apud deũ. Hæc em̃
ꝟa eſt gl'iatio,ut ꝗ gl'iatur,in dño gl'iet̃.
Nam neque manus nr̃a excelſa,ſed dñs
fecit hæc oĩa. Fecit nob̃ magna ꝗ potẽs
eſt:ut merito magnificet aĩa nr̃a dñm.
Ipſius.n.magno munere factũ eſt,ut ma
gnum illud ꝓpoſitum uñ magni gl'iabã-
tur apl'i,magnificè ſequeremur. Forte ẽt
ſi in hoc quoq; gl'iari uoluero,nõ ero inſi
piẽs. Veritatẽ.n. dicã,eſſe hic aliquos ꝗ
pluſq; nauẽ & retia reliꝗre. Quid ꝟò il-
lud ꝗđ ipſi ꝗdẽ apl'i reliquerant oĩa, ſed
ut pñtem in carne dñm ſequerent̃? Non
eſt nr̃m dicere,ſecurius ipm̃ dñm audia
mus. Quia uidiſti me,inꝗt,Thoma cre- Ioan. 20.g
didiſti:btĩ qui nõ uiderunt,et crediderũt.
Forte ẽt prophetandi genus excellẽtius
eſſe uidebitur,non intendens quibuſcũ
que tꝑalibus rebus & tranſituris aliqñ:
ſed ſpũalibus & æternis,nihilominus in
uaſe fictili theſaurus caſtitatis illuſtrior,
in carne fragili ex aliqua parte probabi
lior uirtus. Vbi ergo angelica in hoc cor
pore conuerſatio, in corde prophetica
expectatio,in utroq; apl'ica perfectio in
uenitur: quantus iſte cumulus gr̃arum?
Quid retribuitis dño pro omnib. quę re
tribuit uobis? Sublimis gradus, ſed eo
amplius periculoſa ruina. Nunꝗd non
tres cœli ſunt quos aſcendimus? Itaque
qui ſtat,uideat ne cadat. Videbam,in- Luc. 10.c
quit, ſatanam tanquam fulgur de cœlo
cadentem. Ex alto corruit, confractus
& comminutus eſt,deſperata eſt plaga
eius. Factus eſt ſpiritus eius uadens,
& non rediens. Nunquid & uos uul
tis abire? Satanas ruit, nunquid &
ruitis uos ſecum?Q̃ȝ ſalubrius uobis ſta
re in uijs dñi,ſtare in gr̃a in q̃ ſtatis. Non
em̃ btũs uir qui non abijt in uia pctõꝝ,
btũs magis cuius eſt auxiliũ abs te dñe.
Ibunt.n. hmõi de uirtute in uirtutẽ,ad ui
dendum deum deoꝝ in Sion,ad uiden-
dum in bonitate electoꝝ tuoꝝ,ut laude
ris cum hæreditate tua. Ipſi nempe hr̃-
ditas,ipſi ſunt dij,& filij excelſi oẽs. Ita-
que fr̃es mei,qñquidem ueriſſimè certiſ
ſimeq; hæc eſt gñatio quærẽtium dñm, Pſa. 104.a
quęrentium faciem dei Iacob: quid uob̃
dixerim aliud quàm quod idem ꝓphe-
ta ait: Lætetur cor quærentium dñm: q̃-
rite dominum & confirmamini: quęrite
faciem eius ſemper? Et quod alius qui- Eſa. 21.c
dam dicit: Si quæritis,quærite. Quid eſt
ſi quæritis,q̃rite? In ſimplicitate cordis
quærite illum. Non aliud tanq; illum,
non aliud præter illum, non aliud poſt
illum. In ſimplicitate cordis quærite il-
lum. Simplex natura,ſimplicitatem cor
dis exquirit. Deniq; & cum ſimplicib.

ſermocinatio eius. Vir duplex aío, incõ
ſtans eſt in oíb. uíjs ſuis. Non põt quē q̄-
ritis inueniri ab his q ad tp̄s credunt, &
in tp̄e tētationis recedunt. Aeternitas ē:
q̄ niſi perſeueranter quæſita, minime in-
uenitur. Væ ēt pc̄tōri terram ingrediēti
duabus uíjs. Nemo. n. duobus dn̄is ſer-
Luc. 18.c uire põt. Ne hãc quidem duplicitatem
amat ītegritas illa, perſectio illa, illa ple
nitudo. Indignum. n. eſt ei ut inuenien-
dam ſe præbeat, niſi perfecto eam q̄ſie-
ris corde. Cæterꝝ ſi odibilis eſt canis re
uerſus ad ſuū uomitū, & ſus lota in uo-
lutabro luti, ſed & ip̄m quoqꝫ quem in-
uenerit tepidum, ex ore ſuo euomere in-
cipit deus: ſimulator & ꝓditor ubi pare
bunt? Si maledictus q facit opus dei ne-
gligenter: q fraudulenter fecerit, qd me
ret? Fugiamus hanc duplicitatem cha-
riſſimi, & à fermento Phariſæorꝝ oímo
dis caueamus. Veritas eſt deus, & tales
q̄ſitores reqrit, q q̄runt eum in ſpū & ue
ritate. Si nolumus fruſtra q̄rere dn̄m, q̄-
ramus ueraciter, q̄ramus frequenter, q̄-
ramus pſeueranter: ut nec pro illo q̄ra-
mus aliud, nec cum illo aliud, ſed nec ab
illo ad aliud conuertamur. Facilius eſt
enim cœlum & terram tranſire, q̄ ut ſic
quærens non inueniat, ſic petens non ac
cipiat, ſic pulſanti non aperiatur.

Quomodo malum duplex cooperetur in bonum. Sermo tertius unde ſupra.

P Auperes qdem uidemur & ſu-
mus: ſed ſi ſp̄m q ex deo eſt acci
piamus, ut ſciamus q̄ à deo do-
nata ſunt nob: magna ab eo gloria, ma-
gna nob eſt collata ptās. Quotquot, in
Ioan. 1.b quit, recepunt eum, dedit eis ptātem fi-
lios dei fieri. An non ptās filiorꝝ dei eſt
iſta, qn̄ ēt nob ſeruiūt uniuerſa? Sciebat
Rom. 8.c enim apl's ipſe qm̄ diligentibus deū, oía
cooperant̄ in bonū. Sed forte dicat ali-
quis urm, qd hoc ad me? & in puſillani
mitate cordis ſui talia meditet̄: Gl'ientur
certe de ptāte filiorꝝ dei, in qbus filialis
erga eum feruet amor, uiget affectus: ut
pſumant oía ſibi coopari in bonum, qui
deum diligunt in ueritate. Ego uerò mē
dicus ſum & paup, carens affectu filiali,
expers dignæ deuotionis. Sed attende
qđ ſequitur. Nullum. n. deſperationi lo
cum reliquit in ſcriptura ſua, qui alio lo
co ſic loquitur: Vt per patientiam & cõ
ſolationem ſcripturarꝝ ſpem habeamꝰ.
Affectus. n. ille quem quęris, pax eſt, nõ
patientia. in patria eſt, nõ in uia: nec eos
qui eiuſmodi ſunt, à ſcriptura opus ē cõ
ſolari. Ergo per patientiam & conſola-
tionem ſcripturarꝝ ſpem habeamus, ēt
ſi nondum poſſumus apprehendere pa-
cem. Propterea cum dixiſſet diligentibꝰ
deum oía cooperari in bonum, ſolerter
addidit, his qui ſcđm propoſitum uoca
ti ſunt ſancti. In quo uerbo nõ te terreat
ſanctitatis nomen, qn̄ non ſcđm meri-
tum, ſed ſcđm propoſitum, non ſcđm
affectionem, ſed ſcđm intentionem ſan-
ctos uocat, iuxta illud prophetæ: Cuſto Pſal. [illegible]
di animam meam, qm̄ ſanctus ſum. Illã
enim quam putas ſanctitatem ne ipſe
quidem Paulus corruptibili adhuc gra
uatus corpore arbitrabatur ſe compre-
hendiſſe. Vnum autem, inquit, quę retro Phil. iii
ſunt oblitus, & in ea quæ ante me ſunt
extendens, ſequor ad palmam ſupernæ
uocationis. Vides quia licet nõdum ap-
prehendiſſet brauium, habebat tn̄ ꝓpo
ſitum ſctitatis. Et tu ergo ſi propoſueris
in corde tuo declinare à malo, & facere
quod bonum eſt, tenere quod accepi-
ſti, & proficere ſp in melius, ſed & ſiqd
aliqn̄ minus recte egeris (ut eſt humana
fragilitas) non in eo perſiſtere, ſed pœni
tere & corrigere quantum pręuales: eris
ſine dubio ſctūs et tu, ſed cui interim cla
mare neceſſe ſit: Cuſtodi animam meã,
qm̄ ſctūs ſum. Vis ergo noſſe quemad-
modum hmōi ſanctis oía cooperantur
in bonum? Non modo curro per ſingu-
la, quia in longum protrahi ſermonē ho
ra non patitur. Eundum nob eſt, iam. n.
campanam audiuimus, iam ueſpertinæ
tp̄s orōnis aduenit. Audite ergo ꝟbum
abbreuiatum quemadmodum nob uni
uerſa ſeruiant, oía cooperētur in bonū.
Inimici nr̄i ſiut iudices. Etenim ſiquidē
illi pro nob, quis contra nos? Si pro no
bis faciunt hoſtes noſtri, qūo nõ omnia

ſit cū illis? Porrò duo nob (ut manifeſtū
eſt) aduerſant̄ hoſtium gn̄a, malum ui-
delicet duplex, qđ facimus & qđ pati-
mur. Hæc autem, ut aptius dixerim, ſunt
culpa & pœna. Itaqꝫ cum ſit nob utraqꝫ
contraria, erit ſi uoluerimus utraqꝫ pro
nob, ut hęc qdem ab illa liberet, & item
aduerſus iſtam iuuet illa, nec parꝝ. Ecce
em̄ cõpūgimur in cordib. nr̄is & in cubi
li cõſciæ ſup delictis p̄teritis, ſed delinit
conſciam, & corrodentium pc̄tōrꝝ den
tes cõterēs reducit ad ſpē uenię pn̄ia iſta
& uoluntaria pœna quam patimur, nõ
ſolum aūt p̄terita, ſed & futura repellit.
Nã & tentãtia ꝓpulſat uitia, & nõnulla
ſic perimit, ut raro aut nunq̄ erigere ca-
put audeant uenenatū. Sic pœna facit ꝓ
nob aduerſus culpam, ut uel oíno nõ ſit,
uel ſit minor. Culpa uerò nihilominus
agit, ut aut non ſit, aut minor ſit pœna.
Non qdem ut oíno nõ ſit, ſiue à quanti-
tate ſua minoret̄, qđ nullatenus expedi
ret: ſed ut nõ ſit pœna, aut minor ſit pœ-
na, uidelicet ut aut non ſit, aut minus ſit
oneroſa. Quiſqs. n. pfectè ſenſerit onus
pc̄ti, & aíæ læſionem exteriorē, utiqꝫ aut
parꝝ ſentiet, aut ex toto non ſentiet cor-
poris pœnã, nec reputabit laborem quo
pc̄tã nouerit deleri p̄terita, futura caue-
ri. Sic. n. ſctūs Dauid cõuitiãtis ſerui nõ
2.Re.16.b reputauit iniurias memor filíj pſequētis.

Vnde ſupra de duabus menſis, Sermo 4.

L Abor iſte frēs, exilíj & paupta-
tis nr̄æ nos admonet, ꝓfecto et
iniquitatis. Vt qd. n. morte affi-
cimur tota die, in ieiuníjs multis, in uigi-
líjs abundantius, in laborib. & ęrūnis?
Nunqd ad hęc creati ſumus? Abſit, nam
licet hõ natus ſit ad laborē, ſed minime
ad laborē creatus eſt. natiuitas eſt in cul
Pſal. 50.a pa, ideo & in pœna. Oēs. n. oportet nos
gemere cum ꝓpheta: In iniqtatib. con-
ceptus ſum, & in pc̄tis concepit me mr̄
mea. Aliena ab utriſqꝫ prima creatio, qa
ſicut nec culpã, ita nec pœnam deus fe-
cit. Qđ de ea q̄ maior eſt oíum, morte
uidelicet apte ſcriptura teſtat̄. Inuidia
diaboli mors introiuit in orbem terrarꝝ.
Et in alio loco. Deus mortē nõ fecit. Ita
que ſicut laborãtib. manib nec oculus
ppea claudit̄, nec auris abſtinet ab audi
tu, ſic imò & multo melius laborante
corpe mēs quoqꝫ ipſa ſuo intēta ſit opi
ut nõ uacet. Cãm laboris cogitet ī labo
re, ut ipſa ei pœna quã patit̄, culpã ꝓ q̄
patit̄, repræſentet. Et dum uidet uulnerꝝ
ligaturam, ipſa ſub pannis uulnera medi
tet̄. Hmōi ſiqdem cogitatione humilia-
mur ſub potenti manu dei, & dulci q̄dã
pietate mēs plena, miſerabilē ſe exhibet
in oculis eius. Hinc qppe ſcriptura nos
admonet: Miſerere, inqens, aíæ tuæ pla Eccl. 30.d
cens deo. Nec dubium qn ea q̄ deo pla
cet miſeria facile poſſit eius miſericor-
diã obtinere. Et ne dixerimus, un̄ miſerē
dū ſit aíab. nr̄is? Niſi. n. inſipienter diſſi-
mulauerimus, multa in eius miſeratione
digna poterunt inueniri. Vnū tn̄ dico, ut
occaſionem uob dediſſe uidear, & cęte-
ra quoqꝫ ſil'r aduertatis. Nõne uelut in-
ter duas mēſas poſiti epulãtes hincinde
ſpectamus ieiuni? Sic ſumus oíno, ſic ſu-
mus. Vn̄ ergo ſic poſitis riſus, un̄ iocus,
un̄ leuitas, un̄ ſupbia, un̄ extollētia ocu-
lorꝝ? An forte non agnoſcimus menſas,
non cõſideramus epulas, delicias nõ ui
demus? Hinc mihi ſunt quos uideo deli
cioſe uiuentes in oíb. bonis ſenſibilis hꝰ
mūdi: ide cõtēplator alios qb. diſpoſuit
Xp̄s regnū, ut edant & bibãt ſup menſã
eius in regno pr̄is ſui. Vtrobique uideo
ſil'es mei hoíes, frēs meos, & heu me ad
neutram licet extēdere manū. Ab utra-
que mēſa ꝓhibeor, ab hac qdē ꝓfeſſio-
nis, ab illa corpis uinculo, ut nec ad infe
riorē audeã, nec ad ſupiorē accedere poſ
ſim. Quid īter hæc reſtat niſi comedere
panē doloris, ut ſint mihi lachrymę meę
panes die ac nocte, ſiqs forte cœleſtiū
cõuiuarꝝ miſericordia motus, ī os latrã-
tis ſub mēſa catelli ul' exigua aliq̄ delicia
rū illarꝝ fragmēta dimittat? Nã inferior
qdē cõſideratio q̄ nob ipſis cõpatimur
eorꝝ reſpectu quos nouimus delicioſe
uiuētes in hoc ſcl'o, infirmæ adhuc aíæ ē,
nec oíno talis mihi placet affectio in aía
ſpūali. Lõgius. n. poſitus eſt à iudicio ꝟi
tatis, qui beatificat quos uelut miſerri-

mos lugere debuerat, q peccant & non
agũt pniam: & ſe miſeꝝ reputat non ſa
nè cõſenſu iudicij, ſed affectionis ſenſu,
ꝙ nõ ſit ſicut illi, q id magis optare de-
buerãt, ut oẽs eſſent ſicut ipſe. Hoc tñ ſo
lũ tali in cogitatione laudabile eſt, ſi mi
ſeriã ipſam quã reputat, ꝓ amore ſiue ti
Pſal. 16. b more dei patiẽter ferre deliberat, & cũ
pietate q̃dam dicit deo: Propter ṽba la
bioꝝ tuoꝝ ego cuſtodiui uias duras. Et
hæc qdẽ cogitatio inchoantium eſt: tãq̃
lac paruuloꝝ. At ṽò cũ iã ꝓficere cœpit
aĩa, & affectione ſequi iudiciũ rõnis, oĩa
ꝓculdubio detrimentũ faciet, & quaſi
ſtercora arbitratus lugebit cũ ꝓpheta
ſuꝑ eos qui amplexati ſunt ſtercora. Ip-
ſe ṽò ſctã q̃dam humilicꝫ ſuperbia hæc
uniuerſa deſpiciet, & magna in altitudi
ne aĩ collocatus non btm̃ dicet populũ
cui hæc ſunt, ſed miſeꝝ planè, btm̃ uero
cꝰ dñs deus eius. Veꝝ dũ hic ita ſui cõ-
paratione miſeret̃ illis, inueniet uticꝫ q̃-
rũ cõparatione, ſui quocꝫ miſereat̃, ſi ſu-
ſpexerit ad cœleſtes diuitias, & delecta
tiones in dextera dñi uſcꝫ in finem. Vñ
Rom. 8. d fit ut qui prius de iferiori irriguo lachry-
Pſal. 119. a mas fundẽs plangebat dicens, qm̃ pp te
mortificamur tota die: iam de ſuperiori
abundantiores emittat fletus dicẽs. Heu
mihi, quia incolatus meus ꝓlõgatus eſt.

Prologus beati Bernardi in ſermonem ſeq.

Hugoni militi xpi, & magiſtro militiæ xpi

b Ernardus Clareuallis ſolo noĩe
abbas, bonum certamen certa-
re. Semel & ſcđo & tertio (ni
fallor) petijſti à me Hugo chariſſime, ut
tibi tuiſcꝫ cõmilitonibus ſcriberem ex-
hortationis ſermonem: & aduerſus ho-
ſtilem tyrannidem quia lanceam non li
ceret, ſtilum uibrarẽ, aſſerens uobis non
parum fore adiutorij, ſi quos armis non
poſſum, lrĩs animarem. Diſtuli ſanè ali-
quandiu, non ꝙ contemnẽda uideretur
petitio, ſed ne leuis p̃cepſcꝫ culparetur
aſſenſio, ſi quod melius melior implere
ſufficeret, p̃ſumerem imꝑitus, & res ad-
modũ neceſſaria per me minus forte cõ
moda redderet̃. Veꝝ uidens me longa
ſatis huiuſcemodi expectatione fruſtra
tum, ne iam magis nolle quã nõ poſſe ui
derer, tandem ego qdẽ qđ potui feci, le-
ctor iudicet an ſatisfeci. Quancꝫ etſi cui
forte aut minime placeat, aut non ſuffi-
ciat, non tamẽ intereſt mea, qui tuæ pro
meo ſapere non defui uoluntati.

Sermo exhortatorius beati Bernardi abbatis Clareuallenſis, ad milites templi.

Capitulum primum.

NOuum militiæ genus
ortũ nuꝑ auditur in ter
ris, & in illa regione
quam olim in carne p̃-
ſens uiſitauit oriens ex
alto: ut unũ tũc ĩ fortitu
dine manus ſuæ tenebraꝝ principes ex-
turbauit, inde & modo ipſorum ſatelli-
tes filios diffidentiæ in manu fortiũ ſuo-
rum diſſipatos exterminet, faciẽs etiam
nunc redemptionẽ plebis ſuæ, & rurſum
erigens cornu ſalutis nobis ĩ domo Da
uid pueri ſui. Nouum inquam militiæ
genus, & ſeculis inexpertum, qua ge-
mino pariter conflictu infatigabiliter
decertatur, tum aduerſus carnem & ſan
guinem, tum contra ſpiritualia nequi-
tiæ in cœleſtibus. Et quidem ubi ſo-
lis uiribus corporis corporeo fortiter
hoſti reſiſtitur, id quidem ego tam non
iudico mirum, quàm nec rarum exiſti-
mo. Sed & quando animi uirtute ui-
tijs ſiue dæmonijs bellum indicitur, ne
hoc quidem mirabile, & ſi laudabile di
xerim, cum plenus monachis cernatur
mundus. Cæterum cum uterque ho-
mo ſuo quiſque gladio potenter accin-
gitur, ſuo cingulo nobiliter inſignitur,
quis hoc non æſtimet omni admiratio-
ne digniſſimum, quod adeo liquet eſ-
ſe inſolitum? Impauidus profecto mi-
les, & omni ex parte ſecurus, qui ut cor
pus ferro, ſic animum fidei lorica indui
tur. Vtriſque nimirum munitus armis,
nec dæmonem timet, nec hoĩem. Nec
uero mortem formidat, qui mori de-
ſiderat.

ſiderat. Quid enim uel uiuens uel moriens
metuat, cui uiuere Chriſtus eſt & mori lu
crum? Stat quidem fidenter libẽtercꝫ pro
Xp̃o, ſed magis cupit diſſolui, & eſſe cum
Chriſto: hoc. n. melius. Securi igitur ꝓce-
dite milites, & intrepido animo inimicos
crucis Chriſti propellite, certi quia necꝫ
mors necꝫ uita poterit uos ſeparare à cha
ritate Dei quæ eſt in Xp̃o Ieſu: illud ſanè
Rom. 14. b uobiſcum in omni periculo replicãtes, Si-
ue uiuimus, ſiue morimur, domini ſumus.
Quàm glorioſi reuertunt̃ uictores de prę-
lio, q̃ꝫ beati moriunt̃ martyres in prælio.
Gaude fortis athleta ſi uiuis & uincis in
domino, ſed magis exulta & gloriare ſi
moreris & iũgeris domino. Vita quidem
fructuoſa: & uictoria glorioſa: ſed utricꝫ
mors ſacra iure præponitur. Nam etſi bea
ti qui in domino moriunt̃, num multo ma
gis qui pro domino moriunt̃? Et quidem
ſiue in lecto ſiue in bello qs moritur, pre-
tioſa erit ſine dubio in conſpectu domini
mors ſanctoꝝ eius. Cęterum in bello tan
to ꝓfectò pretioſior, quãto & glorioſior.
O uita ſecura, ubi pura conſcientia. O in-
quã uita ſecura, ubi abſcꝫ formidine mors
expectatur, imò & exoptatur cum dulce-
dine, & excipitur cum deuotione. O uere
ſancta & tuta militia, atcꝫ à duplici illo pe
riculo prorſus libera, quo id hominum ge
nus ſolet frequenter periclitari, ubi dũta-
xat Chriſtus nõ eſt cauſa militandi. Quo-
ties nancꝫ cõgrederis tu qui militiam mi-
litas ſecularem, timendum omnino ne aut
occidas hoſtem qdem in corpore, te ue-
rò in anima: aut forte tu occidaris ab illo
& in corpore pariter & in anima. Ex cor-
dis nempe affectu non belli euentu penſa-
tur uel periculum uel uictoria Chriſtiani.
Si bona fuerit cauſa pugnantis, pugnę exi
tus malus eſſe nõ poterit: ſicut nec bonus
iudicabitur finis, ubi cauſa nõ bona & in-
tentio non recta præceſſerit. Si in uolunta
te alterum occidendi te potius occidi cõ-
tigerit, moreris homicida. Quòd ſi præua
les, & uoluntate ſuperandi uel uindican-
di forte occidis hominẽ, uiuis homicida.
Nõ autem expedit ſiue mortuo ſiue uiuo,
ſiue uictori ſiue uicto eſſe homicidam. In-
felix uictoria qua ſuperans hominem, ſuc
cumbis uitio. Et ira tibi aut ſuperbia do-
minante, fruſtra gloriaris de homine ſupe
rato. Eſt tamen qui nec ulciſcẽdi, nec uin-
cendi typo, ſed tãtum euadendi remedio
interficit hoĩem: ſed ne hãc qdem bonam
dixerim uictoriã: cum de duobus malis in
corpore quàm in aĩa mori leuius ſit. Non
autẽ quia corpus occidit̃, etiam aĩa mori
tur: ſed anima quę peccauerit, ipſa morit̃.

De militia ſeculari. Cap. II.

q Vis igitur finis fructus'ue ſecula-
ris huius nõ dico militiæ, ſed mali
tię, ſi et occiſor letalr peccat, & oc
ciſus ęternaliter perit? Enimuero ut uerbis
utar apl'i, Et q arat, in ſpe debet arare: & q 1. Cor. 9. b
triturat, in ſpe fructus percipiẽdi. Quis er-
go ô milites hic tam ſtupẽdus error, quis
furor hic tam non ferendus, tantis ſumpti
bus ac laboribus militare, ſtipendijs uerò
nullis niſi aut mortis aut criminis? Operi-
tis equos ſericis, & pendulos neſcio quos
panniculos loricis ſuperinduitis: depingi-
tis haſtas, clypeos & ſellas, fręna & cal-
caria auro & argento gẽmiſcꝫ circũorna-
tis, & cũ tanta põpa pudẽdo furore & im
pudenti ſtupore ad mortẽ ꝓperatis. Mili
taria ſunt hęc iſignia, an muliebria potius
ornamẽta? Nunqd forte hoſtilis mucro re
uerebit̃ aurũ, gẽmis parcet, ſerica penetra
re nõ poterit? Denicꝫ qđ ipſi ſæpius cer-
tiuſcꝫ experimini, tria arbitror eẽ neceſſa-
ria p̃lianti, ut. ſ. ſtrenuus iduſtriuſcꝫ miles
& circũſpectus ſit ad ſe ſeruandũ, & expe
ditus ad diſcurrendũ, et prõptus ad feriẽ-
dũ. Vos ꝑ contrariũ in oculoꝝ grauamen
fœmineo ritu comã nutritis, lõgis ac ꝓfu-
ſis crinibus, ac camiſiis ꝓpria uobis ueſti-
gia obuoluitis, delicatas ac teneras manꝰ
amplis et circũfluentibus manicis ſepeli-
tis. Suꝑ hęc omnia eſt, qđ armati cõſcien-
tiam magis terret, cauſa illa nimirũ ſatis le-
uis ac friuola, qua uidelicet talis pręſumit̃
& tam ꝑiculoſa militia. Non ſanè iter uos
aliud bella mouet, liteſcꝫ ſuſcitat, niſi irra-
tionabilis iracũdiæ motus, aut inanis glĩæ
appetitus, aut terrenę qualiſcũcꝫ poſſeſſio-
nis cupiditas: talibus certe ex cauſis necꝫ
occidere necꝫ occumbere tutum eſt.

De noua militia, Cap. III.

a T uerò Christi milites ſecuri præliantur prælia dñi ſui, nequaquam metuentes aut de hoſtium cæde peccatum, aut de ſua nece periculum: quandoquidem mors pro Christo uel ferenda uel inferenda & nihil habeat criminis, & plurimũ gloriæ mereat̃. Hinc quippe Christo, inde Christus acquiritur: qui nimirum & libenter accipit hoſtis mortem pro ultione, & libentius præbet ſeipſum militi pro cõſolatione. Miles inquã Christi ſecurus interimit, interit ſecurior. Sibi præſtat cũ interit, Christo cum interimit. Non.n.ſine cauſa gladiũ portat. Dei etenim miniſter eſt ad uindictam malefactorꝝ, laudem uerò bonorꝝ. Sanè cum occidit malefactorem: nõ homicida, ſed (ut ita dixerim) malicida, & planè Christi uindex in his qui male agunt, & defenſor christianorꝝ reputatur. Cum aũt occiditur ipſe, nõ periiſſe, ſed perueniſſe cognoſcit̃. Mors ergo quã irrogat, Christi eſt lucrum: quam excipit, ſuum. In morte pagani Christianus gloriatur, quia Christus glorificatnr. In morte Christiani regis liberalitas aperit̃, cum
Pſal. 57. b miles remunerandus educitur. Porrò ſup illo lætabitur iuſtus cum uiderit uindictã: de iſto dicet homo: Si utiq; eſt fructus iuſto: utiq; eſt Deus iudicãs eos in terra. Nõ enim uel pagani necandi eſſent, ſiquo modo aliter poſſent à nimia infeſtatione ſeu oppreſſione fidelium cohiberi. Nunc aũt melius eſt ut occidãtur quam certè relinquatur uirga peccatorꝝ ſuper ſortem iuſtorꝝ: ne forte extendant iuſti ad iniquita-
Lucæ.3.c tem manus ſuas. Quid enim? Si ꝑcutere in gladio oĩno fas nõ eſt christiano, cur ergo præco ſaluatoris cõtentos fore ſuis ſtipendiis militibus indixit: & non potius oẽm militiam interdixit? Si aũt (qđ uerum eſt) oĩbus fas eſt ad hoc ipſum duntaxat diuinitus ordinatis, nec aliud ſanè quicq̃ melius ꝓfeſſis, q̃bus quæſo potius quã quorꝝ manibus & uiribus urbs fortitudinis noſtræ Sion pro noſtro oĩum munimine retinetur, ut depulſis diuinæ tranſgreſſoribus legis, ſecura ĩgrediat̃ gens iuſta cuſtodiẽs ueritatem? Secure proinde diſſipent̃ gẽtes quæ bella uolunt, & abſcindant̃ qui nos conturbant, & diſperdant̃ de ciuitate dñi oẽs operantes iniquitatem, qui repoſitas in Hieroſolymis Christiani populi inæſtimabiles diuitias tollere geſtiũt, ſancta polluere, & hæreditate poſſidere ſanctuarium Dei. Exerat gladium uterq; fideliũ in ceruices inimicorꝝ, ad deſtruendã oẽm altitudinem extollẽtem ſe aduerſus ſcĩam Dei, quæ eſt Christianorꝝ fides, nequãdo dicãt gentes, ubi eſt Deus eorꝝ? Quibus expulſis reuertetur ipſe in hæreditatem domũq;
ſuam, de qua iratus in euangelio Ecce, in- *Matth.23.d*
quit, relinquet̃ uobis domus ueſtra deſerta. & per ꝓphetam ita conquerit̃. Reliqui domũ meam, dimiſi hæreditatẽ meam, im-
plebitq; illud propheticum. Redemit dñs *Hier.31.b*
pplm̃ ſuum & liberauit eum: & uenient et
exultabunt in monte Sion, & gaudebunt *Ibidem.*
de bonis dñi. Lætare Hierl'm, & cognoſce *Eſa.52.a*
iam tp̃s uiſitationis tuæ. Gaudete & laudate ſimul deſerta Hierl'm, quia cõſolatus eſt dñs pplm̃ ſuum, redemit Hierl'm, parauit dñs brachium ſuum ſanctum in oculis oĩum gentium. Virgo Iſrael corrueras, & non erat qui ſubleuaret te. Surge iam, excutere de puluere uirgo captiua filia Sion. Surge inquam & ſta in excelſo, & uide iucunditatem quæ uenit tibi à Deo tuo. Nõ uocaberis ultra derelicta, & terra tua non uocabitur amplius deſolata, q̃a complacuit dño in te, & terra tua inhabitabit̃. Leua in circuitu oculos tuos & uide, oẽs iſti congregati ſunt, uenerũt tibi. Hoc tibi auxilium miſſum de ſancto. Omnino ꝑ iſtos tibi iamiamq; illa perſoluit̃ antiqua ꝓmiſ-
ſio: Ponam te in ſuperbiam ſeculorꝝ, gau- *Eſa.60.f*
dium in generatione et generationẽ, & ſuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis. Et item: Sicut mater conſolat̃ filios ſuos, ita & ego cõſolabor uos, & in Hieruſalem cõſolabimini. Vides'ne quã crebra ueterꝝ atteſtatione noua approbat̃ militia, & q̇ ſicut audiuimus, ſic uidimus in ciuitate dñi uirtutũ? Dũmodo ſanè ſpũalibus non p̃iudicet ſenſibus lr̃alis interpretatio, quo minus.ſ. ſperemus in æternum, quicq̃d huic tempori ſignificãdo ex prophetarꝝ uocibus uſurpamus, ne per id qđ

cernitur, euaneſcat q̇ creditur, & ſpei copias iminuat penuria rei, præſentiumq; atteſtatio ſit euacuatio futurorꝝ. Alioquin terrenæ ciuitatis tp̃alis gloria non deſtruit cœleſtia bona, ſed aſtruit: ſi tamen iſta minimè dubitamus illius tenere figuram, quæ in cœlis eſt mater noſtra.

De conſeruatione militum templi. Cap. IIII.

ſ Ed iam ad imitationẽ ſeu ad confuſionem noſtrorꝝ militum non planè Deo, ſed diabolo militantium, dicamus breuiter Christi equitum mores & uitam, qualiter in bello domiue conuerſentur, quo palàm fiat quantũ ab inuicem differant Dei ſeculiq; militia. Primo quidem utrolibet diſciplina nõ deeſt, obedientia nequaquam cõtemnitur, quia teſte ſcriptura, & filius indiſciplinatus pe-
Eccleſiaſtici.22.a ribit, & peccatum eſt ariolandi repugna-
re, & quaſi ſcelus idololatriæ nolle acquie-
1.Reg.15.c ſcere. Itur & reditur ad nutum eius qui præeſt: induit̃ quod ille donauerit: nec aliunde ueſtimentum ſeu alimentum præſumitur. Et in uictu & ueſtitu cauetur omne ſuperfluum, ſoli neceſſitati conſulitur. Viuitur planè in communi iucunda & ſobria conuerſatione abſq; uxoribus & abſq; liberis. Et nequid deſit ex euangelica perfectione, abſq; omni ꝓprio habitant unius moris in domo una, ſoliciti ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Dicas uniuerſæ multitudinis eſſe cor unũ, & animam unam, ita quiſq; non omnino ꝓpriam ſequi uoluntatem, ſed magis obſequi ſatagit imperanti. Nullo tempore aut ocioſi ſedẽt, aut curioſi uagantur, ſed ſemper dũ procedunt (quod quidem raro contingit) ne gratis comedant panem, armorꝝ ſeu ueſtimentorꝝ uel ſciſſa reſarciunt, uel uetuſta reficiunt, uel inordinata componunt, & quæq; poſtremo facienda magiſtri uoluntas & cõmunis indicit neceſſitas. Perſona inter eos minimè accipitur, defertur meliori, non nobiliori. Honore ſe inuicem præueniunt, alterutrum onera portant, ut ſic adimpleãt legem Christi. Verbum inſolens, opus inutile, riſus ĩmoderatus, murmur uel tenue ſiue ſuſurrum nequaquam ibi deprehenditur inemendatum. Sçaços et aleas deteſtant̃, abhorrent uenationem, nec ludicra illa auium rapina (ut aſſolet) delectant̃. Mimos & magos & fabulatores, ſcurrileſq; cantilenas, aut ludorꝝ ſpectacula, tanq̃ uanitates & inſanias falſas reſpuũt et abominant̃. Capillos tondent, ſcientes iuxta apl'm ignominiam eſſe uiro ſi comã nutrierit. Nunq̃ compti, raro loti, magis aũt neglecto crine hiſpidi, puluere fœdi, lorica chaumate fuſci. Porrò iminente bello, intus fide, foris ferro non auro ſe muniunt, quatenus armati, & nõ ornati, hoſtibus metum incutiant, non ꝓuocent auaritiam. Equos habere cupiũt fortes & ueloces, non tñ coloratos aut phaleratos: pugnã quippe nõ pompã, uictoriã ſed non gloriã cogitantes, et ſtudẽtes magis eſſe formidini quã admirationi. Deinde nõ turbulẽti aut impetuoſi, & quaſi ex leuitate p̃cipites, ſed cõſultè atq; cũ omni cautela & ꝓuidentia ſeipſos ordinãtes & diſponẽtes in aciẽ: iuxta qđ de p̃ribus ſcriptum eſt. Veri ꝓfectò Iſraelitæ ꝓcedũt ad
bella pacifici. At uerò ubi uentũ fuerit ad *Pſal.138. d*
certamen, tũ demũ priſtina lenitate poſtpoſita, tanq̃ ſi dicerẽt. Nõne q̃ oderunt te dñe oderã, & ſup inimicos tuos tabeſcebã: irruũt in aduerſarios, hoſtes uelut oues reputant, nequaq̃ etſi pauciſſimi, uel ſæuã barbariẽ uel numeroſam multitudinẽ formidantes. Nouerunt ſiq̃dem nõ de ſui præſumere uiribus, ſed de uirtute dñi ſabaoth ſperare uictoriã: cui nimirũ facile eſſe cõfi-
dunt iuxta ſñiam Machabæi cõcludi mul *1.Ma.3.b.c*
tos in manus paucorꝝ, et non eſſe differentiã in cõſpectu Dei cœli liberare in multis & in paucis: q̃a non in multitudine exercitus eſt uictoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt. Qđ frequẽtiſſimè exꝑti ſunt, ita ut plerũq; q̃ſi ꝑſecutus ſit unus mille, & duo fugarint decẽ milia. Ita deniq; miro quodã ac ſingulari modo cernunt̃ et agnis mitiores, & leonibꝰ ferociores: ut penè dubitẽ: q̃d potius cenſeã appellãdos, monachos uidelicet an milites, niſi q̇ utrũq; forſan cõgruentius noĩarim, q̃bus neutrũ deeſſe cognoſcit̃, nec monachi manſuetudo, nec militis fortitudo. De qua re q̃d dicẽdũ niſi qđ à dño factum eſt iſtud, & eſt mirabile

in oculis noſtris? Tales ſibi elegit Deus et
collegit à finibus terræ miniſtros ex fortiſ
ſimis Iſrael, qui ueri lectulum Salomonis
ſacrum.ſ. ſepulchrum uigilãter fideliterq́;
cuſtodiant, omnes tenentes gladios, &
ad bella doctiſſimi.

De templo. Cap. V.

St uerò templum Hieroſolymis
e in quo pariter habitant, antiquo
& famoſiſſimo illi Salomonis im
par ꝗdem ſtructura, ſed non inferius glo-
ria. Siꝗdem uniuerſa illius magnificentia
in corruptibilibus auro & argento, in qua
dratura lapidum, et uarietate lignoꝝ cõti
nebaẽ: huius aũt omnis decor, & gratę ue
nuſtatis ornatus, pia eſt habitantium reli-
gioſitas & ordinatiſſima conuerſatio, Il-
lud uarijs extitit ſpectaculum coloribus:
hoc diuerſis uirtutibus & ſanctis actibus
Pſal. 92. a uenerandum. Domum quippe Dei decet
ſanctitudo: qui nõ tam politis marmori-
bus quã ornatis moribus delectaẽ, & pu-
ras magis diligit mentes, q̃ ſuperauratos
parietes. Ornaẽ tñ huius quoq; facies tem
pli, ſed armis, non gemmis: & pro antiqs
coronis aureis, circũpendentibus clypeis
paries operiẽ: pro candelabris thuribulis
atq; urceolis, domus undiq; frenis, ſellis,
ac lanceis cõmunitur. Planè his oĩbus li-
quido demonſtrantibus eodẽ pro domo
Dei feruere milites zelo, quo ipſe quondã
militum dux uehementiſſimè inflãmatus
Marci. 11. b armata illa ſanctiſſima manu, non tñ fer-
ro, ſed flagello qđ fecerat de reſticulis, in
troiuit in templum, negotiantes expulit,
numulårioꝝ effudit æs, & cathedras uen-
dentium columbas euertit, indigniſſimũ
iudicans orationis domũ huiuſcemodi fo
renſib⁹ infeſtari. Tali ꝓinde ſui regis per-
motus exemplo deuotus exercitus multo
ſanè indignius longeq́; intolerabilius ar-
bitrãs ſancta pollui ab infidelib⁹ q̃ à mer
catoribus infeſtari, in domo ſancta cum
equis & armis cõmoratur, tam ab ipſa q̃
à cæteris ſacris omni ĩfidelitatis ſpurca &
tyrannica rabie ꝓpulſata: ipſi in ea die no
ctuq́; tam honeſtis q̃ utilibus officijs oc-
cupanẽ. Honorãt certatim Dei templum
ſedulis et ſynceris obſequijs, iugi in eo de-
uotione imolantes non ꝗdem ueterum ri
tu pecudum carnes, ſed uere hoſtias paci
ficas, fraternã dilectionem, deuotã ſubie-
ctionem, uolũtariã pauꝑtatem. Hæc Hie
roſolymis actitanẽ, & orbis excitaẽ. Au-
diunt inſulæ, & attendunt populi de lõge,
& ebulliunt ab oriente in occidentẽ tanq̃
torrens inundans gloriæ gẽtium, & tanq̃
fluminis impetus lætificans ciuitatẽ Dei.
Quodq́; cernitur iucundius, et agiẽ cõmo
dius, paucos admodum in tanta multitu-
dine hoĩum illò cõfluere uideas, niſi utiq;
ſceleratos & impios, raptores & ſacrile-
gos, homicidas, periuros, adulteros: de
quorum ꝓfectò profectione ſicut duplex
quoddam cõſtat ꝓuenire bonum, ita du-
plicaẽ et gaudium, qñquidem tam ſuos de
ſuo diſceſſu lętificant, quã illos de aduen-
tu ꝗbus ſubuenire feſtinãt. Proſunt quip-
pe utrobiq; nõ ſolum utiq; iſtos tuendo,
ſed iam ẽt illos non opprimendo. Itaq; læ
taẽ Aegyptus in ꝓfectione eoꝝ, cum tñ
de ꝓtectione eoꝝ nihilomin⁹ læteẽ mons
Sion, & exultent filiæ Iudæ. Illa ꝗdem ſe
de manu eoꝝ: iſta magis in manu eoꝝ li-
berari ſe meritò gloriaẽ. Illa libenter amit
tit crudeliſſimos ſui uaſtatores, iſta cum
gaudio ſuſcipit ſui fideliſſimos defẽſores:
& unde iſta dulciſſime conſolaẽ, inde illa
æquè ſaluberrime deſolaẽ. Sic Xp̃s ſic no-
uit ulciſci in hoſtes ſuos, ut non ſolũ de ip-
ſis, ſed per ipſos quoq; frequẽter ſoleat tã-
to glorioſius, quanto & potentius trium-
phare. Iucundè ſanè & cõmode, ut quos
diu ꝑtulit oppugnatores, magis iam ꝓpu
gnatores habere ĩcipiat: faciatq́; de hoſte
militẽ, q de Saulo quondã ꝑſecutore fecit
Paulũ p̃dicatorẽ. Quãobrẽ nõ miror ſi ẽt Lucæ
ſuꝑna illa curia iuxta teſtimoniũ ſaluato-
ris exultat magis ſuꝑ uno pctõre pñiam
agente, q̃ ſuper plurimis iuſtis qui nõ in-
digent pñia, dum pctõris & maligni tan-
tis ꝓculdubio ꝓſit conuerſio, quantis &
prior nocuerat cõuerſatio. Salue igitur ci-
uitas ſancta, quã ipſe ſanctificauit ſibi ta-
bernaculũ ſuũ altiſſimus, quo tanta in te
& per te gñatio ſaluareẽ. Salue ciuitas re-
gis magni, ex qua noua & iucũda mũdo
miracula nullis tẽporibus defuere ab ini-
tio

tio. Salue dña gentium, princeps ꝓuin-
ciaꝝ, patriarchaꝝ poſſeſſio, ꝓphetaꝝ
mr̃ & apl'oꝝ, & initiatrix fidei, gl'ia po
puli chriſtiani, quam deus ſꝑ à pricipio
paſſus eſt oppugnari: ut uiris fortib. ſi-
cut uirtutis, ita fores occaſio & ſalutis.
Salue terra ꝓmiſſionis, q̃ olim fluẽs lac
& mel tuis dũtaxat habitatoribus, nũc
uniuerſo orbi remedia ſalutis, uitæ por-
rigis alimenta. Terra inq̃ bona & opti
ma, q̃ in fœcũdiſſimo illo ſinu tuo ex ar
ca paterni cordis cœleſte granum ſuſci-
piens, tãtas ex ſuꝑno ſemine martyrum
ſegetes ꝓtuliſti, & nihilominus ex omni
reliquo fidelium gñe fructũ fertilis gle-
ba triceſimum & ſexageſimum & cen
teſimum ſuꝑ oẽm terrã multipliciter ꝓ-
creaſti. Vnde & de magna multitudinę
dulcedinis tuæ iucũdiſſimè ſatiati, & o-
pulentiſſimè ſaginati, memoriam abun
dantiæ ſuauitatis tuæ ubiq; eructãt q te
uiderũt, & uſq; ad extremum terræ ma
gnificẽtiam gl'ię tuę loquunẽ eis q te nõ
uiderunt, & enarrãt mirabilia quę in te
fiunt. Gl'ioſa dicta ſunt de te ciuitas dei.
Sed iam ex his ꝗbus affluis delicijs, nos
quoq; pauca proferamus in mediũ, ad
laudem & gloriam nominis tui.

De Bethleem. Cap. 6.

Abes aũ oĩa in refectione aĩaꝝ
h ſctãꝝ Bethleem domum panis,
in q̃ primum is q de cœlo deſcẽ
derat, pariente uirgine panis uiuus ap-
paruit. Monſtraẽ pijs ibidem iumentis
p̃ſepium, & in p̃ſepio fœnum de prato
uirginali, quo ul' ſic cognoſcat bos poſ
Eſa. 40. d ſeſſorẽ ſuum, & aſinus p̃ſepe dñi ſui. Oĩs
ꝗppe caro fœnũ, & oĩs gl'ia eius ut flos.
fœni. Porrò ſuum hõ ꝗa in quo factus eſt
honorem nõ intelligẽdo, cõparatus eſt
iumẽtis inſipientibus, & ſil'is factus eſt
Pſ. 48. c illis: ꝟbum panis angeloꝝ factũ eſt pa
bulum iumẽtoꝝ, ut hẽat carnis fœnum
qđ ruminet, q uerbi pane ueſci penitus
diſſueuit, quouſq; ꝑ hoĩem deum priori
redditus dignitati, & ex pecore rurſus
cõuerſus in hoĩem, cũ Paulo dicere poſ-
ſit: Et ſi cognouimus Xp̃m ſcd̃m carnẽ,
1. Cor. 5. d ſed nũc iam non nouimus. Qđ ſanè nõ
arbitror quempiam dicere poſſe ꝟaci-
ter, niſi q prius cũ Petro ex ore ueritatis Ioan. 6. g
illud item audierit. Verba q̃ ego locutus
ſum uob̃, ſp̃us & uita ſunt, caro aũt non
ꝓdeſt ꝗcq̃. Alioꝗn q in ꝟbis xp̃i uitam
inuenit, carnem iam nõ reꝗrit, & eſt de
numero btõꝝ q non uiderũt & credide
rũt. Nec. n. opus eſt uel lactis poculum
niſi utiq; paruulo, uel fœni pabulũ iumẽ
to. Qui aũt non offendit in ꝟbo, ille ꝑfe
ctus eſt uir, ſolido planè ueſci cibo ido-
neus: et licet in ſudore uultus ſui, panem
ꝟbi comedit abſq; offenſione. Sed & ſe
curus ac ſine ſcandalo loquiẽ dei ſapiam
dũtaxat inter ꝑfectos, ſp̃ualibus ſp̃ua-
lia comparãs, cum tñ infantibus ſiue pe
coribus cautus ſit pro captu ꝗdem eoꝝ
proponere tantummodo Ieſum Xp̃m,
& hunc crucifixum. Vnus tñ idemq́; ci-
bus ex cœleſtibus paſcuis ſuauiter ꝗdẽ
& ruminatur à pecore, & manducatur
ab homine, & uiro uires, & paruulo tri-
buit nutrimentum.

De Nazareth. Cap. 7.

Ernitur & Nazareth, quæ inter
c pretatur flos, ĩ qua is qui natus
in Bethleem erat tanq̃ fructus ĩ
flore coaleſcens nutritus eſt deus ĩfans:
ut floris odor fructus ſaporẽ p̃cederet,
ac de naribus ꝓphetaꝝ, faucib⁹ ſe apl'o
rum liquor ſctũs infunderet, Iudæiſq́; te
nuit odore contentis, guſtu ſolido refi-
ceret xp̃ianos. Senſerat tñ hunc florem
Nathanael, q ſuper oĩa aromata ſuaue
redoleret. Vñ & aiebat: A Nazareth p̃t Ioan. 1. g
aliquid boni eſſe? ſed nequaquam ſola
contentus fragrantia, rñdentem ſibi, Ve
ni & uide, Philippum ſecutus eſt. Imò
uero miræ illius ſuauitatis admodum
reſperſione delectatus, hauſtúque boni
odoris factus ſaporis auidior, odore ip-
ſo duce, ad fructum uſque ſine mora per
uenire curauit, cupiens plenius experi-
ri quod tenuiter præſenſerat, præſenſq́;
deguſtare quod odorauerat abſens. Vi
deamus & de olfactu Iſaac, ne forte ali
quid quod pertineat ad hæc ipſa quæ in
manibus ſunt, protenderit. Loquitur
de illo ſcriptura ſic: Statimq́; ut ſenſit ue

ſtimentorum eius fragrantiam (haud
Gen.27.d dubium quin Iacob) ecce,inquit, odor
filij mei ſicut odor agri pleni cui bene
dixit dñs. Veſtimenti fragrantiam ſen-
ſit, ſed ueſtiti pñtiam non agnouit: ſo-
loq́ ueſtis tanq̃ floris odore forinſecus
delectatus,quaſi fruct⁹ interioris dulce
dinem nõ guſtauit,dum & electi filij ſil
& ſacr̃i fraudatus cognitione remanſit.
Quo ſpectat hoc? Veſtimentum ꝑfecto
ſpũs,lr̃a eſt,& caro ỽbi. Sed ne nunc q-
dem Iudæus in carne ỽbum, in hoĩe ſic
deitatẽ,nec ſub tegmine lr̃ę ſenſum per
uidet ſpũalem:foriſq́ palpãs hœdi pel-
lem,q̃ ſil'itudinem maioris, hoc eſt pri-
mi & antiqui pc̃tõris expreſſerat,ad nu
dam nõ ꝑuenit ueritatem. Non ſane in
carne pc̃ti,ſed in ſil'itudine carnis pc̃ti,
q pc̃tm̃ nõ facere, ſed tollere ueniebat
apparuit,ea.ſ.de cã quã ipſe non tacuit,
ut qui nõ uident uideãt, & qui uidẽt cæ
Ioan.9.g ci fiãt. Hac ergo ſil'itudine deceptus pro
pheta cæcus hodie quẽ neſcit bñdicit,
dum quem lectitat in libris, ignorat &
in miraculis: & quem proprijs attrectat
manib. ligãdo,flagellando,colaphizan
1.Cor.2.b do, minime tñ uel reſurgẽdo intelligit.
Si.n.cognouiſſent,nunq̃ dñm gl'iæ cru
cifixiſſent. Percurramus ſuccincto ſer-
mone & cætera loca ſc̃tã,& ſi non oĩa,
ſaltem aliqua:qm̃ quæ admirari per ſin
gula non ſufficimus,libet uel inſigniora
& ipſa breuiter recordari.

De monte Oliueti, & ualle Ioſaphat. *Cap.* 8.

Scenditur in mõtem Olíueti,de
a ſcẽditur in uallẽ Ioſaphat: ut ſic
diuitias diuinæ miſericordiæ co
gites,quatenus horrorem iudicij neq̃q̃
diſſimules:quia etſi in multis miſeratio-
nib.ſuis multus eſt ad ignoſcendũ,iudi-
cia tñ eius nihilominus abyſſus multa,
quib.agnoſcit ualde oĩno terribilis ſuꝑ
filios hoĩum. Dauid deniq́ qui mõtem
Pſal.35.b Olíueti demõſtrat dicens,Hoĩes & iu-
mẽta ſaluabis dñe,quemadmodũ mul-
tiplicaſti miſericordiam tuam deus? ẽt
iudicij uallẽ in eodẽ pſalmo commemo
Ibidem d rat dicẽs: Nõ ueniat mihi,inquiens,pes
ſuperbiæ,& manus pc̃tõris nõ moueat
me. C⁹ & p̃cipitiũ ſe oĩno ꝑhorreſcere fa
tetur cum in alio pſalmo ita loquit oɾãs:
Cõfige timore tuo carnes meas,à iudi- Pſal.118.p
cijs.n.tuis timui. Suꝑbus in hanc uallem
corruit & conquaſſatur,humilis deſcen
dit & minime periclitatur. Superbus
excuſat pc̃tm̃ ſuũ,humilis accuſat, ſciẽs
quia deus non bis iudicat in idipſum,et
ꝙ ſi noſmetipſos iudicauerimus, nõ uti
que iudicabimur. Porro ſuperbus nõ at
tendens q̃ horrendum ſit incidere ĩ ma
nus dei uiuentis,facile prorumpit in uer
ba malitiæ ad excuſandas excuſationes
in pc̃tis. Magna reuera malitia,tui te nõ
miſereri,& ſolum poſt pc̃tm̃ remedium
cõfeſſionis à te ipſo repellere, ignemq́
in ſinu tuo inuoluere potius q̃ excutere,
nec præbere aurem conſilio Sapiẽtis q
ait: Miſerere aĩæ tuæ placens deo. Proin Eccl.30.
de qui ſibi neq̃,cui bonus? Nunc iudiciũ
eſt mundi,nunc princeps h⁹ mũdi eijcie
tur foras,hoc ẽ de corde tuo,ſi te tñ hu-
miliando ipſe dijudicas. Erit iudiciũ cœ
li qñ ipm uocabit cœlum deſurſum, &
terra diſcernere ꝑpl'm ſuum:in quo ſanè
timẽdum ne ꝓijciaris tu cum ipſo & an
gelis eius,ſi tñ inuentus fueris iniudica-
tus. Alioqn ſpũalis hõ qui oĩa dijudicat, 1.Cor.2.
ipſe à nemine iudicabit. Propter hoc er-
go iudicium incipit à domo dei, ut ſuos
quos nouit iudex cum uenerit inueniat
iudicatos: & iam nil de eis hẽat iudica-
re, qñ uidelicet iudicandi ſunt hi qui in
labore hoĩum non ſunt,& cum homini
bus non flagellabuntur.

De Iordane. *Cap.* 9.

Vam lęto ſinu Iordanis ſuſcipit
q chriſtianos,q ſe Chriſti gloriat
conſecratum baptiſmate. Mẽti
tus plane eſt Syrus ille leproſus, qui ne-
ſcio quas Damaſci aquas aquis prætu-
lit Iſraelis,cum Iordanis noſtri deuotus
deo famulatus toties probatus extite-
rit,ſiue qñ Heliæ,ſiue qñ Heliſęo, ſiue ẽt
(ut antiquius aliquid recolam(qñ Ioſue
& omni populo ſil'(impetum mirabili-
ter inhibens)ſiccum in ſe tranſitum prę
buit. Deniq́ quid ĩ fluminibus iſto emi-
nentius,quod ipſa trinitas ſibi quadam

euidenti pñtia dedicauit? Pr̃ auditus,ui-
ſus ſpũs ſc̃tũs,filius eſt & baptizatus.
Merito ꝓinde ipſam eius uirtutem quã
Naaman ille conſulente propheta ſenſit
in corpore,iubente Xp̃o uniuerſus quo
que fidelis populus in anima experitur.

De loco Caluariæ. *Cap.* 10.

Xitur ẽt uel iam in Caluariæ lo
4.Re.2.d e cum,ubi ỽus Heliſæus ab inſen
Eſa.8.d ſatis pueris irriſus,riſum ſuis inſi
nuauit æternum,qbus ait: Ecce ego: &
pueri mei quos mihi dedit deus. Boni
pueri,quos ꝑ cõtrarium illoꝝ malignã-
tium ad laudẽ excitat pſalmiſta dicens:
Pſal.112.a Laudate pueri dñm,laudate nomẽ dñi.
Quatenus in ore ſc̃tõꝝ infantium & la-
ctentium ꝑficeret laus,q̃ ex ore defece-
rat inuidoꝝ,eoꝝ utique de qbus q̃ritur
Eſa.1.a ita: Filios enutriui & exaltaui,ipſi autẽ
ſpreuerũt me. Aſcendit itaq́ crucẽ cal-
uus nr̃,mũdo ꝓ mũdo expoſitus: & re-
uelata facie ac diſcooperta frõte purga
tionem pc̃tõꝝ faciens,ꝓbroſæ & auſte
ræ mortis tam non erubuit ignominiã,
q̃ nec pœnam exhorruit,ut nos oppro
brio ſempiterno eriperet,reſtitueret glo
riæ. Nec miꝝ. Quid.n.erubeſceret q ita
lauit nos à pc̃tis, non quidem ut aqua
diluens & retinens ſordes, ſed ueluti ſo
lis radius deſiccans & retinens purita-
tem? Eſt quippe dei ſapia ubique attin-
gens propter munditiam ſuam.

De ſepulchro. *Cap.* 11.

Nter ſc̃tã ac deſiderabilia loca
i ſepulchrum tenet quodãmodo
prĩcipatum, & deuotionis plus
neſcio qd ſentitur ubi mortuus reqeuit,
q̃ ubi uiuens cõuerſatus eſt. Atque am
plius mouet ad pietatem mortis q̃ uitę
recordatio,puto ꝙ illa auſterior,hęc dul
cior uideat:magiſq́ infirmitati blandia
tur humanæ qes dormitionis, q̃ labor
conuerſationis:mortis ſecuritas q̃ uitæ
rectitudo. Vita Xp̃i,uiuendi mihi rl'a ex
titit:mors,à morte redemptio. Illa uitã
inſtruxit,mortẽ iſta deſtruxit. Vita qdẽ
laborioſa,ſed mors p̃cioſa: utraq́ uero
admodum neceſſaria. Quid.n.Xp̃i pro
deſſe poterat ſiue mors neqter uiuenti,
ſiue uita damnabil'r morienti? Nũquid
denique aut mors Chriſti ẽt nunc male
uſq́ ad mortem uiuentes à morte æter-
na libat, aut mortuos añ Chriſtũ ſc̃tõs
pr̃es uitæ ſanctitas libauit? ſicut ſcriptũ
eſt: Quis eſt hõ qui uiuet & non uidebit Pſal.86.g
mortem, eruet animam ſuam de manu
inferi? Nũc ergo qa utrunq́ nob pariter
neceſſarium erat,& pie uiuere, & ſecu-
re mori: & uiuẽdo uiuere docuit,& mor
tem moriendo ſecuram reddidit:qm̃ q-
dem reſurrecturus occubuit,& ſpẽ fecit
morientibus reſurgendi. Sed addidit et
tertium bñficium,cum ẽt pc̃tã donauit,
ſine quo utiq́ cętera non ualebãt. Quid
.n.(quãtum quidem ad ỽam ſummãq́
beatitudinem ſpectat) quantalibet uitę
rectitudo ſeu longitudo prodeſſe pote-
rat illi,qui uel ſolo originali pc̃tõ tenere
tur aſtrictus? Pc̃tm̃ quippe præceſſit,ut
ſequeret mors:quod ſanè ſi cauiſſet hõ,
mortem non guſtaſſet in æternũ. Peccã
do itaq́ uitam amiſit, & mortem inue-
nit,qm̃ quidem & deus ita prædixerat,
& iuſtũ profecto erat ut ſi peccaret hõ,
moreretur. Quid nãque iuſtius poterat
q̃ recipe talionem? Vita ſiquidem deus
aĩæ eſt,ipſa corporis. Peccando uolun-
tariè uolens perdidit uiuere,nolens ꝑdat
& uiuificare. Sponte repulit uitam cum
uiuere noluit,nõ ualeat eam dare cui uel
q̃tenus uoluerit. Noluit aĩa regi à deo,
non queat regere corpus. Si non paret
ſuperiori,inferiori cur imperet? Inuenit cõ
ditor ſuã ſibi rebellem creaturam, inue-
niat aĩa ſuam ſibi rebellem pediſſequã.
Trãſgreſſor inuentus eſt hõ diuinę legis,
inueniat ipſe aliã legem in membris ſuis
repugnantem legi mẽtis ſuæ, & captiuã
tem ſe in legem pc̃ti. Porro pc̃tm̃ (ut ſcri
ptum eſt) ſeparat inter nos & deum,ſe-
paret proinde etiam mors inter corpus
nr̃m & nos. Non potuit diuidi à deo Rom.6.d
anima niſi peccando,nec corpus ab ip- Eſa.59.a
ſa niſi moriendo. Quid itaque auſterius
ꝑtulit in ultione,id ſolum paſſa à ſubdi-
to,qd' p̃ſumpſerat in authorem? Nil ꝑ-
fecto congruentius q̃ ut mors operata
ſit mortem,ſpũalis corporalem, culpa-

bilis pœnalẽ,uolũtaria neceſſariã.Cum
ergo hac gemina morte ſcd̃m utranque
naturã hõ dãnatus fuiſſet, altera quidẽ
ſpũali & uolũtaria,altera corꝑali & ne
ceſſaria:utrique deus hõ una ſua corꝑali
ac uoluntaria benigne & potẽter occur
rit, illaq́ꝫ una ſua nr̃am utrãqꝫ dãnauit.
Merito ꝗdem. Nã ex duab.mortibꝰ no
ſtris,cũ altera nob̃ in culpæ meritũ, alte
ra in pœnæ debitũ reputaret̃,ſuſcipiens
pœnam & neſciẽs culpã,dũ ſpõte & tm̃
in corꝑe morit̃,& uitam nob̃ & iuſtitiã
promeretur.Alioquin ſi corꝑal'r non pa
teretur,debitum nõ ſoluiſſet:ſi nõ uolũ
tarie moreret̃,meritũ mors illa non ha-
buiſſet.Nũc aũt ſi(ut dictum eſt)mortis
meritum eſt pc̃tm̃,& pc̃ti debitũ mors,
Chriſto remittente pc̃tm̃, & moriẽte ꝓ
pc̃tõribus,ꝑfecto iam nullum eſt meri-
tũ,& ſolutum eſt debitum. Cæteꝝ un̄
ſcimus ꝙ Chr̃s poſſit pc̃tã dimittere?
Hinc proculdubio,ꝗa deus eſt,& ꝗcꝗd
uult,põt.Vn̄ aũt & ꝙ deus ſit?Miracu-
la probant.Facit quippe opera quæ ne-
mo alius facere poſſit,ut taceã oracula
ꝓphetaꝝ,necnõ & paternæ uocis teſti
moniũ elapſæ cœlitus ad ip̃m à magnifi
ca gl'ia.Qd' ſi deus ꝓ nob̃,ꝗs cõtra nos?
Deus ꝗ iuſtificat,ꝗs eſt ꝗ cõdẽnet?Si ip
ſe eſt & non alius ꝗ quotidie cõfitemur
Pſal. 50.a dicẽtes,Tibi ſoli peccaui:ꝗs meliꝰ, imò
ꝗs alius remittere põt qd' in eum pc̃tm̃
eſt?Aut qũo ipſe nõ põt,ꝗ oĩa põt?De-
niqꝫ ego quod in me delinquitur ualeo
ſi uolo donare,& deus nõ queat in ſe cõ
miſſa remittere?Si ergo pc̃tã remittere
& poſſit oĩpotens, & ſolus poſſit,cui ſo
li peccat̃:btũs ꝑfecto cui nõ imputabit
ip̃e pc̃tm̃.Itaqꝫ cognouimus quòd pc̃tã
xp̃s diuinitatis ſuę potẽtia ualuit relaxa
re.Porrò iam de uoluntate ꝗs dubitet?
Qui eñ nr̃am & induit carnẽ, & ſubijt
mortẽ:putas ſuã nob̃ negabit iuſtitiam?
Volũtarie incarnatus,uolũtarie paſſus,
uolũtarie crucifixus,ſolã à nob̃ retinebit
iuſtitiã?Qd' ergo ex deitate conſtat illũ
potuiſſe,ex humanitate innotuit & uo
luiſſe. Sed unde rurſum confidimus ꝙ
mortẽ abſtulit? Hinc planè,ꝙ eam ipſe
qui non meruit pertulit. Qua.n.rõne ite
rum exigeretur à nob̃,quod pro nob̃ ille
iam ſoluit?Qui pc̃ti meritum tulit,ſuam
nob̃ donando iuſtitiam:ipſe mortis de-
bitum ſoluit,& reddidit uitam. Sic nan
que mortua morte reuertit̃ uita, quẽad-
modum ablato pc̃tõ redit iuſtitia.Por-
rò mors in Xp̃i morte fugat̃,& xp̃i nob̃
iuſtitia imputat̃. Veꝝ qũo mori potuit
ꝗ deus erat?Qm̃ nimiꝝ & hõ erat. Sed
quo pacto mors hoĩs illius pro altero
ualuit?Quia & iuſtus erat. Profecto nã
que cum hõ eſſet, potuit mori:cum iu-
ſtus,non debuit gratis.Non ꝗdẽ pc̃tõr
mortis ſufficit ſoluere debitũ pro altero
pc̃tõre,cum ꝗſqꝫ moriatur pro ſe. Qui
aũt mori pro ſe non hẽt,nunquid ꝓ alio
fruſtra debet?Quãto ſanè indigniꝰ mo-
ritur ꝗ mortẽ nõ meruerit,tãto is iuſtius
ꝓ quo morit̃,uiuit. Sed q̃,inꝗs,iuſtitia ẽ
ut innocẽs moriat̃ ꝓ impio? Non eſt iu-
ſtitia,ſed miſericordia. Si iuſtitia eſſet,iã
non gratis:ſed ex debito moreret̃. Si ex
debito:ipſe ꝗdem moreret̃,ſed is ꝓ quo
moreret̃,nõ uiueret.At ꝟo ſi iuſtitia nõ
eſt,non tñ cõtra iuſtitiã eſt.Alioꝗn & iu
ſtus & miſericors ſil' eſſe nõ poſſet. Sed
etſi iuſtus nõ iniuſte pro pc̃tõres ſatisfa
cere ualeat,quo tñ pacto ẽt unus ꝓ plu-
ribus?Etenim ſatis eſſe uideret̃ ad iuſti-
tiã,ſi unꝰ uni moriens uitã reſtituat.Hinc Rom. 5.
iam rñdeat Apl's:Sicut.n.inquit, ꝑ uniꝰ
delictum in oẽs hoĩes in condemnatio-
nem,ſic & per unius iuſtitiam in oẽs ho
mines in iuſtificationem uitæ. Sicut eñ
ꝑ inobedientiam unius hoĩs pc̃tõres cõ
ſtituti ſunt multi,ita & per unius hoĩs o-
bedientiam iuſti conſtituunt̃ multi.Sed
forte unus plurib.iuſtitiam ꝗdem reſti-
tuere potuit,uitã nõ potuit?Per unũ,ait,
hoĩem mors,& ꝑ unum hoĩem uita. Si- Ibidem
cut.n.in Adam oẽs moriuntur, ita & in
Xp̃o oẽs uiuificabuntur. Quid.n.Vnus
peccauit,& oẽs tenentur rei:& unius in
nocẽtia ſoli reputabit̃ uni? Vnius pc̃tm̃
oĩb.operatum eſt mortem, & unius iu-
ſtitia uni uitã reſtituet?Ita'ne dei iuſtitia
magis ad cõdemnandum q̃ꝫ ad reſtau-
randũ ualuit?Aut plus potuit Adã ĩ ma

lo quàm

lo,q̃ꝫ Xp̃s in bono?Adæ pc̃tm̃ imputa-
bit̃ mihi,& Xp̃i iuſtitia non ꝑtinebit ad
me?Illius me inobedientia ꝑdidit,& hꝰ
obedientia non ꝓderit mihi? Sed Adæ,
inꝗs,delictũ merito oẽs cõtrahimus, in
quo ꝗppe oẽs peccauimus: qm̃ cũ pec-
cauit in ipſo eramus, & ex eius carne ꝑ
carnis cõcupiſcentiam geniti ſumus.At
qui ex deo multo germanius ſcd̃m ſpm̃
naſcimur,q̃ꝫ ſcd̃m carnẽ ex Adam:ſcd̃m
quem ẽt ſpm̃ longe añ fuimus in xp̃o q̃ꝫ
ſcd'm carnem in Adam,ſi tñ & nos iter
Ephe. 1.a illos numerari confidimus,de ꝗb.Apl's:
Qui elegit nos,inꝗt,in ipſo(haud dubiũ
ꝗn pr̃ in filio)añ mũdi cõſtitutionẽ.Qd'
Ioan. 1.b aũt ẽt ex deo nati ſunt,teſtat̃ euãgeliſta
Ioan.ubi ait: Qui nõ ex ſanguinib.neqꝫ
ex uoluntate carnis, neqꝫ ex uoluntate
1.Ioan.3.b uiri,ſed ex deo nati ſunt.Itẽ ipſe in epl'a:
Oĩs ꝗ natus eſt ex deo, nõ peccat: quia
gñatio cœleſtis conſeruat eũ. At carnis
traducẽ,ais,carnalis teſtat̃ cõcupiſcen-
tia:& pc̃tm̃ qd' in carne ſentimus,mani
feſte ꝓbat ꝙ ſcd'm carnẽ de carne pc̃tõ
ris deſcendimus.Sed.n.nihilominus ſpi
ritualis illa gñatio nõ ꝗdem in carne ſen
titur,ſed in corde, ab his duntaxat ꝗ cũ
1. Cor. 2.d Paulo dicere pñt:Nos aũt ſenſum Chr̃i
habemus.in quo & eatenus ꝑfeciſſe ſe
ſentiũt,ut & ipſi cũ oĩ fiducia dicant: Ip
Rom.8.c ſe.n.ſpũs teſtimoniũ reddit ſpũi nr̃o ꝙ
2. Cor.2.c ſumus filij dei.Et illud:Nos aũt nõ ſpm̃
hꝰ mundi accepimus, ſed ſpm̃ ꝗ ex deo
eſt:ut ſciamus q̃ à deo donata ſunt no-
bis.Per ſpm̃ ergo ꝗ ex deo eſt, charitas
diffuſa eſt ĩ cordib.nr̃is:ſicut & ꝑ carnẽ
q̃ eſt ex Adam,manat cõcupiſcẽtia nr̃is
inſita mẽbris.Et qũo iſta q̃ à ꝓgenitore
corpoꝝ deſcẽdit,nunq̃ꝫ in hac uita mor
tali à carne recedit:ſic ille ꝓcedẽs ex pa
tre ſpirituum, ab intentione filioꝝ dun-
taxat ꝑfectoꝝ nunq̃ꝫ excidit. Si ergo in
deo nati,& in Xp̃o electi ſumus, q̃nã iu
ſtitia eſt ut plus noceat humana atque
terrena,q̃ꝫ ualeat diuina cœleſtiſqꝫ gña
tio:dei electionẽ uincat carnalis ſucceſ-
ſio,& æterno eius ꝓpoſito carnis ꝑ̃ſcri-
bat tꝑal'r traducta cõcupiſcẽtia?Quini-
mo ſi ꝑ unũ hoĩem mors, cur nõ multo
magis ꝑ unũ & illũ hoĩem uita? Et ſi in
Adã oẽs morimur, cur nõ longe poten-
tius in Xp̃o uiuificabimur?Deniqꝫ nõ ſi Rom. 5.c
cut delictum,ita & donũ. Nam iudiciũ
ex uno in cõdẽnationem,gr̃a aũt ex mul
tis delictis in iuſtificationem. Chriſtus
igr̃ & pc̃tã dimittere potuit,cũ deus ſit:
& mori,cum ſit hõ: & mortis moriẽdo
ſoluere debitũ,ꝗa iuſtus: & oĩbus unus
ad iuſtitiã uitamqꝫ ſufficere:qñ quidẽ &
pc̃tm̃ & mors ex uno in oẽs proceſſerit.
Sed hoc quoqꝫ neceſſariè oĩno ꝓuiſum
eſt ꝙ dilata morte hõ inter homines
dignatus eſt aliquandiu conuerſari, q̃te
nus crebris & ueris locutionib.ad inuiſi
bilia excitaret,miris opibus aſtrueret fi-
dẽ,rectis morib.inſtrueret.Itaqꝫ in ocu-
lis hoĩum deus hõ ſobriè & piè cõuerſa
tus,uera locutus, mira oꝑatus, indigna
paſſus,in quo iam defuit nob̃ ad ſalutẽ?
Accedat & gr̃a remiſſionis pc̃tõꝝ,hoc
eſt ut gratis pc̃tã dimittat:& opus ꝑfe
cto nr̃æ ſalutis conſummatum eſt.Non
aũt metuendum ꝙ donandis pc̃tis aut
ptãs deo,aut uolũtas paſſo & tãta paſ-
ſo pro pc̃tõribus deſit,ſi tñ ſoliciti inue-
niamur digne,ut oportet,& imitari exẽ
pla,& uenerari miracula, doctrinę quo
que non exiſtamus increduli,& paſſio-
nibus non ingrati.Itaque totum nob̃ de
Xp̃o ualuit,totum ſalutiferꝝ,totũqꝫ ne-
ceſſarium fuit,nec minus profuit ĩfirmi-
tas q̃ꝫ maieſtas:ꝗa etſi ex deitatis potẽ-
tia pc̃ti iugum iubẽdo ſubmouit, ex car
nis tñ infirmitate mortis iura moriendo
cõcuſſit.Vn̄ pulchrè ait Apl's: Qd' infir-
mum eſt dei,fortius eſt hoĩb.Sed & illa
eius ſtultitia per quã ei placuit ſaluũ fa-
cere mũdũ,ut mundi cõfutaret ſapiam,
confunderet ſapiẽtes:ꝙ uidelicet cum ĩ Rom. 1.d
forã dei eſſet,deo æq̃lis,ſemetipſum exi
naniuit forãm ſerui accipiẽs: ꝙ diues cũ
eſſet,ꝑꝑ nos egenus factꝰ eſt,de magno
paruus,de celſo humilis,infirmus de po
tente:ꝙ eſurijt,ꝙ ſitijt,ꝙ fatigatus eſt in
itinere,& cætera quæ paſſus eſt uolun-
tate non neceſſitate: hæc ergo ipſius q̃-
dam ſtultitia non'ne fuit nob̃ uia prudẽ
tiæ,iuſtitiæ forma,ſanctitatis exẽplum?

Cc 3

Ob hoc itẽ Apl'ſ,qđ ſtultum eſt, inqt,
1.Cor.1.d dei,ſapiẽtius eſt hominib. Mors ergo à
morte,uita ab errore,à pctõ grã libera-
uit. Et qdẽ mors p iuſtitiã ſuã pegit ui-
ctoriam:qa iuſtus exſoluẽdo q̃ non ra-
puit,iure oĩno qđ amiſerat accepit. Vi-
ta ṽo qđ ad ſe ptinuit, p ſapiam adim-
pleuit:q̃ nob uitæ & diſciplinæ documẽ
tũ ac ſpeculũ extitit.Porrò grã ex illa(ut
dictũ eſt)ptãte pctã dimiſit,q̃ oĩa q̃cun-
que uoluit fecit. Mors itaq; Xpĩ,mors
eſt meæ mortis : qa ille mortuus eſt ut
ego uiuerẽ:quo pacto.n.iã non uiuat, p
quo morit̃ uita?Aut qs iam ĩ uia moꝝ,
ſeu rerum notitia errare timebit duce ſa
pia?Aut uñ iam reus tenebit̃, quem ab-
ſoluit iuſtitia?Vitam quidem ſeipſe phi-
bet in euãgelio:Ego ſum,inquiens,uita.
Porrò duo ſequentia teſtat̃ Apl'ſ dicẽs.
Ioan.14.b Qui factus eſt nobis iuſtitia & ſapia à
1.Cor.1.a deo prẽ. Si ergo lex ſpũs uitæ in Xpõ Ie
ſu liberauit nos à lege pctĩ & mortis:ut
qd adhuc morimur, & non ſtatim im-
mortalitate ueſtimur?Sanè ut dei ṽitas
impleat̃. Quia.n.miſericordiam & ṽita
tem diligit deus, neceſſe eſt mori qdem
hoĩem, qppe quod p̃dixerat deus:ſed à
morte tñ reſurgere,ne obliuiſcatur miſe
reri deus. Ita ergo mors etſi nõ ppetuo
dñat̃,manet tñ pp ṽitatem dei, uel ad
tp̃s in nob:quemadmodum pctm̃ etſi iã
non regnat in nr̃o mortali corpe:non tñ
deeſt penitus nobis. Proinde Paulus ex
parte qdem liberatum ſe à lege pctĩ &
mortis gl'iatur,ſed rurſum ſe utraq; nihi
lominus lege aliq̃ grauari ex parte con-
queritur:ſiue cũ aduerſus pctm̃ miſera-
Rom. 7.d bil'r clamat,Inuenio aliã legem in mem-
2.Cor.5.a bris meis & cętera.Siue cum ingemiſcit
grauatus (haud dubiũ qn lege mortis)
redemptionem expectãs corpis ſui. Si-
ue itaq; hæc,ſiue alia q̃cunq; in hũc mo
dum(put in talib.in ſuo qſq; abũdat ſen
ſu)ex occaſione ſepulchri xp̃ianis ſenſi-
bus ſuggerant̃,puto q nõ mediocris dul
cedo deuotionis infundat̃ cominus in-
tuenti,nec paꝝ pficit̃ cernẽdo ẽt corpa
lib.oculis corpalem locũ dñice quietis.
Etſi qppe iã uacuũ ſacris mẽbris, plenũ
tũ nr̃is & iucundis admodũ ſacr̃is. Nr̃is
inq̃ nr̃is,ſi tñ tã ardenter amplectimur,
q; indubitanter tenemus qđ Apl'ſ ait:
Cõſepulti.n.ſumus p baptiſmũ in mor
tem, ut q̃mo ſurrexit Xp̃s à mortuis per
gl'iam patris,ita & nos in nouitate uitæ
ambulemus. Si.n.cõplãtati facti ſumus
ſil'itudini mortis eius,ſil' & reſurrectiõis
erimus. Quã dulce eſt pegrinis poſt mul
tam lõgi itineris fatigationem,poſt plu
rima terræ mariſq; pericula,ibi tandem
qeſcere ubi & agnoſcitur ſuum dñm qe
uiſſe. Puto iam præ gaudio non ſentiunt
uiæ laborem,nec grauamen reputãt ex
penſaꝝ:ſed tanquam laboris pręmium
curſus'ue brauiũ aſſecuti, iuxta ſcriptu-
ræ ſnĩam,gaudent uehementer cum in-
uenerint ſepulchrum. Nec caſu uel ſubi Iob.3.d
to,aut ueluti lubrica ppl'aris fauoris o-
pinione id tam celebre ſepulchrum na-
ctum eſſe putetur,cũ hoc ipſum tantis re
tro tpibus Eſaias tam aperte prædixit: Eſa.11.
Et erit (inquit) in die illa radix Ieſſe qui
ſtat in ſignum ppl'oꝝ ipſum gentes de-
precabũtur,& erit ſepulchrum eius glo
rioſum. Reuera ergo impletum cernim⁹
quod legimus prophetarum,nouũ qui-
dem intuenti,ſed legẽti antiquum:ut ſic
adſit de nouitate iucunditas,ut de uetu
ſtate non deſit authoritas. Et de ſepul-
chro iſta ſufficiat.

De Bethphage. *Cap.* 12.

Quid de Bethphage dicam uicu
lo ſacerdotum,quam penè præ
terieram,ubi & confeſſionis ſa-
cramentum, & ſacerdotalis miniſterij
myſterium continetur?Bethphage qp-
pe domus buccæ interpretat̃. Scriptum Deut.30
eſt aũt,Propè eſt ṽbum in ore tuo & in Rom.10
corde tuo. Non in altero tantũ,ſed ſil' in
utroq; ṽbum hr̃e memineris. Et quidẽ
ṽbum in corde pctõris operatur ſaluti-
feram contritionem:ṽbum uero in ore
noxiam tollit cõfuſionem, ne impediat
neceſſariam cõfeſſionem. Ait.n.ſcriptu-
ra:Eſt pudor adducens pctm̃,& eſt pu- Eccl.41
dor adducens gl'iam. Bonus pudor eſt
quo peccaſſe aut certe peccare confun-
deris; & oĩs licet hũan⁹ arbiter forte ab

ſit,diuinũ tanq; humanũ tãto ṽecũdius
reuereris aſpectũ,quãto & ṽius deũ q;
hoĩem cogitas puriorẽ. Tãtoq; eũ gra-
uius offendi à peccãte,quãto cõſtat lon
gius ab illo eſſe oẽ pctm̃. Huiuſcemodi
pculdubio pudor fugat opprobriũ,pa-
rat gl'iam,dũ aut pctm̃ oĩno non admit
tit,aut certe admiſſum & pœnitẽdo pu
nit,& confitendo expellit, ſi tñ gl'ia etiã
nr̃a hæc eſt teſtimonium conſciæ nr̃æ.
Qđ ſi qſpiã cõfiteri confundit̃, id quo-
que uñ cõpũgit̃ talis pudor pctm̃ addu
cit,& gl'iam de cõſcia pdit, qñ malum
qđ ex pfundo cordis cõpũctio conatur
expellere,pudor ineptus obſtruſo labio
rum oſtio nõ pmittit exire,cũ eũ exẽplo
Pſal.39.b Dauid dicere potius oporteret: Et la-
bia mea nõ phibeo,dñe tu ſciſti. Qui et
ſeipm̃ redarguẽs,puto ſup hoĩum ſtulto
Pſal.31.a & irrationabili pudore:Qm̃ tacui,inqt,
Pſa.140.a inueterauerũt oſſa mea. Vñ & optat o-
ſtium poni circũſtãtię labijs ſuis,ut oris
ianuam & apire cõfeſſioni, & defenſiõi
claudere norit. Deniq; & aptè hoc ip̃m
orans petit à dño, ſciẽs quia cõfeſſio &
magnificentia opus eius. Et q uidelicet
nr̃am malitiã,& q æq̃ diuinæ bonitatis
& uirtutis magnificẽtiam minime tace
mus,magnũ qdẽ geminę cõfeſſionis bo
Pſa.140.a num,ſed dei eſt donũ. Ait itaq;:Non de
clines cor meũ in ṽba malitiæ ad excu
ſandas excuſationes in pctĩs. Quãobrẽ
miniſtros ṽbi ſacerdotes caute neceſſe
eſt ad utrunq; uigilare ſolicitos,quo ui
delicet delinquẽtiũ cordib.tãto mode-
ramine ṽbum timoris & cõtritionis in-
fligant,q̃tenus eos nequaquam à uerbo
cõfeſſionis exterreant, ſic corda aperiãt
ut ora nõ obſtruant,ſed nec abſoluãt ẽt
Rom.10.c compũctum niſi uiderint & confeſſum,
Eccl 17.c qñquidem corde credit̃ ad iuſtitiã, ore
aũt confeſſio fit ad ſalutem. Alioquin à
mortuo(tanq; qui non eſt)pit cõfeſſio.
Quiſquis igr̃ uerbum in ore habet, & in
corde non hẽt,aut doloſus eſt aut uan⁹.
Quiſquis uero in corde et non in ore,aut
ſuperbus eſt,aut timidus.

De Bethania. *Cap.* 13.

Sanè non oĩno (etſi multum feſtinẽ)
debeo tranſire ſilẽter domum obedien-
tiæ,Bethaniam uidelicet, caſtellũ Ma-
riæ & Marthæ,in quo Lazarus eſt reſu
ſcitatus,ubi nimirum & utriuſq; uitæ fi-
gura,& dei erga peccatores mira clemẽ
tia,necnon & uirtus obedientiæ unà cũ
fructibus pœnitentiæ commendatur.
Hoc ergo in loco breuiter ĩtimatum ſuf
ficiat quòd quidem nec ſtudium bonæ
actionis,nec ocium ſanctæ contempla-
tionis,nec lachryma pœnitentis extra
Bethaniam accepta eſſe poterunt illi qui
tantam habuit obedientiam, ut uitam,
quàm ipſam perdere maluerit, factus
obediens patri uſque ad mortem. Hæ
ſunt illæ profecto diuitię quas ſermo p-
pheticus ex uerbo dñi pollicetur: Con- Eſa.51.a
ſolabitur,inquiens,dñs Sion, & conſo-
labitur oẽs ruinas eius,& ponet deſertũ
eius quaſi delicias, & ſolitudinem eius
quaſi hortum dñi,gaudium & lętitia in
uenietur in ea,grãꝝ actio,et uox laudis.
Hæ igitur orbis decimæ, hic theſaurus
cœleſtis,hæc fidelium hæreditas ppl'o-
rum,ueſtræ ſunt chariſſimi credita fidei,
ueſtræ prudentiæ & fortitudini commẽ
data. Tunc aũt cœleſte depoſitum ſecu
rè & fideliter cuſtodire ſufficitis, ſi neq̃-
quam de ipſa ueſtra prudentia uel forti
tudine,ſed de dei tm̃ adiutorio ubiq; p̃-
ſumitis,ſcientes quia non in fortitudine
ſua roborabitur uir,& ideo dicentes cũ
propheta:Dñs firmamentum meum &
refugium meum & liberator meus: Et Pſa.17.a
illud:Fortitudinem meam ad te cuſto- Pſal.58.b
diam,quia deus ſuſceptor meus, deus Pſal.113.b
meus,miſericordia eius præueniet me.
Et item:Non nob dñe non nob, ſed noĩ
tuo da gloriam.ut in omnib.ſit ipſe bñ- Pſa.143.a
dictus qui docet manus ueſtras ad præ
lium,& digitos ueſtros ad bellum.

Incipiunt capitula ſermonis ſequentis, de cõuerſione ad clericos.

1 Quod nemo conuerti ad dñm, niſi dei uoluntate præuentus, & eius uoce interius clamante poſſit.
2 Quod ipſa uox dñi oĩb. ſeſe offerat,et

aĩam ſibĳpſi nolẽtem præſentet.

3 Qđ p hanc aĩæ rõ q̃ſi in libro oĩa mala ꝓpria deprehendere, rep̃hẽdere, dĳudicare, & diſcernere ualeat.

4 Quod qui diligit iniq̃tatem, non ſolũ animam, ſed etiam carnem ſuã odire probetur.

5 De pœna poſt mortem tã aĩæ q̃ carnis, & pœnitentia infructuoſa.

6 In pñti uermis conſcientiæ ſentiẽdus ac ſuffocandus non in immortalitatem fouendus & nutriendus.

7 Quod facile quibuſdam uŕ ut uoci diuinæ obtemperet uoluntas hũana.

8 Qualŕ uolũtas hoĩs per gulam, curioſitatem ac ſupbiam, & per oẽs ſenſus carnis renitatur uoci diuinæ.

9 Vt ratio aĩæ iam tandem uexata præſumptæ facilitatis arguatur, & difficultate confundatur.

10 Reſpiratio cõſolationis qñ huiuſcemodi pauperib. ſpũ beatitudinem audit promitti regni cœleſtis.

11 Quod hoc regnum ſperare nõ poſſit in cuius adhuc carne pctm̃ regnat, & ideo attendendum quod ſequitur: Beati mites.

12 Appetitus gulę & libidinis actus & exitus quis habeatur, curioſitas, uanitas & amor diuitiarum, quem finem habeant.

13 De indigna ſeruitute uitioꝝ, & incertitudine mortis.

14 De infidelitate diuitiarum congregatarum.

15 Quod tp̃alia opera quaſi ſemina ſunt mercedis æternæ.

16 Quod impoſſibile ſit pctm̃ latere.

17 Quid ſentiendũ de his q impie agũt, ſi et illi p̃eunt, q bona bñ nõ fecer̃t.

18 Quid ſpũi timore dei correpto et ad bonum parato reſiſtat caro.

19 Cõtra hanc luctã lugendũ, poſt luctã cõſolandũ: q̃a beati qui lugẽt.

20 Poſt luctũ & conſolationẽ ad cœleſtia contemplanda accedẽdũ eſt.

21 In hac contemplatione quieſcendũ, guſtuq́ eius delectandum & erudiendum eſt.

22 Quod guſtu contemplationis refectus, hẽt itelligere diuina: quia Btĩ qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam.

23 Quod pctã noſtra punita & remiſſa nec iterata nil obeſſe pñt, ſed cooperantur potius in bonum.

24 De miſericordia quæ pœnitenti ꝓmittitur, ac miſeranti. Beati, inq̃t, miſericordes.

25 Qđ ut deus uideatur, cor mundãdũ eſt: quia Beati mundo corde, &c.

26 De pacato, pacante, & pacifico.

27 Increpatio ad ambitioſos, qui non prius ipſi mundato corde ſe deum alĳs pacificare præſumunt.

28 Admiratio ꝙ quidam ſupremũ pacificorum gradum ſibi uſurpant, q nullum inferiorum nec primum q̃dem attigerunt.

29 Exprobratio ꝙ incontinẽtes ſacros ordines impudenter temerare nõ uerentur.

30 Exhortatio ad pñiam, & ut prius humilia ſapiant, ut poſtmodum digne alta conſcendant.

31 De perſecutione ſuſtinenda ſcđm ultimam beatitudinem, beati qui ꝑſecutionem patiuntur, beati eritis cum uos oderint, &c.

Finis.

Quòd nemo conuerti ad dominum, niſi dei uoluntate præuentus, & eius uoce interius clamante poſſit. Capitulum primum.

aD audiendum, ut credimus, uerbum dei conueniſtis. neq; enim cauſa nobis alia ueſtræ huius tã auidæ concurſionis occurrit. Approbamus utique deſiderium hoc, & laudabili ſtudio congaudemus. Beati enim qui audiunt uerbum dei, ſed ſi cuſtodiunt il- Luc.11.d
lud. Beati qui memores ſunt mandatorum eius, ſed ut faciant ea. Nimirum uer- Pſal.102.d
ba uitæ æternæ habet, & uenit hora (utinam & nunc ſit) qñ audient uocem eiꝰ: & qui audierint, uiuent. Siquidem uita ĩ Ioan.5.d
uoluntate eius. Et ſi uultis ſcire, uolũtas

eius conuerſio nr̃a. Deniq; ip̃m audite.
Eze. 18.g Nunq̃d uoluntatis meæ eſt mors impĳ,
ait dñs, & non magis ut conuertatur &
uiuat? Ex q̃b. uerbis euidenter agnoſcimus q̃m uera nob̃ uita non niſi in cõuerſione eſt, nec alŕ ad eam patet ingreſſus,
Matt.18.a dicente dño: Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, nõ intrabitis in regnum cœloꝝ. Merito ſanè paruuli ſoli intrant, nã puer paruulus minat eos: q in hoc ip̃m natus & datus eſt nob̃. Quęro igr̃ uocẽ quã audiant mortui, & cum audierint uiuant, forte.n. & mortuis euangelizare neceſſe eſt. Et occurrit interim
Hier.3.d ṽbum breue, ſed plenum, qđ os dñi locutum eſt: ut ꝓpheta teſtat̃: Dixiſti, ait (loquens ſine dubio ad dñm deum ſuũ) cõuertimini filĳ hoĩum. Nec immerito ſanè à filĳs q̃dem hoĩum uŕ exigẽda conuerſio, pctõrib. utiq; neceſſaria. Nam ſupernis ſpiritib. ea magis q̃ rectos decet
Pſ.147.a indicta laudatio eſt, eodẽ ꝓpheta pſallẽte: Lauda deum tuum Sion. Cæteꝝ qđ ait, dixiſti: meo q̃dem iudicio non negligenter prætereundum eſt, nec ſimplŕ audiendum. Quis.n. humanis comparare
Heb.4.c audeat dictis qđ dixiſſe dr̃ deus? Viuus ꝑfecto eſt ſermo dei & efficax, et uox eiꝰ in magnificentia & uirtute. Deniq; ipſe dixit & facta ſũt. Dixit: Fiat lux, et facta eſt lux. Dixit: Conuertimini filĳ hoĩum, & conuerſi ſunt. Ita planè cõuerſio aĩaꝝ opus diuinæ uocis eſt, non humanæ. Simõ Ioan. piſcator hoĩum in hoc ip̃m uocatus & cõſtitutus à dño, incaſſum tñ et ipſe laborans tota nocte nil capiet, donec in ṽbo dñi rete iactans concludere
Pſal.67.g poſſit multitudinẽ copioſam. Vtinã iactemus & nos hodie in hoc uerbo rete ṽbi, & expiamur qđ ſcriptũ eſt: Ecce dabit uoci ſuæ uocẽ uirtutis. Si mendacium loq̃mur, id planè de ꝓprio eſt. Sed & tũc forſitan nr̃a iudicabitur uox eſſe nõ dñi, ſi q̃ramus q̃ nr̃a ſunt, nõ quę Ieſu Xp̃i. Cæteꝝ etſi loq̃mur iuſtitiã dei, & glŕiam dei q̃rimus, effectum tñ ab eo ſolo ſperare, ab eo poſtulare neceſſe eſt: ut uoci ſuæ uocẽ uirtutis accõmodet. Ad hanc ergo interiorẽ uocem aures cordis erigi admonemus, ut loquentem deum intus audire q̃ foris hoĩem ſtudeatis. Illa.n. uox magnificentiæ & uirtutis, deſerta concutiens, deſerta diſcutiens, torporem excutiens animarum.

Quod ipſa uox domini omnibus ſe offerat, & animam ſibĳpſi nolentem præſentet. Capitulum 2.

nEc ſanè laborãdum eſt ut ad uocis hꝰ perueniatur auditum, labor eſt potiꝰ aures obturare ne audias. Nimiꝝ uox ipſa ſe offert, ipſa ſe
ingerit: nec pulſare interim ceſſat ad o- Pſal.94.b
ſtia ſinguloꝝ. Denique 40 annis, inq̃t, proximus fui gñationi illi, & dixi, ſp̃ hi errant corde. Adhuc nob̃ proximus eſt, adhuc loquitur, & non eſt forte qui audiat. Adhuc dicit, hi errant corde: adhuc ſapĩa clamitat in plateis: Redite præuaricatores ad cor. Hoc nempe initium loquendi dño: et hoc ṽbum ad oẽs qui cõuertuntur ad cor, p̃ceſſiſſe uŕ, & nõ modo reuocans eos, ſed reducẽs & ſtatuẽs contra faciem ſuam. Eſt.n. non tm̃ uox uirtutis, ſed & radius lucis annuncians pariter hoĩbus pctã eoꝝ, & illuminans abſcondita tenebraꝝ. Nec uero ulla internæ hꝰ uocis ac lucis dr̃ia eſt, cũ unus idemq́ ſit dei filius, & uerbum pr̃is, & ſplendor gloriæ, ſed & aĩę quoq; ſubſtãtia in ſuo quidem gñe ẽt ipſa ſpũalis & ſimplex, ſine ulla diſtinctione ſenſuũ ſic tota, ſi tñ tota dicenda eſt, & uidens pariter & audiens uideatur. Quid em̃ illo agitur ſiue radio, ſiue uerbo, niſi ut nouerit ſemetipſam? Aperit̃ ſiq̃dem conſcĩæ liber, reuoluit̃ miſera uitæ ſeries, triſtis q̃dã hiſtoria replicat̃, illuminatur ratio, & euoluta memoria uelut quibuſdam eius oculis exhibetur. Vtraq; uero non tam ipſius eſt animæ quàm aĩa ipſa: ut eadem ſit & inſpiciens & inſpecta: contra ſuam ſtatuta faciẽ, & à uiolentis quibuſdam apparitorib. immiſſaꝝ utique cogitationũ coacta ꝓprio interim iudicanda aſſiſtere tribunali. Quis ſanè iudiciũ hoc ſine tribulatione ſuſtineat? Ad meipſum anima mea turbata eſt (ait ꝓpheta domini) & tu cõtra faciem tuam
ſine arguitione, ſine turbatione, ſed con Pſ.142.a

fuſione,ſtatui non poſſe miraris?

Quod per uocem dei animæ ratio quaſi in libro omnia mala propria deprehendere, reprehendere, dijudicare diſcernere ualeat. Cap. 3.

NEc à me ſperes audire quid ĩ me
moria tua rõ dep̃hẽdat, ꝗd diju
dicet,ꝗd decernat. Applica ĩtus
auditum,deflecte oculos cordis, & pro
prio diſces expimẽto ꝗd agat.Nemo.n.
1.Cor.2.c ſcit q̃ ſunt ĩ hoĩe,niſi ſpũs hoĩs q in ipſo ẽ.
Si ſuperbia,ſi inuidia,ſi auaritia, ſi ambi
tio,aut ſilis aliq̃ peſtis abſcõdita eſt,uix
effugere poterit hoc examẽ. Si fornica-
tio , ſi rapina , ſi crudelitas, ſi fraus ulla,
aut q̃libet culpa admiſſa eſt, internum
hunc iudicem non latebit reus ipſe , nec
inficiabit corã eo. Trãſiit.n.uelociter to
tus ille pruritus delectationis iniq̃,&uo
luptatis illecebra tota breui finita ẽ, ſed
amara q̃dã impſſit ſigna memoriæ, ſed
ueſtigia fęda reliqt.In illud ſiqdem repo
ſitoriũ uelut in ſentinã aliq̃ tota decur-
rit abominatio , & immũditia tota de-
fluxit. Volumẽ grãde cui uniuerſa inſcri-
pta ſunt ſtilo utique ueritatis : amarum
iã uẽter tolerat,etſi fauces miſeras bre-
ui trãſitu dulcedine q̃dã friuola uiſum ẽ
oblectaſſe. Vẽtrẽ meũ doleo miſer, uẽtrẽ
meum doleo. Quidni doleam uẽtrẽ me-
moriæ,ubi tanta congeſta eſt putredo?
Quis nr̃m frẽs , exteriorẽ hãc ueſtẽ qua
tegit,ſi repẽte obſcœnis undiq; ſputis il
litã,& fędiſſimis qbuſq; ſordib.ingnatã
cõſideret,non uehemẽter exhorreat, nõ
uelociter exuat,nõ indignãter abijciat?
Itaq; q non ueſtem, ſed ſemetipm intus
ſub ueſte talẽ repit , eo amplius doleat
& aĩo cõſternet oportet , quo proprius
tolerat ꝗd exhorret. Neq;.n.ut tunicam
abijcit ſuam,ſic abijcere cõtaminata aĩa
poterit & ſeipſam. Deniq; qs in nob tã
tæ patiẽtię eſt & uirtutis,ut ſi forte(quẽ
admodũ de Maria ſorore Moyſi legit)
Num.12.c carnem ſuam ſubitanea q̃dã lepra male
cãdentẽ uiderit,equo aĩo ſtare poſſit &
grãs agere creatori? Quid uero eſt caro
iſta,niſi corruptibilis q̃dã tunica q̃ ueſti
mur? Aut ꝗd lepra hęc corporea electis
oĩb.æſtimanda,niſi paternę uirga corre
ptionis,& purgatio cordis? Ibi tribula-
tio uehemens,&iuſtiſſima cã doloris ẽ,
cum excitatus à ſomno miſeræ uolupta
tis,interiorem cœpit quis dep̃hẽdere le
pram quam ſibijpſe multo ſtudio & la-
bore quæſiuit.Licet.n.nemo oderit car
nem ſuam,ſed multo minus odiſſe pote
rit anima ſemetipſam.

Quod diligens iniquitatem , odit animam & carnem ſuam. Cap. 4.

AT forte aliquẽ moueat illud de
pſalmo: Qui diligit iniqtatẽ,o- Pſal.10.b
dit animam ſuam. Ego autẽ di-
co,odit & carnẽ. An nõ odit, cui gehen
næ cumulos mercat in dies, & cui ſcd̃m
duritiam ſuam & cor impœnitens the-
ſaurizat irã in die irę? Cęterꝝ hoc odium
tam carnis q̃ animæ,non in affectu, ſed
in effectu potius inuenitur. Sic nimirum
odit & phreneticus carnem ſuam cũ ſi-
bijpſi manus inferre laborat,rõnis deli-
beratione ſopita. An uero grauior ulla
phreneſis iudicatur q̃ impnĩa cordis,&
peccandi obſtinata uoluntas? Siqdem
manus nefarias inijcit ſubijpſi , nec car
nem ſed mentem lacerat &corrodit. Si
uidiſti hoĩem ſcalpere manus, & uſque
ad ſanguinem confricare,euidentem ha
bes in eo ſilitudinem aĩæ peccantis ex-
preſſam. Cedit ſiquidem uoluptas illa
dolori, & ſuccedit pruritui cruciatus.
Neq; id ignorabat,ſed diſſimulabat ille
dum ſcalperet. Sic laceramus,ſic exulce
ramus proprijs manib.aĩas infelices,ni-
ſi ꝙ tanto grauius quanto excellentior
eſt ſpiritualis creatura. & cui difficilius
medeatur. Neque id quidem inimici-
tiarum ſtudio gerimus,ſed ſtupore quo
dam inſenſibilitatis internæ. Effuſus ſi
quidem animus damna interiora non
ſentit : quia nec intus eſt , ſed in uentre
forſitan , aut ſub uentre. Denique &
animus quorundam in patinis , quorun
dam in loculis inuenitur. Vbi eſt the-
ſaurus tuus (inquit) ibi eſt cor tuum.
Quid uero mirum ſi propriam minime Mat.6
ſentiat anima læſionem , quæ ſuijpſius
oblita, & penitus abſens ſibi, in longin
quam profecta eſt regionem? Erit autẽ

cum ĩ ſemetipſam reuerſa cognoſcet q̃
crudeliter miſere uenationis obtẽtu eui
ſcerauit ſemetipſam. Neq;.n.id ſentire
poterat dũ uilẽ muſcarꝝ p̃dã deſiderio
captans inſatiabili,aranearꝝ inſtar ex ui
ſceribus proprijs intexere retia uideret.

De pœna tam animæ quàm carnis, & pœnitẽtia infructuoſa poſt mortem. Cap 5.

ERit autẽ hic reditus ſine dubio
uel poſt mortem, cum uniuerſa
quib.ad uagandum foras et inu
tiliter ſeſe occupandum in eam quę pręterit h⁹ mundi figuram egredi conſueue
rat,oſtia corporis clauſa erunt, ut neceſ
ſario maneat in ſeipſa,cui nullus iam pa
teat exitus à ſeipſa. Verum is quidem p-
nicioſiſſimus erit reditus , &miſeria ſem
piterna,q̃ñ iam pnĩa hr̃i poterit,agi non
poterit. Vbi.n. deerit corpus, actus non
erit. Sanè ubi nulla fuerit actio,nec ſatiſ-
factio quidem ulla poterit ĩueniri. Quo
circa pnĩam quidem hr̃e dolere eſt : nã
pnĩam agere,remedium doloris eſt. Ne
que.n.carenti manibus erit ultra leuare
cor in cœlum cum manibus: ſed qſquis
añ obitum carnis nõ redierit ad ip̃m, in
ſeipſo maneat neceſſe eſt in æternũ. Sed
in quali ſeipſo? Qualem ſeſe fecerit ĩ hac
uita,qualem inuenerit exiens ab hac ui-
ta:niſi ꝙ fortaſſe erit nõnunq̃ deterior.
nam melior qui malus eſt nunquã erit.
Habet.n. hoc ip̃m ꝗd nunc ponit, q̃ñq;
recipere corpus, non tñ ad pnĩam , ſed
ad pœnam. Vbi nimirꝝ pc̃ti ipſius &car
nis quodammodo ſilis uidebitur eſſe
conditio , ut quemadmodum culpa ſp
puniri poterit,nec unquam poterit ex-
piari:ſic nec in corpore aliq̃ñ tormenta
finiri,nec corpus ip̃m exinaniri ualeat in
tormentis. Merito quidẽ ultio ſempiter
na deſæuiet,quòd nunquam poſſit cul-
pa deleri : & nec ſubſtantia carnis defi-
ciet , ne ſimul cogatur etiam afflictio
carnis terminari. Hæc fratres mei qui
pauet,cauet:nam qui negligit,incidit.

Quod uermis conſcientiæ in præſenti ſentiri ac ſuffocari debet, non in immortalitatem foueri ac nutriri. Cap. 6

UT ergo redeamus ad uocem uñ
proceſſimus: expedit nob profe
cto redire ad cor , dum illic iter
quo oñdat nob ſalutare ſuum , qui tan-
to ſtudio pietatis illuc reuocat p̃uarica
tores. Nec ſentiri interim pigeat mor-
ſus uermis interni,aut piculoſa quędam
aĩ amaritudo, & pnicioſa mollities per-
ſuadere queat ut pñtem uelimus diſſi-
mulare moleſtiam . Optimum eſt tunc
ſentiri ỽmem,cum poſſit ẽt ſuffocari. Ita
que mordeat nunc ut moriatur,et paula
tim deſinat mordere mordẽdo. Rodat
interim putredinem , ut rodẽdo conſu-
mat, & ipſe quoq; pariter conſumat,ne
foueri incipiat in immortalitatem. Ver- Eſa. 66.g
mis,inqt,eorꝝ non morietur, & ignis eorꝝ
non extinguetur. A facie illorꝝ morſuũ
qs ſuſtinebit? Multiplex.n. nunc cõſola
tio arguentis conſcĩæ releuat cruciatũ.
Benignus eſt deus qui non patitur nos
tentari ultra q̃ poſſumus , nec uermem
hũc ſupra modum patit malignari. Ma
ximeq; inter initia cõuerſionis oleo mi-
ſericordiæ linit ulcera:ut nec morbi quã
titas , nec difficultas curationis ultra q̃
expedit innoteſcat , magis aũt arridere
ur facilitas q̃dam,q̃ poſtmodum euane
ſcit,q̃ñ iam exercitatos hñti ſenſus cer-
tamẽ forte dat ut uincat,et diſcat q̃m o-
mnium potentior eſt ſapĩa. Interim ſanè
audiẽs qs uocem dñi: Redite p̃uaricato
res ad cor, & tantis in interiore cubicu-
lo obſcœnitatib. dep̃henſis,ſingula q̃q;
rimari ſatagit, & quonam hæc influxe-
rint aditu curioſus ueſtigator explorat ,
nec difficile patet foramẽ imò et forami
na cõtuẽdi. Sed nec parꝝ illi ex hac cõſi-
deratione doloris accedit, cum p feneſtras ꝓprias mors iſta dep̃hẽdit introijſ
ſe. Multa ſiqdem admiſiſſe ur̃ petulãtia
oculorꝝ,multa pruritus aurium , multa
quoq; olfaciẽdi,guſtãdi,tãgẽdiq; uolu-
ptas. Nã ſpũalia qdem uitia (quorꝝ ſu-
pra meminim⁹)difficile adhuc ꝓut ſũt ,
carnalis,examinat. Vñ fit ut q̃ ſũt grauio
ra,aut minus aut minime ſentiat , nec tã
ſupbię aut ĩuidiæ q̃ flagitioſorꝝ aut faci
noroſorꝝ recordatione actuũ mordeat.

Quòd quibuſdam facile uidetur uoluntatem humanam obtemperare uoci diuinæ. Cap. 7.

T ecce iterũ uox de nubibus di-
e cens:peccaſti, qeſce. Et qđ dr̃,
tale eſt.Iam ſentina redũdans,
domum oẽm intolerabili fœtore conta
minat,&uanum tibi eſt, dum adhuc ſor
des influant,exhaurire: dũ peccare non
deſtiteris,pœnitere.Quis n. eorũ ieiunia
ꝓbet,q ad lites &contentiones ieiunãt,
& pcutiunt pugno impie,ſed & uolũta
tes & uoluptates ꝓpriæ inueniuntur in
Eſa. 58.b eis?Nõ tale eſt ieiunium qđ elegi, dicit
dñs.Claude feneſtras morti,obſera adi
tus,foramina obſtrue diligẽter,&ſic de
mũ nõ ſubeũtibus nouis, ſordes poteris
expurgare uetuſtas. Aeſtimat hõ facile
qđ iubet̃ implẽdum, tanq̃ ignarus exer
citij ſpũalis. Quis.n.ꝓhibeat,inqt, quo
minus impem membris meis? Indicit
igitur gulæ ieiunia,crapulam interdicit,
obturari p̃cipit aures ne audiant ſangui
nẽ,auertit oculos ne uideãt uanitatẽ,ma
nus nõ ad auaritiã,ſed ad eleemoſynam
magis extẽdit:qb. forte & laborẽ impo
nere uelit,ꝓhibens latrocinia, ſicut ſcri-
Ephe. 4.c ptũ eſt:Qui furabat̃,iã non furet̃, magis
aũt laboret manib.ſuis qđ bonũ eſt, ut
hẽat uñ tribuat neceſſitatem patiẽti. Cę
terũ dũ ſuas qbuſq; mẽbris in hunc mo
dũ leges ꝓmulgat,& decreta ꝓponit,
interrumpũt ſubito uocem iubentis, &
uno impetu clamant:Vñ hæc noua reli-
gio?Facere iubes ut libet. Sed inueniet̃
q nouis decretis obuiet, q nouis legib⁹
cõtradicat. Quis.n.ille eſt,inqt? Et illa.
Nimirũ ipſa q̃ paralytica iacet ĩ domo,
& male torquet̃. Ipſa eſt.n.in c⁹ nos pri
dem deputaſti obſeqũm(ſi nõ ignoras)
ad obedičdum utiq; cõcupiſcẽtijs eius.
Expalluit miſer ad hãc uocẽ, & cõfuſus
obmutuit. Anxiabat̃.n.in eo ſpũs eius.
At mẽbra qdẽ ad ſuã illã infeliciſſimã
dñam incũctãter accedunt, ut aduerſus
dñm crudelr̃ interpellent, & impia du-
riora cauſent̃. Plãgit gula parſimoniæ ſi
bi modũ adhibitũ,ꝓhibitã crapulæ uo-
luptatẽ. Oculus q̃ritur indictas lachry-
mas,petulãtiã interdictã. Quib. hæc &
ſilr̃ia ꝓſequentib. excitata & uehemẽter
exacerbata uolũtas,ſomniũ ne eſt,inqt,
an fabula qđ narratis? Tũ ũo opportu
nũ ſuæ tp̃s nacta q̃rimonię lingua: oĩno
ait,ſic eſt ut audiſtis. Nam & ego à fa-
bulis & mendacijs iuſſa ſum reticere,&
nihil deinceps niſi ſerium, imò & peni-
tus neceſſarium loqui.

Qualiter uoluntas hominis per gulam, curioſitatem, ac ſuperbiam, & per omnes ſenſus carnis renititur uoci diuinæ. Cap. 8.

Xilit igitur uetula furens,& to-
e tius oblita languoris, procedit
horrentibus comis,ueſte lacera
ta,pectore nudo,ſcalpens ulcera, fren-
dens dentibus & areſcens,atque ipſum
inficiens aera flatibus uirulentis. Quid-
ni confundatur,ſiqd adhuc ſupereſt rõ-
nis,ad talem miſeræ uoluntatis occur-
ſum et incurſum? Hęc,inquit, eſt tota tui
coniugij fides,ſic cõpateris male patien
ti? Vſqueadeo ſuper dolorem uulnerum
meorũ addere pepciſti? Subtrahẽdũ for
ſitan ex immoderata dote aliqd uideba
tur,ſed qd reliquitur hoc ſublato? Solũ
hunc languenti miſerè præſtitiſti, & oĩa
eius obſeqa quemadmodum ſint diſtri
buta aliqñ,cognouiſti. Nunc aũt ſi tibi
forſitan morbi h⁹ peſſimi quo laboro,
triplex malignitas excidiſſe potuit, ſed
non mihi. Siquidem uoluptuoſa ſum,cu
rioſa ſum,ambitioſa ſum, & ab hoc tri-
plici ulcere non eſt in me ſanitas à plãta
pedis uſq; ad uerticem. Itaq; fauces, &
quę obſcœna ſunt corpis,aſſignata ſunt
uoluptati,qñquidem uelut de nouo ne-
ceſſe eſt ſingula recenſeri. Nam curioſi-
tati pes uagus &indiſciplinatus oculus
famulãtur. At uanitati quidem aures &
lingua ſeruiunt,dum per illã impinguat
caput meum oleum pc̃tõris,per hãc ip-
ſa ſuppleo quod in laudib⁹ meis alij mi-
nus feciſſe uñr. Valde.n.delector & re
cipere ab alijs,& cum opportune poſ-
ſum ẽt tradere alijs laudes meas,et meo
& alieno ore ſemper cupiens prędicari.
Cui potiſſimum morbo, tuum quoq; in
geniũ plurima ſolet adhibere fomenta.
Porrò manus ipſas quibus eſt undiq; li-
bet

ber motus,non uni ſpecialr̃ alicui operi
deputamus,ſed modo uanitati, mõ cu-
rioſitati,modo uoluptati ſedulum ſatis
exhibẽt famulatũ. Quib⁹ ita diſpoſitis,
non mihi hæc oĩa uel in uno ſatisfacere
aliqñ potuerunt, ꝙ non ſatiet̃ oculus ui
ſu, nec auris impleat̃ auditu, atq; utinã
inter ſpectandum totum aliqñ corpus
fieret oculus,aut inter prandendũ in fau
ces membra oĩa uerterent̃. Tu'ne igr̃ mi
hi id modicum conſolationis qđ utcun
que mendico,tentas ſurripe? Dixit,&
cum indignatione & furore recedẽs,te-
neo,inquit,longumq; tenebo.

Vt ratio animæ iam tandem uexata præſumptæ facilitatis arguatur, & difficultate confundatur. Cap. 9.

Am uero rõni ipſa uexatio dat
i intellectum,iam innoteſcit aliq̃
tenus h⁹ negocij difficultas,iam
p̃ſumpta facilitas euaneſcit. Videt em̃
memoriam plenam ſpurcitiarum,uidet
abũdãtius al's atq; al's influere ſordes,ui
det ipſas feneſtras morti patulas clau-
di oĩno nõ poſſe: & ꝙ adhuc p̃ſidẽs uo-
luntas languida dñetur,ex cuius ulceri-
bus ſanies uniuerſa ꝓfluxit. Videt deni-
que aĩa ſeſe contaminatam, nec ꝑ aliũ,
ſed per proprium corpus, nec aliũde q̃
à ſeipſa. Eſt aũt quoddam aĩæ,ſicut me
moria quæ inficitur, ſic uoluntas ipſa q̃
inficit. Deniq; tota ipſa nihil eſt aliud q̃
rõ,memoria, & uoluntas. Nunc autem
& ratio minus hñs, cæca quodammo-
do quòd hactenus iſta non uiderit, infir
ma oĩno ꝙ re agnita quidem præualuit
temperare,& memoria fędiſſima pari-
ter & fętidiſſima,& uoluntas languida
& horrendis ulceribus undiq; ſcaturiẽs
inuenitur. At nequid ex oĩbus quæ ſunt
hoĩs relinquatur, ipſum etiam corpus
rebelle eſt,& ſingula membra, feneſtrę
ſingulæ quibus mors intrat ad aĩam, &
inceſſanter exuberat ipſa confuſio.

Reſpiratio conſolationis pauperibus ſpiritu. Cap. 10.

Vdiat ergo aĩa quæcunq; eiuſ-
a modi eſt uocem diuinam, & au
diat cum ſtupore & admiratio
ne dicentem:Beati pauperes ſpũ, qm̃ ip Mat. 5.a
ſorũ eſt regnum cœlorũ. Quis ſpũ pau-
perior eo qui in toto ſpũ ſuo non inue-
nit requiem,non inuenit ubi caput recli
net? Hoc quoq; cõſilium pietatis,ut qui
ſibi diſplicet,placeat deo: & q ꝓpriam
domum odit,domum utiq; plenã ſpur-
citiæ & infecilitatis,inuitetur ad domũ
gl'iæ,domum nõ manu factam ęternam
in cœlis. Nec mirũ ſi ad h⁹ dignationis
magnitudinẽ expaueſcit, ſi difficile cre-
dit huic auditui,ſi uehemẽti ſtupore ad-
mirat̃,& ait:Ergo'ne btm̃ hoĩem miſe-
ria facit? Cæterũ qſqs eiuſmodi es, non
diffidas,non miſeria ſed miſericordia fa
cit btm̃,ſed h⁹ ꝓpria ſedes miſeria eſt,ut
humiliatio in humilitatem tranſeat, ne-
ceſſitas in uirtutem. Pluuiam uolunta- Pſal. 67.b
riam(inquit)ſegregabis deus hæredita
ti tuæ, & infirmata eſt,tu uero perfeci-
ſti eam. Vtilis prorſus infirmitas q̃ medi
ci manum requirit:& ſalubriter à ſe defi
cit,quam perficit deus.

Quod regnum ſperare non poſſit in cuius adhuc carne peccatum regnat. Cap. 11.

Ed quia non eſt uia ad regnum
ſ dei ſine primitijs regni,nec ſpe-
rare poteſt cœleſte regnum cui' Mat. 5.a
nec ſuper ꝓpria membra adhuc regna-
re donatur,ſequitur uox dicens: Beati
mites: quoniam ipſi hæreditabunt ter-
ram. Ac ſi euidentius dicat:Mitiga effe
ros uoluntatis motus, & crudelem be-
ſtiam manſuefacere cura. ligatus es, ſol
uere ſtudeas quod rumpere omnino nõ
poſſis. Eua tua uita eſt. Vim facere, aut
eatenus eam offendere nullo modo prę
ualebis. Nec mora reſpirans homo in-
ter hæc uerba atque id quoque facilius
reputãs,licet uerecundus,accedit & de
linire ſatagit uiperam ĩflammatam. Ar
guit uitæ carnalis illecebras,& conſola
tiones ſecularis nugacitatis accuſat tan
quam exiguas & indignas,ſed & breuiſ
ſimas quoque & pernicioſiſſimas om-
nibus amatoribus ſuis.

Appetitus gulæ & libidinis, & cæterarum uanitatum quem finem habeant. Cap. 12.

ſ Vper hoc ait, neq́ꝫ & inutili ſeruo tuo & ipſa fatere. Nec.n.infiſciari potes ne in modico qdē tibi uniuerſa eius obſeqa ſatisfacere aliqñ potuiſſe. Voluptas gutturis quæ tāti hodie æſtimat̃, uix duoꝝ obtinet latitudinem digitoꝝ, & eius tam modicæ partis tam exigua delectatio quanta opat̃ ſolicitudine, quantam deinde moleſtiā parit? Hinc mōſtruoſius dilatant̃ renes & humeri, hinc tumentes uteri nō tā impinguantur q̃ impḡnantur aruina: & dū carnis onus oſſa non ſuſtinent, ēt morbi uarij ḡnantur. Sic libidinis illecebroſa uorago quātis laborib. & diſpendijs, interdum & famè uel honoris, aut ēt uitæ ipſius ꝑiculo comparatur, ut ad modi-
Boeth.li.3 cum flagrans ſulphureus uapor furētes
de conſo. ſtimulis agat, & apū par uolātium ubi
metro.7. male grata mella fuderit, nimis tenaci feriat icta corda morſu: cuius appetitus anxietatis & uecordiæ, actus abominationis & ignominię, exitus pœnitudinis & uerecundiæ plenus eſſe dignoſcitur. Cæteꝝ ſpectacula uana rogo qd corꝑi ꝓſtant, qd ue aīæ conferre vr̃? At certe nihil in hoīe cui curioſitas ꝓſit inuenies. Friuola ꝓrſus & inanis ac nugatoria cōſolatio, & neſcio qd illi durius impcer, q̃ ut ſꝑ habeat qđ reqrat, q iucundæ qetis pacem fugitans, curioſa inqetudine delectatur. Liquet ſanè uel ex hoc ipſo nihil his oīb. delectationis ineſſe, quoꝝ ſolus trāſitus iuuat. Cæteꝝ uanitas uanitatum q̃ nihil ſit, uel ex ipſo noīe manifeſtius indicatur. Vanus utiq́ꝫ labor q
Idem eod. ſtudio uanitatis aſſumit̃. O doxa doxa
li. proſa.6 (ait Sapiens) in milib⁹ mortalium nihil aliud q̃ aurium inflatio uana. Et tñ quātam putas infelicitatem hæc ipſa nō tā felix uanitas q̃ uana felicitas parit? Hic nanq́ꝫ cæcitas cordis, ſicut ſcriptum eſt:
Eſai.3.b Pp̃le meus, qui te btificant, in errorē te inducunt. Hinc ceruicoſus furor aīoſitatis, hinc ſuſpicionis labor anxius, hinc liuoris crudele tormētum, & cremātis inuidię miſerior q̃ miſerabilior cruciatus, hinc diuitiaꝝ amor inſatiabilis lōge amplius deſiderio torquet aīam, q̃ refrigeret uſu ſuo: utpote quaꝝ acquiſitio quidem laboris, poſſeſſio v̄o timoris, amiſ-
ſio plena doloris inuenit̃. Poſtremo ubi Eccl.5.c
multę opes, multi ēt qui comedunt eas: & uſus quidem diuitiaꝝ apud alios, diuitibus ſolū nomen cedit & ſolicitudo. Et in his oīb. pro tam exiguis, aut magis ne exiguis quidem, ſed nullis eam parui pendere gl'iam quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcendit, quæ ꝑparauit deus diligentib. ſe nō tam inſipientiæ q̃ infidelitatis eſſe vr̃.

De ſeruitute uitiorum & incertitudine mortis. Cap. 13.

n Ec immerito ſanè mundus hic poſitus in maligno, uana ꝓmiſſione deludit aīas propriæ conditionis & nobilitatis oblitas, quas nō pudeat porcis in miniſterio ſubiugari, in deſiderio ſociari, nec ſic tñ infelici edulio ſatiari. Vnde enim hæc tanta puſillanimitas & abiectio tam miſerabilis, ut egregia creatura capax æternæ beatitudinis & gloriæ magni dei, utpote cuius ſit inſpiratione condita, ſimilitudine inſignita, cruore redempta, fide dotata, ſpiritu adoptata, miſeram non erubeſcat ſub putredine hac corporeoꝝ ſenſuum gerere ſeruitutem? Merito plane ne eos quidem apprehendere poteſt, quæ talē deſerens ſponſum, tales ſequitur amatores. Merito ſiliquas eſurijt & non accepit, qui porcos paſcere maluit, q̃ paternis epulis ſatiari. Inſanus ſiqdem labor paſcere ſterilem quę non parit, & uiduę benefacere nolle: omittere curā cordis, & curam carnis agere in deſiderio: impinguare & fouere cadauer putridum, quod paulo poſt v̄mium eſca futurum nullatenus dubitatur. Nam & ſeruire mammonæ, & auaritiam colere (quod eſt ſeruitus idolorum) aut uanitatem ſectari, prorſus degeneris animę indicium eſſe quis neſciat?

De infidelitate diuitiarum congregatarum. Cap. 14.

c Sto tñ magna ſint & honeſta q̃ mundus interim amatorib. ſuis erogare ur̃, ſed infida eſſe quis neſciat? Certa nimiꝝ eoꝝ breuitas, et ipſius quoq́ꝫ breuitatis finis incertus, ſępe uiuentem deſerūt: nam morientem nec raro ſequunt̃. Quid v̄o in rebus humanis certius morte, qd hora mortis incertius inuenit̃? Non miſeratur inopiā, non diuitias reueret̃, non ḡni cuiuſlibet, non morib. non ipſi deniq́ꝫ parcit ætati, niſi ꝙ ſenib. qdem in ianuis, adoleſcentib. in inſidijs eſt. Infelix proinde qui in h⁹ uitæ tenebris & lubrico fidens ꝑituram inſumit operam, nec aduertit qm̄ uapor eſt ad modicum parēs, et uanitas uanitatū. Obtinuiſti tandē ambitioſè quam ex lōgo concupieras dignitatem? ſerua qđ hēs. Impleſti pecunioſe loculos tuos? ſolicitus eſto ne ꝑdas. Vberes fructus attulit ager tuus? dirue horrea tua ut maiora ædifices: muta quadrata rotūdis: dic aīæ tuæ, hēs multa bona repoſita in an-
Luc.12.c nos plurimos. Erit.n. qui dicat: Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te: quæ autem paraſti, cuius erunt?

Quod temporalia opera quaſi ſemina ſunt mercedis æternæ. Cap. 15.

a Tq́ꝫ utinam tm̄ cōgregata perirent, & non deterius ipſe quoq́ꝫ periret congregator eoꝝ. Eſſet utiq́ꝫ tolerabilius perituro q̃ peremptorio inſudare labori. Nunc uero ſtipēdia pc̄ti mors: & q in carne ſeminat, de carne metet corruptionem. Nec.n. oꝑa nr̃a tranſeunt ut vr̃, ſed tꝑalia quæq́ꝫ uelut æternitatis ſemina iaciuntur. Stupebit inſipiēs cum ex hoc modico ſemine copioſam uiderit exurgere meſſem, ſeu bonam, ſeu malam, ꝓ diuerſa qualitate ſementis. Hoc q cogitat, nullum oīno paruum reputat eſſe pc̄tm̄, ꝙ futuram meſſem potius æſtimet q̃ ſementem. Seminant ergo dum neſciunt, et ſeminant dū occultant hoīes iniquitatis myſteria, dum uanitatis conſilia celant, dum perābulant in tenebris negocia tenebraꝝ.

Quod impoſſibile ſit peccantem latere. Ca. 16.

p Arietes, inquit, ſunt undiq́ꝫ, quis me uidet? Eſto nemo te uideat, non tñ nullus. Videt te angelus malus, uidet te angelus bonus, uidet & bonis & malis maior angelis deus, uidet accuſator, uidet teſtium multitudo, uidet & ipſe iudex cuius te oportet aſſiſtere tribunali: ſub cuius ſanè oculis uelle delinquere tam inſanum, q̃ horrendū incidere in manus dei uiuentis. Noli eſſe ſecurus, latent inſidiæ q̃s latere non poſſis. Latent, inq́ꝫ, inſidiæ, q̃s ut deprehēdere ipſe non potes, ſic non potes ipſe non deprehendi. Audit planè qui plantauit aurem: & qui finxit oculum, ipſe conſiderat. Non illius ſolis arcet radios maceria lapidum, quos ipſe creauit, nō uel ipſe corꝑis h⁹ paries ueritatis excludit aſpectum. Nuda ſunt eius oculis oīa, penetrabilior eſt ancipiti gladio. Ipas quoque non modo cernit, ſed et diſcernit cogitationum uias, & medullas affectionum. Deniq́ꝫ ſi non totam humani cordis abyſſum, & qcqd in ipſo latet inſpiceret præ ipſo, non ille iam nil ſibi conſcius iudicantis ſeſe dñi ſnīam tantopere
formidaret. Mihi (inquit) pro minimo 1.Cor.4.a
eſt ut à uob iudicer, aut ab humano die, ſed neque meipſum iudico: nihil.n. mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Qui autē iudicat me, dñs eſt. Si tu obiectu parietis, aut cuiuſlibet ſimulationis ꝓtentu, humana fruſtrari poſſe iudicia gl'iaris, certus eſto non illum uera crimina ꝑterire qui de falſis ēt accuſare criminib. conſueuit. Si tantopere eius q nihilominus forte tuam uereatur, proximi conſciam reformidas, multo minus eos contemnas qbus odioſa magis iniquitas, et longe amplius execrabilis corruptio eſt. Si deniq́ꝫ deum non times, et ſolos hoīum uereris aſpectus, memor eſto hoīem xp̄m hoīum facta ignorare nō poſſe: ut qđ corā me attētare minime ꝓrſus auderes, multo minus audeas corā ipſo: qđque non dico non liceret, ſed

nec liberet qdem p̃ſumere uidente con
ſeruo,inſpiciente dño uel cogitare peni-
tus exhorreſcas. Alioqn ſi carnis oculũ
magis ꝙ gladium q carnes hẽt deuora-
re formidas:& is quoq; timor quem ti-
mes,eueniet tibi,& accidet qđ uereris.
Nihil optum qđ nõ reueletur,uel occul
tum qđ non ſciat. Arguent à luce in lucẽ
prolata opera tenebrarũ:nec modo ob-
ſcœnitatũ abominanda ſecreta,ſed iniq̃
cõmercia uendẽtium ſacra,& fraudulẽ
ta ſuſpiria adinuenientium dolos,& iu-
dicia ſubuertẽtium,q nouit oĩa,nota fa-
ciet uniuerſis:cũ cœpit ſcrutator ille cor
dis & renũ ſcrutari Hierl'm in lucernis.

Quid ſentiendum ſit de his qui impie agunt.
Cap. 17.

Vid ergo ibi facturi ſunt,imò po
q tius qd paſſuri q crimina cõmi-
ſerunt,ubi audituri ſunt: Ite in
ignem æternum,q pietatis opa nõ fece-
runt? Qñ ỽo admittetur ad nuptias,q
nec lumbos p̃cinxit ut abſtineret à ma-
lo,nec lucernam tenuit ut faceret bonũ:
qñ nec uirginitatis integritas, nec lãpa-
dum claritas ſolius olei poterit excuſa-
re defectum? Aut qs illos manere credẽ
dus eſt cruciatus,qui in hac uita non ſo-
lum mala,ſed forte peſſima ppetrant, ſi
Quatuor gradibus diſtĩguitur oĩum electoꝝ profectus. Primo enim fit q̃ſqꝫ amicus ſuæ aĩæ, ſcd̃o fit amicus iuſtitię, tertio ſapientiæ, quarto fit ſapiens. In primo profectu uitat oĩa quæ animam pñt offendere, & diligit ea quæ eã pñt mulcere. Horret ergo infernum, & cœlum concupiſcit: ita põt implere illud diuinũ p̃ceptum quod in prima cõuerſione ſua accepit: Diliges ꝓximũ tuũ ſicut teipſum. *Matt. 22* Nam dum ſcd̃m carnem ambulat, nullo modo p̃t. Cum aũt ſpũ dei agitur, facile põt. Quid.n. habeat emolumenti hõ ſi proximus eius ardeat ĩ inferno: aut q̃d perdiderit ſi ſecum fuerit ĩ paradiſo? Neque enim talis eſt illa paradiſi hæreditas, ut poſſidentium numero minuatur. Diligit ergo proximũ quem non uult malum pati, ſicut nec ſeipſum, & quem ſicut ſeipſum uult poſſidere cœlum. Hoc aũt ſuo .i. hominis ſpiritu, qñ poſſet, ut .ſ. expaueſceret gehennã, ac cœleſtia deſideraret? Sed põt hoc illius ſpũ cui dictum eſt. *Pſal. 138* Si aſcendero in cœlum, tu illic es &c. Spũs quippe ſapientiæ ubiqꝫ præſens, nouit quid in cœlo, & quid aga ur in inferno. Cumqꝫ mẽtem humanam repleuerit, & de pœnis *Eccl.* inferni ĩcutit timorem, & cœleſtiũ amorem infundit: ſic que facit hoĩem amare ſeipſum, & dicit ei: Miſerere aĩæ tuę, placens deo. Primũ igr̃ eſt diligere ſe, deinde proximum. Nõ.n. dictũ eſt, diliges te ſicut proximum, ſed diliges proximũ ſicut te. Hoc modo fit amator aĩæ ſuæ p̃ ſpm̃ ſctm̃ quẽ ex fide accepit. Accepto aũt hoc dono, non debet eo ſolo contẽtus eẽ, ſed ad maiora ꝓuehi, & in melius proficere. Viuit autẽ iam p̃ ſpm̃. Sed ſi p̃ ſpm̃ uiuimus (ait Apl's) ſpũ & ambulemus. *Gala. 5 & 6.a* Et alibi dicit: Nos uerò omnes reuelata facie gl'iam dei ſpeculãtes, in eãdẽ imaginẽ trãsformamur à claritate in *2. Cor. 3* claritatẽ, tanquã à dñi ſpũ. Hoc ipm̃ & pſalmiſta de ſctis ur̃ ſenſiſſe. *Pſa. 83.b* Benedictionẽ, inq̃t, dabit legislator, ibũt de uirtute in uirtutẽ, uidebit deus deoꝝ ĩ Sion. Ambulet & iſte quẽ in manibus habemus, eat et ꝓficiat donec ad quartũ gradum p̃ueniat. Ibi ſine dubio factus ſapiẽs, uidebit deũ deoꝝ ĩ Sion. Porro eo ipſo q̃d dixi, q̃ bñ diligit aĩam ſuam, debet ẽt diligere iuſtitiã. Alioq̃n ſi diligit iniq̃tatẽ, odit plane nõ diligit aĩam ſuã. Diligendo aũt iuſtitiã trãſit ad ſcd̃m gradũ, & *Sap. 1.a* audit illud ſapĩę p̃ceptum: Diligite iuſtitiã q̃ iudicatis terrã. Quã ſi p̃fecte dilexerit, debet ꝓ ea ferre patiẽter oẽm pœnã & quancunqꝫ illatã cõtumeliã. Duo q̃ppe p̃ſtabit ei iuſtitia, unũ ut faciat q̃d debet, alteꝝ ut patiat̃ q̃d debet .ſ. ut ſi bonũ non fecerit q̃d debuit, malũ q̃d meruit patiat̃. Sic miro modo ne deſerẽdo q̃dem iuſtitiã ab ipſa deſerimur, dum p̃ ipſam q̃libet p̃uaricationis reatus punitur. Neqꝫ.n. eſt qui ſe abſcõdat à calore eius. Hãc aũt pœnã nõ ſolũ uir iuſtus nõ horret, uerum etiã libẽter excipit, dum p̃ eã p̃teritæ uitę pc̃tã purgar: fideliter cre*Prou. 12.c*dit. Hinc.n. ſcriptũ eſt: Nõ cõtriſtabit iuſtum q̃cq̃d ei acciderit: Opponit igr̃ uarĳs uoluptatibus q̃bus corruit, contraria medicamẽta p̃ q̃ reſurgat. Verbi gr̃a: cecidit p̃ inobedientiã, p̃ obedientiæ laborẽ redit ad uitã: lubricus extitit ac diſſolutus, p̃ cõtinentiæ ſtudiũ rigoremqꝫ diſciplinæ reparat̃. Patit̃ ab ipſis elemẽtis mũdi pœnam, quoꝝ uſum dudũ ĩflixerat ad uoluptatẽ. Quibus cruciatib⁹ cũ diu tanqꝫ auꝝ ĩ fornace ꝓbatus fuerit, quantũ .ſ. dignũ iudicabit is q̃ in pane lachrymarum nos cibat, & potũ dat nobis in lachrymis ĩ mẽſura, incipit iam cõſolari, & audit illã Eſaię uocẽ dicẽtis: *Eſa. 40.a* Cõſolamini cõſolamini ppl'e meus, dicit deus ueſter. Loq̃mini ad cor Hierl'm, & aduocate eã, q̃m̃ cõpleta eſt malitia eius .i. afflictio: dimiſſa eſt iniq̃tas illius. Suſcepit de manu dñi duplicia ꝓ oĩbus pc̃tis ſuis. Poſtqꝫ uerò conſolationẽ receperit, ſolicitus eſt & q̃rit q̃uo placeat ei cui ſe ꝓbauit. Facit q̃cq̃d boni facit, ut ſoli placeat ſuo cõditori. Trãſit ad tertiũ gradũ ſui ꝓfectus, ut ſit .ſ. amicus ſapĩæ, q̃ materno affectu loq̃tur ſibi cũ dicit: *Prou. 23.c* Præbe fili cor tuũ mihi. Cũ ergo ad hũc gradũ p̃uenerit, nihil aliud ei reſtat niſi ut ad quartũ aſcẽdat, ubi dr̃ eſſe ſapiẽs. Hoc aũt fit qñ iã operat̃ non ut ipſe deo placeat, q̃d utiqꝫ ĩ tertio gradu fecerat, ſed q̃a placet ei deus, uł q̃a placeat deo quod operatur. Quiſquis talis eſt, põt cũ tota fiducia ac ſecuritate conſcientię illud ſapiẽtis canticũ decãtare: In oĩbus *Eccli. 24.a* requiẽ q̃ſiui &c. Hic.n. req̃eſcit in oĩbus, cũ p̃ oĩa ei placeat deus, qui non dei uoluntatem ad ſuam curuare, ſed ſuam dirigit ad dei uoluntatẽ erigere. Morabit̃ in hæreditate dñi, ſicut ei eiuſdẽ dñi uoce promittitur cum dr̃: Terram in qua *Gene. 28.a* dormis tibi dabo, hoc eſt quietem iſtã ad quam perueniſti labore tuo et munere meo, ſtabilem tibi faciam atqꝫ perpetuam. Quod aũt ſubiũgit, & ſemini tuo, ſic poſſumus intelligere: ut nõ ſolũ ſpũi detur tranquillitas iſta & hic & in futuro, ſed ẽt ſemini tuo .i. operibus tuis dabitur corporis tui glorificatio.

Tria ſunt loca, cœlum, terra, ĩfernus: & habent ſingula habitatores ſuos: cœlum ſolos bonos, terra miſtos, infernus ſolos malos.

Quatuor ſunt quæ impediunt confeſſionem, pudor, timor, ſpes, deſperatio. Quoſdam.n. impedit pudor, qui .ſ. pro ſola confuſione dicere erubeſcunt pc̃tã quæ commiſerunt. De quo per Salomonem dicitur: Eſt confuſſio adducens peccatum. Quo contra de his qui confitentur, iterum dr̃: *Eccli. 4.c* Eſt confuſio adducens gloriam. Quos etiam commendat propheta dicens: Confeſſionem & decorẽ induiſti. *Pſal. 103.a* Et alibi. Confeſſio & magnificentia opus eius. Alios impedit timor. Timent.n. ſi confiteantur, ne grauis eis pñĩa iniungatur: & hos arguit Iob di*Iob. 6.c*cens: Qui timet pruinam, irruet ſup̃ eum nix. Sunt autem nonnulli qui in hoc mũdo adhuc aliquid concupiſcunt, nec putãt ſe adepturos quod deſiderant, ſi hominibus quales ſint, innoteſcant. Horũ confeſſionem impedit ſpes .i. cupiditas potiẽdi deſiderĳ: talibus cõminat̃ dñs in

euangelio: Væ prægnantibus & nutriētibus in illis diebus. Sunt item alij q nil
Mat. 24.b hoꝝ uerentur, ſed ſolū hoc timent quia poſt pctōꝝ confeſſiouem ab ipſis abſtinere minime poſſent. Et his obeſt deſperatio. Quibus nō incōgrue illud pōt ap-
Prou. 18.a tari. Pctōr cum uenerit in profundū maloꝝ, contemnit. Fit uerō nonnunquā ut
Ioan. 11.e hæc oīa ſiľ confeſſionem impediāt. Sed
Eccli. 17.c qui quatuor his malis p̄mitur rectē iam in monumento iacet, & uelut ille euangelicus quatriduanus fœtet. Scriptū eſt .n. A mortuo uelut q non ſit, p̄it confeſ-
Ioan. 11.f ſio. Qđ ſi is mortuus eſt q nō confitetur, utiq; reuiuiſcet q confitebitur. Veniat ergo Ieſus, & dicat Veni foras. Et ad uocē eius illico ſuſcitabitur mortu⁹. Excipiat hic nr̄ mortuus exhortationem, & non differat confeſſionē. Dicat ergo illi quē pudor afficit: Cur te pudet pctm̄ tuū dicere, quem non puduit facere? Aut cur erubeſcis deo cōfiteri, cuius oculis non potes abſcōdi? Quōd ſi fortē pudor eſt tibi uni hoī & pctōri pctm̄ tuum exponere, quid facturus es in die iudicij, ubi oībus expoſita tua cōſcientia patebit? Hæc itaq; tria p̄ponenda ſunt cōtra pudorem. ſ. conſideratio rōnis, reuerentia intuentis dei, cōparatio maioris confuſionis. Siľr contra timorem opponenda ſunt tria. Conſiderandū .n. eſt quę ſit longa pœna inferni, q̄ grauis, q̄ infructuoſa. E contrario uerō præſentis tp̄is pn̄ia breuis eſt, & leuis, & fructuoſa. Cōtra ſpem quoq; itidem tria opponūtur, bona. ſ. futuri ſcl̄i, præſentis uitæ bonis maiora, certiora, durabiliora: ad quoꝝ cōparationē qcqd in hoc mundo deſiderari pōt, modicum eſt & incertum: &, ut ita dicam, momentaneum. Ita cōtra deſperationem uincendi pctm̄, tria ſunt remedia. Primum eſt uigor ipſe propoſiti boni, quem aſſumit ex cōfeſſione. Scdm̄ eſt gr̄a dei quam meretur ex humilitate. Tertium eſt auxilium qđ ex eius habet cui confitetur compaſſione.

Duo ſunt in quibus cōſiſtit nr̄a ſalus, iuſtificatio & gl̄ificatio. Altera initium, altera perfectio eſt. In illa labor, in hac aūt fructus laboris eſt. Et nunc q̄dem iuſtificatio fit per fidem, nā gl̄ificatio erit per ſpeciem. Quanta aūt ſit in futura uita glorificatio ſctōꝝ, humanus interim non poteſt attingere intellectus. De illa *Eſa. 64.a* .n. ſcriptum eſt, quōd oculus non uidit, nec auris audiuit &c. Hac ergo interim omiſſa, q̄m uires nr̄as excedit, de iuſtificatione q nūc agiť aliqd ad ędificationē fr̄m nr̄oꝝ, qđ neceſſariū uiſum eſt, loqmur. Ipſa eſt .n. uia p quā fit tranſitus ad gl̄ificationem, dicēte apľo: Quos p̄deſtinauit, *Rom. 8.f* hos & uocauit: & quos uocauit, hos et iuſtificauit. quos aūt iuſtificauit, hos et magnificauit. Neq; .n. poterit obtineri magnificatio, niſi iuſtificatio p̄ceſſerit: cū iſta meritū, illa p̄miū ſit. Hoc in euāgelio docuit dn̄s, q cū diſcipulis euā- *Matth. 5.c* gelizaret regnū dei, primū eis p̄poſuit iuſtitiā, dicēs: Nā niſi abūdauerit iuſtitia ur̄a plus quā ſcribaꝝ & phariſæoꝝ: nō intrabilis in regnū cœloꝝ. Notandū āt qđ ſicut in illo b̄titudinis regno p̄ſentem ſe electis ſuis exhibebit dn̄s ad gl̄ificationem, ita ēt ſe eiſdē ipſis exhibet in uia peregrinationis ad iuſtificationem, ut a quo. ſ. gl̄ificādi ſunt p ſpēm, ab ipō prius iuſtificenť p fidē. Et q̄dem tria ſunt a quibus abſtinere debet quicunq; iuſtificari deſiderāt. Primo utiq; ab opib⁹ prauis, ſcđo a carnalibus deſiderijs, tertio a curis ſcl̄i. Itē tria ſunt q̄bus debent inſiſtere, q̄ ēt cōtinet ſermo dn̄i in mōte, eleemoſyna, ieiuniū orō. Sic .n. adimpleť iuſtificatio, dū ab interdictis uitijs abſtinēt, & bona q̄ p̄cepta ſunt fideliter exercēt. Opponanť ergo prauis opibus opa miſericordiæ, contra carnalia deſideria adhibeanť ieiunia, & pro curis ſeculi ſuccedat amor dei, & frequentia orationis.

Paſtorum eſt uigilare ſuper gregem p̄p tria neceſſaria, uidelicet ad diſciplinam, ad cuſtodiam, ad p̄ces. Ad diſciplinam p̄p moꝝ correctionem ne grex cōmiſſus propria moleſtia deficiat. Ad cuſtodiam p̄p diabolicam ſuggeſtionem, ne hoſtili ſeducatur calliditate. Ad preces p̄p tentationum inſtantiam, ne uincatur a puſillanimitate. In diſciplina ri-

gor

gor, iuſtitiæ, in cuſtodia ſpiritus conſilij, in prece affectus compaſſionis.

Duas ad intelligendū ſe condidit uniuerſitatis author creaturas, hoīem et angelum. Hoīem iuſtificant fides & memoria, angelum b̄tificant intellectus & p̄ſentia. Et quia hoīes q̄nque perducēdi ſunt ad æqualitatē angeloꝝ, neceſſe eſt ut interim iuſtificenť p fidem, & p̄ficiāt
Eſa. 6.b ad intellectum. Scriptum eſt .n. Niſi credideritis, non intelligetis. Itaq; fides uia eſt ad intelligendū: nam mundať cor fide, ut intellectus uideat deū. Siľr & memoria dei, uia eſt ad præſentiam dei. Qui .n. hic habet mādatoꝝ eius ut ea faciat memoriam, merebiť q̄nq; ut eius quoque uideat præſentiam. Habeant igitur intellectum & præſentiam angeli dei in cœlo, habeamus & nos eius fidem & memoriam in mundo.

Tres ſunt ſtatus aīæ. In corpe, poſito corpe, recepto corpe. Primus datus eſt ei ad agendam pn̄iam, reliqua duo ad habendam requiem uel pœnam. ſ. p̄ut geſſit in corpe, ſiue bonū, ſiue malū. Ad agendam uero pn̄iam tria ſunt neceſſa-
2. Co. 6.a ria, tp̄s, corpus, & locus. Qđ tp̄s ſit neceſſarium, dicit apľs: Ecce nunc tp̄s acceptabile, ecce nunc dies ſalutis. Siľr &
2. Cor. 5.b de corpe idem ſcribit: Oēs nos oportet manifeſtari añ tribunal Xp̄i, ut referat quiſque p̄pria corpis p̄ut geſſit. Sed & de hoc loco loquiť ſcriptura dicens: Si aſcenderit ſup te ſp̄us p̄tātem habentis,
Eccl. 10. locum tuum ne deſeras. Porrō tp̄s ī tria diuidiť, in p̄teritum, in p̄ſens, in futurum. Hoꝝ nullum perdit quiſquis rectē pœnitentiam agit. Nam p̄teritum quidem quod p̄diderat reſtaurat, dum in amaritudine animæ ſuæ omnes annos ſuos recogitat. Preſens autem tenet iam p exercitium opis. Futuꝝ uerō p conſtantiam boni p̄poſiti. De p̄terito loquiť apoſtolus, cum dicit: Redimentes tempus, q̄m
Ephe. 5.d dies mali ſunt. Ad p̄ſentis uero operationem hortať nos cum dicit: Dum tp̄s habemus operemur bonum ad omnes, ma-
Gala. 6.c xime autem ad domeſticos fidei. Futuri nos admonet dn̄s, cum ait: Qui p̄ſeuerauerit uſq; in finem, ſaluus erit. *Matt. 10.* Corpus quoque neceſſarium eſt ad agendā pœnitentiam. In corpe quippe poſſumus mala pati, & bona opari. Pati. ſ. p commiſſis delictis, opari p adipiſcendis æternis p̄mijs. Qui ergo corpe caret, dignos pn̄iæ fructus facere q̄uo ualet? Et notandum quod penitentia quæ p corpus geritur, breuis eſt & leuis. Breuis, quia corpis morte terminať. Leuis, quia p ſocietatem corpis ferť facilius. Grauis ſiquidem eſſet ſi eam ſolus animus portaret. Cum uero & ipſi corpi eius partiť pondus, quanto magis inde corpus onerať, tanto amplius animus exonerať. Locus etiam vr̄ neceſſarius eſſe & utilis, eccleſia. ſ. uitæ præſentis: in qua quiſquis, dum in corpe uiuit, pn̄iam rectē agere negligit, nullum in futuro ſalutis remedium obtinere poterit.

Triplici morbo laborat genus humanum. Principio, medio, & fine. i. natiuitate, uita, & morte. Natiuitas immunda, uita peruerſa, mors p̄iculoſa. Vēit xp̄s, & contra triplicem hunc morbum attulit triplex remedium. Natus eſt .n. uixit, mortuus eſt: atq; eius natiuitas purgauit nr̄am, mors illius deſtruxit noſtram, & uita eius inſtruxit noſtram.

Sicut æger ad medicū, ſic eſſe debet peccator ad creatorem ſuum. Qui ergo pctōr eſt, debet orare deum, ſicut æger medicum. Duob⁹ autem modis impediť orō peccatoris, uel nulla uel nimia luce. Nulla luce illuſtrať, qui peccata ſua nec uidet nec confitetur. E contrario nimia luce obruiť qui ea tanta uidet ut de indulgentia deſperet. Hoꝝ neuter orat. Quid ergo? Temperanda eſt lux, ut peccata ſua uideat peccator & confiteatur, ac pro ipſis oret ut remittanť. Primo ergo eius oratio debet fieri uerecundo affectu, hoc autem fit cum necdum peccator audet p ſeipſum accedere ad deū, ſed quærit aliquem ſanctum, uirum aliquem ſanctum pauperem ſpiritu, qui ſit in ora ueſtimenti domini tanquam fimbria, per quem habeat acceſſum. Huius orōnis tenuit typum illa euangelica

mulier quæ fluxum ſanguinis patiebat̃,
cupienſq; ſanari acceſſit, & intra ſe co-
Luc.8.f gitauit dicẽs: Si tetigero fimbriam ueſti
menti eius, ſalua ero. Scd̃a orõ fit puro
affectu: & hoc fit qñ.ſ.pctõr iã p̱ ſeipm̃
accedit, & ore ꝓprio confitet̃. Talis o-
rationis reliquit nobis exẽplum illa pec
catrix quæ lachrymis rigauit pedes dñi,
& capillis capitis ſui terſit, de q̃ dictum
Luc.7.f eſt à dño. Remittunt̃ ei pctã multa, qm̃
dilexit multum. Tertia orõ effunditur
amplo affectu: & hoc fit qñ is qui ꝓ ſe
orauerat, orat iã pro alijs. Sic orauerunt
apl'i ꝓ muliere Chananæa ꝓ filia ſua ro
gãte. Dimitte, inquiunt, illam, quia cla-
Mat.15.c mat poſt nos. Quarta orõ emittit̃ deuo
to affectu, quę de cordis puritate ſine ul
la hæſitatione cum grãꝝ actione depro
mit̃. Talem orõnem fecit ipſe dñs qñ q̃-
Ioan. 11.c triduanum de monumento Lazaꝝ reſu
ſcitauit, & ait: Pr̃ grãs ago tibi, quia au-
diſti me. Tales orõnes docuit nos apl's
1.Theſ.5.d facere frequentes, dicens: Sine intermiſ-
ſione orate, in omnibus grãs agite. Has
quæ dictæ ſunt q̃tuor orõnum ſpecies.i.
uerecundam, puram, amplã, deuotã, nũ
cupat apoſtolus alijs nominibus, & ad
eas nos hortat̃ dicens: Obſecro primo
omnium fieri obſecrationes, orõnes, po
1.Tim.2.a ſtulationes, grãꝝ actiones. Nam obſe-
crationes uerecundo, orationes puro;
poſtulationes amplo, gratiarum actio-
nes fiunt affectu deuoto.

Diximus de gñibus affectionum &
orõnum, dicamus etiã q̃ puritate ſit orã
dum. Et quidem tria vñr mihi hic eſſe
neceſſaria, quibus orõnis intentio firmi-
ter eſt aſtringenda. Conſiderare nãque
debet is qui orat, & quid petit, & ipm̃
quem petit, et ſeipſum qui petit. In eo au
tem quod petit, duo debet attendere, ut
ſcd̃m deum ſit quod poſtulat, & ut hoc
ipm̃ ĩ ſummo affectus deſiderio habeat.
Verbi grã. Si mortem inimici, ſi læſionẽ
ſeu deiectionem ꝓximi orãdo petierit,
non eſt ſcd̃m deum talis orõ, cum ipſe
Luc. 6.d p̃cipiat & dicat: Diligite inimicos ue-
ſtros: bñfacite his qui oderunt uos: &
orate ꝓ pſequentibus et calumniãtibus
uos. Si uerò pctõꝝ remiſſionem, ſi ſpũs
ſcti grãm, ſi uirtutem atq; ſapiam, ſi fi-
dem, ueritatem iuſtitiã, humilitatem, pa
tientiã, mãſuetudinem, & cætera ſpiri-
tualia chariſmata q̃ſierit, et ea cogitãdo
uehemẽter affectauerit, hæc ſcd̃m deum
eſt orõ, & hæc uerè meret̃ audiri. De hu
iuſmodi.n. orõnibus loquit̃ p̱ Eſaiã de⁹: Eſa. 65.d
Antequã clamẽt ego exaudiam, adhuc
illis loquentibus ego audiã. Sunt & alia
quæ cum deſunt, à deò dãtur, et pñt eſſe
uel non eſſe ſcd̃m deũ, quãtum dunta-
xat intereſt finis ad quã referunt̃, ut eſt
corpis ſanitas, pecunia, cæterarũq; reꝝ
affluentia: quę etſi à deo ſint, non tñ ſunt
magnipendenda, nec ex deſiderio poſſi
denda. Sil'r & in ipſo quem petit, debet
duo cõſiderare, bonitatẽ, & maieſtatẽ.
Bonitatẽ q̃ gratis uelit, & maieſtatẽ q̃
planè poſſit dare qcq̃d petit̃. Sed & ĩ ſe-
ipſo qui petit debet nihilominus duo at
tẽdere.i. ut ꝓ ſuis meritis nihil accepturꝝ
putet, ſed de dei miſericordia tm̃ qcq̃d
rogauerit, impetraturꝝ ſperet. Tũc ergo
dr̃ cor purꝝ, qñ tria hæc q̃ dicta ſunt, &
eo modo quo dicta ſunt, cogitat. Et qſ-
quis hac puritate & intẽtione cordis o-
rauerit, exaudiri ſe ſciat, qa ſicut teſtat̃
Petrus apl's. Non eſt pſonaꝝ acceptor Act.10.c
deus, ſed in omni gẽte qui timet deũ &
operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

Mors animæ obliuio, de q̃ morte ſu-
ſcitat̃ hoc modo, Per memoriam ſentit,
p̱ obedientiam audit, per intelligentiam
uidet, per circunſpectionẽ olfacit, & gu
ſtat per dilectionem.

Quatuor ſunt gñia uoluntatis huma-
næ. Sicca in reprobis & terrenis, quoꝝ
corda nullo rore grę perfundunt̃. Recta
in inchoantibus, qui uitæ priſtinæ forti-
tudinem relinquentes, ad boni opis re-
ctitudinẽ mutatione uolũtatis aſſurgũt.
Deuota in ꝓficientibus, qui uſu orõnis
aſſiduæ in amorẽ bñ agendi cœlitus eri
gunt̃. Btã ĩ cõſũmatis, q penè nihi aliud
niſi deũ cogitãtes, in ipſo totius deſide-
rij ſui finẽ reponũt. Inter ſiccã & rectam
uoluntatẽ chaos quoddã firmatũ eſt, ut
q uoluerit tranſire non poſſit, pꝰerſa.ſ.

intentio. Inter rectã & deuotam, inolita
cõſuetudo. Inter deuotã & btãm, corpa
lis affectio. Quæ tria q̃ſi qdam lapides
dũ in uia nr̃i opis ſe opponunt, ne de uir
tute in uitutem aſcendamus, impediũt.

Rõnalis creatura ad hoc ſe debet di-
ligere, ut btã ſit: & deum, per quem ſo-
lum btĩficari poſſit: cuius inſecutor et æ-
mulus ad hoc elaborat, ut eam ĩ utraq;
ſui qualitate corrũpat. Corpeam igr̃ q̃-
litatem appetitu gulæ, & fluxu luxuriæ
deprauat penitus & corrumpit, iumen-
tumq; carnis his duobus aculeis agita-
tum in p̃cipitia mortis impellit. Inuiſibi
lẽ ergo humanæ ſubſtantiæ portionem
ſpũalibus aggredit̃ armis, eamq; gemi-
na peſte inficiens, tumore ſupbię, & aua
ritiæ labe cõmaculat, ſicq; totam maſ-
ſam fermenti huius colluuione corrum-
pẽs, hoĩ p̃ripit btĩtudinem quam amiſit.

Quatuor ſunt quoꝝ in hac uita obſe-
quijs deſeruimus, caro, mundus, diabo-
lus, deus. Carni militamus gulæ illece-
bris ſeruiendo, luxurię ſtimulis obſequẽ
do. Mundo militamus auaritiæ æſtibus
anhelando, honoris altitudinẽ affectan
do. Diabolo militamus bonoꝝ ꝓfecti-
bus inuidendo, & cõtra deũ ſupbiæ ſpũ
intumeſcendo. Deo militamus pietatis
opibus humiliter inſiſtendo, ptãtes ae-
rias uirtute ſpũs oppugnando. Hñt &
ſinguli prĩcipes iſti donatiua ſua ꝓpria.
Caro ſuis tyronibus elargit̃ momenta-
neam uoluptatem: mundus trãſitoriam
ſublimitatem: diabolus p̱petuam capti
uitatem: deus interminabilem felicita-
tem. Hæc ſola præponderat.

Euangelica ſctione p̃ceptum eſt ut in
Luc. 10.a uia mortalitatis huius terrenis affectib⁹
inhęrentem neminem ſalutemus. Quos
aũt ab hac uita ſuſpenſos uiderimus: il-
lis ſecuræ ſalutationis gaudium offera-
mus. Vñ & in euãgelio tria ſalutationis
Luc.1.d gñia inuenimus. Virgo ſiquidem Maria
Ibidem ſalutauit Eliſabeth, angelus uerò Ma-
Ioan.20.c riam, dñs aũt Ieſus diſcipulos ſalutauit
poſt reſurrectionem. Cũ ergo uidemus
eos qui in ſterilitate uitæ huius ſenuerãt,
mõtana cõfeſſionis aſcendẽdo, feruorẽ
pñiæ quaſi filiũ quendã concipere: illis
uicẽ ſalutationis, illis in uerbo dñi remiſ
ſionis & grãe & ueniæ largitatem debe
mus offerre. Quos uerò ĩ ſctĩtate et caſti
monia domino ſeruire conſpicimus, in-
uitando ad meliora, benedictionem &
gratiæ fœcunditatem eis neceſſario pro-
mittamus. Quos ſanè in conclaui remo
tioris uitæ poſitos, ad imitationis apo-
ſtolicæ faſtigium tendere uidebimus: il-
lis quietis & pacis geminam ſoliditatẽ,
cuius etiam in ſuo corpore quædam p̃-
ludia ſentiunt, uiuæ uocis miniſterio
ſpondeamus.

Dñm Ieſum Chriſtum ſubire crucis
& mortis ignominiam, tria quædam p̃-
cipua coactione uoluntaria compule-
runt. Filialis & pura obedientia, q̃ prio
ris inobedientiæ piaculum ſolueret̃. Cõ
paſſibilis & communis miſeria, quæ il-
lius iuſtitiam inflexibilem, uirgam fer-
ream ad miſericordiam hortabat̃. Erat
miſeria illa & ponderoſa & grauis, quę
ceruices hominum cõis peccati & mor
tis conditione p̃mebat. Publica & gñã-
lis, quæ iuſtos & iniuſtos fil'i damnatio
nis ſententia pariter obligabat. Cõtinua
& perennis, quæ niſi per Chr̃m redem-
ptionis gratia fieret, irremediabilis ca-
ptiuitatis nexu omne genus Adam dã-
nationis uoragine abſorbebat. Porrò
tertium quod ſpontaneè cogit in mor-
tem, celeberrima et ſolennis uictoria, cu
ius ſucceſſu, ineuitabilis diaboli & mor
tis potentia in monumento glorioſè &
efficaciter erat imminuenda.

Tribus modis exaltat dominus ca-
put noſtrum, mentem ſcilicet à terrenis
affectibus ſuſpendendo, ut ſpe cœle-
ſtium tranſitoria contemnamus: diui-
nam ſcientiam conferendo, ut eoꝝ quæ
temporaliter non uidentur, ſcientiam te
neamus: ad amorem cœleſtium ſuble-
uando, ut in carne poſiti, ipſam quoque
carnem diuinæ dilectionis altitudine
tranſcendamus.

Homines habent triformem ſtatum
uiuendi. Nõ delinquere, quod agit utiq;
timor ſeruilis. Nolle delinquere, quod

exhibet filiali. Nō poſſe delinquere, qđ ſola confert beatitudo perennis.

Quatuor eſſe dñr quæ nr̃æ gr̃am deuotionis adaugent. Memoria pc̃tōꝝ, q̃ hominem reddit humilem apud ſe. Recordatio pœnaꝝ, q̃ illum ſolicitat ad bene agendum. Cōſideratio peregrinationis, quæ illum hortatur uiſibilia debere contemni. Deſiderium uitæ perennis, q̃ hominem incitans ad perfectum, cogit eum à terrenis affectibus uoluntatis mutatione ſuſpendi.

Nr̃æ inſciētiæ tarditatē erudit dñs tribus modis. Indulti bñficij largitate, quę nr̃æ dutitiā mētis emollit & excitat ad amorē. Frequēti uerbeꝝ ſeueritate, q̃ p̄ſtans intellectum auditui, incutit nobis timorem. Contemptus publica uilitate, quo implens facies nr̃as ignominia parit nobis uerecundiam & ruborem.

Motus & titillatio carnis nr̃ę, tribus ex cauſis contingit. Ex præcedenti cogitatione, cum formas & imagines illicitas intus trahentes, in eaꝝ retractatione turpiter cōmouemur. Ex uentris plenitudine: quia cum uenter ciboꝝ cumuloſitate diſtenditur, caro laſciuiens ad motum luxurię concitatur. Ex maligni ſpũs impugnatione, quia quo iuſtos ſuperare ſe minime poſſe conſiderat, eo ꝑ carnis titillationem grauius eos impugnat.

Authoritate ſcripturaꝝ male cogitare, & male dicere, & male facere prohibemur, q̃a in male cogitare uel immũdicia eſt, cum res ſordidæ & impuræ memoria reuoluuntur: uel ſuperbia, cũ aius quaſi ſupior ſuper proximos ſuos erigit̃ & inflatur: uel auaritia, cum diabolo inſtigāte contra p̄ceptum dei res ꝓximi concupiſcit̃. Neceſſe eſt. n. malæ cogitationi hoꝝ trium aliquid ſemꝑ ineſſe. In male dicere uero ſermo eſt uel ſupuacuus ratione, & utilitate carens: uel detractorius, fraterna bona inuida corroſione & odij inſtinctu diminuens: uel adulatorius, caput alicuius falſa olei delinitione demulcens. In male facere quoqꝫ opus eſt uel ſimulatorium, cum aliud intendimus quàm opere demonſtramus: uel impium, cum ꝓximos noſtros lædimus: uel impudicum, cum nos aliquo modo ſordidamus.

De cōualle plorationis aſcenſuri, ſemper ad altiora tendere & anhelare debemus. Eſt enim quaſi quoddam deſertũ uita iſta mortalis, de qua dicit̃. Terra deſerta īuia & inaquoſa. Sed triformis eſt ſpecies deſertoꝝ. Eſt quippe deſertum momentaneæ. ſ. uanitas, quam deſpicere uitæ moderatione debemus. De quo deſerto aſcendere nos oportet, ſicut dr̃: Cant. iii. & viii. Quæ eſt iſta q̃ aſcēdit de deſerto delicijs affluēs, innixa ſuꝑ dilectũ ſuũ. Delicijs affluimus, cum uirtutibus abũdamus. Super dilectũ innitimur, cũ deo aſſcribimꝰ qcq̃d boni oꝑamur. Eſt aliud deſertũ, Xp̄ianæ ſimplicitatis humilitas: uocata deſertũ, q̃a ferè nullus eſt imitator xp̄i q ſtudeat iſtud bonũ oꝑari. Per hoc deſertum neceſſe eſt aſcendamus. Vñ dr̃: Quę Ibidem. eſt iſta quæ aſcendit per deſertum ſicut uirgula fumi ex aromatibus? Sicut uirgula fumi ex aromatibus aſcendimus, cum uirtutum ſtudio & diſciplina exercitati proximos noſtros ad bene agendi ſil'itudinem incitamus. Eſt aliud quoque deſertum, innocentiæ pectoris ſimplicitas uel integritas. Ad hoc debemus aſcēdere, q̃a ad uerā mũditiam ut ſimus ſc̃ti corpore & ſpũ, debemus anhelare. Aſcēdamus ergo de deſerto momentaneæ uanitatis ꝑ deſertũ hũillimę ſimplicitatis ad deſertũ integerrimę puritatis.

Dominus noſter habet propriè ſagittas, quibus hoſtes ſuos uulnerat, & in brachio uirtutis expugnat. Sũt aũt tres ſagittæ, quibus hoſtes ſauciant̃. Stimulus amiſſæ pecuniæ, quia ualde conterit̃ qui inſtrumenta uiuendi, et ſatellites uoluptatum diuitias amiſiſſe reminiſcit̃. Sequit̃ peſtis corꝑalis moleſtiæ q̃ ut eius uias ex omni parte ſepiat, eum quem ad pc̃tm̃ feſtinare conſiderat, etiam corꝑis contritione flagellat. Sequit̃ malleus infernalis memoriæ, q̃a cum ſe hō undiqꝫ circunſeptum pondere pœnaꝝ corꝑalium penſat, ēt ad illā quę fine caret anguſtiā oculos porrigēs, horribilē gehennæ fornacem timida ſecum conſideratione tractat.

Sunt & aliæ tres ſagittæ, quibus dñs ēt eos ſauciat quos ad deguſtandā dulcedinem ſuæ dilectionis inuitat. Quaꝝ prima eſt timor caſtus: qui iō ſic uocat̃, quia & timeri dñm à ſeruo iubet, & ſeruum ab illicitis cōtinere reſpectu dñi ad monitione continua ꝑſuadet. Sequitur amor deuotus: qui dum mentem occupauerit, totā igne ſuauiſſimę dilectionis accēdit. Sequit̃ deſiderij uirtus, quæ dũ latitudinē cōſciētiæ ueluti aura lenis afflauerit, ea q̃ retro ſunt mēs oblita, ad ſolā faciē cōditoris anhelās, quia ſui uoti finem minime conſequitur, contabeſcit.

Oblatio nr̃æ laudis quā deo īmolamus, triformis eſſe debet. Affectuoſa, ut mēs cōcordet uoci. Fructuoſa, ut ædificationem pariat intuenti. Gr̃oſa, ut placeat conditori qui gratis dedit.

Decretis & adhortationibus ſc̃tōꝝ pr̃m bñ cogitare, & bñ dicere, & bñ facere iugiter admonemur: quia in bñ cogitare cogitatio eſt uel honeſta nihil impuritatis contrahens, uel humilis nihil ſuperbũ ſapiens, uel pia nihil crudele moliens. In bñ dicere uero ſermo eſt uel auditori cōmodum afferens, uel humilis nihil inanis eloquentiæ lepore turgeſcēs, uel uериſil'is nihil fuco ſimulationis obtectum ī ſua prętextione prætēdens. In bñ facere quoqꝫ factum uel puꝝ, qđ munditiam exhibet, uel pium qđ miſericordiā redolet, uel pudicũ quod oculos intuentium non offendat aut uiolet.

Vſitatũ eſt ſatis & tritum, ſcl'm iſtud merito cæcitatis & ignorantiæ ſuæ, Aegypti uocabulo nuncupari. Quod nimirum quoties mutatione uolũtatis egredimur, tria nobis occurrũt. Stimulus cupiditatũ, qui ueluti mare rubrũ ſenſum rōnis nr̃æ tumidis & procelloſis undis cogitationũ īuoluit: & niſi uirga diſcreti iudicij aquę ſupiores ab īferioribus ſecernant̃, ſubruit funditus & demergit. Sequtur cumulus tentationũ q̃ſi al'r Iordanis aluei ſui metas excedēs, & terrā corꝑis nr̃i ſolito plenius occupans, niſi arca teſtamenti. i. ſn̄ia ueritatis intercedēs impetus illius refręnet, & ip̄m penitus areſaciat & exſiccet. Seq̃tur aculeus moleſtiaꝝ, q cũ ingruerit quaſi iteꝝ Iordanis Hæliſeo occurrens, ſumēdum Helię pallium, & medijs fluctibus opponēdum: ut quicquid nos tꝑal'r cruciat, reſpectu dñicę paſſionis ſapore mutato, noua nobis ſuauitate dulceſcat.

Viæ q̃ ducũt ad mortem, rōne trifaria diuidunt̃. Alia ęrũnoſa, alia laborioſa, alia delicioſa. Aerũnoſa eſt in pauꝑibus, qui in pauꝑtate ſua regio ſpũ & diuite aīo tumeſcentes, ab inopia tꝑali ad æternam miſeriā transferunt̃. Laborioſa eſt in auaris et cupidis, qui dum diuerſaꝝ anxietate curaꝝ miſerabiliter diſtēduntur, obliuiſcuntur ea q̃rere quæ dei ſunt: & auaritiæ æſtibus anhelātes, uſqꝫ ad uitæ terminum ab inq̃etudine tꝑali ad æterni laboris anguſtias transferunt̃. Delicioſa in diuitibus delicatis, q in delicijs & uoluptatibus enutrientes corꝑa et corda ſua, poſt dulcedines momentaneas, et horarias ſuauitates, ad ſempiternas amaritudines deferuntur.

Via quoque quæ ducit ad uitam, ſil'i ratione diſtinguitur. Eſt enim alia ſanguinea, alia purpurea, alia lactea. Sāguinea in martyribus, qui in ſanguine agni ſuoꝝ corpoꝝ indumenta lauerunt, et ꝑ iter martyrij triumphalis altitudinis ſolium attigerunt. Purpurea eſt in confeſſoribus, qui in ſua carne ueſtigia dñicæ paſſionis per abſtinentiam expreſſerũt, & in ſuis corporibus uulneꝝ Chriſti ſtigmata portauerunt. Lactea in uirginibus, quæ in ſeipſis puritatis angelicę cādidatum & uirtutes ſanctimoniæ conſecrauerunt, & per uiam munditiæ ad amplexus & thalamos ueri ſpōſi uirtutum pennis feliciter euolarunt.

Ligna ſunt omnes iuſti, qui plantati in medio eccleſiæ temporalis facere debent fructus uitæ qui maneant. Videat autem quiſque ut eligat ſibi locum irriguum, in quo fructificans proferat in tempore ſuo uitæ fructum. Sunt autem tres decurſus aquarum. Incita-

menta ſcripturaꝝ: quæ per minas & ꝓmiſſa honeſtam in homine ſuſcitant uoluntatem Chariſmata gr̄aꝝ: quæ hominem ſpūalem ex animali efficiunt, ad ſui prouiſionem & curam informando, & docendo oēm ueritatem, miniſtrant operꝝ fœcunditatem. Stillicidia lachrymaꝝ: quæ dum uenas intentionis atq; propoſiti ſuo rore irrigant & infundunt ne lignum moriať, ꝑſeuerantiam largiuntur. Qui iuxta hæc fluenta radicatus fuerit, per menſes ſingulos faciet fructū, & folia ligni illius ad ſuauitatem gentium.

Non uno eodemq; modo omnes qui ebrij fuerint, debriant̃. Aliud eſt uinum malitiæ, quod effluit de uua fellis, & à diabolo initium habuit qui amaritudinem peccati & mortis humano gn̄i propinauit: quo debriantur iniqui conformes facti ei. Aliud eſt uinum moleſtiæ, quod emanat de labruſca conditionis humanæ: quæ dn̄o ſuo acetum iniquitatis appoſuit. Hoc uino quiſquis inebriatur, non iniuſtè, ſed merito pc̄ti ſui à deo hoc ꝑpeti comprobať. Aliud eſt uinum gr̄æ, quod ex botro Cypri. i. conditoris largitate diſcurrit: & hoc eſt muſtū quo ſponſi filij debriantur: quod mittiť etiam & in utres nouos.

Reges ſunt & ſacerdotes omnes electi: & eos oportet oleo unctionis inungi. Eſt autem oleum triforme. Aliud ſiquidem eſt oleum effuſionis: uidelicet uerbum dei quo initiantur ueterem hoīem exuentes: ut quaſi adoleſcētulæ in amorem ſponſi ſurgant. Aliud eſt oleum puritatis: quo lagenæ operꝝ nr̄oꝝ impleri debēt: quod in lampade diuini feruoris ignem debet inceſſanter nutrire. Aliud uerò oleum exultationis: charitas uidelicet principalis: quæ mentem quam repleuerit dilatat: ut guſtans quam ſuauis eſt dominus, in uertice iuſtitiæ ſedens in ſolo deo glorietur & gaudeat.

Chriſtiani à Chr̄o nomen acceperūt: & operepreciũ eſt ut ſicut ſunt hr̄des nominis, ita ſint imitatores ſanctitatis. Tria ergo ſunt quæ in Chriſto nobis expreſſa, plenis uiribus exercere debemus: uidelicet improbare uiuaciter ſcl̄i uanitatem: quia & Ieſus ne rex conſtitueret̃ à turbis, aufugit. Exercere uiriliter penitentiam: quia & Ieſus ſicut agnus occiſus eſt. Et hr̄e ueraciter geminam charitatem: quia Ieſus pro inimicis orauit.

Septem gradus deſcenſionis hēt humilitas. Abdicationem rerum. exemplo apoſtoloꝝ. Abdicationem ueſtium: ſicut Helias & Ioannes. Corporis exercitium: ut Paulus. Directionem in proſperis: inſtar Dauid paupis & regis. Patientiam in aduerſis: ſicut Iob & Thobias. Proprium abhorrere conſilium: & propriæ uoluntatis affectum.

Arma uirtutis quibus arma nequitiæ expugnantur, ſunt hęc. Plena pc̄ti cognitio, q̄ expellit tenebras uoluptatis. Pn̄ialis afflictio contra dulcedinem carnalitatis. Humilis & uera confeſſio contra uenenum iniquitatis. Sufficiens et digna correctio in mutatione priſtinæ uoluntatis. Perſeuerantiæ plena ſucceſſio, ut perfecta ſobrogetur cuſtodia ſanitatis.

Neceſſaria ſunt pœnitentiæ tria hæc. Abſtinentia, per quam carnis ſuperbia edomatur. Lectio, cuius fructu reformādus in uigorem animus ſaginatur. Oratio, cuius munimine & tutela uirtutum examina proteguntur.

Humilitatis uirtus habet hęc tria. Superiori ſubdi, ut ad eius æqualitatē nulla ambitione uel inuidia rapiatur. Aeq̄li non p̄ferri, ne illicito appetitu ſuperior uelle fieri uideatur. Minori ſubdi potius quàm præponi: ut ex hoc humilitatis ueritas comprobetur.

Non omnes uniformiter gradiunť ad deum. Quidā paſſu, ſicut illi q terrenoꝝ curis impliciti, uix aliqn̄ reſpirant ut dn̄i recordenť. Quidam modeſto inceſſu: ſicut hi qui dn̄i ſeruitio mancipati, & deo quidem ſeruiunt, & tn̄ erga ſeipſos īdulgentiores exiſtunt. Alij ueloci. i. rapido curſu: ſicut hi qui ſuper carne ſua ſe intuentes, & ſe & tranſitoria contemnentes, celeriter proficiſcūtur ad deum, hoc ſolummodo cupientes, in pace quieſcere in idipſum.

Electos tria in futuro manent. Interna ſatietas: æterna iucunditas: iucunda uoluptas. De his dr̄: Exultent iuſti &c.
Pſal. 67.a . Triforme eſt deſiderium electorum.
Vnanimiter habitare ī domo. Vnde eſt:
Pſal. 26.b Vnam petij à dn̄o. Victoriam obtinere
Rom. 7.b de mundo. Vnde eſt. Quis me liberabit
Philip. 1.c de corpore mortis huius? Præſentialiter
frui deo. Vnde eſt & illud: Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto.

Trifarius eſt prælatoꝝ timor. Ne audientium aīos exquiſitior apparatus cō moueat, ne interni iudicis oculos immoderatior uſus offendat, ne iuſtitiæ retributio in præſenti eis fiat.

Triformis eſt ſctoꝝ dolor: quia ceciderunt de paradiſo: quia tenentur in exilio: quia differuntur à regno.

In monte montium Chriſto fuerunt hæc duo: coagulum paſſionis: & pinguedo ſanctitatis.

Vituli quos dn̄o immolare debemus, tres ſunt. Nouæ cōuerſionis effectus: q̄ſi uitulus nouellus cornua ꝓducens et ungulas. Sacræ religionis ꝑfectus: qui eſt uitulus tenerrimus de armento. Conſummatæ uirtutis affectus: qui eſt uitulus ſaginatus.

Quadriformis eſt preſſura nr̄a. Corruptibilis carnis anguſtiæ: quæ ſunt dolores mortis. Tꝑalium preſſuraꝝ moleſtiæ: quæ ſunt torrentes iniquitatis. Occulti hoſtis latentes inſidiæ: quę ſunt dolores inferni. Deceptoriæ facies mundanæ gloriæ: quæ ſunt laquei mortis.

Fumus eſt ab ira dei: qa ī cōſideratione iræ dei electi cōpungunť. Ignis à facie eius: qa ꝑ cognitionē & p̄ſentiā eius ad amorem accēdunť. Caligo ſub pedibus eius: qa ꝑ diſtrictum illius examē reprobus deſperationis nebulis obſcuratur.

Ambulat dn̄s ſuꝑ pēnas uentoꝝ, cū electi eius dulcedinē uel tenuiter attingūt. Volat cū de incircūſcripta eius ſub-
Canti. 8.d ſtātia nihil ꝑcipiūt. Vn̄ eſt. Fuge dilecte
mi. Ponit dn̄s tenebras ꝓfunditatis et altitudinis latibulū diuinitatis ſuæ, in ſole manifeſtationis & laboris tabernaculū carnis ſuæ, in luce puritatis & ſctīmonię habitaculum manſionis ſuæ.

Portas ſuas mūdus hēt qbus ingredimur ad eū: q̄ ſunt corrupta ſenſualitas, et īceſta cupiditas. Vn̄ eſt: Appropiqua
uerūt uſq; ad portas mortis. Portæ īferi, Pſa. 106.b
cæca deſperatio, et dura obſtinatio. Vn̄ Matt. 16.c
eſt: Portę īferi nō p̄ualebunt. Portę cœli, Act. 12.b
humilis patientia, q̄ eſt porta ferrea du- Eze. 43.a
cens ad ciuitatem: & amoris cōcordia, quæ eſt porta orientalis.

Gn̄a retributionis ſunt quatuor, duo in hoc ſcl'o, & duo in futuro. Retributio ꝓſperitatis & abūdantiæ impioꝝ. Vn̄
eſt: Receperūt mercedē ſuam. Dānatio- Matt. 5.g
nis & ignominiæ eoꝝ, familiaritatis & 6.a.c
gr̄æ iuſtoꝝ, dulcedinis amoris & gl'iæ. Duo aūt ſunt quæ remunerantur: iuſtitia operis, & puritas cordis.

Tres ſunt lucernæ, r'a diſciplinę xp̄s, q̄ accendiť ut drachma ꝑdita inueniať. Forma ueritatis in euāgelio: q̄ poniť ſuꝑ candelabrum. Scientiæ puritas in corde bono: quæ illuminatur à domino.

Pedes noſtri eſſe debent ſicut ceruorum & ſicut urtuli.

Alij ſunt filij alieni, qui mentiūtur: alij filij Belial, qui non cognoſcunt deum: alij filij Iſrael, qui cognoſcunt.

Triforme eſt ſemē. Veritatis & iuſtitiæ, qd' in terra iactū facit fructū centuplū, iniqtatis & malitiæ, quod eſt genimen uiperarum, erroris et malitię, quod eſt Chanaan & non Iuda.

Sapientia dei quaſi perdix fouet filios quos non peperit: quaſi gallina congregat pullos ſub alis: quaſi aquila prouocat ad uolandum.

Trifaria eſt ueſtis nr̄a. Pn̄ialis anxietas, q̄ eſt ueſtis uiduitatis: religioſa maturitas, quę eſt ueſtis iucūditatis: ſyncera integritas, quæ eſt ueſtis uirginum.

Veſtes Eſau, honeſtas uitæ, & maturitas diſciplinæ: pelliculæ hœdoꝝ, abiectio noxię uetuſtatis, & mortificatio ꝓpriæ uoluntatis. Cibi, hilaris obedientia, & humilis abſtinentia Pr̄ tangit fi-
lium appoſita probationis manu. Oſcu- Gen. 27.d
latur ſecretæ inſpirationis inſtinctu. Benedicit religionis profectu.

Tria ſunt neceſſaria puritati. Integritas actionis, ſimplicitas intentionis, trãquillitas deuotionis.

Puritas tria coafert. Spiritum libertatis, gaudium ſecuritatis, firmitudinem charitatis.

Reprobi aliqñ ſunt ſicut fumus: qa in ſua altitudine euaneſcũt. Aliqñ ſicut puluis, qa nullũ charitatis humorẽ ꝓferũt. Aliqñ ſicut cera: quia ad calorem .i. impulſum tentationis facile liqueſiunt.

Portæ Siõ, eccl'iæ ſunt ſacr̃a, ſine quibus eccl'iam non intramus. Portæ iuſtitiæ ſunt uirtutes medię, quas tp̃al'r exercemus. Portæ æternales ſunt p̃cipuę uirtutes, quas ẽt in futuro habituri ſumus.

Tria ſunt qbus obnoxĳ ſumus deo. Signaculum naturæ, quod ad ſil'itudinẽ dei facti ſumus. Talentum fidei, qđ per bonum opus deo integrũ reſignare debemus. Titulus ꝓfeſſionis, quoad ſeruiẽdũ deo ſponſionis uinculis alligamur.

Tribus modis nos interrogat deus. Promulgatione præcepti, ut nr̃a nobis obedientia nota fiat. Inuectione flagelli, ut patientia noſtra proximis innoteſcat. Reuelatione ſecreti, ut ſe nobis uirtus humilitatis aperiat.

Tribulatio tria confert. Exercitium, nẽ uirt⁹ amoris ocĳ tepore frigeſcat. Probationem, ut nr̃æ conſtantiæ fortitudo ad exemplum hominibus ĩnoteſcat. Pręmium, ut iuxta tribulationis modũ immenſum gloriæ pondus accipiat.

Aduerſitati tria ſunt opponenda. Electoꝝ agones & anguſtiæ quas patiunẽ qui piè uiuũt. Redemptoris afflictiones & moleſtiæ, quas ei ſęuiſſimi principes intulerunt. Diſpoſitio moderatricis iuſtitiæ, cuius altitudinem quaſi uirgę Ioſeph ſummitatẽ nõ diſcutere, ſed adorare debemus. Hæc ſunt tria illa oſtia, uectes & termini, quibus dominus circundat mare ſeculi.

Triforme eſt exercitiũ electoꝝ. Auſteritas ieiunioꝝ qua excolitur terra carnis ut fructũ ferat. Aſſiduitas lectionũ, qua reficitur animus ut hõ interior pingueſcat. Inſtantia orationum, qua mẽs ad cœleſtium appetitum aſſurgat.

Auctor mirabiliũ deus, tria quædam mirabilia operatus eſt in Maria. Integritatem mũditię mirabiliter ſuſcitauit, ut arca teſtamenti auro puriſſimo tegereẽ. Puritatem uirgineam potential'r fœcundauit, ut rubus ardens non combureret̃. Ima ſupernis ineffabiliter copulauit, ut ſcala Iacob mediante terrena cœleſtibus unirentur.

Tria nobis contulit Mariæ fœcunditas. Auertit iugum captiuitatis antiquę, remiſit iram indignationis diuinæ, deleuit notam iniquitatis humanæ.

Electi tria præſtolanẽ in futuro. Qđ ĩ eis mortale eſt à uita penitus abſorberi: perennis gloriæ compenſatione ditari: deũ ſicuti eſt, inſatiabiliter cõtemplari.

Reprobi tria ſpare dñr. Voluntatem corpeam ſibi ad ſufficiẽtiam cumulari, momentaneam gloriam ad beatitudinem ſuffragari, mores ſuos & opera nullo poſſe iudicio reprobari.

Imitator Xp̃i tria debet agere. Sĩplicis innocẽtię ſenſum tenere, ut cũ Chr̃o puer efficiaẽ. Abiectũ & humilem habitũ amare, ut infantiæ xp̃i pannis uilibus inuoluaẽ. In diſciplina ſimpl'r ambulare, ut cũ Xp̃o in p̃ſepio poſitus inueniatur.

Spũs ſunt adminiſtratorĳ, q curã hñt ſalutis nr̃æ, ſunt oparĳ qui authores exiſtũt ſoſpitatis humanę, ſunt contẽplatorĳ q aſſiſtũt uultui maieſtatis diuinæ.

Beati ſpiritus uiſione ſatiantur, dulcedine debriantur, charitate ſociantur.

Homines deũ expectãtes debẽt eſſe ſuſpẽſi qñ ueniat, dubĳ qđ eis deferat, hilares et deuoti, diligentius adornari, tria ſperãtes in eo, nuptialẽ p̃ſentiã, familiarem gratiam, liberalem munificentiam.

Tres ſunt ſpẽs nuptiaꝝ. Prima recõciliationis ꝑ fidem, in q̃ ſunt tria fercula. Pc̃tõꝝ ablutio, gr̃æ cõſecutio, naturę reformatio. Scđa adoptionis ꝑ ſpem, in q̃ ẽt ſunt eloqi diuini cõſolatio, alimoniæ cœleſtis cõio, dulcedinis internæ p̃libatio. Tertia eſt gl'ificationis ꝑfecte ꝑ charitatẽ. Cuius fercula ſunt æterna incorruptio, uera gl'ificatio, perẽnis dei uiſio.

Tres

Tres ſunt equorum ſpecies: Mundialis ſuperbia, cuius aſcenſor cadit retro. Spiritualis ſcientia, cuius collo circundatur hinnitus. Integralis munditia, quã omnis cœlorum exercitus ſequitur in ueſtimentis albis.

Verba conſolationis dei ſunt ablutio culpæ, reſtitutio gratiæ, euaſio exilĳ, cõſecutio regni, conſortium diuinitatis, adeptio æternitatis.

Arma fidelium tria ſunt. Sapiẽtiæ plenitudo, quæ eſt funda Dauid, de qua ſententiarum lapides emittuntur. Patientię firmitudo, quæ eſt baculus quo luporũ rabies propulſatur: Charitatis amplitudo, quæ eſt pera Dauid, de qua orationes proferuntur.

Tria prælatis neceſſaria ſunt. Viua fidei & doctrinę ſynceritas, ut inhabitent in eadem regione. Studioſa bene operãdi ſedulitas, ut uigilias cum paſtoribus celebrent. De ſalute ſubditorum diligẽs curioſitas, ut cuſtodiant gregem ſuum.

Bubulcus hr̃e debet duo, uocis ſuauitatem, quæ laborem mulceat operantium. Aculei punctionem, quæ torporẽ excutiat pigritantium.

Tres ſunt ſpecies pœnitentiæ. Simulatoria & infructuoſa, cuius exemplum eſt in Eſau & in Saul. Crudelis & deſperata, ſicut in Cain & Iuda, Vtilis & conſummata, ſicut in Maria & Zachæo: cuius partes ſunt quinque. Cõtritio in corde, confeſſio in ore, maceratio in carne, correctio in opere, ꝑſeuerantia ĩ uirtute.

Tria iuueniuntur in Petro, fidei unitas, pœnitentię ueritas, amoris ſoliditas.

Tria ſunt genera mutationum. Sublimitas in humilitatem: quando uerbum carnem aſſumpſit. Contemptibilitas in maieſtatem: quando ſe homo deus coràm diſcipulis transformauit: Mutabilitas in æternitatem: quando reſurgẽs cœlum regnaturus aſcendit.

Ea quæ agimus, uel in lumine uultus hominum facimus, ut hominibus placeamus: uel in lumine uultus noſtri, ut benefacere quod malum eſt nos credamus: uel in lumine uultus dei, ut ipſi ſoli quicquid boni in nobis eſt, humiliter aſſcribamus.

Tria ſunt quæ patientiam ſubruunt. Anxietas nimia doloris: cauſa iuſta innocentis: indignitas inferentis.

Qui à ſocietate recedit, amittit conuentorum ſolatia, proſequendo ſocios ſubit faſtidia: aberrans facile ſequitur deuia: incurrit ſæpius uitæ naufragia.

Magiſtri opeꝝ Pharaonis tres ſunt. Fœtidus ardor ęſtuantis luxurię: anxius furor ſæuientis auaritiæ: noxius appetitus inanis glorię.

Tres ſunt ĩ nobis prĩcipes quos neceſſe eſt mori ut Xp̃s uiuat. Prudentia ſcl'arĩũ, q̃ eſt Ioſeph. Eloq̃ntia ſpũaliũ, q eſt Moyſes. Copia tꝑalium, quæ eſt Ioſue.

Triforme eſt impioꝝ refugiũ. Deceptricis documentũ fallaciæ: q̃ eſt Phitõ. Scl'aris munimentum potẽtiæ: q̃ eſt Rameſſe. Simulatricis figura iuſtitiæ: q̃ eſt ciuitas ſolis. Has iubet Pharao ędificari.

Tres ſunt calices quos dñs nobis ꝓpinat. Pniæ & doloris: q eſt plenus miſto. Patiẽtię et laboris: quem bibit Ieſus. Bñuolentiæ & amoris: qui eſt inebriãs & præclarus.

Quinq; ſunt torrẽtes. Crudelitatis et malitiæ, q eſt Cyſon: apud quẽ Iabĩ occidiẽ. Philoſophialis eloquẽtiæ: hic ẽ Cedrõ, ultra quẽ Ieſus egrediẽ. Paſſiõis & anguſtiæ: hic eſt ĩ uia: de quo Ieſus dr̃ bibiſſe. Cœleſtis ſapientię, apud quem Helias paſcitur. Iucunditatis et lætitię, quo potantur electi.

Tribus modis renouamur. Carne ꝑ baptiſmi myſterium ab originali pc̃tõ: ope ꝑ pniæ remediũ ab actuali delicto: carne & ſpũ ꝑ reſurrectionis donum. Spẽs terræ quadriformis eſt. Flos & uiriditas tꝑalium bonoꝝ, quæ irrigatur ſicut paradiſus. Vtilis uita & conuerſatio electorum, de qua oritur panis. Amœnitas cœleſtiũ manſionum: quæ fluit lacte & melle. Situs gehennalium locorum: quę eſt terra miſerię & tenebrarum.

Quadrifariũ eſt genus deſerti. Inuia mundani exilĳ ſolitudo, de quo Dauid: In terra deſerta inuia & inaquoſa &c.

Diſciplinæ Xpianę difficilis altitudo:in q̃ ꝑegrinanť filij Iſrael. Cœleſtis Hieruſalē delectabilis amplitudo:in q̃ reliquūtur 99. oues Gehēnalis miſerię terribilis habitudo, q̃ eſt deſertum ſolitudinis.

Quatuor ſunt ſpecies curruū. Elationis & dñij:in quo mergitur Pharao. Humilitatis et ſtudij, ĩ quo ſedet Eunuchus. Deuotionis & obſequij, in quo ſedens Ioſeph occurrit patri. Amoris & deſiderij, in quo rapitur Helias.

Triformis eſt aſcenſus domini. Victorioſus, quo aſcēdit ſuper occaſum. Specioſus, quo aſcendit ſuper cœlos cœlorum. Glorioſus, quo aſcendit ſuper pennas uentorum.

Regnum cœloꝝ alij uiolenter rapiūt, ut pauperes ſpū: alij mercanť, ut illi q fa ciūt amicos de mãmona iniqtatis: alij furanť, ut mulier q̃ tãgit fimbriã, alij compelluntur intrare, ut pauperes ſeculi.

Quatuor ſunt quæ ueram conferunt humilitatē. Vilitas operis, aſſiduitas ſubiectiōis, comparatio melioris, iudicium conditoris.

Tria ſunt iudicia, alienum, proprium, diuinum.

Precioſam mortem aliqñ facit uita, ut in confeſſoribus, aliqñ cã, ut in martyribus: aliqñ uita & cauſa, ut in pleriſq;.

Tria ſunt præputia quæ præciduntť. Carnis præputium in Iudæo, cordis pręputium in chriſtiano, lingue pręputium in perfecto.

Quatuor ſunt tꝑa, p̃figurationis, p̃nūciationis, uiſitationis, redemptionis.

Modis quatuor uiſitat nos deus. Exhibitione præcepti. Præceptum.n. aliud carnale, aliud ſpūale. Aſperitate flagelli, cuiuſmodi ſunt quinq; cauſę. Vt ab iniquitate corrigat, ne quis de collata uirtute ſuperbiat, ut uirtus hominibus innoteſcat, ut alios eius exemplo cõpeſcat, ut corona cumuletur & creſcat. Nouitate miraculi: quod uiſibile eſt & inuiſibile. Inſpiratione ſubtili.

Quater luctatus eſt Iacob. In utero cū Eſau, in adoleſcentia cum eodem, ĩ Meſopotamia cū Labã, ĩ Bethel cū angelo.

Ieſus dr̄ ter fleuiſſe. In ipſo ortu, genꝰ humanum, proceſſu tꝑis, Lazarum: ad ultimum in Hierl'm futurum caſum.

In fronte aliqñ lepram, aliqñ Thau, aliquando laminam auream gerimus.

Dñs ſedet aliqñ in ualle Ioſaphat, aliqñ in monte, aliqñ in ſolio excelſo.

Tonitruū aliud igneū, aliud pluuiale.

Duo ſunt calcaria quibus urget propheta aſinam ſuam. Pudor ne tꝑal'r polluatur, timor ne æternaliter puniatur.

Tria ſunt quæ nos reſtringunt & cohibent, & quaſi cinctoria dici pñt. Corporeæ mortis memoria: quæ eſt zona pellicea qua cingebatur Helias & Ioannes. Probabilitas et de corpudicitię, qua cingiť Aaron accedens ad deum. Amor religionis & iuſtitiæ, quæ eſt zona aurea, & ea præcĩgitur Ieſus ad mamillas.

Quatuor uirgines ſunt quas in coniugium ſociare debemus. Eloquentia philoſophialis, q̃ eſt Zelpha ancilla Iacob. Sñia iuriſdicialis, quæ per Balaan deſignatur. Innocentia actualis, quæ Lia p̃t dici. Contemplatio ſpiritualis, quæ Rachel intelligitur.

Duo ſunt oculi ſponſæ. Reꝝ labentiū cõſideratio, quæ eſt uelut flamma ignis: & cœleſtis patriæ digna ęſtimatio, in q̃ uulneratur cor ſponſi.

Veſtimēta cõia miniſtris dei tria ſūt. Cœleſtis ſapĩa, quę eſt Ephod, et caput operit perſeuerans iuſtitia, quę poderis eſt, & totum corpus induit: carnalis cõtinentia, quæ lumbos cingit.

Candelabra in ſcripturis reperiūtur tria. Legalis obſcuritas, quæ ſphærulas hēt & lilia, prophetalis ſubtilitas, quæ hēt duas oliuas in cacumine ſuo: et euangelica ueritas, quæ habet in medio ſui ſimilem filio hominis.

Munitiones qbus aĩa uallatur: tres ſunt. Sedula circunſpectio, quæ eſt ſepes: ſctōꝝ interceſſio, quæ eſt uallū firmiſſimum: diuina protectio, quę eſt murus protegens ab incurſu hoſtium.

Spem nr̄am triplex ratio diſcutit & roborat. Humilitas collatæ ſapĩæ, quod eſt ouum in aqua coquere. firmitas con

ſtantis patientiæ, quod eſt ouum igni aſſare: ueritas inſpirationis occultæ, quod eſt ouum in ſagimine frigere.

Tria ſunt quibus deus uindictã exercet ĩ hoſtes. Lauacri ſalutaris remediū, quod uelut mare rubrum occidit Aegyptios. Pnĩæ condignæ exercitium, quod uelut ſulphur pctōres interimit. Diſtrictionis extremæ iudicium, quod uelut ignis ad uocem Heliæ inuoluit.

Lectus aĩę in quo pauſat: tripertitus eſt. Grauitas debilitatis corporeæ, quã ſibi languidis ſanatus ſubſternit. Tranquillitas quietæ conſcientiæ, in qua fugiēte Dauid ſtatua ponitur. Hæc eſt cui duæ culcitræ ſupponuntur. De præterito ſecuritatis & fiduciæ amplitudo, de futuro remunerationis & p̃mij certitudo. Ceruical quod ſupponit capiti, diuinę familiaritatis & gratię largitudo. Lectus tertius humilitas ſuperioris glorię, quæ eſt lectus floridus, quem ſexaginta fortes ambiunt.

Vitreæ per quas ſolis radius infunditur, tres ſunt: charitatis integritas, ꝑ quã peccati remiſſio ſe infundit: humilitatis puritas, per quam Mariæ gratia cœleſtis illapſa eſt: intellectus ſubtilitas, per quam radius ſapientiæ cor illuſtrat.

Septem lãpades thronum electę mētis illuminant: chariſmata. ſ. ſpiritus, quę plenius propheta proſequiť. Quæ dum oleum gloriæ iuncumq; timoris & infirmitatis cœleſti igne conſumunt, lumen ueritatis inceſſabiliter adminiſtrant.

Quod nobis apponitur ad edendū, trifarium eſt carnis edulium: hœdus de capris in fructu pnĩæ, quem Iacob obtulit Iſaac ut benediceretur: uitulus de atmento in actu iuſtitiæ, quē Abraham expendit in cibos angelorum: uitulus ſaginatulus in cumulo gloriæ, quem pater recepto filio legitur uictimaſſe.

Triplex eſt hortus in quo electę aĩæ ſpatiantur. Moleſtia corruptibilis uitæ, quæ eſt hortus nucum in quo Suſanna lauatur. Amœnitas iucunditatis ſuꝑnæ, eſt hortus deliciaꝝ ĩ quo poniť Adã, ut opereť et cuſtodiat. Dulcedo & ſuauitas uiſionis diuinę, q̃ eſt hortus cõcluſus ĩ quo Ioſeph ſtatuit ſibi monumentū in petra exciſum. Mūda quoq; cõſcientia, ꝓ ſui diuerſitate hos ĩ ſe ſuſcipit hortos.

Eſuriei nr̄æ menſæ tres apponuntur, legis & euangelij ſacr̄m, in quo ſumunť ſapĩę dapes: catholicę ĩſtitutionis myſteriū, ubi accipiť caro piſcis aſſi, & fauus, mellis: æternę ſatietatis arcanum, quod intra uelum eſt: & panes continet propoſitionis & uitæ.

deq; longe eſt, atq; in ira hoc, & non in
mĩa. Quamobrem orat ad deum ſc̃tũs,
& ait: Ne declines ĩ ira à ſeruo tuo. Sciẽs
quia & in mĩa potuerit declinare. Propè Pſal. 26. a
eſt ergo dñs ſc̃tis & electis ſuis ẽt cum
longe eſſe vr̃, & non æqual'r omnibus,
ſed aliꝭs plus, aliꝭs minus, ꝓ meritoꝝ di-
uerſitate. Nam etſi ꝓpè eſt dñs omnib.
inuocantib. eum in ueritate, & iuxta eſt
his q tribulato ſunt corde, non tñ oĩbus
forſan ita ut dicere poſſint, quia ipſe ſtat
poſt parietẽ. Sponſæ uerò q̃ propè eſt,
q̃ uno tm̃ pariete diuidit? Propterea cu-
pit diſſolui, & rupto medio pariete cum
illo eſſe, quem poſt parietẽ eſſe cõfidit.
Ego aũt qm̃ pc̃tõr ſum, diſſolui non cu-
pio ſed formido, ſciens qa mors pc̃tõꝝ
peſſima. Q̃uõ non peſſima mors, ubi nõ Pſal. 33. d
ſubuenit uita? Formido exire, & in ipſo
cõtremiſco portus ingreſſu, dũ non con
fido propè aſſiſtere q excipiat exeũtem.
Quid. n? Secure ne exeo ſi nõ dñs cuſto-
diat exitum meũ? Heu ero ludibrio dæ-
monum intercipientũ me, nõ aſſiſtente
q redimat, neq; qui ſaluum faciat. Nil ta
le uerẽdũ erat aĩæ Pauli, cui ab aſpectu
& amplexu dilecti un⁹ tãtũmodo paries
obſiſtebat, uidelicet lex pc̃tĩ, quã iuenie-
bat in mẽbris ſuis. Ipſa eſt carnis cõcupi
ſcẽtia, q̃ carere oĩno nõ potuit donec in
carne fuit. Hoc ſanè uno ĩteriecto ꝑiete
nõ lõge ꝑegrinabaẽ à dño. Vñ & opta-
bat clamãs: Quis me liberabit de corꝑe
mortis h⁹? ſciẽs ſe mortis cõpẽdio cõti- Rom. 7. d
nuo ad uitã ꝑueturꝝ. Hac ergo Paulus ſe
fatebaẽ una lege teneri. ſ. concupiſcentia
quã carni ſuæ ĩmobil'r inſitã tolerabat ĩ-
uitus. De cætero nihil, inq̃t, mihi cõſcius
ſum. Veꝝ qs ſil'is Paulo, q non uidelicet 1. Cor. 4. a
huic interdũ cõſentiat cõcupiſcẽtiæ ad
obediendum pc̃tõ? Nouerit ꝓinde is q
pc̃tõ cõſenſerit, & alteꝝ ſibi ſe oppoſuiſ-
ſe parietem,

ſe parietẽ, ip̃m utiq; prauum illicitumq;
conſenſum: nec põt gl'iari q hmõi eſt, qa
ſtet ſibi poſt parietẽ ſpõſus, q̃ñ iam pa-
rietes ĩterſint, nõ paries. Multo minus ſi
conſenſus uenerit ad effectum, cũ terti⁹
quoq; iã paries ſpõſi arceat impediatq;
acceſſum: actus uidelicet ipſe pc̃tĩ. Quid
ſi & cõſuetudo forte pc̃tm̃ in uſum, aut
uſus ẽt ĩ cõtẽptũ ꝑduxerit? ſicut ſcriptũ
eſt: Impius cũ uenerit ĩ ꝓfundũ maloꝝ,
contẽnit. Nõne ſi ita exieris, millies añ a
Prou. 18. a rugientib. p̃paratis ad eſcã poteris deuo
rari, q̃ ꝑuenire ad ſponſum, nõ uno ſiq̃-
dem iam, ſed tãta a te parietũ numeroſi
tate interclusum? Primus cõcupiſcẽtia.
Scđs conſenſus. Tertius actus. Quart⁹
cõſuetudo. Quintus cõtẽptus. Cura er-
go concupiſcẽtię priori totis reſiſtere ui
ribus, ut nõ ꝑtrahat in cõſenſum, & oĩs
deĩceps malignitatis fabrica euaneſcit:
nec eſt oĩo qđ ſponſum ꝓhibeat appro-
pinq̃re tibi p̃ter ſolũ parietẽ corꝑis, q̃te-
nus gl'iari poſſis & tu dicẽs đ illo: qa en
ipſe ſtat poſt parietẽ nr̃m. Sed & hoc ti
bi tota uigilãtia ꝓuidẽdũ, ut aꝑtas ſꝑ iue
niat feneſtras, & cãcellos quoſdã cõfeſ-
ſionũ tuaꝝ, ꝑ quos te ĩtus benigne reſpi
ciat: qm̃ reſpectus ei⁹, ꝓfectus tu⁹. Aiũt
cancellos anguſtiores eſſe feneſtras, q̃-
les utiq; hi q libros deſcribũt, aptare ſi-
bi ſolẽt ad recipiẽdũ lumen paginis. Vñ
& puto cãcellarios eos appellari, q char
tis cõſcribẽdis ex offõ deputanẽ. Cũ er-
go ſint duo gñª cõpũctionis, unũ ĩ mœ-
rore ꝓ nr̃is exceſſib. alteꝝ in exultatiõe
ꝓ diuinis munerib. quoties ſanè eam q̃
ſine anguſtia cordis minime fit, pc̃tõꝝ
. ſ. meoꝝ facio confeſſionẽ: uideor mihi
cancellũ. i. anguſtiorẽ aꝑire feneſtram.
Nec dubiũ q̃n libẽter ꝑ iſtum reſpiciat
is q ſtat poſt parietem pius explorator:
qa cor contritũ & humiliatũ deus non
Pſal. 43. d deſpiciet. Deniq; & hortaẽ ad hoc ip̃m.
Dic tu (inquiens) iniq̃tates tuas ut iuſti
ficeris. Qđ ſi ĩterdũ corde dilatato ĩ cha
ritate, ꝑ cõſideratiõe diuinæ dignatiõis
ac miſerationis libet aĩm laxare in uocẽ
laudis, & gr̃aꝝ actionẽ: puto me nõ iã
anguſtã, ſed ampliſſimã ſtãti poſt parie
tem ſponſo aꝑire feneſtram, ꝑ quam (ni
fallor) tanto libẽtius reſpicit, quãto am-
plius ſacrificiũ laudis honorificat eum.
Ad manũ eſt de ſcripturis utrãq; hanc
approbare cõfeſſionẽ, ſed ſciẽtib. iſta lo
quor, & nõ eſtis ſuꝑfluis onerãdi, q uix
neceſſariꝭs indagãdis ſufficitis. Tãta q̃p
pe ſint ſacr̃a epithalamiꝭ h⁹ & laudũ p̃-
conia q̃ in eo decantanẽ eccl'iæ & ſpon-
ſo eius Ieſu Xp̃o dño noſtro, qui eſt ſuꝑ
omnia deus benedictus in ſecula, Amẽ.

De uiſitationibus domini quæ fiunt animæ ſibi recte uacanti, & quid per Martham, Lazarum et Mariam ſignificatur. *Sermo 57.*

EN dilectus meus loquitur mihi. Canti. 2. c
Videte ꝓceſſus gr̃æ, & digna-
tionis diuinæ aĩaduertite gradus. Attẽ-
dite ſpõſæ deuotionẽ atq; ſolertiã, q̃ ui-
gili utiq; oculo ſpõſi obſeruat aduẽtũ, et
deinceps ipſius oĩa intueẽ. Venit ille, ac-
celerat, appropiat, adeſt, reſpicit, alloq̃-
tur, & nihil hoꝝ momentoꝝ ſpõſæ in-
duſtriã effugit, anticipat'ue notitiã. Ve-
nit in angelis, accelerat ĩ patriarchis, ap
propiat in ꝓphetis, adeſt in carne, reſpi
cit in miraculis, alloquitur in apl'is. Vel
ſic. Venit affectu & ſtudio miſerendi, ac-
celerat ſubueniendi zelo, appropiat hu
miliando ſemetip̃m, adeſt p̃ñtib. ꝓſpi-
cit in futuros, loquitur docẽs & ſuadẽs
de regno dei. Sic ergo eſt aduentus ſpõ-
ſi. Benedictiones & diuitiæ ſalutis cum
eo, & uniuerſa q̃ de ipſo ſunt, affluũt de
liciꭍs, redundantia certe iucundis ac ſalu
taribus ſacr̃is. Porrò q̃ amat, uigilat & Luc. 12. c
obſeruat, & btã quam dñs inuenerit ui-
gilantem. Non tranſibit illam, nec p̃ter-
ibit ab ea, ſed ſtabit & loqueẽ ei, loque-
turq; amatoria, ſiquidem ut dilect⁹. Sic
quippe habes: En dilectus meus loqui-
tur mihi. Bene dilectus qui uenit ama- Canti. 2. c
toria locututus, non autem increpato-
ria. Neque enim de illis eſt qui a domi-
no merito arguuntur quòd faciem cœ-
li diꭍudicare noſſent, tempus uero aduẽ-
tus eius minime cognouiſſent. Hæc nã-
que tam ſolers & prudens ac bene uigi-
lans, & uenientem a longe proſpexit,
& ſalientem pro feſtinatione aduertit:

& tranſilientē ſuꝑbos ut humili ſibi per
Ibidem. humilitatem ꝓpinq̄ret, uigilātiſſime ob-
ſeruauit, & demū cū iam ſtaret, & oc-
cultaret ſe poſt parietem, nihilominus
pn̄tem agnouit, ſed & reſpicientem ꝑ fe
neſtras cancelloſq; perſenſit, & nunc ꝓ
remuneratione tantæ deuotionis & re-
ligioſæ ſolicitudinis loquentē audit. Sa-
ne.n.ſi reſpexiſſet, & minime locutus fuiſ
ſet, ſuſpectus poterat eſſe ille reſpectus,
ne forte magis īdignatiōis foret, q̄ dile-
ctionis. Deniq; reſpexit Petrum, & non
fecit ei v̄bum. Et ideo fortaſſis fleuit il-
Lucæ.22.g le, ꝙ reſpiciens ſe, tacuerit. Hæc aūt qm̄
poſt aſpectum meruit & affatum: non
modo non flet, ſed & gloriatur præ læ-
titia clamans: En dilectus meus loquit̃
mihi. Vides intuitum dn̄i cū in ſe ſꝑ ma-
neat idem, non tn̄ eiuſdem ſempꝑ effica-
cię eſſe, ſed cōformari meritis ſingulorꝝ
quos reſpicit, & alījs quidē incutere me
tum, alījs v̄o magis cōſolationē & ſecu
Luc. 1.c ritatē afferre? Deniq; reſpicit terram, &
facit eā tremere: cū è regione reſpexerit
Mariā, & infuderit gr̄am. Reſpexit (ait)
humilitatem ancillæ ſuæ, ecce.n.ex hoc
btām me dicent oēs gn̄ationes. Nō ſunt
hęc v̄ba plorātis aut trepidātis, ſed gau
dētis. Reſpexit ſil'r hoc loco ſponſam, &
nec tremuit illa nec fleuit iſtar Petri, q̄a
nō ſapiebat terrā ſicut ille. Dedit v̄o læ
titiā ī corde eius, affatu teſtificās quo eā
reſpexerit affectu. Deniq; v̄ba q̄ loquit̃,
audi q̄ nō īdignātis ſint, ſed amātis. Seq
tur. Surge, ꝓpera amica mea, columba
Cant. 2. c mea, formoſa mea, & ueni. Felix cōſcīa,
q̄ de ſe iſta meret̃ audire. Quis putas in
nobis eſt adeo uigilās & obſeruās tp̄s ui
ſitatiōis ſuæ, ſpōſumq; aduētātē ita ꝑ ſin
gula eius momēta diligēter explorās, ut
cū uenerit & pulſauerit, cōfeſtī apiat ei?
Luc.12.c Non.n.ſic iſta de eccleſia referuntur, ut
non ſinguli nos, q ſil' eccl'ia ſumus, par-
ticipare his eius bn̄dictionib. debeam⁹.
Etenim in hoc gn̄al'r oēs atq; indifferen
ter uocati ſumus, ut bn̄dictionem hære-
ditate poſſideamus. Vn̄ & audebat di-
Pſal.118.o cere ad dn̄m q̄dam: Hæreditate acq̄ſiui
teſtimonia tua in æternū, quia exultatio

cordis mei ſunt. Illa puto hr̄ditate q̄ ſe eē
p̄ſumebat filium pr̄is ſui q eſt in cœlis.
Porrò ſi filium, & hr̄dem: hr̄dem dei, co-
hr̄dem aūt Xp̄i. Magnam v̄o rem gl'iat̃
ſe acquiſiuiſſe hr̄ditate iſta, teſtimonia
dn̄i. Vtinam ego de me uel unū meruerī
tenere teſtimonium dn̄i: quia is non in
uno, ſed in multis exultat teſtimonījs.
Deniq; ait iterꝝ: In uia teſtimoniorꝝ tuo Pſ.118.b
rum delectatus ſum, ſicut in oīb. diuitījs.
Et reuera quid diuitiæ ſalutis, q̄d deli-
ciæ cordis, q̄d aīę v̄a & cauta ſecuritas,
niſi dn̄i atteſtatiōes? Nō.n.inq̄t, q ſeip̄m 2.Co.10.d
cōmendat, ille ꝓbatus eſt, ſed quem de⁹
cōmendat. Vt q̄d nos hactenus adhuc
fraudamur cōmendationib. ſeu atteſta-
tionib. his diuinis, & pr̄na hr̄ditate pri-
uamur? Quaſi minime & nos uolūtarie
genuerit v̄bo v̄itatis, ſic ī nullo nos me
minim⁹ ab illo tal'r cōmēdatos, nec ulla
de nobis aſſecutos teſtimonia eius. Vbi
eſt qd' Ap'ls dicit, quia ipſe ſpūs dei te- Rom.8.c
ſtimoniū ꝑhibet ſpūi nr̄o ꝙ filij dei ſu-
mus? Qūo filij, ſi exꝑtes hr̄ditatis? Ar-
guit nos ꝓ certo negligentiæ & incurię
ipſa inopia nr̄a. Nam ſiquis nr̄m integrè
& ꝑfectè iuxta v̄bum ſapientis cor ſuū Eccl.39.c
tradat ad uigilandū diluculo ad dn̄m q
fecit illum, & in conſpectu altiſſimi dep̄
cetur, ſil'q; uotis omnibus ſtudeat ſcd̄m
Eſaiam prophetam parare uias dn̄i, re- Eſa.4.a
ctas facere ſemitas dei ſui, cui cū ꝓphe- Pſal.24.c
ta ſit dicere, Oculi mei ſempꝑ ad dn̄m, et Pſal.15.c
quia ꝓuidebam dn̄m in conſpectu meo Pſal.23.a
ſempꝑ: nonne hic accipiet bn̄dictionem
à dn̄o, & mīam à deo ſalutari ſuo? Viſi-
ſitabit ꝑfectò frequenter, nec unq̄ igno
rabit tp̄s uiſitationis ſuæ, quantūlibet is
qui in ſpū uiſitat, clandeſtinus ueniat &
furtiuus, utpote v̄ecundus amator. Ad-
huc ergo longe agentem bn̄ uigilās aīa
ſobria mente ꝓſpiciet, & deinceps uni-
uerſa compiet q̄ ī dilecti aduētu ſpōſam
tam ſolerter q̄ ſignanter aduertiſſe mō-
ſtrauimus: quia ipſe ait. Qui mane uigi- Prou.8.b
lauerint ad me, inueniāt me. Nā & deſi-
deriū feſtinātis agnoſcet: & qn̄ ꝓpè &
qn̄ p̄ſtò iam erit, continuo ſentiet, ſed et
reſpiciētis ſe ocl'm quaſi ſolis radium ꝑ

feneſtras & rimas parietis ſubeuntem
btō oculo cernet, & demum audiet uo-
ces exultationis & amoris appellata a-
Cant. 2. c mica, columba formoſa. Quis ſapiēs &
intelliget hæc, ita ut ea etiam digne ab-
inuicē diſtinguere, & deſignare ſingula
queat, ac diffinire ad intelligētiā aliorꝝ?
Si à me illud ſperat̃, ego ea mallē ab ex-
ꝑto audire, & qui aſſuet⁹ ſit & exercita
tus in talib. At qm̄ quiſq; qui hmōi eſt,
uerecunde magis ſilētio abſcondere eli
git qd' ſilentio ꝑcipit, & ſeruare ſecretū
ſuū ſibi, id ſibi tutius arbitrat̃: dico ego
cui ex offō loqui eſt, nec tacere licet, q̄c-
q̄uid illud eſt qd' de hmōi uel proprio
uel alieno teneo exꝑimento, & qd' faci-
le exꝑiri plures q̄unt, ſanè altiora relin-
quens apꝑhendere illa ualētib. Si igr̄ ad
monitus fuero, uel foris ab hoīe, uel int⁹
à ſpū de tuenda iuſtitia, & ſeruanda æq-
tate, iſtiuſmodi ſalutaris ſuaſio erit mihi
ꝑfectò p̄nuncia īminentis aduēctus ſpō-
ſi, & p̄paratio q̄dam ad dignè ſuſcipien
dum ſuꝑnum uiſitatorē, ꝓpheta hæc mi
Pſal.84.b hi indicante, dicendo quia iuſtitia an̄ eū
Pſal.88.c ambulabit. Et item loquit̃ deo ſic: Iuſti-
tia & iudiciū (inquit) p̄paratio ſedis tuę.
Nihilominus v̄o ſpes eadē arridebit, ſi
ſermo inſonuerit de humilitate uel patiē
tia, ſeu ēt de fr̄na charitate & obediētia
Pſal.92.a deferenda p̄latis: maxime aūt de ſectan
Pſal.75.a da ſctīmonia & pace, & cordis puritate
Mat.5.a q̄rēda. qm̄ quidem ſcriptura ait: Domū
dn̄i decet ſctitudo, & factus eſt in pace
locus eius, & mundi corde deū uidebūt.
Quicquid itaq; ſiue de his ſiue de alījs
q̄buslibet uirtutib. ſuggeſto aīo fuerit,
Pſ.140.b ſign̄atio, ut dixi, erit mihi uiſitationē dn̄i
uirtutum īminere aīæ meæ. Sed etſi cor-
ripuerit me iuſtus in mīa, & increpaue-
rit me, idip̄m ſentiam, ſciens quia æmu-
latio iuſti & bn̄uolētia iter faciūt ei qui
aſcendit ſuꝑ occaſum. Bonus occaſus,
cū ad correptionem iuſti ſtat hō, & cor
ruit uitium, & dn̄s aſcendit ſuꝑ illud, cō
culcans hoc pedib. & conterēs ne reſur
gat. Non ergo contēnēda increpatio iu-
ſti, q̄ ruina pctī, cordis ſanitas eſt, necnō
& dei uia ad aīam. Sed nec ullus oīo ſer-

mo qui ædificet ad pietatē, ad uirtutes,
ad mores optimos, negligenter eſt au-
diendus, qm̄ & illic iter quo oñdit̃ ſalu-
tare dei. Qd' ſi ſermo gratus uenit & pla
cidus, q̄ten⁹ pulſo faſtidio cū deſiderio
audiat̃: iam non mō uenire ſpōſus, ſed et
accelerare.i.cum deſiderio uenire credē
dus eſt. Illius nāq; deſiderium tuū creat
& ꝙ tu eius ꝓperas ſermonem admitte
re, inde eſt ꝙ ipſe feſtinat intrare. Nō.n. 1.Ioā 4.b
nos eū, ſed ipſe (inquit) prior dilexit nos.
Iam & ſi ēt ignitū eloquium ſentis, atq;
ex eo cōſcīam urī in recordatione pctī,
recordare tūc de quo ſcriptura dicit, q̄a
ignis an̄ ip̄m p̄cedet: & ip̄m ꝓpè eſſe nō Pſal.96.a
dubites. Deniq; iuxta eſt dn̄s his qui tri
bulato ſunt corde. Si v̄o non ſolū com Pſal.33.d
pungeris in ſermone illo, ſed & conuer-
teris totus ad dn̄m, iurans & ſtatuēs cu
ſtodire iudicia iuſtitię ei⁹: ēt adeſſe ip̄m
iam noueris, p̄ſertim ſi te inardeſcere ſen
tias amore eius. Etenī utrūq; de illo le-
gis, & ignem uidelicet an̄ ip̄m p̄cedere,
& ip̄m nihilominus ignem eſſe. Moyſes
ſiq̄dē de illo dicit, q̄a de⁹ ignis cōſumēs
eſt. Differūt aūt, ꝙ is q p̄mittit̃ ignis ar- Deut.4.c
dorē hēt, ſed nō amorē coquēs: ſed non
excoquēs: mouēs nec ꝓmouēs. Tm̄ ad
excitādū p̄mittit̃ & p̄parādū, ſil'q; ad cō
monēdū q̄d ex te ſis, q̄ dulci⁹ ſapiat poſt-
modū qd' ex deo mox eris. At v̄o ignis
q deus eſt, conſumit q̄dē, ſed nō affligit,
ardet ſuauiter, deſolat̃ feliciter. Eſt.n.v̄e
carbo deſolatorius: ſed q ſic ī uitia exer
ceat uim ignis, ut ī aīa uicē exhibeat un-
ctionis. Ergo in uirtute q̄ īmutaris, & in
amore quo inflāmaris, dn̄m pn̄tem in-
tellige. Nam dextera dn̄i facit uirtutē. Pſal.117.c
Nō aūt fit hæc mutatio dexteræ excelſi Pſal.76.c
niſi in feruore ſpūs, & in charitate nō fi Pſal.38.a
cta, ita ut dicat qui hmōi eſt: Concaluit
cor meū intra me, & ī meditatione mea
exardeſcet ignis. Porrò hoc igne cōſum
pta oī labe pctī, & rubigine uitiorꝝ, ſi iā
emūdata ac ſerenata cōſcīa ſequat̃ ſubi-
ta q̄dā atq; īſolita latitudo mētis, & īfu
ſio luminis illuminātis intellectū uel ad
ſcīam ſcripturarꝝ, uel ad myſteriorꝝ no
titiam, quorꝝ alterꝝ ꝑꝑ nos oblectādos,

alteꝝ ꝑꝑ ædificandos ꝓximos reor da
ri: ocl's reſpicientis proculdubio eſt iſte
educens q̄ſi lumē iuſtitiã tuã, & iudiciũ
tuum tanq̄ꝫ meridiē: iuxta illud ꝓphetæ
Eſaiæ: Orieť (inq̄t) tanq̄ꝫ ſol lux tua &c.
Eſa. 58. c Sed ſanè non ꝑ oſtia apta, ſed ꝑ anguſta
foramina is tantæ claritatis radius ſe in-
fundet ſtante adhuc dũtaxat hoc ruino-
ſo pariete corꝑis. Erras ſi al'r ſperas, ad
quãtãcũq; cordis ꝑficias puritatē, cũ il-
le p̄cipuus contēplator dicat: Videmus
nũc ꝑ ſpeculũ & in ęnigmate, tũc aũt fa
1. Cor. 13. d cie ad faciē. Poſt hunc tãtæ dignationis
ac miſerationis reſpectũ ſequiť uos blan
de & leniter diuinã inſinuãs uoluntatē,
q̄ nõ eſt alius q̄ꝫ ipſe amor, q ocioſus eſſe
nõ põt, de his q̄ dei ſunt ſolicitãs & ſua-
dens. Deniq; audit ſpõſa ut ſurgat & ꝓ
Canti. 2. c peret, hauddubiũ qn ad aĩaꝝ lucra. Hoc
ſiq̄dē uera & caſta contēplatio hēt, ut
mentē quã diuino igne uehemēter ſuccē
derit, tanto interdũ repleat zelo & deſi
derio acq̄rēdi deo q eum ſil'r diligant, ut
ocium contēplationis ꝓ ſtudio p̄dica-
tionis libētiſſime intermittat: & rurſum
potita uotis, aliq̄tenus in hac parte tãto
ardentius redeat in idip̄m, quãto ſe fru-
ctuoſius intermiſiſſe meminerit, & item
ſumpto cõtēplationis guſtu, ualēti⁹ ad
conq̄renda lucra ſolita alacritate recur-
rat. Cæteꝝ inter has uiciſſitudines ple-
rũq; mēs fluctuat, metuēs, & uehemen-
ter exæſtuãs, ne forte alteri hoꝝ dũ ſuis
affectionib. hincinde diſtrahiť, plus iu-
ſto inhæreat, & ſic ĩ utrolibet uel ad mo
dicum à diuina deuiet uolũtate. Et for-
taſſe tale aliq̄d ſctũs Iob patiebať cũ di-
ceret: Si dormiero, dico, qñ conſurgã? &
rurſum expectabo ueſperã. hoc eſt, Et
Iob. 7. a q̄etus neglecti oꝑis, & occupatus ꝑtur-
batæ nihilomin⁹ q̄etis me arguo. Vides
uiꝝ ſctm̃ inter fructum oꝑis, & ſomnũ
contemplationis grauiter æſtuare: & in
bonis licet ſemꝑ uerſantē, ſꝑ tñ q̄ſi d̄ ma
lis pniam agere, & dei cũ gemitu momē
tis ſingulis inq̄rere uoluntatē? Vnicum
q̄ppe ĩ hmõi remedium ſeu refugiũ orõ
eſt, & frequēs gemitus ad deũ: ut quid,
qñ, & q̄tenus nos facere uelit, aſſidue no
bis demõſtrare digneť. Hēs (ut ego opi-
nor) tria hæc .i. p̄dicationē, orõnem, con
tēplationem, in trib. cõmendata & deſi
gnata uocabulis. Etenim merito amica
dr̃, q̄ ſponſi lucra ſtudioſe ac fidel'r p̄di-
cando, conſulēdo, miniſtrãdo conq̄rit.
Canti. 2. c Merito colũba, q̄ nihilominus ꝓ ſuis de
lictis in orõne gemens & ſupplicãs, di-
uinã ſibi nõ ceſſat cõciliare miam. Meri-
Ibidem. to quoq; formoſa q̄ cœleſti d̄ſiderio ful
gēs, ſuꝑnæ contēplationis decorē ſe in-
duit, horis duntaxat q̄b. cõmode & op
portune id p̄t. Sed & illud uide ſi ualeat
coaptari huic triplici unius aĩę bono, de
trib. uidelicet ꝑſonis illis in domo una
cõmanentib. amicis utiq; ſaluatoris, &
admodũ familiarib. ei: Marthã loquor
miniſtrantē, & Mariam uacantē, & La-
Luca. 10. g zaꝝ q̄ſi gementē ſub lapide, & reſurre-
ctionis gr̃am flagitantē. Hæc dicta ſunt
ꝓ eo ꝙ ſpõſa deſcribiť adeo ſolers & ꝑ-
uigil in obſeruãdo ſemitas ſpõſi, ut mini
me eã latere poſſit qñ, & in quãta feſti-
natiõe ad ſe ueniat, ſed & qñ lõge, & qñ
ꝓpè, & qñ pñs ſit nulla ſubitatione p̄oc
cupari ualeat ut ignoret: & q̄a ꝓ̄ide me
ruerit, nõ ſolũ reſpici miſericorditer, ſed
& dignãter lætificari amoris uocib. &
gaudere gaudio ꝑꝑ uocē ſpõſi. Nos quo
que ad hæc (q̄uis audacter) adiecim⁹, ꝙ
q̄uis ēt de nob̄ aĩa ſi ſil'r uigilet, ſil'r & ſa-
lutabiť ut amica, cõſolabiť ut columba,
amplexabiť ut formoſa. Perfect⁹ oĩs re-
putabiť ĩ c⁹ aĩa tria hæc cõgruenter atq;
opportune cõcurrere uidebunť, ut & ge
mere ꝓ ſe, & exultare ĩ deo nouerit, ſil'r et
ꝓximoꝝ utilitatib. potēs ſit ſubuenire,
placēs deo, cautus ſibi, utilis ſuis. Sed ad
hæc q̄s idoneus? Vtinã ipſa in uniuerſis
nob̄, etſi nõ tota ĩ ſingulis, ſaltē ſingula ĩ
diuerſis ſicut hodie hr̃i vñr, lõgis reſer-
uenť tꝑib. Hēm⁹ ſiq̄dē Marthã tanq̄ꝫ ſal
uatoris amicã ĩ his q exteriora fidel'r ad
miniſtrãt. Hēmus & Lazaꝝ tanq̄ colũ-
bã gemētē nouitios utiq;, q nuper pctis
mortui, ꝓ recētib. adhuc plagis laborãt
ĩ gemitu ſuo ſub timore iudicij, & ſicut
uulnerati dormiētes ĩ ſepulchris, quoꝝ
Pſal. 87. a nemo ē memor ampli⁹, ſic ſe nõ putãt re
putari,

putari, donec ad Chriſti iuſſionem ſub-
lato pondere timoris tanquam premē-
tis lapidis mole, reſpirare in ſpem uenię
poſſint. Habemus quoq; Mariam con-
templãtem, in illis qui proceſſu longio-
ris tꝑis cooperãte gr̃a dei in aliquid me
lius & lætius ꝑficere potuerunt, qñ iam
de indulgentia præſumentes, non tã uer
ſare intra ſe ſoliciti ſunt triſtē imaginem
pctõꝝ, quam certe in lege dei meditari
Pſal. 1. a die ac nocte inſatiabil'r delectantur in-
terdum ēt reuelata facie gl'iam ſpõſi cũ
ineffabili gaudio ſpeculantes, in eãdem
imaginem transformanť de claritate in
claritatem tãquam à dñi ſpiritu. Iam ad
quid ſponſam ſurgere & properare hor
tetur is qui pauloãte defenſare uiſus eſt
eam ne dormiēs ſuſcitaretur, alio ſermo
ne uidebimus. Adſit ipſe ut & huius no-
bis ſacri rationem aperire dignetur ſpõ-
ſus eccl'ię Ieſus Chriſtus dñs nr̃, qui eſt
ſuper oĩa deus bñdictus in ſecula, Amē.

Qualiter ſponſus hortatur ſponſam id eſt uiros perfectos ad regimen imperfectorum, & de putatione uitiorum in eis facienda ut uirtutes ſuccreſcant. Sermo 58.

Cant. 2. c Surge propera amica mea, colũ
ba mea, formoſa mea, & ueni.
Quis hoc dicit? Abſque dubio
ſponſus. Et non'ne ipſe eſt qui paulo añ
ſuſcitari dilectam tantopere ꝓhibebat?
Quo pacto ergo nunc non ſolum ut ſur-
gat, ſed ut & acceleret iubet? Venit in
mentem ſil'e quid ex euangelio. Ea q̄p-
Mat. 26. d pe nocte qua dñs tradebať, cum fatiga-
tos ꝓductiorib. uigilijs diſcipl'os q ſecũ
erant, dormire demũ ac requieſcere p̄ce-
piſſet, in ipſa hora ſurgere cogit: ſurgite
eamus (inquit) ecce appropinquat qui
Ibidem. me tradet. Nũc quoq; ſil'r uno penè mo
mento & prohibet ſuſcitari ſponſam, et
ſuſcitat, ſurge (inquiens) & ueni. Quid ſi
Canti. 2. c bi itaq; uult tam ſubita hęc mutatio uo
luntatis ſiue conſilij? Putamus'ne leuita-
te uſum ſponſum, & aliq̄d uoluiſſe prius
quod mox noluerit? Minimè. Sed agno
ſcite eas quas uobis ſupra, ſi meminiſtis,
cõmendaui & non ſemel uiciſſitudines
utiq; ſanctæ quietis, ac neceſſarię actio-
nis, & quia non ſit in hac uita copia con
templandi, nec diuturnitas ocij, ubi offi
cij & oꝑis cogentior urget inſtantior q;
utilitas. More igr̃ ſuo ſpõſus ubi dilectã
paululum in ſinu proprio quieuiſſe per-
ſentit, ad ea denuo q̄ utiliora uiſa ſunt,
trahere non cunctať. Non tñ quaſi inui-
tam: nec .n. qđ fieri uetuit, faceret ulla te
nus ipſe. Sed trahi ſanè à ſponſo ſpõſæ,
eſt ab ipſo accipere deſideriũ quo traha
tur, deſiderium bonoꝝ opeꝝ, deſideriũ
fructificandi ſpõſo, q̄ppe cui uiuere ſpõ-
ſus eſt & mori lucrum. Et eſt deſideriũ
uehemens qđ eam nõ tm̃ ſurgere, ſed &
ſurgere feſtinanter ſolicitat. Sic quippe
hēs: Surge, propera & ueni. Nec parum
confortat quod audit, ueni: & nõ, uade:
ꝑ hoc ſe intelligens nõ tam mitti quàm
duci, & ſecum pariter ſponſum eſſe uen
turꝝ. Quid .n. difficile ſibi illo comite re- Iob 17. a
putet? Pone me (ĩquit) iuxta te, & cuiuſ- Pſal. 22. a
uis manus pugnet contra me. Item. Si
ambulauero ĩ medio umbræ mortis, nõ
timebo mala, qm̃ tu mecũ es. Nõ utiq;
ſuſcitať p̄terq̄ꝫ uelit, qñ fit prius ut uelit:
qđ nõ eſt aliud niſi ſcti q̄ ſtus ĩmiſſa aui-
ditas. Aĩať ēt ad opus iniunctum, & de
tꝑis opportunitate reddiť alacrior. Tp̄s Canti. 2. c
faciendi (inquit) ô ſponſa, q̄a hyems trã-
ſijt, qñ oꝑari nemo poterat. Imber quo-
que qui inundatione facta operiebat ter
ram, culturas impediebat, & uel ſata ne
cabat, uel ſeri uetabat: is inq̄ꝫ imber excur
rit, abijt & receſſit. Flores apparuerũt in Ibidem.
terra nr̃a, ꝟnalē ꝑfectò tēperiē adeſſe ſi-
gnãtes, oꝑandi cõmoditatē, frugũ uici-
nitatē ac fructuũ. Deinde ſubdit ubi &
q̄d primum operari oporteat. Tp̄s (in-
quiēs) putationis aduenit. Ad uineas er- Ibidem.
go excolēdas duciť. Quæ ut poſſint ube
riorib. fructib. rñdere colonis, añ oĩa ne
ceſſe eſt ſarmēta ſterilia ꝓ̄ijci, ſuccidi no
xia, putari ſuꝑflua. Hęc iuxta lr̃am. Nũc
iam uideamus q̄d iſtiuſmodi q̄ſi hiſtori
co ſchemate ſpũal'r nobis innuať intelli-
gendũ. Et uineas q̄dem aĩas eſſe uel ec-
cleſias, ſil'q; hui⁹ rei rõnem quęnam ſit,
dixi uob̄ iã, & audiſtis, nec op⁹ hētis ite
rato audire. Ad has itaq; reuiſēdas, corri

gendas, inſtruendas, ſaluandas, anima
perfectior inuitat,q̃ tñ id miniſterij ſorti
ta ſit non ſua ambitione, ſed uocata à
Pſal. 21. b deo tanq̃ Aarõ. Porrò inultatio ipſa ꝗd
eſt, niſi intima q̃dam ſtimulatio charita
tis pie nos ſolicitas æmulari fraternam
ſalutem, æmulari decorẽ domus dñi, in-
crementa lucroꝝ eius, incrementa fru-
gũ iuſtitiæ eius, laudẽ & gl'iam nois eiꝰ?
Iſtiuſmodi itaq; circa deum religioſis
affectib. quoties is ꝗ aĩas regere, aut ſtu-
dio p̃dicationis ex offõ intendere hẽt,
hoĩem ſuum interiorem ſenſerit ꝑmoue-
ri, toties ꝓ certo ſpõſum adeſſe intelli-
gat, toties ſe ab illo ad uineas ĩuitari. Ad
ꝗd? niſi ut euellat & deſtruat, & ędificet
& plantet? Veꝝ q̃m opi huic ſicut & oĩ
rei ſub cœlo non oẽ tp̃s ſuppetit & aptũ
eſt, addit is ꝗ inuitat, tp̃s putationis ad-
2. Cor. 6. a ueniſſe. Adeſſe hoc nouerat ꝗ dicebat:
Ecce nũc tp̃s acceptabile, ecce nũc dies
ſalutis, nemini dantes ullam offenſionẽ,
ut non uitupeẽ miniſterium nr̃m. Vitioſa
ſine dubio atq; ſuperflua, & oẽ denique
qđ offendiculum dare, & impedire fru-
ctum ſalutis poſſit, putare iam & reſe-
Canti. 2. c care monebat, ſciens ꝗa tp̃s putationis
2. Ti. 4. a aduenerit. Iõ & aiebat fideli cuidã cul-
tori uineaꝝ: Argue, increpa, obſecra. in
primo & ſcđo hoꝝ putationem uel ex-
tirpationem, in ultimo plãtationẽ indi-
cens. Et hæc ꝗdem ſponſus ꝑ os Pauli đ
tꝑe oꝑandi. Sed audi ꝗd ꝑ ꝓprium os đ
tꝑum cõſideratione ſub alio quidẽ reꝝ
ſchemate & noĩe cum noua ſponſa ſit
locutus. Nõne uos dicitis (inꝗt) ꝗa qua-
Ioan. 4. d tuor menſes ſunt, & meſſis uenit? Ecce
dico uobis. Leuate oculos ur̃os & uide
Mat. 9. d te regiones, ꝗa albæ ſunt iam ad meſſẽ.
Item. Meſſis quidem multa, oꝑarij pau-
ci, rogate dñm meſſis ut mittat oꝑarios
in meſſem ſuam. Sicut igiẽ ibi metendi
aĩaꝝ ſegetes tp̃s adeſſe monſtrabat, ita
& hic uineas æquè intelligibiles. i. aĩas
uel eccl'ias tp̃s putandi aduenisse denun
ciat, id forſitan inter utraſq; res uolens
uocabuloꝝ diuerſitate diſtingui, ut meſ
ſes plebes, uineas cõgregationes ſctõꝝ
cohabitantium intelligamus. Porrò hye

male tp̃s qđ p̃terijſſe ſignat, illud mihi
deſignare ur̃ cum dñs Ieſus iam non pa-
làm ambularet apud Iudæos, eo ꝙ con-
ſpiraſſent aduerſus eum uolentes eũ in-
terficere. Vñ & dicebat ad quoſdam: Ioan. 7. a
Tp̃s meum nondum aduenit, tp̃s autẽ
ur̃m ſemꝑ eſt paratum. Et rurſum: Aſcẽ-
dite uos ad diem feſtũ hunc, ego nõ aſcẽ Ibidem.
dam. Aſcendit tñ poſtea & ipſe, non pa
làm, ſed quaſi in occulto. Ex tũc ergo &
deinceps uſq; ad aduẽtum ſpũs ſcti quo
recaluerunt torpentia fidelium corda tã
quam igne quem dñs ad hoc ip̃m miſit Luc. 12. f
in terram, hyems fuit. Tu'ne negaueris Ioan. 18. c
hyemẽ tunc fuiſſe, cũ Petrus ſederet ad
prunas non minus gelido corde, quàm
corpore? Deniq; erat frigus, inquit. Ma
gnum reuera frigus cor negãtis cõſtrin-
xerat. Nec miꝝ tñ, cum ignis ab eo ab-
latus eſſet. Nam pauloante non paruo
feruebat zelo, ꝗppe adhuc igni ꝓximꝰ, Luc. 22. e
ꝗ euaginato gladio ne ignem perderet,
ſerui auriculã amputauit. Sed non erat Mat. 26. f
tp̃s putationis, & iõ audit: Cõuerte gla
dium tuũ ĩ locũ ſuũ. Erat. n. hora & ptãs
tenebraꝝ, & ꝗſꝗs tunc diſcipuloꝝ leua
ret gladiũ uel ferri uel ṽbi, aut ferro trũ-
candus erat, & neminẽ lucrareẽ, nec ꝗp-
piam fructus afferret: aut certe timoris
gladio ad negãdũ cogẽdus, & ſic ma-
gis ipſe periret, iuxta uerbum dñi quod
ſubiunxit mox ita dicens: Omnis qui ac Ibidem.
cipit gladiũ, gladio ꝑibit. Quis nẽpe cæ-
teroꝝ ante pauendam mortis imaginẽ
impauidus ſtaret, trepidante & cedente
principe ipſo, & ꝗ uoce confortatoria
ſui imꝑatoris fuerat p̃munitus & p̃mo-
nitus alios cõfortare? Cæteꝝ nec is nec
illi ſibi adhuc induerant uirtutem ex al-
to, & ob hoc tutum nõ erat eis exire in
uineas, & exerere linguæ ſarculũ, & gla
dio ſpũs putare uites, purgare palmites
ut fructũ plus afferrent. Deniq; ipſe dñs
tacebat in paſſione, & in multis interro Mat. 15. a
gatꝰ nõ rñdebat, factus (iuxta ꝓphetã)
ſicut hõ nõ audiẽs, & non hñs in ore ſuo
redargutiones. Dicebat autem: Si uobis
dixero, non credetis mihi: ſi aũt & inter- Eſa. 37. a
rogauero, nõ rñdebitis mihi. ſciẽs tp̃s pu Luc. 22. f

tationis nõdũ aduenisse, nec rñſurã ꝓr-
ſus uineã ſuã ĩpẽſis laboribus. i. nec fidei
nec boni oꝑis fructũ aliquẽ relaturam.
Quare? Quia hyems erat ĩ cordib. ꝑfido
rũ, & hyemales ꝗdã malitiæ ĩbres occu
pauerãt terrã, iacta ſemina ṽbi ſuffoca-
re quã fouere paratiores, ſed & cultui ui
neaꝝ oẽm nihilominus ĩpẽdẽdã oꝑam
fruſtraturi. Quos uos me nunc putatis
dicere ĩbres? Iſtos'ne quos uidemus cur
rentes ꝑ aera nubes turbulẽto ſpũ ſpar-
gere ſuꝑ terrã? Nõ eſt ita. Sed quos đ ter
ra in aerẽ ſurſum ferũt hoĩes turbulenti
ſpũs, ponẽtes ĩ cœlũ os ſuũ, & lingua eo
rũ trãſiẽs ĩ terrã, tãq; pluuia amariſſima
terrã ipſam paluſtrẽ ac ſterilẽ facit, & tã
plãtis quã ſatis inutilẽ, nõ ꝗdẽ his uiſibi
lib. atq; corꝑeis ad nr̃os utiq; corꝑeos
uſus datis, de ꝗb. nulla planè ſicut nec đ
bob. cura eſt deo. Sed ꝗbus? Profectò q̃
ſeuit & plãtauit dei manus & nõ hoĩs, q̃
& uel germinare uel radicari in fide &
charitate poterãt, & fructꝰ parturire ſa
lutis, ſi bonis & tꝑaneis ĩbrib. rigarenẽ.
Aĩæ deniq; ſunt ꝓ ꝗb. Xp̃s mortuꝰ eſt.
Væ nubib. pluẽtib. iſtiuſmodi ĩbres ſuꝑ
eas ꝗ lutũ faciãt, fructũ nõ afferant. Nã
ſicut ſunt & bonæ & malæ arbores fe-
rẽtes q̃q; fructus ꝓ ſui diſſil'itudine dif-
ferẽtes, bonæ uidelicet bonos, & malæ
malos: ita & arbitror nubes & bonas q̃
bonos, & malas q̃ malos pluãt imbres.
Et uide ne forte ĩnueret nob hãc nubiũ ĩ-
Eſa. 5. b briũq; dr̃iam ꝗ dicebat. Mãdabo nubi
bus meis ne pluãt ſuꝑ eã (haud dubiũ ꝗn
ſuꝑ uineã) ĩbrẽ. Cur putas adiunxiſſe ſi-
gnãter, meis, niſi ꝗa ſũt & malę nubes, q̃
nõ ſũt eiꝰ? (Tolle tolle) ĩꝗũt crucifige eũ.
Ioan. 19. e O' nubes uiolẽtas & turbidas. O' ĩbrẽ
ꝓcelloſum, ô torrẽtẽ iniꝗtatis, euertere
magis quã fœcũdare idoneũ. Nec minꝰ
malus minus'ue amarus, minori licet ĩ-
petu ꝓruẽs, ĩber ille ꝗ ſubſecutꝰ ẽ. Alios
ſaluos fecit, ſeip̃m non põt ſaluũ facere?
Luc. 23. d Xp̃s rex Iſrl' deſcẽdat nũc đ cruce, & cre
dimus ei. Philoſophoꝝ uẽtoſa loq̃citas
nõ bonus ĩber eſt, ꝗ ſterilitatẽ magis ĩtu
lit terris quàm fertilitatẽ. Multo magis
praua dogmata hr̃ticoꝝ, mali ĩbres ſũt,

q̃ ꝓ fructib. ſpinas ꝓducũt & tribulos.
Mali ĩbres ẽt traditiões phariſçoꝝ quos
ſaluator redarguit, & ipſi nubes malæ.
Et niſi exiſtimes me iniuriã facere Moy
ſi nã bona nubes eſt illa, nõ oẽ qđ pluit
uel ipſa, bonũ tñ dicã, ne illi cõtradicã ꝗ
ait: Dedi illis. i. Iudæis p̃cepta nõ bona,
haud dubium ꝗn per Moyſen, & iuſtifi Eze. 20. d
cationes in ꝗb. nõ uiuent in eis. Lr̃alis
illa (ṽbi cã) obſeruatio ſabbati ſonãtis
reqem nõ donãtis, ĩdictus ſacrificioꝝ ri-
tus, interdictus porcinæ carnis eſus, nõ-
nulloꝝq; ſil'ium quæ ĩmunda à Moyſe 2. Mac. 7. a
cenſenẽ, pluuia eſt hoc totũ ex illa nube
deſcẽdẽs, ſed nolo ĩ agrũ uel hortũ meũ
q̃nq; deſcendat. Fuerit ſanè bona ſuo
tꝑe, poſt tp̃s ſi uenerit non bonam iam
cẽſeo. Oĩs ẽt lenis & leniter deſcendens
pluuia ſi ſit intẽpeſtiua, moleſta eſt. Do
nec ergo iſtiuſmodi aq̃ peſtilentes oc-
cupauerunt terram & inualuerũt ſuꝑ eã,
tp̃s ſuũ uineæ non habuerũt, nec fuit qđ
ſpõſa inuitareẽ ad putãdas uineas. Cæte
rũ illis decurrẽtib. terra apparuit arida,
& flores apparuerũt in ea, ſignantes tp̃s
putationis adeſſe. Quæris q̃ñ hoc fuit?
Q̃ñ putas, niſi cum refloruit caro Xp̃i
in reſurrectione? Et hic primus & maxi-
mus flos ꝗ apparuit in terra nr̃a, nã pri-
mitiæ dormientiũ Xp̃s. Ipſe inq; flos cã 1. Cor. 15. c
pi, & liliũ cõuallium Ieſus, ut putabaẽ fi- Canti. 2. a
lius Ioſeph à Nazareth, qđ interp̃tatur Luc. 3. e
flos. Is ergo flos apparuit primꝰ, nõ ſo- Mat. 27. f
lus. Nam & multa corpora ſctõꝝ ꝗ dor
mierãt, pariter ſurrexerũt, ꝗ ueluti ꝗdã
lucidiſſimi flores ſimul apparuerũt ĩ ter-
ra nr̃a. Deniq; uenerũt in ſctãm ciuitatẽ,
& apparuerũt multis. Flores ẽt fuerũt ꝗ
primi crediderunt de populo, primitiæ
ſctõꝝ. Flores eoꝝ miracula inſtar floꝝ
producentia fructum fidei. Nam poſtq̃
ille infidelitatis ĩmber aliquãtulũ uel ex
ꝑte abijt & receſſit, ſecuta mox eſt plu-
uia uolũtaria quã ſegregauit deꝰ hr̃dita
ti ſuæ, & flores apparere cœperũt. Dñs
dedit benignitatẽ, & terra nr̃a dedit flo Pſal. 84. b
res ſuos, ita ut una die tria milia, ĩ alia ꝗn Acto. 2. g
que milia de ppl'o crederẽt, adeo ĩ breui & 4. a
creuit floꝝ nũerꝰ. i. credẽtiũ ml'titudo. Et

non potuit gelu malitiæ præualere ad-
uerſus flores qui apparebant, nec præri
pere(ut aſſolet)fructum uitæ quã ꝓmit
tebant. Nam cum omnes qui credide-
rant,induerentur uirtute ex alto:ſurrexe
1. Pet.5.c runt ex eis homines qui minas hoĩm cõ
tempſerunt,fortes in fide,paſſi ſunt qui-
dem quã plurimos contradictores, ſed
nõ ceſſerũt,neq; ſubterfugerũt quo mi-
nus & facerẽt & annũciarent opa dei.
Pſa.125. a Nã iuxta illud ĩ pſalmo,ſpũalr̃ qdẽ & ſe
& 106.d minauerũt agros,& plãtauerũt uineas,
& fecerũt fructum natiuitatis. Proceſſu
tpis tẽpeſtas ſedata eſt,& pace reddita
terris creuerũt uineæ, & ꝓpagatæ & di
latatæ ſunt,& multiplicatę ſup numer₰.
Et tunc demum ſponſa ad uineas inuita
tur,non qdem ad plantandũ,ſed ad pu-
tandũ qđ plantatũ iam erat. Opportu-
ne qdem, nã id op⁹ pacis tp̃s reqrebat.
Pſa.149.b Qñ etenim pſecutionis tpe id liceret? A-
liogn ſumere in man⁹ gladios ancipites,
facere uindictã in nationib. increpatio-
nes in ppl'is,alligare reges eo₰ in com-
pedib. & nobiles eo₰ in manicis ferreis,
& facere in eis iudicium conſcriptum:
Ibidem. hoc quippe putare uineas eſt. Hæc inq;
oĩa uix uel pacis tpe actitant̃ in pace. Et
de his ſatis. Poterat etiã finiri ſermo, ſi
prius queq; ur̃m iuxta morẽ meũ de ſua
uinea monuiſſem. Quis.n.ita ad unguẽ
oĩa à ſe ſuperflua reſecauit, ut nil ſe hr̃e
putet putatione dignum? Credite mihi,
& putata repullulant,& effugata rede-
unt,& reaccedunt̃ extincta,& ſopita de
nuo excitant̃. Pa₰ eſt ergo ſemel putaſ-
ſe,ſæpe putandũ eſt. Immò ſi fieri poſſit
ſemper, quia ſemp qđ putari oporteat
(ſi non diſſimulas)inuenis. Quãtũlibet ĩ
hoc corpe manens pfeceris, erras ſi ui-
tia putas emortua,& non magis ſupp̃ſ-
Iudic.1.c ſa. Velis nolis intra fines tuos habitat Ie
Rom.7. a buſeus,ſubiugari põt, ſed non extermi-
nari. Scio(inqt)qa nõ habitat in me bo-
num. Pa₰ eſt niſi & malum ineſſe fatea
tur. Ait,non qđ uolo bonum hoc ago,
ſed qđ odi malum illud facio. Si ãt qđ
odi illud facio, iã nõ ego opor illud, ſed
qđ habitat in me pctm̃. Aut te ergo ſi
audes p̃fer apl'o (nempe ipſius iſta uox
eſt)aut fatere cũ illo te quoq; uitijs non
carere. Medium deniq; uitio₰ uirtus te
net,ac ꝓinde ſedula eget non ſolum pu
tatione,ſed & circuncisione. Aliogn ue-
rendũ ne circũquaq; à lambentibus uel
potius à rodentib. uitijs illa dum neſcis
paulatim elangueat,aut ſi ſupcreuerint,
ſuffocet̃. Vnum in tanto diſcrimine cõſi-
lium eſt, obſeruare diligenter, & mox
ut renaſcentiũ capita apparebunt, prõ-
pta ſeueritate ſuccidere. Non põt uirtus
cũ uitijs pariter creſcere. Ergo ut illa ui-
geat,iſta creſcere non ſinant̃. Tolle ſu-
perflua,& ſalubria ſurgũt,utilitati acce
dit qcqd cupiditati demis. Demus opã
putationi. Putet̃ cupiditas ut uirt⁹ robo-
ret̃. Nobis fr̃es,putationis ſp eſt tp̃s, ſi-
cut ſemp eſt opus. Confido.n.qa nobis
hyems iã trãſiit. Scitis quã hyemẽ dicã? Canti.2.c
Timorẽ illũ q nõ eſt ĩ charitate,q cũ o-
mnes initiet ad ſapiam, neminẽ cõſum-
mat: qm̃ ſupueniẽs charitas extũdit illũ
tanq; hyemẽ æſtas. Aeſtas.n.charitas ẽ.
Quæ ſi iã uenit,imo qa uenit (ſicut iuſtũ
ẽ mihi ſentire de uob̃)ſiccauerit neceſſe ẽ
oẽm hyemalẽ ĩbrẽ, oẽm uidelicet anxie
tatis lachrymã, quã amara recordatio
pcti,& timor añ extorqbat iudicij. Ita-
que(qđ nõ dubi⁹ dico)etſi nõ đ oĩb. uo
bis, pfectò de pl'ib. hic iã ĩber abijt & re-
ceſſit. Nã & flores apparẽt,ĩdices pluuię
ſuauioris. Hẽt & æſtas pluuias ſuas ſua-
ues & uberes. Quid dulcius lachrymis
charitatis? Flet qppe charitas, ſed ex a-
more,nõ ex mœrore. Flet ex deſiderio.
Flet cũ flẽtib. Tali ĩbre nõ ambigo riga
tos uberi⁹ act⁹ obediẽtiæ ur̃æ,qs læt⁹ ĩ-
tueor,nõ murmure tetros, non triſtitia
ſubobſcuros: ſed q̃dã ſpũali gaudio iucũ
dos & floridos. Sic ſũt ac ſi ſp flores ge-
ſtetis ĩ manib. Ergo ſi hyems trãſiit,ĩber
abijt & receſſit,ſi demũ flores appuerũt
ĩ terra nr̃a, & ſubide q̃dã ſpũalis grę ṽna
lis tẽpies tp̃s putationis ĩdicit,qd reſtat
niſi ut đ cętero toti ĩcũbam⁹ huic opi tã
ſctõ,tã necio? Scrutemur iuxta pp̃ham Thren.3
uias nr̃as & ſtudia nr̃a, & ĩ eo ſe qſq; iu
dicet pfeciſſe: nõ cũ nõ ĩuenerit qđ rep̃-
hendat,

hẽdat, ſed cum qđ inuenerit rep̃hẽdet.
Tunc te non fruſtra ſcrutatus es, ſi rur-
ſum opus eſſe ſcrutinio aduertiſti. Et to
ties non te fefellit inquiſitio tua, quoties
iterandam putaueris. Si autem ſemper
hoc cum opus eſt facis,ſemper facis. Sẽ
per ergo opus eſſe tibi memineris ſuper
ni auxilij & miſericordiæ ſponſi eccleſię
Ieſu Chriſti domini noſtri, qui eſt ſuper
omnia deus benedictus in ſecula, Amẽ.

De gemitibus animæ ſuſpirantis ad cœleſtem patriam, & de commendatione caſtitatis & uiduitatis. Sermo 59.

Canti.2.c VOx turturis audita eſt in terra
noſtra. Minimè iam diſſimula-
re queo qđ ecce ſcđ'o is qui de
cœlo eſt de terra loquit̃. Vtiq; tã dignã-
ter,tam ſocialr̃,q̃ſi unus è terra. Sponſus
Ibidem. eſt iſte. Qui cum p̃mitteret flores appa-
ruiſſe in terra,adiunxit, noſtra: & nunc
nihilominus uox (inqt) turturis audita
eſt ĩ terra nr̃a. Ergo ne rõne carebit deo
quidem tam inſueta(ne dicam indigna)
locutio? Nuſq;(ut opinor) đ cœlo ſic lo-
cutũ repies, nuſq; alibi de terra. Aduer-
Pſal.125.a te igitur quantæ ſuauitatis ſit, deum cœ
li dicere in terra nr̃a. Quiq; terrigenæ &
filij hoĩm audite: Magnificauit dñs face
re nobiſcum. Multum illi cũ terra,mul-
tum cum ſpõſa,quam de terris ſibi aſci-
ſcere placuit. In terra(inqt)nr̃a. Nõ pla-
nè principatum ſonat uox iſta, ſed con-
ſortium,ſed familiaritatem. Tanq; ſpon
ſus hoc dicit,non tanq; dñs. Quid? Con
ditor eſt, & conſortẽ ſe reputat. Amor
loquitur,qui dñm neſcit. Carmẽ nimi₰
amoris eſt, nec alijs hoc quã amatorijs
fulciri oportuit. Amat & deus,nec aliũ-
de hoc hẽt,ſed ipſe eſt uñ amat. Et ideo
uehementius, qa nõ amorẽ tam habet,
quàm hoc eſt ipſe. Ve₰ quos amat,ami
cos hẽt,non ſeruos. Deniq; amicus fit de
magiſtro. nec.n. amicos diſcipulos dice
ret ſi non eſſent. Vides amori cedere ẽt
maieſtatem? Ita eſt fr̃es, neminem ſuſpi-
cit amor,ſed ne deſpicit qdem. Oẽs ex
æquo intuet̃ qui perfectè ſe amant,& in
ſeipſo celſos humileſq; contẽperat, nec
1. Cor.6.d modo pares,ſed unum eos facit. Tu deũ
forſitan adhuc ab hac amoris regula ex-
cipi putas,ſed qui adhæret deo,unus ſpi
ritus eſt. Quid miraris hoc? Ipſe factus
eſt tanq; unus ex nobis. Minus dixi,nõ
tanq; unus,ſed unus. Pa₰ eſt parem eſ-
ſe hoĩb. hõ eſt. Inde terram nr̃am uendi
cat ſibi,ſed quaſi pr̃iam, non q̃ſi poſſeſ-
ſionem. Quidni uendicet? Inde illi ſpon- Ibidem.c
ſa,inde ſubſtantia corporis. Inde ſpõſus
ipſe,inde duo in carne una. Si caro una, Pſal.113.d
cur non & pr̃ia una? Cœlum cœli dño
(inquit)terram aũt dedit filijs hoĩm. Er-
go ut filius hoĩs hr̃ditat terram, ut dñs
ſubijcit,ut conditor adminiſtrat,ut ſpõ-
ſus cõicat. Dicẽdo nempe,in terra nr̃a,
ꝓprietatem profectò abnuit, ſocietatẽ
non reſpuit. Et hæc ꝑ eo qđ ſpõſus tam
benigno uſus eſt ṽbo,ut dignatus ſit di
cere in terra nr̃a. Nũc cætera uideamus.
Vox turturis audita eſt in terra nr̃a. Et
hoc indicium eſt tranſactæ hyemis, tp̃s Cant.2.c
nihilominus putatiõis adeſſe denũciãs.
Id iuxta lr̃am. Alias turturis uox nõ dul
ce admodũ ſonat,ſed ſignat dulcia. Ip-
ſa auicula ſi emis,non magni: ſi diſcutis,
non parui precij eſt. Et uox qdẽ gemẽti,
quàm canẽti ſilior, peregrinationis nr̃æ
nos admonet. Illius doctoris libẽter au-
dio uocem,q non ſibi plauſum ſed mihi
plãctum moueat. Vere turturẽ exhibes,
ſi gemere doceas. Etſi pſuadere uis, ge-
mẽdo id magis quã declamãdo ſtudeas
oportebit. Exẽplũ ſanè tũ in alijs ml'tis,
tum uel maximẽ hoc ĩ negocio ṽbo effi
cacius eſt. Dabis uoci tuæ uocẽ uirtutis,
ſi qđ ſuades prius tibi illud cognoſceris
pſuaſiſſe. Validior operis,quã oris uox.
Fac ut loqris, & nõ ſolũ me facilius emẽ
das,ſed te q̃q; nõ leui liberas ꝓbro. Nõ
iã ptinebit ad te ſiqs dicat: Alligãt one- Mat.23.a
ra grauia & ĩportabilia, & ĩponũt ea in
humeros hoĩm, digito aũt ſuo nolũt ea Rom.2.c
mouere. Sed neq; illud ṽearis oportet.
Tu q alios doces,teip̃m nõ doces? Vox
turturis audita eſt ĩ terra nr̃a. Donec ho
mines ꝑ dei cultu mercedẽ tm̃ ĩ terra,et
tm̃ terrã accepũt (illã utiq; lacte & mel
le manãtẽ)minimè ſe cognouerũt pegri
nos ſup terram, nec more turturis inge-

muerunt ueluti patriæ reminiſcẽtes: ma
gis autem pro patria exilio abutentes,
dederunt ſe comedere pinguia, & bibe-
re mulſum. Ita tandiu non eſt uox tur-
turis audita in terra nr̃a. Vbi ergo regni
cœloꝝ ꝓmiſſio facta eſt, tunc intellexe-
runt hoĩes ſe non hr̃e hic ciuitatem ma-
nentem, ſed futuram inq̄rere tota auidi-
tate cœperunt, & tũc primũ manifeſtè
ſonuit in terra uox turturis. Nã dum ſctã
q̃q; iam aĩa Xp̃i pñtiam ſuſpiraret, regni
dilationem moleſtè ferret, deſideratam
p̃riam gemitib. & ſuſpirijs à longe ſalu-
taret: nõne tibi ur̃ uice fungi gemebũdę
ac caſtiſſimæ turturis q̃cũq; aĩa in terris
ita feciſſet? Ex tũc ergo & deinceps uox
turturis audita eſt in terra nr̃a. Quidni
Pſal. 37. b moueat mihi crebras lachrymas & ge-
Pſa. 6. a mitus quotidianos Xp̃i abñtia? Dñe añ
Ibidem. te oẽ deſiderium meum, & gemit⁹ meus
à te non eſt abſconditus. Laboraui ĩ ge-
mitu meo, tu ſcis, ſed btũs qui dicere po
tuit: Lauabo per ſingulas noctes lectũ
meum, lachrymis meis ſtratũ meũ riga-
bo. Non ſolum aũt mihi, ſed & oĩb. qui
diligunt aduentum eius, gemitus iſti cõ
perti ſunt. Hoc q̄ppe eſt qđ ipſe aiebat:
Nunquid pñt (inquit) filij ſponſi lugere
Mat. 9. b q̃diu cum illis eſt ſponſus? Venient aũt
dies cum auferet̃ ab eis ſponſus, & tunc
Canti. 2. c lugebunt. Ac ſi diceret. Et tunc uox tur-
turis audiet̃. Ita ẽ Ieſu bone, uenerũt dies
illi. Nam & ipſa creatura ingemiſcit &
parturit uſq; adhuc, reuelationẽ filioꝝ
dei expectans. Non ſolũ aũt illa, ſed &
noſipſi intra nos gemimus adoptionẽ fi
lioꝝ dei expectantes redẽptionẽ corp̄is
nr̃i: hoc ſciẽtes, q̄a q̃diu ſumus in corp̄e
hoc, ꝑegrinamur à dño. Nec uacui gemi
tus, q̄b. è cœlo tam miſericorditer rñdet̃:
Propter miſeriam inopum & gemitum
paup̄um nũc exurgã: dicit dñs. Fuit & ĩ
tp̄e p̃rum uox iſta gementiũ, ſed rara &
Eſa. 24. c penes quẽq; ſuus gemitus. Vñ & dice-
Pſal. 37. b bat q̄s: Secretũ meũ mihi, ſecretũ meũ
mihi. Sed & q̄ aiebat: Gemitus meus à
te non eſt abſcõditus, ꝓfectò monſtra-
bat abſcõditũ eſſe q̄ ſoli deo nõ eſſet ab-
ſconditus. Et ideo tunc dici non potuit:

Vox turturis audita eſt in terra nr̃a, q̄m̃ Canti. 2. c
ſecretũ adhuc paucoꝝ iam tunc in mul-
titudinem non exiuit. At ubi palàm cla
matum eſt, q̃ ſurſum ſunt q̃rite, ubi Xp̃s
eſt in dextera dei ſedens, ad oẽs iam cœ- Colo. 3. a
pit p̄tinere gemitus iſte turture⁹, & una
oĩb. eſſe gemendi rõ, quia oẽs ſciebant
dñm, ſcđ'm qđ in Hieremia legit̃: Et co-
gnoſcent me oẽs à minimo uſq; ad ma-
ximum, dicit dñs. Cæteꝝ ſi multi gemẽ Hiere. 31. f
tes, quid ſibi uult unius expreſſio? Vox
turturis inquit. Quare non turtuꝝ? For-
te apl̃s id ſoluit ubi ait, quia ipſe ſpũs po
ſtulat ꝓ ſctĩs gemitib. inenarrabilib. Ita
eſt. Ipſe inducit̃ gemens, qui gemẽtes fa Rom. 8. e
cit. Et quãlibet multi ſint quos ita geme
re audias, unius ꝑ oĩm labia uox ſonat.
Quidni illius qui ipſam in ore ſinguloꝝ
ꝓ quorũq; neceſſitatib. format? deniq;
unicuiq; dat̃ manifeſtatio ſpũs ad utili- 1. Cor. 12. a
tatẽ. Sua uox quẽq; manifeſtũ facit, & Ioan. 3. b
pñtem indicat. Et audi ex euangelio qđ
uocem habeat ſpũs ſctũs. Spũs (inquit)
ubi uult ſpirat, & uocẽ eius audis, & ne-
ſcis uñ ueniat, aut quò uadat. Et ſi ille ne
ſciebat q̄ lr̃am occidẽtem docebat mor
tuos magiſter mortuus, nos ſciamus q̄
tranſlati de morte ad uitã ꝑ uiuificantẽ
ſpm̃ certo & quotidiano exꝑimento ip
ſo nos illuminãte ꝓbam⁹ uota & gemi-
tus nr̃os ab ipſo uenire, & ad eũ ire, il-
licq; inuenire mĩam in oculis dei. Qñ. n.
ſui ſpũs uocẽ irritã faceret deus? At ipſe
ſcit q̄d deſideret ſpũs, q̄a ſcđ'm deũ po-
ſtulat ꝓ ſctĩs. Nec ſoli cõmendant turtu
rem gemitus, cõmendat & caſtitas. Hu
ius deniq; merito digna fuit dari hoſtia
ꝓ uirgineo partu. Sic q̄ppe hẽs, par tur-
turꝝ, aut duos pullos colũbaꝝ. Et licet
al̃s quidem ꝑ colũbã ſpũs ſctũs ſoleat Luc. 2. d
deſignari, tñ q̄a libidinoſa auis eſt, non
decuit offerri eam in ſacrificium dñi, niſi
ea ſanè ætate q̃ neſciret libidinẽ. At tur-
turis non deſignatur ætas, q̄m agnoſcit̃
caſtitas in q̃cũq; ætate. Deniq; cõpare
uno cõtenta eſt, quo amiſſo alteꝝ iã nõ
admittit, numeroſitatẽ in hoĩb. nuptiaꝝ
redarguẽs. Nã etſi forſitã culpa p̄p incõ
tinentiam uenialis eſt, ipſa tñ tãta incõ-

tinentia turpis eſt. Pudet ad negocium
honeſtatis rõnem non poſſe in homine,
qđ natura poſſit ĩ uolucre. Cernere. n.
eſt turturem tp̄e ſuę uiduitatis, ſanctæ ui
duitatis opus ſtrenuè atq; infatigabil̃r
exequentem. Videas ubiq; ſingularem,
ubiq; gementem audias, nec unq̃; in ui-
ridi ramo reſidẽtem proſpicies, ut tu ab
eo diſcas uoluptatum uirentia uelut ui-
rulenta uitare. Adde q; in iugis montiũ
& in ſummitatib. arboꝝ frequentior il-
li conuerſatio eſt, ut qđ uel maximè ꝓ-
poſitum pudicitiæ dẽcet, doceat nos ter
rena deſpicere, & amare cœleſtia. Ex q̄-
bus colligitur qđ uox ſit turturis, ẽt p̃di
catio caſtitatis. Neq;. n. à principio uox
iſta in terris audita fuit, ſed magis illa:
Gen. 1. c Creſcite & multiplicamini, & replete
terram. Incaſſum ꝓfectò uox illa pudici
tiæ ſonuiſſet, necdum propalata reſurgẽ
tium patria: in qua longe felicius hoĩes
neq; nubent neq; nubent̃, ſed ſunt ſicut
Luc. 20. f angeli dei ĩ cœlis. Tu'ne uoci illi tp̃s fuiſ
ſe tunc dicas cum maledicto oĩs ſubia-
cebat ſterilis in Iſrl̃, cũ p̃riarchæ ipſi plu-
res ſil̃ hr̃ent uxores, cum fr̃ fr̃is abſq; li-
beris defuncti ſemen ſuſcitare ex lege cõ
pellebatur? At ubi inſonuit ex ore cœle-
ſtis turturis cõmendatio illa ſpadonum
q̄ ſe caſtrauerunt p̄p regnum dei, & item
alterius cuiuſdam caſtiſſimę turturis cõ
ſiliũ de uirginib. ubiq; inualuit, tunc pri
mum dici ueraciter potuit, q̄a uox turtu
Canti. 2. c ris audita eſt in terra nr̃a. Ergo ſi in ter-
ra nr̃a & flores apparuerunt, & uox tur
turis audita eſt, ꝓfectò & uiſu ỽitas cõ-
perta eſt & auditu. Vox q̄ppe auditur,
flos cernit̃. Flos miraculum eſt, ut nr̃a
ſup̄ior interp̃tatio hẽt, qđ uoci accedẽs
fructum parturit fidei. Et ſi fides ex audi
Pſal. 84. b tu, ſed ex uiſu cõfirmatio ẽ. Sonuit uox,
ſplenduit flos, & ỽitas de terra orta eſt,
per fidelium confeſſionẽ ỽbo ſignóque
pariter concurrentib. in teſtimonium fi-
dei. Teſtimonia iſta credibilia facta ſũt
Pſal. 92. a nimis, dum flos uoci, auri ocl̃s atteſtat̃.
Audita uiſa confirmant, ubi duoꝝ teſti-
monium (auris loquor & oculi) ratũ ſit.
Luc. 7. d Propterea dñs aiebat: Ite renũciate Ioã

ni (eius nempe diſcipulis loquebatur) q̃
audiſtis & uidiſtis. Nec breuius illis nec
planius intimari fidei ualuit certitudo.
Eadem ſanè in breui ẽt uniuerſæ terræ ꝑ
ſuaſio facta eſt, & eodem argumenti cõ
pendio. Quę audiſtis (inquit) & uidiſtis.
O' ỽbum abbreuiatum, attamen uiuũ
& efficax. Haud dubius ꝓfectò aſſero
qđ aurib. oculiſq; percepi. Intonat tu-
ba ſalutaris, coruſcant miracula, & mũ-
dus credit. Cito perſuadet̃ qđ dr̃, dum
qđ ſtupet̃, oñdit̃. Habes aũt q̄a profecti Mat. 16. d
apl̃i p̃dicauerunt ubiq; dño cooperãte
& ſermonem confirmante ſequentib. ſi-
gnis. Habes in monte ſtupenda clarita-
te transfiguratum, & nihilominus ſuper
na teſtificatum uoce. Habes in Iordane
ſil̃r & columbam deſignantem, & uocẽ
teſtificantem. Itaq; hæc duo ubiq; pari-
ter uox & ſignum ad introducendam fi
dem ex diuina largitate concurrunt, ut
latus ad animam per utraſq; feneſtras ĩ- Canti. 2. c
greſſus pateat ueritati. Sequit̃. Ficus ꝓ-
tulit groſſos ſuos. Non comedamus ex
eis, nec. n. eſui habiles ſunt ob immaturi
tatem ſui. Bonaꝝ ficuum hñt ſpeciem,
ſed ſil̃itudinem, non ſaporem, forte hy-
pocritas deſignantes. Non abijciamus
tñ, aliàs forſitan his opus habebimus.
Alioquin ſatis per ſeipſos leuiter & añ Pſal. 128. a
tp̃s cadent, ſicut fœnum tectoꝝ quod
priuſquam euellatur exaruit. quod ego
de hypocritis dictum reor. Non ſine cã
tñ in carmine nuptiali eoꝝ mẽtio facta
eſt. Erunt ſine dubio etſi non eſui, uſui q̃-
licunq;. Multa in nuptijs p̃ter dapes ne-
ceſſariè ꝓcurant̃. Ego ỽò iſtud adeo mi
nime p̃tereundũ exiſtimo, ut q̄cq̄d illud
eſt, inter anguſtias extremitatũ ſermo-
nis huius diſcutere nolim: ſed differo in
diem alteꝝ, & horam liberiorẽ. An ỽò
neceſſariè, uobis tũc experiri licebit, tm̃
mihi opportunitatem facultatemq; ob-
tineant uota ueſtra ad proferendum qđ
ſentio, in ur̃am ipſoꝝ ædificationem, in
laudem & gloriam ſponſi eccleſiæ Ieſu
Chriſti domini noſtri, qui eſt ſuper om-
nia deus benedictus in ſecula,
Amen.

De incredulitate Iudæorum qua compleuerunt mensuram patrum ſuorum occidendo Chriſtum.

Sermo 60.

Canti. 2. c F Icus protulit groſſos ſuos. Ex
ſuperioribus pendet pñs locus.
dixerat.n. tp̃s putationis ueniſ-
ſe, tã ex florib. qui iam apparebant, quã
ex audita turturis uoce hoc aſſerens. Id-
ip̃m adhuc ex groſſoꝝ ꝓductione affir-
mat: quia non ſolum ex florib. & uoce
turturis experimentum capit̃ tp̃is, capi-
tur & ex ficu. Non.n. non eſt aer indul-
gentior tunc cum ficus groſſos ſuos ꝓ-
tulerit. Ficus flores non hẽt, ſed ꝓ florib.
groſſos mittit tp̃e quo cæteræ arbores
florent. Et qũo flores apparent & trãſ-
eunt, ad nihil utiles niſi quòd ſecuturi
fructus quidam p̃nuncij ſunt: ita & groſ
ſi oriunt̃, ſed ĩmature cadunt, & dant lo
cum maturãdis, ipſi minimè habiles ad
ueſcendum. Et hinc ergo (ut dixi) ſumit
ſponſus experimentũ tp̃is, & argm̃ ſua-
ſionis, ut non pigritet̃ ꝑgere ſponſa ad
uineas, qa non ꝑit opa q̃ tempeſtiua ue-
nit. Et lr̃a quidem ſic. Quid ỽò ſpũs? Vt
planè hoc loco nõ ficum intueamur, ſed
ppl'm: nempe de hominib. cura eſt deo,
non de arborib. Verè ficus eſt ppl's, fra-
gilis carne, paruulus ſenſu, aĩo humilis,
cuius primi fructus (ut interim nomini
alludamus) groſſi utiq; & terreni. Nec
Mat. 6. d enim ppl'aris eſt ſtudij primum quære-
2. Cor. 7. e re regnum dei & iuſtitiam eius, ſed ut ait
apl's, cogitare quæ mundi ſunt, qũo pla
ceant uxorib. uel illę uiris. Tribulationẽ
carnis habebunt hmõi, ſed in nouiſſimis
non negamus eus fructus fidei aſſecutu-
ros, ſi bonam habuerint nouiſſimã con-
feſſionẽ, maximeq; ſi carnis opera elee-
moſynis redemerint. Ergo primi plebiũ
fructus nec fructus ſunt, non magis quã
Mat. 3. b ficuum groſſi. Deniq; ſi dignos poſtmo
dum fructus pniæ fecerint (non.n. prius
quod ſpũale eſt, ſed quod aĩale) dicetur
illis. Quem fructum habuiſtis tunc in q
bus nunc erubeſcitis? Ego tñ hoc loco
non quẽuis ppl'm interp̃tari liberꝝ puto,
unus ſignanter exprimitur. Neq;.n. pro-
tulerunt, dixit, quaſi de plurib. ſed quaſi
de una ꝓtulit, inquit, ficus groſſos ſuos;
& (ut ſentio ego) quę eſt plebs Iudęoꝝ.
Quanta in hanc ſaluator parabolicè in
euangelio loquit̃? ut eſt illud. Arborẽ
fici habebat quidã plantatã in uinea ſua Luc. 13. b
&c. Item. Videte ficulneam & omnes Luc. 21. f
arbores. Et Nathanaeli dictũ ẽ: Cũ eſſes Ioan. 1. g
ſub ficu, uidi te. Et rurſũ maledicit ficul- Mar. 11. b
neæ ꝓ eo qđ non inuenit in ea fructum.
Bñ ficus, quæ bona licet p̃riarchaꝝ ra-
dice ꝓdierit: nunq; tñ in altum profice-
re, nunq; ſe humo attollere uoluit, nunq̃
r̃ndere radici ꝓceritate ramoꝝ, gñoſita
te floꝝ, fœcunditate fructuũ. Male ꝓr-
ſus tibi cum tua radice conuenit arbor
puſilla, turtuoſa, nodoſa. Radix.n. ſctã.
Quid ea dignum tuis apparet in ramis?
Ficus (inquit) ꝓtulit groſſos ſuos. Non
hos nobili à radice traxiſti ſemen neq;.
Quod in ea eſt, de ſpũ ſctõ eſt, ac ꝑ hoc Canti. 1. c
ſubtile totũ ac ſuaue. Tibi uñ hi groſſi?
Et uerè quid non groſſum in gente illa?
Nec actus profectò, nec affectus, nec in
tellectus, ſed nec ritus quem in colendo
deũ habuit. Nã actus in bellis, affectus ĩ
lucris totus erat, intellectus in craſſitudi
ne lr̃æ, cultus in ſanguine pecudũ & ar-
mentoꝝ. At dicit aliq̃s: Cũ iſtiuſmodi
locuples non ut mitiges, ſed ut multipli-
ces uincula colli tui, & cõpedes aggra-
ues. Sufficiat illud iugũ graue quo op-
primeris. Iugũ hoc, ſi neſcis, q̄dam eſt de
linquẽdi neceſſitas, & impoſſibilitas re
ſurgendi. Iugũ hoc difficultas eſt ad bo
nũ, & auiditas ad malũ. Iugũ hoc & ini
qtas eſt q̄ reus teneris ad ſuppliciũ, & ĩ-
firmitas q̄ ꝓnus ĩ uitiũ traheris. Origina
lia tibi ſunt iſta, & de ꝓpaginis uitio, &
tu adhuc uoluntaria accumulas onera?
Curioſitate qnq; ſenſuũ dũ exteriores
ĩtẽdis ĩ ſpẽs, ĩterioris cõcupiſcẽtiæ flam-
mã ꝓuocas, q̄ niſi ſanguine Xp̄i extigui
nõ p̄t. Cõcupiſcẽtia cũ ſola ẽ, ſatis inar-
deſcit; exterior ꝟò materia ſi accedit, iſa

nit. Geminum incõmodum, naturæ cor-
ruptio, & curioſitas q̄dam exterius eius
irritamenta explorans. Duplicatũ incõ
modum, ꝓprius impetus, & hoſtilis im
pulſus. Duplicatum incõmodum: flãma
concupiſcentiæ, & flatus incentoris. Iu-
ga boũ, inqt, emi qnq;. Bñ utiq; boũ, q̄
brutas mẽtes curioſitatis atterat labor.
Iugũ ſi optas, nõ hẽs neceſſe cõparare.
Tolle ſuꝑ te iugum Xp̄i, iugũ gratuitũ,
Mat.11.d iugũ gratũ, gratũ nõ graue. Iugum.n.in-
quit, meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue. Iu
gũ hoc nõ eſt iugũ boũ, qa iugũ rõnale
eſt, iugũ nõ qđ laborẽ infligat, ſed regẽ
cõparet. Et uide qũo iugũ hoc leue di-
cat. Nã illud ſuꝑius graue, qđ eſt ſuꝑ fi-
lios Adã à die natiuitatis uſq; ad diem
Colo.3.a mortis eoꝝ. Cuius putas mortis? Vtiq;
eius, de q̄ hẽs: Mortui eſtis, & uita ur̃a
abſcondita eſt cũ Xp̄o in deo. Bona hęc
mors, q̄ ueterẽ ſepelit natiuitatẽ, nouã in
ducit. Mors bona, q̄ ſeruitutẽ abſorbet,
gñat libertatẽ. Nã huius natiuitatis libe
ri ſunt filij. Bonus hic exitus uitæ, ut uete
rẽ exuentes Adã, ſil' graue iugũ abijcia-
mus. Hic uitæ carnalis exitus, captiuita-
tis nr̃ę iugũ dirũpit, ultra grauare nõ p̄t,
ſed cõputreſcit à facie olei, ex quo cœpi
mus noĩe alio uocari, & ĩuocatũ eſt ſuꝑ
nos nomẽ ſcđ'i Adã, c⁹ ut oleũ effuſũ no-
mẽ eius. Vis audire utrũq; iugũ hoc gra-
Cant.1.a ue & dirũpi & putreſcere? Qui ꝓpitiat̃
Pſal.102.a oĩb. iniqtatib. tuis, q ſanat oẽs infirmita
tes tuas. Iniqtas tota & ſemel dimittit̃.
diruptũ eſt iugũ, infirmitas adhuc ſana-
tur, iugũ cõputreſcit. Deniq; qđ cõpu-
treſcit, lẽte deficit, nõ deſinit ſemel. Pro-
poſitũ uolũtatis p̄cidi qdẽ põt, & q̄ſi di
rũpi: ſed inueterata paſſio non tam deci
dit q̄ dediſcit̃. Et qñ oꝑandæ ſalutis im-
poſſibilitas aufert̃ ꝑ gr̃am, tũc q̄ſi dirũpi
tur captiuitatis iugũ. Sed q̄ reſidet ad-
huc boni difficultas: dũ paulatim ſanat̃,
eius ur̃ iugũ cõputreſcere. Cõputreſcet,
inqt: ut q̄uis nõ ſemel totũ, tñ qñq; pu-
tredine cõficiẽdũ donet intelligi. Qđ cõ
putreſcit: utiq; corrũpit̃. Qũo nõ liber c⁹
iugũ uel ſemel dirũpit̃, uel ſenſim corrũ-
pit̃? Et iugũ & uinculũ corruptũ, utrũq;
uſu ſuo priuatũ ur̃. Nã nec grauiter pre-
mit, nec tenaciter ſtringit. Felix planè c⁹
cõputruerũt uincula ut nulli ſint uſui: c⁹
cõputruerũt & corruptæ ſunt catenæ à
facie diei. Sed dices, de collo ſpõſæ ſer- Canti.4.b
monem inſtitueras: qd nũc circa iugũ ĩ-
moraris? Quid đ iugo ad collũ? utinã ni
hil. Nũc aũt contritio magna. Iugũ.n.ad
qd, niſi ad collum? Sed nõ ad collũ ſpõ-
ſæ, qa iam ſoluta uincula colli eius: iã ne-
ſcit ſeruitutis iugo contineri. Sicut tur-
ris, inqt Dauid, ſic collũ tuũ. Exuberãti ĩ-
ſima ꝑ hoc monſtrat̃ libertas, & depreſ
ſione ab oĩ libera: non tñ nuda, ſed quæ
hẽat aliqd fortitudinis admiſtũ. In tur-
re nõ ſolũ erectio, ſed munimẽti fortitu-
do attẽdit̃ à facie inimici. Reſtituta eſt q
dẽ libertas, ſed ſecuritas tibi nõdũ ꝑmit
tit̃. Captiuitatis contritus eſt laqueus,
hoſtis aliũde q̄rit inectere: ius ꝑdidit: nõ
depoſuit recuꝑandi ſpem, non ꝑuicaciã
infeſtandi. Liber effectus es, libertatis
tuendæ decætero tibi incũbit negotiũ.
Collũ amplexib. ſponſæ deditũ, noli ne
in modico qdẽ degñi exponere iugo. De
niq; reuertẽti filio pr̃ obuius ꝓcidit ſuꝑ Luc.15.d
collũ eius. Pia ſarcina, & iugũ dulce: qđ
tñ ſuſtinere nec ſentire meruit, donec pri
mo in ſe reuerſus ſeruilẽ condõnem di-
rupit, ſic regreſſus ad pr̃em. Erecta eſt
ceruix tua: eſto fortis ſicut turris Da-
uid, ut dicere poſſis: Fortitudinẽ meã ad
te cuſtodiã. Ipſe.n. Dauid, ipſe Salomõ, Pſal.58.b
Xp̄s. ſ. dei uirtus, & dei ſapiã. Eius turris
es, ſi non infime, non infirme ſentias cir-
ca ip̄m. Sed ſi ſublimitas uirtutis dei nõ
ex teipſa q̄ſi turris eſt: nõ turris Dauid,
ſed magis aduerſus Dauid, q iflatus ſen
ſu carnis ſuæ extollit ſe aduerſus ſciam
dei. Sublime hoc collũ: ſed ſuꝑboꝝ &
ſublimium colla ſapĩa calcat, humilium
exaltat. Humilitas ipſa ſumptus neceſſa
rios ſubminiſtrat ad ædificationem euã-
gelicæ turris. Nec uerendum eſt ne ſpõ-
ſæ ſumptus deſint, quos abundanter dei
ſponſi poteſt arca mutuari. Diſcite, in- Mat.11.d
quit, à me, quia mitis ſum & humilis cor
de. Nondum intelligis q̄ ratione ſum-
ptus humilitas pręſtet in ędificationem

turris? Qui ſe, inq̄t, humiliat, exaltabit̃.
Luc.14. Et bñ de humilitate ĩ p̄cedẽti latẽter eſt
& 18.c ſuggeſtũ capitulo, ubi ſpõſæ occulta cõ
memorat, eo ꝙ humilitatis pulchra ſit
ſpẽs, meritoꝶ laudes occultare: Si ibi de
humilitate, cõuenienter de ſublimitate
iſthic annectit. Nõ põt abſcõdi diu tur
Cant.4.b ris ĩ humilitate fundata. Sicut turris Da
1.Pet.2.a uid collũ tuũ. Vide priuilegium ſponſæ.
Apl'ſ Petrus hortat̃ nos coædificari ĩ do
mos ſpũales: hic ṽo nõ tm̃ in domum,
Ephes.2.d ſed ẽt ĩ turri ędificat̃. Paulus in habitacu
lũ dei coædificari nos optat: ſed ſponſa
hoc nõ cõtẽta, ẽt ꝓpugnacula adiungit,
ut ſublimis et ſecurior ſit habitatio. For
te & hęc una de illis turrib. eſt, de qb. di
Pſal.121.b cit̃: Fiat pax in uirtute tua, & abũdãtia ĩ
turribus tuis. Oĩno conuenit, ut in turre
nõ deſit libertas. Dura, q̄a duplicata ne
ceſſitas, ubi foris obſidio, fames intrinſe
cus. Quid ꝓficit clauſos et munitos eſſe
aditus oẽs ſi intus ſęuus hoſtis fames cũ
cta contriſtat? Mala fames faſtidium.
Clauſæ ſunt ianuę exteriores, muniti adi
tus: ſed ꝑ ſenſuũ tuoꝶ feneſtras mors ĩ-
gredit̃, nec expĩẽtia indiſciplinatoꝶ ſen
Eſa.33.c ſuũ de exteriori materia mali incentiua
admittit. Si ꝓĳcis auaritiã ex calũnia: ſi
obturas aurẽ ne audias ſanguinẽ: ſi clau
dis oculos ne uideas malum: iã clauſus
es, iã habitas in excelſis, & munimenta
ſaxoꝶ ſublimitas tua. Nunq̄d ſatis eſt?
Quid ꝓdeſt tã munita ſublimitas, ſi q̄ ĩ
tus ſunt, famis & faſtidĳ uaſtat crudelis
egeſtas? Quid ꝓdeſt dura ſaxoꝶ & in-
acceſſa ſublimitas, ſi nõ ibi panis eſt, ſi
nõ aq̄ fideles ſunt? Bona q̄dẽ ꝓtectio, ſi
tñ nõ deſit refectio. Bona ſunt munimẽ
ta ſaxoꝶ, ſi tñ talia ſint de quoꝶ poſſit
duritia & mel, & oleũ elici. Et q̄dẽ ipſa
obſeruãtiaꝶ duritia, & petra diſciplinę,
frequẽter largos effundit riuos olei, &
mẽtis faucib. dulcedinẽ deuotionis mi-
niſtrat ordinis q̄dã lapideus rigor. Deni
Pſal.121.b que ſichẽs: Fiat pax ĩ uirtute tua, et abũ
dãtia ĩ turrib. tuis ô Hierl'm, ſed abũdan
tia diligẽtib. te. Alioq̄n, q̄ nõ amat, etſi
intus ſit, eſurit tñ. Q̃uo aũt egeſtas erit ĩ
hac ſpũali turre, ĩ turre Dauid, in collo
ſpõſæ, in quo iugi cõmercio ſpũs uitalis
trahit̃ & refundit̃: in quo ṽbi ſacri com
meatus aſſiduus eſt, & uocalis ſpũs di-
ſcurrit? Q̃uo fames ĩ collo, ꝑ q̄d abũdã
tia ſuauitatis eructat̃, & ṽbũ bonum de
cordis ubertate? Collũ quoddã vr̃ cõ-
merciũ, & quoddã glutinũ, & cordis cũ
ore, & corꝑis cũ capite, utriuſq; ad alte
rũ. In collo uinculũ eſt & uia. Q̄d aliud
erit uinculũ niſi charitas, ꝑ quam capiti
corpus cohęret xp̃o eccl'ia? Quę alia uia
ſpũs, niſi charitas? Hæc excellentior eſt
uia, imò hæc eſt ſpũs uadẽs & rediẽs, et
ad ſuã recurrẽs originẽ, uñ naſcit̃ illo re-
uertẽs. Ab hac lex pẽdet & ꝓphetæ. Iõ
mille clypei pẽdent ex ea. Oĩs. n. ſermo
dñi ignitus clypeus eſt, & ꝓpugnacula Mat.22.
ipſa ad ſermonẽ referunt̃. In ſequẽtibus Prou.30.
dicit: Si murus eſt, ædificemus ſuꝑ eum Canti.8.
ꝓpugnacula argẽtea. Propugnacula de
ipſa ſolẽt eſſe turris materia, & q̄ſi de eo
dẽ cum ipſa corꝑe. Et uide q̃uo charitas
cõſubſtãtialia & ſibi cõcorꝑalia propu
gnacula geſtat. Vide q̃uo innata ſit cha
ritati ſolicitudo q̄dã, prudentia q̄dã, &
ꝑuigil cautio ad declinãdas uel depellẽ
das infeſtationes & machinas hoſtiles.
Hñt ꝓpugnacula aliq̄d clauſum, hñt &
apꝑtũ aliq̄d. Per iſtud inſidias explorat:
ꝑ illud aſſultus declinat. Illic ꝓuidens:
iſthic ſe ꝓtegẽs. Talib. eſt charitas cum
ꝓpugnaculis ædificata: quia talis eſt ei
tã fortis, tã prudẽs ſolicitudo innata. Ip
ſa magnũ eſt ſibi firmamẽtũ quoddam.
Deniq; fortis eſt ut turris dilectio. Ipſa
nouit tẽtamẽti occaſiones, & cũ opus ẽ
ſugere, & ubi fugiẽdi nõ eſt copia forti-
ter ferre: & cũ ipſa in ſe aliq̄d firmamẽti
hr̃e uideat̃, aliena tñ adiumẽta non refu
git ꝓpugnaculis munita. Aſſumit & cly
peos cõuerſationis. Bonus clypeus cõ-
uerſationis ordo, & lex ab hoib. tradi-
ta. Hęc etſi non eſt charitati neceſſaria,
non tñ reputatur ſuꝑuacua, nec onero-
ſa quidem. Spũalis eſt charitas, nec in-
diget lege: nec tñ legem dedignatur, ſed
legitime utitur ea ꝓtecta, non oppreſſa.
Bonus ẽt clypeus ſacri meditatio ṽbi.
Oĩs. n. ſermo dñi ignitus clypeus ẽ. Non Prou.
eſt contenta charitas ſpũalibus quas ip
ſa gignit, meditationib. & cum ipſa dñi
lex ſit, in ipſis tñ legis ſermonibus medi
tatur. inde ſibi teſtimonia aſſumit, inde
ſe tuetur: & multiplici protegit clypeo.
Et cum magnum hẽat intus teſtimoniũ
ſpũs, ab ipſis tñ lr̃is ſacris patrocinia ſi-
bi decerpit. Et bona protectio quã cha
ritatis exꝑientia ſuggerit, uel ſermonis
ſacri ꝑitia tradit. Paulus in epl'a ſua quæ
dam charitatis tibi ꝓpugnacula depin
1.Cor.13.b git. Charitas, inq̄t, patiẽs eſt, benigna ẽ:
ꝑcurre totũ illũ de charitate locũ, nõne
tibi tot ꝓpugnacula uñr exurgere, quot
gr̃as diſtinctas enumerat? Nõ ęmulat̃,
nõ agit ꝑperã, nõ inflatur, non eſt ambi
tioſa, non q̄rit q̄ ſua ſunt, nõ gaudet ſuꝑ
iniquitate, cõgaudet aũt ṽitati &c. uſq;
nõ excidit. Vides quot ꝓpugnaculis tur
rita cõſiſtat? Nunq̄d nõ iſta concorꝑa-
lia charitati uñr, & uelut de fundamẽto
eius exurgere? Et tñ iſtos affectus, quos
charitas q̄ſi naturalr̃ gignit, doctrina di
rigit, diſciplina regit: erigit exercitatio,
& bonũ originale quantũ ad charitatẽ.
Ordo hic ab exꝑtis p̃ſcriptus, uel fouet
ne deficiat, ul' ꝓmouet ut creſcat: iõ cha
ritas ĩterna inſpiratione nõ cõtenta, ſer-
monis ſacri undiq; ſibi uelut clypeos in
ſtitutiones memoriter appẽdit. Ip̃m in-
ſpice ſpõſum, q̄ mediator & ſeq̄ſter q̄dã
eſt inter hoies & deũ, q̄ſi collũ medium
inter corpus & caput, turris fortitudinis
à facie inimici. Ip̃m (inq̃) ĩſpice q̄ ꝓprĳs
abũdabat, q̃uo aſſumpſit ſcripturę cly-
peos, & uelut ad authoritatẽ ſe contu-
lit, ſcuto unitatis fraudulẽtas interpretis
maligni ꝓpulſans inſidias. Tu quoq; ſi
fueris mediator quidã & ſequeſter ĩter
hoies & deũ, & uelut collũ, corpus &
caput cõiũgẽs, mille clypei ĩ te pẽdeãt,
oĩmodi clypei diuini ſermõis. Sacra tibi
p̃ſtò ſit authoritas, & ad oẽ bonũ patro
cinet̃ negociũ, nõ tm̃ ut tibi ſufficiat, ſed
1.Pet.3.c ut reliq̄s abũdet. Eſto paratus ad reddẽ
dã rõnem oĩ poſcẽnti de ea q̄ in te eſt fi-
de & ſpe. Quaſi poſcere uр̃ fidei tuę rõ-
nem, qui fidei contraria perſuadere co-
natur, & ipſam infringere. Bonum ergo

à collo tuo ſcutum pẽdet, ſi fueris ſcuto
fidei munitus, ſcuto ueritatis, ſcuto bõę
uolũtatis, ſacri ſcuto ſermonis. Oẽs hos
in ſcripturis clypeos legis. Sed & ſi fue-
ris in ſublime ꝑ charitatẽ erectus uelut
turris, ſi ꝑ cõtẽplationis gr̃am q̄ſi collũ
reliquũ corpus excedẽs accedas ad ca-
put dñi, & abſcõdaris ĩ abſcõdito faciei
dñi, in ſecretario ſponſi, in thalamo ueri
tatis: nõne tibi uideris delicato ꝓtectus
clypeo? & neſcio ſi q̄d ſcutũ ad ꝓtegen
dum efficacius ſit q̄ talis amplexus dile
cti. Igneꝰ ẽ, & iõ oĩa tela neq̄ſſimi ignea
extinguit, & ignis ignẽ cõſumit. Si fidei
ſcutũ illa extinguit, q̃uo nõ magis ueri-
tatis bono ꝓtegit̃ clypeo, q̄ abſcõdit̃ in
calore eiꝰ? Eſt. n. ueritatis feruida medi-
tatio, & ſuggeſtiones inimici male igni
tas añ extinguit q̄ ad mẽtẽ ꝑtingãt. In-
ter ſpõſi amplexus & charitatis ĩterna
negocia, nõ uacat ſpõſę ꝑegrina tela ſu-
ſcipe. Bñ talis clypeus à collo ſpõſę de-
pẽdet, eo ꝙ tã ſuccẽſi amplexus gratiam
exꝑit̃ ſola dilectio: ſola tales nouit exceſ
ſus, & mẽtẽ faciẽs adhęrere deo, unũ ad
horam cum illo ſpm̃ efficit. Btm̃ planè
collum, in quo ſermo dñi igneus morat̃:
à quo uelui ſcutum gratis dependet am
plexib. pr̃is uerbũ, ueritas, & uirtus. An
non tibi delicatè ꝓtectus uр̃, q̄ talibꝰ co
ronatur & circundatur undiq; ſcutis añ
& retro? Fidelis paxillus in quo tot di-
uerſa uaſoꝶ gña pendẽt. Bñ hęc à collo
charitatis pẽdẽt, ꝙ ipſa ſit unctio q̄ nos
docet de oĩbꝰ & oĩa ſuggerit, ꝙ in ipſa
oẽs gr̃ę conferuntur, & referuntur ad ip
ſam, ut ex ipſius penſantur & pendũtur
menſura. Mille clypei pendẽt ex ea, ar-
matura oĩs fortiũ. Armatura planè quã Cant.4.b
Paulus ad Epheſios narrat: Oĩs armatu
ra fortiũ. i. amãtiũ. Fortis eſt. n. ut mors Epheſ.6.c
dilectio. Quid ergo? Tñ ibi ſunt arma Canti.8.b
fortiũ, non infantium ubera. Si excedit
q̄ſi turris q̄dã, charitas nõ cõdeſcẽdit. Si 2.Cor.5.c
ue mẽte excedimus deo, ſiue ſobrĳ ſimꝰ
uobis, charitas Xp̃i urget nos. Audiſtis
excedẽtem: uultis ſobriã & cõdeſcendẽ Cant.4.b
tem accipe ſponſam? Vbera, inq̄t, tua ſi
cut duo hinnuli capꝛę gemelli. Bõa turris

ſponſa, q̄ ſe ꝑ conuerſationis diſciplinā
undiq; claudit,& ꝑ ſcripturaꝝ doctrinā
ſibi clypeos copioſe appendit,& ꝑ con-
templationis exceſſum in ſublime aſſur
git. Ipſius ēt continentia fortis, & doctri
na fidelis, & exceſſus cœleſtis, cum &
eius ſublimitas condeſcendere didicit,
& doctrinæ copia ad ſobrietatē dedu-
ci, & rigor liqueſcere in quandam rōna-
bilis lactis dulcedinem, & arma fontiū
in infirmoꝝ ū̄ba conuerti. Vbicq; illam
urget charitas Xp̄i, ſurſum ad illum ra-
piens, deorſum ꝑꝑ illum trahens, ſed nō
tenens diutius, dum ad ſuas ſubinde de-
licias in exceſſum recurrit. Iō dicit: Vbe-
ra tua ſicut hīnuli gemelli, ꝙ ſemper cir-
cunſpicit montes paſcuæ ſuæ, ꝙ ad pa-
ſcuę locum illam conuertat & rapiat no
ta refectio, ꝙ ad ſponſi lilia leui ſaltu ſu-
bito relabat̄, unde delicatè refecta cœle-
ſtium ſuccis herbaꝝ diſtenta ubera ad
paruulos iterato reportet. Sed q̄ de ube
ribus iſtis dicenda ſunt, nō p̄nt aures fa-
tigare, forſitan & hora fugiens portare
mō, & potum lactis ab uberib. iſtis ex-
primere. Vberius ocium & horam libe-
riorem otantib. uobis cum dn̄s dederit,
oris nr̄i offm̄ non denegabo, ipſo in eius
p̄conia p̄ſtante copiam, q p̄ſtat affectū,
Chriſto Ieſu: qui cum deo p̄re & ſpiritu
ſancto uiuit & regnat per omnia ſecula
ſeculorum. Amen.

Sermo 27.

u Idetis fr̄es qūo nec ubera ſpon-
ſæ laude priuant̄. Et quidē ube-
rum uſurpatio frequens tum in
aliȷ̈s locis, tum in iſtis p̄cipuè Canticis.
Vino ubera præfert, botro confert, aſſi-
milat turri. Et qđ nunc in p̄nti eſt, duo
(inquit) ubera tua ſicut duo hinnuli ca-
Cant. 4. b preæ gemelli, q paſcunt̄ in liliȷ̈s. Videtis
q̄ꝫ multiplex ubeꝝ cōmendatio. Si mr̄
eſt, mr̄num pectus uberib. carere nō de-
1. Theſ. 2. b cet. Vbera nouerat Paulus hr̄e cum di-
ceret: Facti ſumus ꝑuuli in medio ur̄m,
qūo ſi nutrix foueat filios ſuos. An non
tibi ur̄ factus quaſi hinnulus, qui factus
eſt q̄ſi paruulus? Vnde fouebat filios q̄ſi
nutrix, ſi non habebat ubera? Quaſi duo
hinnuli capreæ duo filiȷ̈ eccleſiæ: alter de
circunciſione, alter de gentib. Vide qūo
Paulus utriſq; ubera coaptat. Factus ſū
(inquit) Iudæis q̄ſi Iudæus: his aūt qui ſi-
ne lege erant, q̄ſi ſine lege eſſem. Oı̄bus
omnia factus ſum, ut oēs lucrifaciam.
An nō ubera hinnulis iſtis coaptauerat,
omnia factus oı̄bus? Omnib. oı̄a factus *1. Cor. 9. d*
eſt non ſimulantis aſtu, ſed compatiētis
affectu, & habitu coaptantis. Denique
utriſq; ſe conformabat: nūc ſe cum illis
à licitis cohibens: nunc ad licita conde-
ſcendens, utrorunq; ubicq; declinans ſcā
dalum, ubi fidei non obſiſtebat iniuria.
Oı̄b. oı̄a factus eſt, nec Iudæis ritum in
initȷ̈s licitum tollens, nec ad eoꝝ irrita-
tionem gētiles compellens. Oı̄b. oı̄a fa-
ctus eſt, ꝓ audientium capacitate & p̄ci
piens moralia, & differens myſtica. In
hac duplici materia uelut duo ub̄a por-
rigit doctrinæ planioris, lactea ubera
paruulis temꝑans. Interna cōpaſſio ube
ra q̄dem hēt, ſed coaptio foris ubera ex-
hibet. Illa miſeret̄, ſed iſta medet̄. Quid
enim mihi ꝓdeſt ſi tm̄ compateris, & in
firmitati, & q̄ſi infantiæ meæ cōtempa-
re te cōmode neſcis? Quid mihi ꝓdeſt ſi
compatientis affectu cām in te meam
transfers, ſi curā quam debes nō affers?
Vtraq; neceſſaria eſt, & compaſſio, &
quædam diſciplinæ & doctrinę compo
ſitio. Compaſſio affectum conformat,
cōpoſitio te ad lactandū paruulos utilr̄
incuruat. Neutro ī gn̄e ſc̄ti doctores au-
ditorib. deſunt, facti ſicut illi, & pietatis
affectu, & cōformatiōis uſu. Vtınā iſtud
attēdāt q facturi ſunt in cōuētu fr̄um ſer
monē. Studēt magis alta q̄ꝫ apta dicere,
faciētes apđ īfirmas ītelligētias miracu
lū ſui, nō ipſoꝝ ſalutē oꝑātes. Erubeſcūt
humilia & plana docere, ne ſola hæc ſciſ
ſe uideant̄. Erubeſcūt ubera hr̄e, nudare
māmā, lactare ꝑuulos. qđ iſtđ ē? Iō ne cō
ſediſti ī medio cathedrā tenēs, ut ſciam
iactes, an ut tenerā ſubditoꝝ lactes īfan
tiam? Subtilia texis: artē, q audiūt, mirā-
tur: eloquētiā laudāt. Bn̄ q̄dē, tn̄ ſi gr̄am
ſentiūt, ſi te diſputante audiētiū moueat̄
affectus, intellectus inſtruatur. Alioqn
quid

quid ad p̄n̄s negocium peregrina q̄dam
adducere q̄ auſcultantes non capiant?
Magna eloquentiæ laus eſt, cām quam
ſuſceꝑis apte exeq, ad eius cōmodum
cuncta referre, ſuſcepto inſeruire nego-
cio. Nuſq̄ꝫ euidentius eloquentiæ tuæ ſi
gnum dabis, q̄ꝫ ſi humilem materiā exe-
quaris ornate, & ſermonis temꝑamēto
attollas, q̄ ꝑ ſe iacere uidebant̄, & uelut
contemptibiles ſuas cōmendabiliores
efficias. Nec tam debes attēdere q̄ te di
cere deceant hoı̄em lr̄atum, q̄ꝫ quæ de-
beant audire quos inſtruis. Quid. n. in-
de conſequunt̄ ſi ambulas in magnis &
in mirabilib. nō dico ſuꝑ te, ſed ſuꝑ eos
q aſſident? Noli altum alte ſape, ſed cō-
deſcende humilib. Sublimia loquēs, ſed
nō in tꝑe, q̄đ aliud affectare uideris, niſi
ut tibi ſoli taceāt hoı̄es, & dicat̄ de te qđ
dictū eſt de ſaluatore, q̄a nunq̄ꝫ ſic locu-
tus eſt hō ſicut hic loqt̄? Aſcendiſti ca-
Ioan. 7. g thedram ut alios ædifices, nō teip̄m in-
Phili. 2. a fles: ut impleas, non exinanias teip̄m, ni-
ſi forte eo mō quo ſe ſaluator exinaniuit
formam ſerui accipiēs, ut nos carnis ſuę
lacte nutriret ī ſalutem. Bonus imitator
magr̄i Paulꝰ ubera nō occultat, ſed hr̄e
1. Cor. 3. a ſe iactat. Tanq̄ꝫ ꝑuulis (inqt) in Xp̄o lac
1. Cor. 2. a uob̄ potū dedi, non eſcā. Et itē. Nihil me
arbitror ſcire inter uos, niſi Ieſum Xp̄m,
& hunc crucifixum. Ipſe nouit cui men-
ſam paret, & q̄b. ubera porrigat. Iō ube
ra eius ſicut hīnuli, q̄a doctrinæ ſuæ ube
ra emollita ſunt, q̄lia ꝑuuli in Xp̄o caꝑe
p̄nt. Audiſti iam q̄đ ſunt iſti hīnuli, & qr̄
Rom. 10. c duo. Vis noſſe qr̄ gemelli? Quia in fide
Rom. 3. c non eſt diſtinctio Iudæi & Græci. Va-
cant ibi priuilegia meritoꝝ, & regn̄atio
nullos diſtinguit, q̄ cunctos æqualr̄ ab-
ſoluit. Oēs. n. egēt gl'ia dei, iuſtificati gra
tis per gr̄am ipſius. Fides utroſq; ppl'os
æquè nobilitat, ſed Iudæus alr̄ reputat.
In cōi clementia iura ſibi priuata depo-
ſcit. Quid miꝝ ſi uult eſſe primus qn̄ uo
luit eſſe ſolus? Vnigenitus eſſe non pōt,
affectat uel primogenitus. Vide quanta
Acto. 11. a obiecta ſint Petro in Actib. apl'oꝝ ꝙ ad
Gala. 2. a hoı̄es præputium hn̄tes introȷ̈ſſet, ꝙ il-
los ſuſcepiſſet ad fidei myſteria. Vide
quantum in epl'a ad Romanos Paulus
deſudet aduerſum Iudæos ꝙ in gr̄a ſibi
fidei priuilegia uendicarēt q̄dā, & quos
una fides coniunxit, diſtinguerent gra-
dib. Ibi affectabāt eſſe in gr̄a ſoli: hic ſū-
mi, nolentes hr̄e compares, quos nō po
terant non hr̄e participes. Gētes aūt fe-
cit deus cum Iſrl' concorꝑales, & cōpar-
ticipes teſtōꝝ, & in nullo diſcreuit, fide
mundans corda eaꝝ. Iō dn̄r gemelli, q̄a
fides nullis gradib. ſeꝑat, quos æquè re-
gn̄at. Alioquin q neſciunt eſſe gemelli,
effecti ſunt nulli: & in cōuiuio locū occu
pātes primū, iam nec hn̄t nouiſſimum.
Quæ rō non inter illos tm̄ ū̄tit̄, ſed ſe di
latat ad oēs, ut nemo aliȷ̈ in gr̄a, quocū-
que in gradu fuerit, aut ꝑticipiū, aut pa-
rilitatē inuideat. Quis. n. merita præten-
dat, ubi in munere ſola eſt gratia? Nō de
bent uetera præiudicare, ubi noua facta
ſunt oı̄a. Et in hinnulis regenerationis no
uitas intimatur, ſicut in gemellis in rege
neratione parilitas. Qui bn̄ capreæ dn̄r,
id eſt eccleſiæ filiȷ̈ ꝑꝑea ꝙ ſicut cap̄a acu
tè cernant. Acuta ſunt. n. eccleſiæ lumi-
na, contemplantis non q̄ un̄r, ſed quę nō
un̄r. Vbera tua ſicut duo hinnuli capreæ *Can. 4. b*
gemelli, q paſcuntur in liliȷ̈s, ſi tn̄ lilioꝝ
ſentiant gr̄am: ſi ipſis lilia redoleant ut
lilia, & non inſuauem odorem refundāt.
Bonus & gratus eſt odor liliȷ̈: ſed tn̄ ip-
ſum lilium aliȷ̈s redolet liliū, aliȷ̈s abſin-
thium. Lilium conuallium, lilium ſingu-
lare Xp̄s: lilia erant ipſi imitatores eius.
Budi quid lilioꝝ unum loquitur: Xp̄i
bonus odor ſumus: aliȷ̈s odor mortis in *2. Cor. 2. d*
mortem: aliȷ̈s uitæ ad uitam. Vides qūo
ſingulare lilium illud, in quo bonoꝝ o-
mnium plenitudo olebat, triſtē tn̄ uide-
bat̄ quibuſdā odorē ſpirare. Iſti ſunt qui
ponūt dulce in amaꝝ, & lucē ī tenebras.
Sed ille uerè lilia paſcit̄, qui lilioꝝ odo-
re potit̄. Lilia ſūt exēpla caſtitatis, q̄ nō
ſolum moderna & p̄ntia, ſed pręterita
& lōge poſita optime redolēt. Lilia ſūt
ēt ſacri ſermones, in quib. ęternę uitę ol-
facimus gaudia, & odoꝝ attrahimus
ſp̄m. Q̄ꝫ multis fr̄es eſtis hm̄ōi uallati li-
liȷ̈s. Et ſi omnes eccleſię filiȷ̈, uos copio-

ſius: quoꝝ narib. ſingulis ferè momētis,
nunc ꝓphetaꝝ, nunc apłoꝝ, nunc euan-
geliſtaꝝ ſpirant caſta eloquia tanq̃ li-
lia, & uerba & uita eoꝝ grato fragrant
odore. Quæ.n. lilia ſuauius redoleant, q̃
poterant illoꝝ æq̃re fragrantiam? Qua
lem tibi refundit odorem Maria, q̃lem
Ioānes, q̃lem Petrus, q̃lem alij euāgelici
uiri: q̃lem deniq; ipſe Ieſus qui ſingl'r &
in ſe redolet, & in reliquis oib. ſolus ipſe
ſentit? Quicq̃d ſuaue fragrat in ipſis, ei⁹
ṽba nouum mundo ſpargunt odorem
cum myſteria reuelant trinitatis, cũ re-
demptionis grām, cũ copiam uirtutũ,
cum gl'iam reſurrectionis, cũ ęternę uitę
ſtatũ exponunt. Verba uitæ ęternæ hēs,
Ioan. 6. g Petrus ait: Et ad quē ibimus? Et nos idē
dicamus dulci eius odore perfuſi. In te
Ieſu bone. pr̄is deitas olet, q̄ eſt in te. In
te gr̄a ſpūs, qui unxit te. In te mr̄is uirgi
nitas, in te ꝓpriæ carnis integritas, in te
nr̄i medela languoris. Oīa hæc nobis o-
lent in te, & ad quē alium uel amore uel
memoria ibimus? Iniuria eſt planè taliũ
lilioꝝ, ſi aliq̄s ꝑegrinus odor ſe illis īmi-
ſceat, q̄ ſuauitatē illoꝝ contriſtet, aiq; af
flatus narib. ip̄m corrumpat, & conuer-
tat ad ſcl'm, & poſt cœni fœtorem cur-
rere faciat. Iniuria eſt ſi tibi ſuauius fra-
grant uitia, quàm uirtutum lilia. Faſti-
dioſus eſt uere q̄ lacte & ī lilijs paſci nō
delectatur. Non eſt.n. oē lac paruuloꝝ.
Nonne tibi q̃ſi lac ur̄ oīs doctrina, oīs af
fect⁹ pius, aīo illapſus dulciter? Quicq̃d
facile & dulciter ſugit̄, lac ur̄. Tali lacte
abundabāt ubera ſponſę, & iō dr̄r ſicut
hīnuli, ꝙ ſit in illis recens, & q̃ſi ſꝑ noua
& renaſcens cōſolatio ṽbi, & doctrinæ
alacris copia. Vbera hæc uetuſtatis nil
Canti. 7. c hñt, iō meliora ſũt uino, ſed ſiīia muſto.
Vbera, inq̄t, tua botri, non hñtia.ſ. auſte
ritatem uini, ſed muſti nouā dulcedinē.
Vbera alia paſcunt: iſta inebriant. Bñ er
go ubera ſicut hīnuli: q̄a nulla uetuſtate
infracta. Magnũ ſponſæ pectoris orna-
mentum ſi ubera integra hēat, non laxa,
nō fractas māmas in hui⁹ Aegypto ſcl'i.
Iō dicit: Vbera mea turris. Inexpugnabi
lia ubera hæc, & lactis ubertate tumen-

tia excreuerũt modũ. Bona ergo ubera
tam diſtēta, ubera pietatis, ubera gemi-
na, eo ꝙ pietas conſolationē hēat uitæ,
q̃ nunc eſt, & futurę. Gaudete (inq̄t) gau
dio magno, ut potemini à lacte, & ſatie- 2. Ti. 4. c
mini ab uberib. conſolationis eius. Et cũ
auulſi fueritis à lacte, epulemini ab itroi
tu gl'iæ eius. Videtis quo lactis uſus ad-
ducat. Vt epulemini (iq̄t) ab ītroitu gl'ię.
An nō tibi uñr ubera ſpōſi epulari ab in-
troitu gl'iæ, q̃ ſicut hinnuli paſcunt̄ in li-
lijs, donec aſpiret dies, & inclinent̄ um-
bræ? Q̃ꝫ dulciter ſugunt̄ ubera q̃ ſic pa-
ſcunt̄, ubera de cœlo plena, q̄a cœleſtib.
refecta in lilijs? Ipſa lilioꝝ fragrantia pa
ſcit. Odor eoꝝ cibi grām tenet. Odor.n.
q̄dā fruct⁹ eſt. Ego (inq̄t) q̃ſi uitis fructi-
ficaui ſuauitatē odoris. Vide q̃ũo ſapīa Eccl. 24. i
odorem ſuum ī fructib. reputat. Spūalis
iſte cib. eſt, nihil hñs corpulentiæ, nec dē
te tactus, nec labore māſus, ſed hauſtus
ſpũ, ipſis ſtatim uberib. influens, & ube
ra diſtēdēs. Vñ etenim fragrātia dr̄r un
guentis optimis, niſi ꝙ ī ipſis de uicinis
hauſtus lilijs ſpūs redolet, donec aſpiret
dies, & inclinent̄ umbræ? Dulce q̄dē in-
ter lilia expectare aurorā ſurgentem: &
forte uicinus eſt dies iſtis lilijs, & inter li
lia eius frequēter aura q̄dā & uapor hau
rit̄, & ipſe ſpōſus in lilijs paſcit: q̄ ipſe &
liliũ eſt cōuallιũ, & lumē diei. Dulce eſt
ergo cōpaſcēdo cũ ipſo, poſtulare ip̄m,
ꝑſtolari inter lilia, donec diei lumē aſpi
ret. Tp̄s illud declarat, de quo dr̄: Satia
bor cũ apparuerit gl'ia tua. Tunc ṽus et Pſal. 16. d
æternus aſpirabit dies, cũ ænigmatum ī
q̄b. adhuc uidemus umbræ īclinabunt̄.
Plures hic umbræ ſunt, umbra fallaciæ,
umbra refrigerij, umbra figurę. In prima
ſerpēs dormit, in ſcd'a ſpōſus q̄eſcit, ī ter
tia ſpōſus deliteſcit. De prima dr̄: In um
bra dormit. De ſcd'a: In umbra eius, quē
deſiderauerā, ſedi. De tertia: Quia ſapīa ī
myſterio abſcōdit̄. Oēs iſtæ reclinabũt̄ Iob. 40. i
umbræ cũ aſpirauerit dies, umbra frau-
dis, umbra fidei, umbra myſterij. Tunc
erit umbra nulla, q̄a ṽitas nuda. Tũc er
go reclinabũt̄ q̄ nō ſũt exaltatæ. Vultis
noſſe q̄ꝫ altæ? Operuit mōtes umbra eius. Pſal. 79. b

Magnus mons Paulus, opertum tñ hac
umbra ſe dicit, tm̄ in ſpeculo & ænigma
te uidens, Magnus mons, & tñ facile ra
1. Cor. 13. d ptus in tertium cœlum. Felix raptus, &
multo felicior illo, quo mons ille euāge-
licus ad apłoꝝ impium in mare mittit̄.
Raptus eſt, quia ſapīa dei īmutauit ſen-
ſum illius. Iō raptus in tertiũ cœlũ, in cœ
lum inteligentiæ puræ, uñ umbræ ænig-
mata ꝓcul abiecta ſunt. Inferiores ſunt
umbræ & reclinatæ quodāmō eius re-
ſpectu, q̄ in cœlum rapit̄. Raptus in cœ-
lũ eſt, raptus & in paradiſum. Serenita-
tis locus eſt cœlũ, paradiſus uoluptatũ.
Pulchre in utrũq; rapit̄, eo ꝙ ſemiplena
ſit cōtēplatio, q̃ alterutro caret. Deniq;
in quodā paradiſo deliciaꝝ & uolupta-
tum locata ur̄, q̃ paſcit̄ inter lilia donec
aſpiret dies. Anteq̃ aſpiret dies, nox ē.
Sed nos iſta neſcio q̄d ur̄ hr̄e diei. Nox
Eſa. 1;8. b (inq̄t) illuminatio mea in delicijs meis.
Illuminationis etenim uicem tenent ex
parte deliciæ. Pulcherrimus contemplā
tionis locus eſt, ubi ſimplex conſidera-
tio fidei cœleſtes & ſuaueolentes aſper-
git affectus, & æterni luminis grām ſpi-
Iob. 28. b rat. Non ſunt iſtę delicię q̃s btũs Iob cō
memorans de ſapīa dicit, q̄a non inue-
nit̄ in terra ſuauiter uiuentium. Quædā
ſapīæ portio eſt in iſtis delicijs. Q̃ũo nō
ſapīæ portio eſt, ubi eſt ipſa ueritas nō
dum intellecta, ſed iam credita dulciter
ſapit? Ipſæ ſpūales deliciæ exꝑientia ſui
ſatis edocent, & quantũ expetendũ ſit,
q̄d' de ipſis reſtat, & quantum reſpuen-
dum, q̄cq̄d illis obſtat. Tria hic obſeruā
da occurrunt: tp̄s, opus, & locus. Tp̄s.i.
nox, tp̄s q̄etis & uacationis eſt: opus re
fectionis eſt, q̄a paſcũtur: locus delecta-
tionis eſt, eo ꝙ inter lilia. Iure diſtēta ad
paruulos reportat ubera q̄ ſic paſcitur, q̄
in meditationib. paſcit̄ fidei, liberrimè,
uberrimè, uoluptuoſè. Putas ꝙ Salomō
in oī gl'ia ſua ueſtitus eſt ſicut ſpōſa, q̃ in-
ter lilia paſcitur? Q̃ũo non gl'ioſè ueſti-
ta, uallata lilijs? Nā etſi umbra obſcurat
ſp̄em, ſentit tñ odorem, ſentit ueſtimen-
toꝝ fragrantiam: & in his ſapīæ q̃ſi fa-
mam odorat̄ donec aſpiret dies, & incli

nentur umbræ.i. donec aſpiret dies, &
ſempiternus dies. Quandiu dies & nox
uices alternant, non uñr umbræ reclina
tę ex toto, donec ſtatum hñt. Vbi ṽo re
clinatę ſunt? Apud pr̄em utiq; luminis,
apud quem non eſt uiciſſitudinis obum
bratio. Oīs uiciſſitudo obũbrationis in-
ſtar hēt, & dum alij aliud ſuccedit, quo-
dāmō abſcondit & obumbrat q̄d' p̄ce-
dit. Hoc ergo eſt q̄d' dicit, donec aſpiret
dies, & inclinentur umbræ.i. donec aſpi
ret dies, & plenus ſempitern⁹ meridies,
q̄ umbras oēs adnihilet. Qui paſcuntur Cant. 4. b
(inq̄t) in lilijs donec aſpiret dies, & incli
nētur umbrę, hoc eſt q̄ ſapię oblectātur
& paſcuntur odore, donec ipſe lucis æ-
ternę cādor illuceſcat. Vtrũq; cōmēda-
tur in lilijs, cādor, & odor. Et odor q̄dē
q̄d aliud niſi gr̄a fidei, & cādor niſi gl'ia
ſpei? In nocte odor ſentitur, ſed candor
non cernitur, donec aſpiret dies: q̄a can-
dor ipſe eſt dies, non hñs ullā partē um-
braꝝ. Ille cũ aſpirauerit dies, iā nō erunt
ubera neceſſaria. Oēs.n. erunt docibiles
ipſius dei. Interim ergo ſpōſę ubera ſunt
ſicut duo hīnuli qui paſcũtur in lilijs, do
nec aſpiret dies de die, Chriſtus Ieſus.

Sermo 28.

U Bera (inquit) tua ſicut hīnuli ca-
preę gemelli. Videtis quāta gr̄a
ſponſę, paruula eſt & quaſi iu- Cant. 4. b
uencula, & ubera hēt. Quid.n. niſi iuuen
culam notat dum hinnulis comparat?
Ergo & mr̄ eſt & ꝑuula, alios paſcēs, et
paſci non indigēs. Etſi q̄s ſit Paulo ſil'is,
nondum tñ euacuauit q̃ ſunt paruuli in
carne cōmorans. Etſi alijs abundat, nō-
dum tñ ſe arbitratur comp̄hendiſſe. In
ſpeculo uidet, in ęnigmate uidet: iō ſicut
paruulus, ſicut hinnulus in umbra paſci
tur, donec aſpiret dies. In umbra, ſed in-
ter lilia paſcitur. Infelix planè q̄ q̄dem in
ter lilia poſitus, inter lilia ſanctę congre-
gationis, ubi uarię undiq; uirtutes redo-
lent, nihil tñ ſuaue, nihil lilioꝝ ſimile no
uit odorare. Bonus planè & ſponſę pri-
uilegio gaudens, cui ipſa intrinſecus uir-
tutum naſcuntur lilia, qui inter lilia pa-
ſcitur, inter lilia reficitur, lilia eſurit. Bea-

ti.n.qui eſuriunt & ſitiunt lilia iuſtitiæ, li
lia caſtitatis, oĩum lilia grãꝝ. Si eſurire
btm̃,multo magis inter lilia paſci.Et ip-
ſa uirtutum eſuries paſcit,& delectat aui
ditas.Odor cibat,ſed nõdum ſatiat.Sa-
tiabor cum apparuerit gl'ia tua.Deniq́ꝫ
Pſal.36.d ipſaꝝ uirtutum(ut ſic dicam) gl'ia latet
adhuc.Totum qđ inde audis,in odore
eſt.Occultat̃ forma,ſed famã audimus.
Tenuis q̃dem fama in fumo, ſubtilis in
odore cibatus,dulcis,ſed tenuis.Et nos
iam ſaturati ſumus,iam diuites facti,ſo-
lo uirtutum odore contenti.Neſcio tñ ſi
uel odorem haurimus, quos ꝑfectionis
non trahit auiditas.Suauis q̃dem lilioꝝ
odor,ſed æmulata in ſpecie grã.Suauis
quidem lilioꝝ odor,ſed ſuauitas tenuis,
ſi odor tm̃.Deniq́ꝫ qui paſcunt̃, ĩquit,in
lilijs.i.inter lilia,non ipſis lilijs, ſentiẽtes
uiciniam,non fluentes ſubſtantia. Exi-
guus uirtutum uſus exprimit̃ ĩ odore,nõ
copioſa,non ſolida & q̃ſi corpulenta re
fectio.Non.n.oĩmodis reficit̃ qui paſcit̃,
iõ nõ dicit qui reficiunt̃, ſed qui paſcunt̃
in lilijs donec aſpiret dies. Delicioſa tñ
expectatio lucis inter lilia,& uide q̃lib.
ſponſa paſcat̃ in lilijs.In lilijs nõ caducis,
in lilijs non marceſcentib.in lilijs deniq́ꝫ
q̃dam incorruptibilitate myrrhatis.Nã
myrrha incorruptionem demonſtrat.
Iure poſt lilia de myrrha ſubtexitur, ut
ſponſæ lilia q̃dam incorruptionis perpe
tuitate cõmendet. Vadam,inquit,mihi
ad montem myrrhæ. Quid eſt bone Ie-
ſu ꝙ ſponſa tua, dilecta tua, alibi expe-
Cant.4.b ctat,tu aliò uadis?Illa paſcit̃ & expectat
in lilijs,& tu uadis ad montem myrrhę?
Quare non magis ad lilia uadis,ubi ſpõ
ſa morat̃ donec aſpiret dies?An forte li-
lia hæc non ſunt aliena,nec longe poſita
à monte myrrhæ, ſed magis oriuntur in
illo?Ita quidem eſt, nuſq́ꝫ lætius naſcunt̃
lilia,q̃ꝫ in monte myrrhæ, nuſq́ꝫ magis il
læſa ſeruant̃.In monte myrrhæ nec cor-
ruptioni, nec corruptibilitati locus ul-
lus relinquit̃. Ibi in monte myrrhæ, ubi
carnis uniuerſi mortificant̃ affectus, ibi
lilia caſtimonię,lilia grãꝝ & pure naſcũ
tur,& perpetuo florent. Ergo in lilijs &
in monte myrrhæ ſponſam ſatis delica-
tè locatam aduertis.Nam alteꝝ tibi ſer-
mo pñs expreſſit, alteꝝ tu ipſe potes ꝑ
interpretationem exprimere.Quonam
enim mõ aliò ituꝝ ſe diceret, q̃ꝫ ubi dile-
ctam eſſe cognouit? Sicut.n.illa auide
expectat,ſic ille ardenter ꝓperat. Vadã
(inquit)mihi.Quid ergo ſponſæ non ua-
dit? An iõ ſibijpſi uadit, ꝙ ad illam ua-
dit?Vadam ergo(inq̃t)mihi.Mihi uadã,
non ſolũ illi uadã. Non illa ſola de meo
capit aduentu lætitiam, ſed & mihi ni-
hilominus alacritatẽ refundit.Mihi dul
ce,mihi iucundum eſt ꝙ ad illam uado.
Iam uadam mihi.Mihi ſic ire ꝓficit,non
delectabil'r afficit,iõ uadam mihi. Iam
mihi de monte myrrhæ ſuauis aſpirat
fragrantia,iõ uadam odore illectus.Va-
dã mihi,quia deliciæ meæ cũ ſpõſa mo-
rari.Ita ne Ieſu bone, de ſponſæ colloq̃o
oblectamenta tibi captas,iõ tibi uadis,
nec uelut faſtidioſus amator declinas
cũ excluderis,ſed ſtas ad oſtiũ? Stas &
pulſas, & quãdã repulſæ paſſus iniuriã,
ſtas tñ & pulſas,tñ ut aꝑiat̃.Aſꝑge ſpõ-
ſa,aſꝑge cubile tuũ myrrha & aloe.Xp̃s
in odore currit unguẽtoꝝ tuoꝝ. Aſꝑge
cubile tuũ myrrha,quã Paul⁹ cõmemo-
rat:Mortui(inq̃t)eſtis,& uita ura abſcõ Colo.3.a
ſa eſt cũ Xp̃o.Tali myrrha aſꝑge & irri
ga ꝓfũde cubile tuũ, ul' poti⁹ eſto mõs
myrrhæ. Vberior.n.grã ubi myrrha na-
ſcit̃,q̃ ubi aſꝑgit̃.In hoc mõte colloca cu
bile tibi,imò dilecto in q̃dã myrrhæ co-
pia, ubi hæc ſpẽs aromatica magis orit̃
q̃ꝫ aduehit̃.In multis ſcripturę locis uſus
myrrhæ ad myſteria ſumit̃. Cũ myrrha
Magi ad Xp̃m ueniũt.Venit & Nicode Mat.2.a
m⁹ ferẽs miſturã myrrhę,q̃ſi libras cẽtũ. Ioan.19.f
Magna hęc copia.Sed q̃d ad collationẽ
mõtis?Ferẽs,iq̃t.i.ſecũ ferẽs,ñ ex ſe ꝓfe-
rẽs.portãs,ñ pariẽs.Bõa utraq́ꝫ, & q̃ of-
fert̃,& q̃ orit̃,ſed iſta potior. Deniq́ꝫ illa
ad xp̃m aduehit̃,ad hãc ip̃e uadit.Vadit
.n.ſibi ad mõtẽ myrrhæ. Bñ mons myr-
rhę,q morte circũfert ſeip̃o,ñ ĩ ꝑte:nec q̃
ſi reſꝑſã,ſed uberẽ & cõtinuã & eminẽtẽ:
nec ad horã & q̃ſi ueteraſcẽtẽ,ſed magis
renaſcẽtẽ. Bñ mõs myrrhæ,q Xp̃i in ſe

mortificationẽ & ĩcorruptibilitatẽ q̃dã,
& reſurrectiõis futurę imaginẽ nõ tã ge-
ſtat q̃ꝫ germinat. Nũq̃d tibi mõs myr-
rhę uideri p̃t,ĩ q̊ futurę ĩcorruptibilitatis
nil magnificũ,nil eminens,nil niſi ad ho
ram apparet?Btũs planè mõs,q h⁹ myr
rhæ germine undiq́ꝫ ueſtit̃, nõ reſpergit̃
ꝑ partes,nil in ſe nudũ,nil hñs ſterile,ſed
totũ hac felici fœcũdũ ſpẽ.Q̃uo nõ bea-
tus,q Xp̃m ad ſe trahit in ſui odore aro
matis?Bonus odor non tam leproſi do
mũ replẽs, ſed ẽt cœli palatiũ, thalamũ
ſponſi.Bonus odor planè ſponſo Xp̃o,
inter ipſas deitatis gratus delicias.Deni
Cant.4.b que ſuꝑ tãtas delicias,deliciæ tñ eius eẽ
in monte myrrhæ:iõ dicit:Vadam,inq̃t,
mihi ad mõtem myrrhæ. O btm̃ mõtẽ
ad quem uadis Ieſu bone,ad quẽ uenis,
quẽ ꝑambulas,quem inhabitas,& inha
bitas in finẽ:quẽ ſolus inhabitas,& hoc
uſq́ꝫ ad terminum loci. Veni Ieſu,incipe
hunc mõtem poſſidere. Nullus tibi q̃õ-
nem moueat,nullus dicat: Nunq̃d habi
tabis in hoc mõte tu ſolus? Mons uber,
mons pinguis,mons abũdãs, mons af-
fluens unguentis:hæc unguẽta exinaniri
non pñt. Magna.n.unguenti moles in
monte myrrhæ.Non deficient unguẽta
de hoc mõte:iõ q uadit ad montẽ myr-
rhæ,unguentis non indigebit, nec odo-
ramẽtis quidem,q uadit ad colles Liba
ni.Non.n.deficiẽt thura de Libano.Nã
& Libanum dñt thus intelligi.Veni Ieſu
bone ad colles ut fluãt thura à facie tua.
O quãtus incẽſi fumus aſcẽdit de colli-
bus iſtis cũ tuo,imo cum te fuerint igne
ſuccẽſi.Magnã hẽt ĩ collib. thuris ignis
tuus materiam pabuli, & magnũ incẽſi
fomitem.Non cito cõſumunt̃ hæc thu-
ra.Incẽſi h⁹ fumus non facile euaneſcit.
Tanta thuris moles, tanta copia collis
thuris nõ põt pugillo cõcludi, nõ cõpre
hendi thuribulo,uaſculo nõ capit̃, mẽſu
ram neſcit,q̃a neſcit intermitti.Bñ ergo
collis thuris,q ſine intermiſſione orat,et
qđ ſatius eſt ſine remiſſione. Qui ĩ orõ-
ne nil hẽt remiſſum,nil exile,ſed uelut cu
iuſdam fornacis magnæ fumus pingue-
ſcit,ſic pingueſcẽtiũ uotoꝝ & deſiderij
exuberantis agit uolumina. Veni ergo
Ieſu bone,ad colles thuris: copioſum ò-
rationis incenſum fumigãt mõtes,quos
tãgis.Quid ſil'e frẽs,hñt orõnes nr̃æ? q̃ꝫ
cito thura nr̃a inaneſcũt, & qũodãmo-
do uix ſuccendunt̃,& ſtatim extinguun
tur.Vt quid iſtud?Vtiq́ꝫ qm̃ exiguã nob̃
incenſi cõgeſſimus materiam.Ego ſpũs
angelicos, & ſiq inter hoĩes illoꝝ æmu
li ſunt,quoſdam uelut colles thuris inter
pretor, quoꝝ orõ q̃ſi incẽſum dirigitur
ſꝑ in cõſpectu dei:q deuotionis ſuauiſſi-
mos uapores gignũt:cœleſtium glome
rant nubes affectuum.Btũs utiq́ꝫ ſacer- Apoc.5.c
dos,q thura tãta offert,quẽ tã ſuauis ne
bulæ uapor operit & inuoluit. In Apo-
calypſi legis phialas plenas odoramen
toꝝ,orões ſctõꝝ.Et quæ conuẽrio col Apoc.8.a
lib.thuris ad phialas?q̃.n.phiala capiat
collẽ thuris? Bona phiala plena odora-
mentoꝝ.Sed ecce pluſquã phiala hic.
Aſcendit,inquit,fumus aromatũ in con
ſpectu dñi de manu angeli.Sed quæ ma
nus integro colli ſufficiat?Quę(inq́ꝫ)ma
nus,niſi tua Ieſu bone manus,q montes
põderas,& terrã palmo cõcludis, q li-
bras montes in põdere,& colles in ſtate
ra?in manu tua dñe oẽs fines iſtoꝝ col-
lium:& ſi fas eſt dicere,in ſinu tuo.Deni
que in ſinu tuo ſctõꝝ orõ conuertitur, ĩ
cõſpectu tuo intrat,ibi cõuerſat̃: ibi con
uertit̃:illi in te,& tu in illis.Propterea ua
dã mihi(inq̃s)ad colles thuris. Veni er-
go dñe,ueni & noli tardare, ueni & ne
trãſilias colles iſtos.Quid & ſi ad te trã
ſiliũt colles thuris?Mobiles ſunt mõtes
myrrhæ,& colles thuris ubi ipſe adue-
neris.Q̃uo nõ mobiles,q liqueſcunt,qui
fluũt,q fumigãt,q aſcẽdunt ſicut fumus
aromatũ in cõſpectu dñi de manu tua?
Vade ergo tibi ad colles thuris,ubi incẽ
ſa multa ſunt,ubi incẽſa cũcta ſunt:nã in
colle thuris nil ſine incẽſo.Incẽſa hæc da
ta tibi ſũt,iõ ueni ut adoleas ea ĩ conſpe
ctu tuo.Vadã mihi ad mõtẽ myrrhæ,&
ad collẽ thuris.Veni de Libano, ueni.Iã
excluſũ eſt cur uadat:ut q̃d.n.niſi ut uo
cet,ut ĩtret,ut dicat ueni? Ecce q̃ꝫ bonũ, Cant.4.c
& q̃ꝫ iucũdũ habitare ĩ collib.iſtis,ad q̊s Hier.18.c

ꝟbũ dei uadit,quos reuiſit.De qb.ſpon
ſa uocat,&uocat ad coronã.Veni,inqt,
de Libano,ueni coronaberis. Libanus
cãdorem ſonat.Quidni cãdidus de niue
cœleſti? Nõ.n.deficiet(ſicut ſcribit)nix
de Libano.Nix illa q̃ deſcẽdit de cœlo,
q̃ infundit terrã & inebriat, & germina
re facit. Bti mõtes ſuꝑ quos nix iſta ca-
Eſa.55.c dit,& colles quos opit.Sic(inquit dñs)
erit ꝟbũ qđ egredietᷣ de ore meo,nõ re
uertetᷣ ad me uacuũ.Vr̃ ne tibi uacuũ re
uerti uerbũ,qđ uadit ad mõtes myrrhę,
& colles thuris,qđ cadit ſuꝑ hos mon-
tes,&colles opit?Neſcit uacuũ reuerti,
iõ uocat & dicit: Veni de Libano ueni.
An myſterio uacare putas ꝙ poſt mon
tes myrrhæ & colles thuris commemo
rat Libanũ?Quæres aĩum ſic reddit mũ
dũ & cãdidum qũo or̃onis uſus?Primo
qdẽ myrrha mortificat,deinde thus pu-
rificat.Nec.n.pura poterit emanare o-
ratio,ſi nõ oĩs prauus primo fuerit odor
[alias exaltatio] repĩſus,& exhalatio ⸢ carnis.In myrrhæ
unguẽto mẽs ſtringitᷣ ut ad quandã,imò
oĩmodã unitatẽ ſe coarctet:ꝑ thus incẽ-
ſum dirigitᷣ & dilatatᷣ & ſe diffundit, &
cœleſtes replet regiões ex odore unguẽ
ti incẽſi.Illic ſe liberæ ꝟitatis auræ immi
ſcet & cõfundit: & q̃ primo ad ſe aĩa ip-
ſa cõtracta eſt,ibi rareſcit &attenuatur
& deficit,ſuſpẽſa & ſuſpiciẽs in excelſo.
Or̃o,utriuſcꝫ & myrrhę &thuris myſte
riũ explet. Orãtis affectũ ĩ primis colli-
git & ſtringit in ſeipm̃,deinceps diffun-
dit & trãsfundit ĩ deũ.Quid myrrhæ ſi-
mili⁹, ubi tãta ĩ diuinã unionẽ trãsfuſio?
Quid incẽſo ſil'ius, ubi tãta diuini cuiuſ-
dã ſenſus diffuſio?Iure tota pulchra uo-
catᷣ & ſine macula, quã or̃onis ardor in
cãduit,quã colorauit et cãdidã reddidit
cãdor lucis ęternę.Tota pulchra es ami
ca mea,& macula nõ eſt ĩ te.Tota pul-
Cant.4.b chra es,qa tota pulchra es hac hora ma
xime,hora or̃onis,hora incẽſi.Tota pul
chra es amica mea,tota pulchra es: qa
tota amica es,& ſolo amoris cãdẽs affe
ctu.Tota pulchra es,& ſine macula,ꝑe
grini nil hñs coloris admiſtũ.Veni de Li
bano,qa plene lota.Veni de Libano, ex
toto illuſtrata.Veni de Libano,carens
culpa.Veni de Libano & cãdẽs gr̃a:ue
ni,coronaberis.Felix oĩno q de Libano
cãdẽtis affectus,de colle thuris,de or̃o-
nis intẽtæ copia uocatᷣ ad coronã.Felix,
inqꝫ,aĩa q̃ hora incẽſi aſcẽdit ad pr̃em,q̃
ſine interuallo de Libano ad coronã uo
catᷣ,coronã gl'ię quã reddet illi ĩ hora trã
ſitus iudex iuſtus & dulcis ſpõſus Ieſus
Xp̃s cũ deo pr̃e ꝑ oĩa ſcl'a ſcl'oꝝ.Amen.

Sermo 29.

T Ota pulchra es amica mea, &
macula nõ eſt ĩ te:ueni de Liba- Cant.4.b
no,ueni de Libano: ueni,coro-
naberis.Quis mihi dabit iſtud trium(ut
ſic dicã)dieꝝ iter cõficere?Quis,inq̃,da
bit mihi hãc uiã indefeſſo inceſſu ꝑcurrę
re?Viæ iſtæ,uiæ pulchræ, & ſemitę paci
ficæ ſunt,uenire de Libano ad Libanũ,
de Libano ad regnũ. Nã ſpõſa ad coro-
nã uocata,iuitata vr̃ ad regnãdi conſor
tiũ.Dulcis eſt hic uię termin⁹,ſed nihilo
minus dulcis eſt trãſitus.Quidni dulcis,
q neſcit à Libano deflectere?Nõ hęc eſt
uia lata,nõ hæc eſt uia laica, nec p̃t ꝑ eã
trãſire pollutus.Nõ eſt currẽtis nec uo-
lẽtis,ſed miſerẽtis dei. Miſerẽtis cur di- Rom.9.c
co?dixiſſẽ meli⁹ deſiderãtis.An nõ ęſtuã
tis deſiderĳ uota deſignat uocatio tri-
na?Vehemẽtis affectus argm̃ eſt ꝙ ter-
tio uocat.Percurre aĩo p̃cedẽtia cantici
h⁹:nuſcꝫ repies uel tã crebro uocatã,uel
tã exp̃ſſe cõmẽdatã pulchritudinẽ ſpon
ſę.Ter uocat,& totã pulchrã dicit.Deni
que ĩ p̃cedentib.ſic hẽs.Ecce tu pulchra
es amica mea,ecce tu pulchra. Et iteꝝ
alibi: O q̃ꝫ pulchra es amica mea,q̃ꝫ pul
chra es.Hoc aũt tertio ĩ loco totam pul
chrã diffinit.Illis ĩ locis uel demõſtrat ꝙ
pulchra ẽ,uel miratᷣ ꝙ tã pulchra eſt: nõ
tñ diffinite determinat ꝙ ipſa ſit ex inte
gro pulchra,ſicut in pñti. Tota pulchra
es amica mea.Qũo nõ tota pulchra pul
chritudini,& toti pulchritudini collate
rata ex toto?Qũo nõ tota pulchra ĩ quã
lucis æternæ cãdor ĩmẽſus emanat? Bñ
tota pulchra & ſuꝑpulchra,ĩ quã uberi
illapſu ſeſe transfudit oĩs pulchritudo
dñi. Exaltata eſt qdẽ ſuꝑ ſidera,ſpẽs tñ

pulchritudinis ei⁹ ĩ ſpõſa. Spẽs(inquit)
eius in nubib.cœli.Quãdiu ſpõſa nubes
cœli eſt,nubes lucida & leuis, & q̃ſi ad
ſolẽ accedẽs,& ipm̃ ſuſcipiẽs, tãdiu ĩ ea
ſolis ſplẽdor relucet, & pulchritudinis
ei⁹ ſpẽs manet.Plane tũc nubes eſt ſpõſa
qñ ſpũalis obtinet affectionis leuitatẽ,
& lucẽ ĩtelligẽtiæ. Quãdiu ſpũalis aĩa ꝑ
or̃onis &cõtẽplationis uſum ĩ ſuꝑnis ſu
ſpẽditᷣ ſicut lucida nubes & leuis,tota ĩ-
terĩ pulchra ẽ,qa tota amica ẽ: & macu
la carẽs,qa ĩ feruidæ charitatis ꝟſa ẽ co
lorẽ:hora iſta gl'ioſam ſibi ſpõſam exhi
bet,nõ hñtem maculã uel rugã, mũdãs
illã nõ tã ĩ ſanguine,q̃ꝫ ĩ lumine ſuo.Qũo
nõ tota pulchra,ĩ q̃ tã exp̃ſſa diuinę pul
chritudinis ſpẽs apparet? Quã mihi da-
bis aĩam,quã audeas ex toto pulchram
diffinire,niſi ĩ hac hora tm̃,qñ ꝑ amoris
æſtũ plus ĩbuitᷣ q̃ꝫ induitᷣ ſpẽ ſpõſi? Alĳs
qdẽ horis ſine macula deputatᷣ, dũ cul-
pa nõ ĩputatᷣ.Hoc aũt momento ꝙ ſine
macula dr̃,nõ ẽ ĩdulgẽtię,ſed dilectiõis,
ſed deſiderĳ,ſed deuotionis.Quis.n.da-
bitᷣ ueniæ locus, ubi uota charitatis tm̃
exæſtuãt?Amor ĩdulgẽtia nõ eget,totũ
ẽm gr̃oſum ẽ,ubi ſolus eſt.Denicꝫ uide
nũc qũo & offenſa excluditᷣ, & gr̃a cõ-
mendatᷣ,& ſola gr̃a.Tota,inqt,pulchra
Cant.4.b es amica mea,& macula nõ ẽ ĩ te.Blãdi
mẽta hmõi nõ vñr ĩdulgẽtis,ſed diligen
tis,ſed amãtis,ſed admirãtis.Oblectat⁹
pulchritudine,optat pñtiam.Veni de Li
bano,ueni de Libano:ueni, coronabe-
ris.Inuitatio crebra prodit affectũ,uota
manifeſtat.Alĳ trinæ uocationis ſcrutẽ
tur ſacr̃a,&gradus aſſignẽt:mihi qdem
ſufficit diuinę maieſtatis humanã aduer
ſus aĩam affectũ mirari.Iſtud ſufficit,ſed
ipſe ſuccũbo. Vtinã mihi nihil incũbat
negocĳ,niſi ſuſpẽſo ſꝑ ſtupore mirari im
pẽſam gr̃am,ita tñ ut admirationi huic
uota iũgantᷣ,& germana ſit charitas.Af
Pſal.41.b fect⁹.n.affectũ meretᷣ,et abyſſus abyſſũ
ſil'em ꝓuocat ĩ uoce ꝑfluẽtiũ cataracta-
rũ.Bonæ qdẽ cataractę ſunt q̃ tuũ bone
Ieſu,diſtillãt affectũ,infundũt amorem.
Amor mut⁹ nõ ẽ,uſum hẽt uocis.Qđ.n.
cõtinet oĩa,ſciam hẽt uocis.De ſpũ ſcri-
ptũ ẽ hoc,et bñ noſtis quãta ſit affinitas
(ſi nõ poti⁹ idẽtitas)charitatis ad ſpm̃.Il Rom.13.c
la cõtinet oĩa,qa plenitudo legis ẽ cha- 1.Co.14.a
ritas.Spũs loquitᷣ myſteria,et amatoria
plane loqtᷣ.Ipſe ſpũs reddit teſtimoniũ
ſpũi nr̃o,uticꝫ & blãdimẽtũ loq p̃t.So-
nus ei⁹ ſenſus amoris ẽ,& deſiderĳ uota
inſtar hñt uocis.Exꝑimẽtũ gr̃ę ipm̃ ẽ uti
que ꝙ loqtᷣ,ꝙ ĩuitat,ꝙ dicit: Veni de Li
bano.Ter uocat,fortaſſe idcirco ꝙ funi
cul⁹ triplex difficile rũpitᷣ.Tenax.n.funi
culus,amor.Amor affectuoſe trahit,cui
ẽ idipm̃ alloq qđ eſt allicere.Nihil amo
ris tenacius uinculo,nil trahẽtius. Audi
qũo lex diuina triplicẽ h⁹ oñdit nexũ fu
niculi.Diliges dñm deũ tuũ ex toto cor
de tuo,ex tota aĩa tua,& ex omni mẽte
tua,ac ſi dicat:Diliges dñm deũ tuũ cor
dis ꝓpoſito,aĩæ affectu uitali, ĩtegro &
rõnabili quodã mẽtis arbitrio: ut amo- Matt.22.d
ris ĩ te &ꝓpoſitũ ſit,& ipm̃ ꝓpẽſũ ſit,et
ꝑſpicax ſit.Bõa ſiqdẽ cordis ĩ deũ ĩtẽtio
pia.Sed qd ſi pigra ſit,ſi emortua,ſi nihil
hñs ĩ ſe uitale,nil aĩatũ?Bona ergo ĩtẽtio
pura,quã uiuidã reddit et uelut aĩatã fer
uida &dulcis affectio.Affectũ hũc q eſt
ac ſi q̃dã aĩa bõi ꝓpoſiti ĩfeſtat,ĩformat
meditatio.Si diſcreta ẽ et renouet,ſi cre
bra ẽ funiculo,ſi tripl'r nexo, ad meritũ
repoſitę corõę:qd uberi⁹?Ad exꝑimẽtũ
qd exp̃ſſius?An nõ tibi ur̃ ĩuitare,& q̃ſi
tripl'r dicerᷣ:Veni hęc tria dilectio?Dẽicꝫ
q̃ſi ĩuitat dũ cõfert et audaciã ꝓ merito,
et auiditatẽ ꝓ exꝑimẽto.Veni,ĩqt,de Li Cant.4.c
bano,uẽi corõaberis.In Apoc.q̃ſi de Li
bano uenĩẽtes ſic legis:Hi q amicti ſunt
ſtolis albis,q ſũt,&uñ uenerũt?Hi ſũt q Apoc.7.c
uenerũt đ magna tribulatiõe,& lauerᷣt
ſtolas ſuas et cãdidas eas fecerᷣt ĩ ſãguĩe
agni.Vticꝫ et credẽdi fide,& cõuerſãdi Eſa.53.c
for̃a,q ĩ tribulatiõe ſua ſequũtᷣ hũc agnũ
ñ apiẽtẽ os ſuũ,cũ ad occiſionẽ duceretᷣ,
et corã tõdẽte ſe obmuteſcẽtẽ. Qui ñ ſũt
triſtes necꝫ turbulẽti dõec eĳciãt ad ui-
ctoriã iudiciũ,et certamẽ ad coronã.Nõ 2.Tim.2.a
.n.coronabitᷣ,niſi q lĩme certauerit. Et
qa de certamĩe corona,iõ forſitã dilectã
ſic ĩuitat ad coronam,ut exprimat cãm.
Ait.n.Corõaberis đ capite Sarmana et Cant.4.c

Seir,de v̇tice Hermon,de montib.pardoꝝ,de cubilibus leonũ. Neſcio.n.qd aſpeꝝ,qd feꝝ,qd fraudulẽtũ in his noĩbus uel naturis daẽ intelligi. Ideoq; de his coronari dr̃,dũ hæc triũphata coronæ miniſtrãt materiã. Ille qdẽ ꝑ tribulationis tolerãtiã coronaẽ,q mitis,q manſuetus,qui uelut agnus de tribulatione magna uenit:q in charitate uenit candidatus nõ cõſumptus,quẽ nulla impatiẽtiæ & murmuris macula denigrat.Hi ſũt q de Libano ueniũt, & coronanẽ de capite Sarmana & Seir,de cubilib.leonũ, de mõtibus pardoꝝ.Per hæc.n.coronãtur q ꝑ hæc tẽtamẽtoꝝ gña ꝓbanẽ.Nũquid non colligũt iſti de ſpinis uuas, & de tribulis ficus? Qđ in pñti eſt(inquit apl's)momentaneũ et leue tribulationis nr̃æ, ſupra modũ in ſublimitate æternũ gl'iæ põdus opaẽ in nob̃.Paſſiones ergo h⁹ tpis cooperanẽ quidem etſi nõ cõparãtur ad futurã gl'iȩ coronã,q̃ reſeruatur nob̃.Cumulata planè materies p̃mioꝝ inter totius puritatis merita paſſionib. uarijs atteriẽ.Pulcherrimus coronæ nexus qñ puritas uitæ,& humilis p̃ſſuraꝝ tolerãtia ſibi cohȩrẽt.Magnũ qdem eſt p̃ſſuraꝝ põdus,iõ forſitan montium eſt exp̃ſſum noĩbus.Ingẽs moles, ſed fides ſupferẽ,neſciẽs opprimi.Capita & mõtiũ iſtoꝝ cõculcat, & ꝑcutit ipm caput de domo impij.Iure ergo caput ipſum triũphans coronaẽ de capite,qa & tẽtationũ initiũ cõterit, & tribulationũ uehementiæ nõ cedit.In oĩ re q̃ſi caput eſt qđ uel primũ eſt uel maximũ. Sic ergo caput hic accipe,q̃ſi reꝝ,q̃ his mõtibus figuranẽ,uel principiũ uel cumulum donet intelligi.De capite Sarmana coronatur,de v̇tice Hermõ & Sanir (al's Seir) q̃ iniuriaꝝ cumulũ quẽdã exupat,& tribulationũ molẽ extollẽtẽ ſe aduerſus humilẽ ſciam Xp̃i.Sed moles iſta tanto ur̃ minus ponderis hr̃e,quãto totũ eſt momentaneũ qđ tumet. Deniq; & ſi mõs eſt,tñ ſcriptũ legis qa mons cadens defluit,& ſaxũ transferẽ de loco ſuo. Et uide qũo defluxerũt,qũo tranſlati ſũt mõtes iſti.Trãſlati ſunt,qa trãſmutati ſunt. Quaſi trãſlatos & triũphatos iudicat illos apl's,qbus loqtur:Et hȩc aliqñ qdẽ, inqt,fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſc̃tificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis hac ablutione & emundatione q̃ fit ꝑ v̇bũ Dei. Pardus depoſuit uarietates ſuas, totus ĩmaculatus effectus, totus unius coloris.i. unius fidei et moris.Velut pardus qdam ur̃ hõ hȩretici dogmatis uarietate reſperſus,ſed nihilomin⁹ pardo ſil'is eſt hõ diſſimilis ſibi,hõ uarius et incõſtãs,& ſubinde mutãs cõſilia.Quaſi.n.(ut ita dicã) uult & nõ uult pardus.Trahe iſta ad cõuerſionẽ gẽtiũ,& mox intelliges qũo ꝑ unitatẽ fidei & ſpei,unũ induiſſe colorẽ uñr q cõuerſi ſunt ad dñm,nec modo uarietatẽ,ſed & feritatẽ exuiſſe leonũ. Nõ in cubilib.inq̃,& impudicitijs,ſed in cubilibus & in hortis aromatũ cõmorari, in lectulis nõ ferinis, ĩ lectulis nõ fœdis, ſed floridis. Floridus.n.lectulus ſpõſi et ſpõſȩ.Nõ ur̃ ſpõſa de Libano libẽs egredi,& de Iudæa trãſire ad gẽtes. Abſcedit eñ inuita q̃ toties uocaẽ, nõ uult deſerere Libanũ,ut trãſeat ad mõtem Sarmana, ad uerticẽ Sanir(al's Seir)& Hermõ.Sed tranſitu ſuo mõtes hos ſteriles, mõtes barbaros cõuertit ipſa in Libanũ.Sed iã mõtiũ iſtoꝝ noĩa intuere. Sarmana ppl's uanus intelligiẽ uel coanguſtãs.Seir uel Sanir hiſpidus,Hermõ anathema.Quid uanius illo ppl'o, quoꝝ ipſi doctores euanuerũt in cogitationib⁹ ſuis,& dicẽtes ſe ſapientes eẽ,ſtulti facti ſunt?Quid anguſtius illis q deſperantes ſemetipſos tradiderũt ĩmũditiæ? Anguſtũ.n.cor,qđ finẽ uotoꝝ ĩtra tp̃alis iucũditatis metas cõtrahit, neſciẽs ſpem ad æterna dilatare.Quid magis hiſpidũ & magis ĩcõpoſitũ illis,de qb.Apl's dicit: Sine affectu,ſine fȩdere,ĩ malitia & ĩ inuidia agẽtes?Nõne iſti uelut Seir reputandi ſunt?Nã Hermõ accipiunẽ q ſunt alienati à ſenſu Xp̃i,ꝓmiſſiõis ſpẽ nõ hñtes, nõ ciues ſc̃tõꝝ,nõ dõeſtici dei,ſed oĩno ſine deo ĩ hoc mũdo.Et hæc qdẽ gentes fuiſtis,ſed abluti eſtis,ſed ſc̃tificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in noĩe dñi nr̃i Ieſu:iõ de uob̃ ſpõſa coronaẽ,q̃ de ur̃a ĩmutatione

In biblijs legitur, de capite Amana, de uertice Senir.

1. Cor.6.c

Matt. 7.c

2.Cor.4.d

ad. Ti.3.a

Iob. 14.c

Ephe.2.cd

1. Cor.6.c

ne gl'iaẽ.Bona.n.mutatio, ubi Seir conuertiẽ in Libanum.Et Libanus quidem, ille prior Libanus Iudaicus cõuerſus iã in Seir ur̃ & Hermõ:iõ ueni de Libano, & ueni & uide ꝓ Libano illo exiguo et breui quãti tibi exurgãt Libani.Leua in circuitu oculos,& uide, oẽs mũdi iſtius mõtes tibi ſunt in Libanum cõuertẽdi. Moleſtũ planè gentis tuȩ detrimenta et deſolationẽ uidere,ſed moleſtiã hanc tã lucroſa cõmutatio cõpẽſat,ut unius dãna redimat ꝓuentus uberior.Noli ergo morã nectere,ſed ueni,ut de gentiũ fide & cõuerſatione coroneris. Vis oẽs hos mõtes nõ in Iudæa & gẽtib.ſed in eccleſia tm̃ intelligere? Nõ erit diſſonus intellectus,ſi interp̃tationẽ in hãc partẽ uelis deflectere.Inuenies hic Libanũ,& Sarmana,& Seir,& Hermõ.Inuenies hic et mõtes pardoꝝ,& leonũ cubilia. Vtinã ĩ hoc Libano nr̃o,in hoc ſacro mõachorũ cõuẽtu,quẽ & ꝓfeſſio & cõuerſio uenuſtat & cãdidat:in hoc,inquam, Libano,utinã deẽ cernere caput Sarmana,nõ uerticẽ Seir & Hermõ.Cũ uideris in cœtu & in cõgerie ſc̃tõꝝ quenq̃ efferentẽ ſeip̃m,inflatum ſenſu carnali,iactãtia uanum,intus et foris tumidũ et turbidum, ocioſitatis anxium uanitate(ociũ.n.acediã parit talẽ)cũ talẽ uideris,qd aliud q̃ caput Sarmana cum Libano cernis?Nil ocio uanius,nil anxius acedia,nil tumore turbatius.Nã & Sarmana ppl'm uanũ uel turbidũ ſonat:iõ de Sarmana ueniẽ ad Seir,ad hiſpidũ et piloſum.Vbi.n. acedia,ibi tumor:ubi turbatio,ibi nil lene,nihil cõpoſitũ,nihil ordinatũ,ſed totũ horridũ:& q talis eſt, ſine ſedere eſt, ſine affectione,minuti ſenſus & alienati, imò anathematizati,qđ Hermõ ſigñat. Nõ hic domeſticus dei,nõ ciuis, nõ aduena quidem & hoſpes,pp qđ nulla ad deũ gr̃a,deuotio nulla declinat.Nõ diuertit ad illũ ſpõſus,ut uel in trãſitu uiſitet,& ſicut hoſpes ad commorandum. Commoranẽ aũt ĩ eo ꝑdi,dȩmones qdẽ uarij & v̇ſipelles, & leones cubant ibi. Nõ circũeũt ut trãſuolẽt,ſed ſecuri poſſident,& cubilia collocãt.Sed qui tales ſunt,deſperãdi nõ ſunt.Eteñ multi iſtiuſmodi ĩ ſpõſi p̃deſtinanẽ ornatũ:iõ dicit: Veni coronaberis de capite Sarmana, & de v̇tice Seir.Veni(inqt)de Libano, ueni.Vide ſi nõ moroſe egrediẽ de Libano,q̃ toties uocaẽ:mora iñ hæc non eſt cõtumaciæ,ſed cautelæ.Quis.n.à cõtẽplationis cãdore,à qetis internæ & puritatis ſereno libẽs diſcedit? Cui non erit moleſtũ,uel ad momẽtũ de loco deliciarũ ſecedere? Forſitã inſpirata in diſcipulis lucra blãdiunẽ.Optãda quidẽ lucra, ſed metuẽdus eſt lapſus. Suſpecta mihi ſunt lucra,quoꝝ incertus eſt ꝓuẽtus, uicinũ ꝓpriæ ꝑiculũ ſalutis,certũ internæ ſuauitatis dãnũ. Quid miꝝ ſi moreẽ uenire,cum & moleſtũ ſit de Libano diſcedere,& metuẽdũ ſit ad mõtes illos barbaros & beſtiales accedere? Et forſitan ſpõſæ mora feſtinationẽ nr̃am ſuggillat & arguit,q nimis prõpti,& paꝝ ꝓuidi, uires nr̃as minus penſantes, feſtinamus ingredi in labores p̃lationis,in ſolicitudinũ moleſtias,& materiã lapſus: nec expectãtes uel ſemel uocari,ultro nob̃ ipſi honorẽ ſumimus,uocationẽ uel p̃ueniẽtes,uel arte ꝓcurãtes. Nõ debet eẽ tanti muneris improuida p̃ſumptio, ſed nec ꝑtinax metus.Deniq; p̃ſumendũ eſt ubi Xp̃s iubet,ubi ſpõſus uocat,& ꝓuentus uberes polliceẽ,ſicut in hoc loco. Veni (inqt)coronaberis de capite Sarmana, de v̇tice Seir & Hermõ,de cubilib. leonum,de mõtib.pardoꝝ.Cũ in ſubiectis mutaẽ moꝝ barbaries,cũ de cubilib.& impudicitijs ad florida & honeſta trãſferũtur cubilia,& in hortos aromatum, ad cubilia in qb.nõ eſt fremitus ſed fletus,ad cubilia in qb.cõpũctio eſt cordis nõ pugna cogitationũ.Sed cũ auferẽ maculoſæ uarietatis uelamẽ,& nuda ſuccedit ſimplicitas,morib.miniſterio ſuo in melius cõmutatis,coronari ſponſa ſatis apte accipiẽ.Bñ qdẽ de talib. coronaẽ, cũ iã uertunẽ ĩ ornatũ, quoꝝ antea mores horrebat.Cũ ordine quodã charitatis ſibi hærẽt ĩ unũ,q ferinis prius affectibus diſſidebãt.Grata planè ſpõſo ẽ hæc unitatis cohærẽtia:iõ forſitan ſequiẽ, &

Cant.4.c

Ibidem

uulneratũ ſe dicit in uno oculoꝝ, in uno
crine colli eius.ſ.ſpõſæ. Capituli hꝰ rõ i
aliud differenda eſt tp̃s. Hoc aũt in fine
admonuiſſe ſufficiat, ſiquem alieni cura
ꝓfectus ad gradũ altiorẽ ſolicitat, non
diſſuadeo, nec ſuadeo plane. Vnum aũt
hortor, qſqs es, æmulare & cũctationẽ
& cãdorẽ ſpõſę, q̃ nõ eſt cõtẽta ſemel uo
cari nec digna penitus, niſi de quodã pu
ræ & dealbatæ conſciæ Libano. Nõ.n.
niſi de Libano dilectã uocat ad coronã
ſponſus eius, qui eſt deus benedictus in
ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo 30.

O Cor durꝝ, & male durꝝ, in quo
ꝟba iſta uulnera nõ gn̄ant. Stu
pidũ plane eſt cor qđ ꝟborum
iſtoꝝ uirtutẽ nõ ꝑſentit, qđ non ſtupet
ad dignationẽ tãtã. Quid dignationem
dico? ẽt plus eſt: & quãtũ eſſet ſi uel di-
gnatio eſſet? Magna.n.res, & oĩ admira
tione digna, ſi uel dignat̃ tãta maieſtas
humanã infirmitatẽ ſororis & ſpõſę im
partiri uocabulo. Nũc aũt nõ tã digna-
tio eſt q̃ꝫ deuotio. Vultis autẽ deuoti &
Cant. 4.c ꝓpẽſi affectus argm̃ audire? Vulneraſti
(inqt) cor meũ ſoror mea ſpõſa, uulnera
ſti cor meũ. Cordis uulnus uehemẽtiam
deſignat amoris. O ꝟe dulce cor, quod
nr̃is mouet̃ affectib. ad repẽdẽdã uiciſſi
tudinẽ dilectionis. Et neceſſitudo hæc,
& uiciſſitudo: neceſſitudo in ſororis &
ſpõſæ noĩe, uiciſſitudo deſignat̃ in uulne
re. Magna neceſſitudo ſororis, ſpõſę ma
ior: illa cognationis, iſta dilectionis. Ibi
ſign̄at̃, qa de uno ſunt: hic qa unũ. Soror
eſt, qa diuinæ cõſors naturæ. Spõſa ꝟo,
qa in ſingularitatẽ aſſumpta ꝑſonæ. Ex-
preſſa plane neceſſitudinis hæc uocabu
la ſunt, q̃ uel ueꝝ uel gr̃am ſonãt. Quan
tũ amare optet q̃ tãtis affinitatib. fęde-
ratã Xp̃o ſe nouit, quãtũcũqꝫ amat, nõ
amat ſed redamat. Ipſe.n. prior dilexit
1.Ioã.4.b nos. Amor ad illũ nr̃ quãtũcũqꝫ ꝓpẽſus
fuerit, nõ impẽdit̃, ſed repẽdit̃: debitus ẽ
nõ gratuitus: æq̃ri ei q iã ĩpẽſus eſt amo-
ri nõ põt. Et quonã mõ mereri põt, q̃uo
obligare põt q ne plene qdẽ ſoluere ſuf-
ficit? Nõ potes ſpõſa amatori tuo uiciſſi

tudinẽ plenã repẽdere. Ipſe tñ nõ deſinit
ſuperimpendere. Qđ impendit tibi nõ-
dum plene ſolutũ eſt, & tñ obligatum ſe
putat. Quicqd illi rependis amoris, non
accipit q̃ſi debitũ, ſed q̃ſi gratuitũ. Qua
ſi ꝓuocatum ad dilectionem ſe perſen-
tit, dum cor ſuũ uulneratum fatet̃. Quid
eſt hoc miraculi fr̃es? Non'ne btãm hãc
reputatis aĩam, quæ ip̃m cor dñi nr̃i Ie-
ſu Xp̃i pijs affectibꝰ transfigit & pene-
trat? Acutus & efficax & ꝟe uiolentus
affectus ille eſt, q tuum Ieſu bone, meret̃
& mouet affectum. Magna & uiolenta
eſt uis charitatis, ip̃m affectum dei attin
gens & penetrans, & uelut ſagitta iecur
eius transfigens. Quid miꝝ, ſi regnum Matt. 11.b
cœloꝝ uim patit̃? Ipſe dñs uiolẽti amo-
ris uulnus ſuſtinet. Sed uide quibus iacu
lis uulnetetur. Vulneraſti, inqt, cor meũ Cant. 4.c
in uno oculoꝝ tuoꝝ, & in uno crine col
li tui. Ne parcas ſponſa talib. ſpõſum te
lis appetere. Aſpectibꝰ pijs q̃ſi ſpiculis
utere. Noli ĩ hoc negocio remiſſius age-
re, noli contenta eſſe dilectum uulnerare
ſemel, ſed concide ip̃m uulnere ſuꝑ uul-
nus. Felix es ſi ſagittæ tuæ infixæ ſunt il-
li, & amores tui militent in Xp̃o, ſi ocu-
lus tuus defixus indefeſſe ſit in illo. Bo-
nũ uulnus, de quo uirtus egredit̃. Teti-
git mulier fimbriã, & uirtutẽ de ſe ſenſit
Xp̃s exire. Quãto magis cũ cor eius nõ
leuiter tãgitur ſed uulnerat̃, gr̃am de ſe Luc. 8.f
emanare ſentit? Vulnus iſtud nõ eſt ſine
ſenſu: iõ puri aſpectus in illũ ſpicula ui-
bra: reputa illũ q̃ſi ſignũ poſitũ ad tales
ſagittas. Tales fauorabil'r excipit, quia
tales iacit. Reſpexit Petrum, & cor eius
ꝑcuſſit & cõpũxit ad pnĩam. Vulnerati
cordis lachrymæ dant ſigna. Denique
clemẽti reſpectu cor illud uulnerat, qđ
ad aliquẽ uirtutis mouet affectũ. Talia
in me utinã multiplicet uulnera à planta
pedis uſqꝫ ad ꝟticẽ, ut nõ ſit in me ſani-
tas. Mala.n. ſanitas ubi uulnera uacant
quæ Chriſti pius infligit aſpectus. Aſpe
ctus aſpectum prouocat, ideo tuo illum
tenta uulnerare proſpectu. Oculi tui ſꝑ
ad dominum, ut amoris tui nutibus ca
piatur, illaqueetur criniculis. Non tamẽ

dicit in oculis & criniculis, quaſi in plu
Cant. 4.c ribus, ſed q̃ſi in uno. Vulneraſti, inqt, cor
meum ſoror mea ſponſa, uulneraſti cor
meũ in uno oculoꝝ tuoꝝ, & ĩ uno crine
colli tui. Si plures hẽs oculos, oẽs alios
claude, ut hoc uno utaris, quo ſolo dile
ctũ intueri ſoles, & quo ſolo uales. Qui
directius intueri uolũt, alteꝝ oculũ clau
dũt, alteꝝ ĩtẽdũt, & eũ ip̃m quo cernũt
ſtringũt ut ſtricto efficacius cõtẽplẽtur
acumine. Oculus tuus unus eſt, ſi purus
eſt: unus eſt, ſi ad plura nõ eſt: unus eſt, ſi
quodãmodo ſimplificatus & ſtrictꝰ &
directus in unũ eſt, nõ fiſſus, nõ diffuſus,
nõ ſparſus ĩ multa. Oculus tuus unus eſt
ſi intẽdis & ĩtueris ſꝑ in unũ, & in illum
Pſal. 26.b unũ. Deniqꝫ ſi amoris oculus eſt, unus ẽ.
Vnã, inqt, petij à dño, hãc reqram, ut in-
habitẽ in domo dñi in longitudinẽ die-
rum, ut uideam uolũtatem dñi. Oculus
iſte unus eſt, unum petens, & unum pro
ſpiciens. Et in uño crine colli tui. Non
oportet ut crines fluitẽt, ut ſine lege eua
gent̃, & ſparſi & errãtes oculoꝝ effun-
dant̃ luminib. Nõ decet ut ſtrictꝰ ſit ocu
lus, & crinis laxus. Oculus.n. offenditur
cũ crinis effundit̃. Si ĩtẽtio ĩ oculo intelli
git̃, qd in crine ubi cogitatus deſignat̃?
Vis unum hr̃e utrunqꝫ & crinẽ & lumẽ,
& intentionem & meditationẽ? Cuius
eſt in lege dñi uoluntas eius, & in ea me
ditabit̃ die ac nocte: iſte ẽt in uoluntate
uniformi unum poſſidet oculũ, & crinẽ
unũ in meditatione. Alioqn ſi uniformis
& ſimplex intẽtio in deũ tibi nõ fuerit, ſi
cogitationes tuæ ſine diſciplina tua flui
tẽt: intẽtũ retũdũt oculũ, & ſimplicẽ in-
tẽtionis diuerberãt aciẽ, & cor diſſipant
ꝑegrinæ & indiſciplinatę mẽtis uolutio
nes. Intẽtioni purę cogitatus rñdeat: unꝰ
ſit, ſicut & illa uniformis eſt. Bonus eñ
crinis q fuſus nõ eſt, nõ incultus, ſed col
Cant. 4.b lectus in unum, & collo inhærẽs. Collo
utiqꝫ illi de quo dr̃: Collum tuum ſicut
turris, de q̃ mille clypei depẽdẽt. Collũ
hoc ſacrã ſcripturã intellige, per quã ad
nos diuinæ nuncia uoluntatis uerba ꝓ-
fluunt. Bene ergo crinis colli, cogitatus
aſſiduus in lege dei, ideo colli dr̃, qa oĩs

cogitatus tuus, oĩs ſenſus tuus & intelle
ctus tuus ſacro non debet præiudicare
ſermoni, ſed ex eius præſcripto pẽdere,
& prodire ab ipſo. Quod diuiſi & quaſi
lacerati ſunt crines tui, & nihil in ſe com
poſitionis hñtes, collo licet inhæreant:
non tñ placent ſpõſo, nec eius cor uulne
rant, nõ mouẽt affectũ, nec gr̃am meren
tur. Vtrunqꝫ exigit, ut coniuncti ſint, &
collo inhæreãt, & obtineãt in ſe tã ordi-
nẽ q̃ꝫ authoritatẽ. Quid.n. ꝓficis ſi medi
tationes tuæ in lege dei ſint, & ipſę in ſe-
ipſis ſine lege ſint? Sine lege ſunt, q̃ ſine
ordine ſunt, & paſſim ferunt̃. In uno, in-
qt, crine colli tui. In collo, ſacri ſermonis
authoritas intelligit̃, q̃ cogitationes in-
formet. Ordo aũt in unitate. Bonus eñ
ordo ubi colligunt̃ in idip̃m, & ferunt̃ in
unũ, & in unũ illud qđ nõ aufert̃. Vel iõ
dicit in uno crine colli tui, ut liberã & re
uelatam ſignificet ſponſæ faciẽ. Crines
.n. ꝓ uelamine hñr. Vult ergo in ſponſa
exutam & reuelatã faciẽ ad ſpeculãdã
gl'iam dei, ad intẽdendũ ſine offenſione
oculum cõtemplationis: iõ commẽdat
crines cõpoſitos, & reductos à uultu ad
collũ. Quid hoc in una ſingul'r intelligi-
mus aĩa? Deriuemus hũc ſenſum ad ec-
cl'iæ ſtatum. Gratius eſt.n. quod eccl'iæ
commune eſt. Deniqꝫ nihil ſpõſo gratiꝰ
communitate, imò unitate credẽtiũ, &
cõpage eccl'iæ. Multa bona ĩ ſpõſæ cu-
mulauit ꝑconiũ, qb. ſe delectatum oſtẽ-
dit, ſed nũqꝫ ſic exp̃ſſit cõgaudentis affe
ctũ ſicut hic, ubi & luminis & crinis cõ-
memorata eſt unitas. Q̃uo nõ maximũ
erit eius gaudiũ, ubi maximum cõſerua
tur mãdatum? Mãdatum, inqt, nouum Ioan. 13.d
do uob̃, ut diligatis inuicem ſicut dilexi
uos. Oculi eccl'iæ, doctores ſũt, quos q
tãgit, tãgit pupillã oculi dñi. Crines ue-
ro, plebs credẽtiũ. In utriſqꝫ ẽ ſpõſo gra-
ta unitas. In hoc, inqt, cognoſcẽt oẽs qa Ibidem
mei eſtis diſcipuli, ſi dilectionẽ habueri-
tis adiuicẽ. Cõſenſus duoꝝ uel triũ pre-
ces ĩpetrabiles facit, quãto magis totiꝰ Ma. 18.c
eccl'iæ in Xp̃o cõſenſus? Q̃uo nõ impe-
trat unitas, quæ ip̃m cor dñi penetrat?
Vulneraſti, ĩquit, cor meũ ſoror mea ſpõ Cant. 4.c

ſa,uulneraſti cor meũ in uno oculorum
tuorꝝ,& in uno crine colli tui. Quid.n.ĩ
toto muliebri ornatu plus allicit & affi-
cit amãtis affectũ ꝙ crines compoſiti?
Sed qđ conamur laudib. cumulare cri-
nes ſpõſę ambitioſo cõptos et collectos
ornatu? Magis ſubeſt plãgẽdi copia ꝙ
applaudẽdi. His diebus cernimus diuul
ſos miſeræ & laceros ſpõſæ crines,& in
ter ſe pugnare eccl'iæ plebes ꝓ eccleſia.
Cernis hoc & tu Ieſu bõe,& nihil te mo
uet iſta diuulſio, non te ſponſæ tuæ uul-
nus tã graue uulnerat? Si unitas ad gra-
tulationẽ cor tuũ uulnerat,diſſidium ad
cõpaſſionẽ uulnerare te debet. Mouet
te unitatis & uniformitatis diſpoſitio:
moueat te eorꝝ,q̃ unita fuerint,diſſipa-
tio. Diuiſi ſunt crines tui,& diſparati ab
2.Tim. 2.c inuicem,imò & cõtra inuicẽ. Vtrique a
ſpõſæ collo pẽdere ſe iactãt,& de ꝓprie
tate gl'iantes,à ſe diuellere tẽtãt. Nouit
dñs q ſunt eius,& diſcedat ab iniquita-
te oĩs q noĩat nomẽ dñi: geminũ hoc ha
bẽs ſignaculũ:ut Paulus loqtur. Immo-
bilis manet ſpõſa ipſius inter impias ma
nus undiq; cõuellẽtiũ illã & lacerãtiũ.
Reges terræ & principes cõuenerũt in
Pſal.2.a unũ aduerſus Xp̃m dñi,& aduerſus ſpõ
ſam eius. Sed ſpõſa ſpõſum nouit,ut nõ
ſeq̃tur alienũ,ſed ip̃m. Non ignorat ſei-
pſam,nõ ignorat cuius ſpõſa ſit: iõ non
uult egredi,nec abire poſt greges ſoda-
liũ. Et ſi ſodales fuerũt,iã quidẽ nõ ſunt.
Exierũt à nob̃,ſed nõ ſunt ex nob̃. Qũo
ſodales ſunt q amici nõ ſunt? Amicus.n.
ſpõſi ſtat & audit & gaudio gaudet ꝑꝑ
uocẽ eius. Iſti ṽo nõ audiũt,nec gaudẽt
ad uocẽ ſpõſi,ſed magis ad uocẽ impa-
toris Romani. Niſi(qđ uerius fatemur)
nõ tã gaudẽt ꝙ timẽt ad rugitũ ei⁹. Sed
nouit dñs q ſunt eius,nõ q ſunt impato-
ris. Iõ moueri nõ p̃nt ad fremitũ leonis,
q̃a immobili diuinæ notitiæ cõtinenẽ ſi
gnaculo. Bonũ.n.ſignaculũ notitia dei.
Notitia q̃ ſcđm ꝓpoſitum eſt,ſcđm qđ
uocati ſunt ſcti. Firmũ eſt ſignaculũ hoc
notitiæ eius,q̃a nihil ei ꝑit. Nõ tm̃ nõ
ꝑit ei nihil:ſed ipſa ſaluãdos parit,ip̃a
p̃deſtinat,ipſa ſignat quos ſuos eſſe ue-
lit. Geminũ ſignaculũ,diuinũ ꝓpoſitũ,
& humanũ ſtudiũ:diuina ꝓuidentia, &
humana diligentia. Nã de diligẽtia ſub-
2.Tim. 2.c dit Apl's: Et diſcedat ab iniq̃tate oĩs qui
noĩat nomẽ dñi. Vide duas h⁹ ſignaculi
partes:unã diuinæ tm̃ grẽ,alterã & liber
tatis & grẽ nrẽ. Illã ꝓpoſiti: hãc adiu-
torij. Scđa hæc pars libertatis nrẽ infir
mũ arbitriũ dirigit. Nã prima p̃deſtinã-
do diſponit. In prima q ſunt eius dñs p̃-
uidẽdo nouit:in ſcđa nob̃ innoteſcit. Illa
cã,hęc eſt illius effectus. Illud ſignaculũ
immobile eſt,hoc ꝓbabile. Illud ſigna-
culũ eſt,iſtud ſignaculi ſignũ. Illa radix
eſt,hic fructus:& à fructib. iſtis cogno-
ſcetis eos,q noĩant nomẽ dñi. Nã ipſe in
bñplacito ſuo nouit q ſunt eius, et põit
eos ut fructũ hũc plurimũ afferant:iõ di
cit: Diſcedat ab iniq̃tate oĩs q noĩat no-
mẽ dñi: qui eius eſſe ſe dicit,nõ diſcedat
ab unitate. Nec diſcedere põt qſq; illo-
rũ quos diuina formauit et firmauit no-
titia. Deniq; et capillus de capite eccle
ſiæ nõ ꝑibit. Capilli.n.eius oẽs numera-
ti ſunt,oẽs ſignati ſignaculo præcedẽtis
notitiæ. Sine pnĩa eſt iſta notitia. Iõ fir-
mũ ſtat fundamẽtũ,dñi hñs ſignaculũ,
diuini ꝓpoſiti adiutorium, et arbitrij nrĩ
conatum. Iſto q ligant crines ſignaculo,
nõ poterit eos qſq; rap̃e de capite ſpon-
ſæ. In manu tua dñe,oẽs crines ſponſę,et
nõ rapiet eos qſq; de manu tua. Tene Ie
ſu bõe,quos tenes,et recollige quos no
ſti,et q tuum ſe nouit,qui dicit, dñi ego
ſum:q noĩat nomẽ dñi, diſcedat ab iniq
tate,accedat ad unitatẽ eccl'iæ,ad unita
tem capitis et corꝑis.i.ſit crinis colli,et
crinis unus. Nihil ſic ſpõſi cor uulnerat,
nihil ꝓmouet affectũ,et aĩum penetrat,
qũo unitas ſpõſæ,et ea ipſa inter diripiẽ-
tium ſeruata et quaſi ſolidata conatus.
Ep̃i religioſi proprias deſerunt ſedes, de
ciuitate in ciuitatem fugiunt à facie per
ſequentis. Deo deuoti et clerici et mona
chi tribulationib. et contumelijs affecti,
rapinam bonorꝝ ſuorꝝ cum gaudio ſu-
ſtinẽt, cognoſcẽtes ſe meliorem hr̃e et
manentem ſubſtantiam in unitate ſuper Cant.8.c
næ et eccl'iaſticæ charitatis. Si.n. omnẽ

ſubſtãtiã ſuã dederit hõ ꝓ charitate, q̃ſi
nihil deſpiciet eã. Quidã eq̃dem liberta
tem eccleſiaſticæ cõionis muneribus re
dimunt. Bona redemptio, ſed uenditio
turpis. Quid uẽdis qđ ipſe cõdemnas?
Si ſchiſmaticos reputas q à te ſeparati
ſunt,non debueras p̃cio inductus erro-
ris ſui illis ꝑmiſiſſe licẽtiã. Si ſchiſma re-
putas,cur libertatẽ eius munerib. uendi
tas? Si autẽ eccleſiaſticæ unitatis apud
nos ṽitas eſt,q̃d illã diuellere tẽtas? Si
Petri ſedẽ ſucceſſionis iure tenes, cur nõ
Petri ſnĩas uẽdicas in eos, quos ſchiſma
ticos arbitraris? Pecunia, inq̃t, tua tecũ
Acto.8.d ſit in ꝑditionem. Nũc ṽo dicis. Pecunia
tua ſalua mihi ſit,aĩa ṽo eat in ꝑditionẽ.
Qũo.n. non ꝑditio hæc, ubi ab unitate
3.Reg.3.d corꝑis ſeparatio eſt? Nec mihi,inq̃t,nec
tibi ſit,ſed diuidaẽ. Ita & tu pecunias tol
lis,cũ aĩas nõ potes. Tolle qđ tollis,mu
nera tolle tibi,aĩas eccleſię relinque. Nã
& ipſa niſi aĩas nõ q̃rit. Corporalia aũt
Matt.12.c apud te bona ſpargant,ne bona aĩæ di-
ſpergãt tecũ. Qui.n. nõ colligit cum ec-
cleſia,diſpergit. Signanter ſatis ait: Qui
non colligit mecũ,diſpergit. Collectio
nãque,unitatis rõnem cõtinet, ſicut di-
ſperſio innuit ſeparationẽ. Eccl'ia cũ ſpõ
ſo dicere nouit: Qui nõ eſt mecũ,contra
me eſt. Nihil mediũ relinquẽs,aut colli-
gis cum illa,aut certe diſpergis:aut cum
illa es,aut cõtra illam. Tu aũt dicere(ut
aiũt) ſoles: Si nõ uis diſpergere mecum:
ſaltẽ nõ colligas cũ illis. Si nõ es mecũ,
Ioſue.5.d ſaltem nõ ſis cõtra me. Sufficit ſi nec nr̃
ſis,nec aduerſariorꝝ. Sed nõ ita nr̃ Ieſus,
q ait: Nr̃ es,an aduerſariorꝝ? mediũ nil
relinquẽs. Nunq̃d Ieſu bone,nõ eſt reſi-
na i Galaad? Q̃r ergo nõ eſt ſatana dñe
Hier.8.g cõtritio ſpõſæ tuæ,uulnus & liuor & pla
Eſa.1.b ga tumens nõ eſt circũligata, nec cura-
ta medicamine,neq; fota oleo? Potaſti
dñe ſatis dilectã tuã uino cõpũctionis,
qñ oleo fouebis,oleo ſctõ tuo? Oleũ au
tẽ pctõris nõ impinguauit eã. Nã & qui
ex aduerſo ſunt,oleũ hr̃e iactãt. Quid.n.
niſi oleũ uẽditãt dũ blãdiunẽ,dũ pollicẽ
tur honores,dũ munera ꝓponũt? Oleũ
iſtud nõ ſanat,ſed magis ſcindit. Iõ ſicut
uinũ eorꝝ,ita & oleũ eorꝝ. Aeq̃ lãce pen
ſanda ſunt ṽba & ṽbera eorꝝ. Renuit Pſal.76.a
cõſolari aĩa mea ab uberib. conſolatio-
nis eorꝝ. Ipſi.n. ſicut lamia nudauerunt
mammas: lactauerũt.n. catulos ſuos,nõ Thre.4.a
eccleſię filios. Eccl'ia.n. mãmas ſuas hẽt:
idcirco ĩ laudibus ſuis ſequiẽ ſtatim. Q̃
pulchræ ſunt mãmæ tuæ ſoror mea ſpõ Cant.4.c
ſa. Reuoca dñe Ieſu filios tuos qui aber-
rãt,ad lactis h⁹ dulcedinẽ, ut ex ore la-
ctentiũ ꝑficias laudẽ,cũ deſtruxeris ini- Pſal.8.a
micũ & ultorẽ: iõ feſtina & eijce ad ui-
ctoriã iudiciũ,ut habitẽt in unũ q inuo-
cant nomẽ tuum,q̃m in hac unitate mã-
das bñdictionem & uitam per oĩa ſecu
la ſeculorum. Amen.

Sermo 31.

1 Eniter ſunt à nob̃ perſtringenda
nunc ubera ſpõſæ, q̃ ſuꝑius non
uno in loco ſtudioſius p̃ſſa ſunt,
& neſcio an ex toto exp̃ſſa. Fortaſſe mõ
tacta,nouum aliq̃d nob̃ effundãt. Quis
nõ auide & cum ſpe bona ad ubera cur
rat,q̃ ſic ſponſus laudare curauit? Hæc 1.Pet.2.a
ubera ſunt quorꝝ nos Petrus q̃ſi modo
genitos infantes lac cõcupiſcere horta-
tur. Et commẽdatio p̃ſens nõne uim ꝙ-
dam inuitationis ur̃ obtinere? Q̃ pul- Cant.4.c
chræ ſunt,inq̃t,mãmę tuę ſoror mea ſpõ
ſa. Non eſt ſimpliciter & ſine expreſſio
ne laus tanta ꝓfuſa,ſed ipſe ꝓnunciatio
nis modus admirationem & oblecta-
tionem proferentis demonſtrat. Quæ
tamen eſt huius ordinis ratio? Cur poſt
oculum & crinem ſtatim ad mamnias
ſermonem deflectit? aut cur in illis uni-
tas commendatur,in his commendatur
pluralitas? Mihi quidem in capitulo
ſuperiori mentis quidam & cogitatio-
num exceſſus ad deum uidetur innui,ſo
brietas uero & temperantia ad paruu-
los in iſto: ibi unum neceſſarium eſt: hic
ſolicitudo & ſermo doctrinæ partien-
dus in plura. Ibi intemperantia feruidi
amoris collecta in unum & conſtricta,
& penetrans ip̃m dilecti pectus ſauciat:
hic tẽperata doctrina,& ſermo ſobrius,
lacteo quodam potu paruulos ſatiat.
Vides quomodo nihil medium relinq̃t

in laude ſponſæ,ſed cum Paulo aut men
te excedit deo,aut cõdeſcendit nobis.
2. Cor. 5.c Charitas.n.inqt,urget nos. Ad quid ur
get nos? Nũquid ad exceſsũ? Non utiq;
ad exceſſum,ſed utiq; ad cõdeſcenſum.
Res illa eſt uoti,hæc obſeqi. Illic intem-
perãtis affectus ſumus,hic contemꝑan-
tis. Bonus ordo planè haurire ibi,& hic
exhauriri. Primo ibi ĩfundi,poſtea hic in
fundere:inebriari ibi,& hic inebriare.
Bona uiciſſitudo talis,ſi tñ mõ talis. Or
dinatione tua dñe hęc uiciſſitudo ꝑſeue
rat,uiciſſitudo cõtẽplationis & cõſola-
tionis. An nõ btũs cui oĩa uitæ momẽta
in hoc decurrũt,ut uel Xp̃o uulnera cha
ritatis ĩfigat,uel pietatis ubera porrigat
ſubditis? Ego ſiqñ(ſi tñ aliqñ) inebriat⁹
ab ubertate domus tuę dñe,diſtẽta ube
ra inde reportare uideor,tot uarijs & tã
moleſtis exſiccant̃ negocijs incurrẽtib.
ut mox arẽtia reddant̃,q̃ prius eruditio-
nis et grãꝝ ubertim lacte rorabãt. Felix
qdẽ q ſcti interpellatione aliq̃ talia in ſe
cõtinuat ſtudia,ut ul' ip̃m(ac ſi ita dicã)
ſapiæ cor & ſecretariũ penetret,aut ube
ra inde referat uoluptatis illius ubertate
referta. Spõſa planè eſt q̃ nouit hmõi ua
riare uices. Iõ in laude ipſius poſt cõtem
plationis exceſſum,de conſolationis &
doctrinæ uberib. ſermo ſtatim cõtexit̃.
Cant. 4.c Quàm pulchræ ſunt mãmæ tuæ: purus
oculus,& pulchræ mãmæ. Ille ſpõſo,et
filijs ſpõſi. Ille iõ unus dr̃,hic plures: qa
uaria debet eſſe uberꝝ tẽꝑatura,ꝓ ſugẽ-
tiũ q̃litate diuerſa. Vide qũo Paulus Iu-
1. Cor. 9.c dæis factus eſt Iudæus,& ijs q ſine lege
erãt,q̃ſi & ipſe ſine lege eſſet,infirmus in
firmis. Nõne uelut tot applicat diſcipu
lis ubera,q ĩ ſe tot trãsformat gñа? Quid
aliud molitus eſt tẽꝑatura tã multiplici,
niſi ut leniter & lactis more teneris au-
1. Theſ. 2.b ditorꝝ eius doctrina ĩflueret aĩs? Tot vr̃
abũdare mãmis,quot modis arte inge-
nioſa capacitati ſe ĩfirmorꝝ coaptabat.
Factus ſum,inqt,in medio ur̃i tanq̃ par
uulus ĩ medio ꝑuulorꝝ,qũo ſi nutrix fo-
ueat filios. Et,ſi uultis,duas uob̃ mãmas
maternæ pietatis aſſignabo,imò idẽ ip̃e
Paul⁹ aſſignat cũ dicit:qa pietas ad oĩa
utilis eſt,cõſolationẽ hñs uitę,q̃ nũc eſt,
& futuræ. His uberib. geminis erga ſub-
ditos abũdare debet,q doctoris et p̃ris
ĩ eccl'ia locũ occupat,his muniri mãmis
à dextris & à ſiniſtris,ut q̃ ei cõmiſſi ſũt
potent̃ à lacte & ſatient̃ ab uberib. cõſo
lationis eius. Harꝝ alterã reputa ſiniſtrã, Eſa. 66.c
alterã dexterã. Siniſtrã in tꝑalibus ſubſi Rom. 12.b
dijs,dexterã in ſp̃uali conſolatione. Qui
miſeret̃ in hilaritate,q tribuit in ſimpli-
citate,q iuxta apl'orꝝ principẽ gregi cõ- 1. Pet. 5.a
miſſo prouidet nõ coacte ſed ſpõtaneè,
mãmã hic ſiniſtrã exhibet: & eccl'ię pro
mittit̃ in ꝓphetia Eſaię ꝙ regũ mamilla
lactabit̃. Mamilla,inqt,& nõ,mamillis, Eſa. 60.c
eo ꝙ regũ eſt tꝑalibus p̃cipue bonis ec-
cl'iam fouere:hæc.n.ſiniſtra eius eſt,ĩ q̃
ſunt diuitiæ & gl'ia. De dexterà qdẽ ma
milla ſic nos Paulus informat. Cõſola- Prou. 3.b
mini,inqt,puſillanimes,& conſolamini 1. The. 5.c
eũ q hmõi eſt,ne abũdãtiore triſtitia ab
ſorbeat̃. Itẽ uos q ſp̃uales eſtis,inſtruite
hmõi in ſp̃ũ lenitatis. Et(ut ita dicã)ſunt Gal. 6.a
q ſiniſtrã tm̃ mãmã ex offõ hñt,ſicut ij,
quos ſupra diximus,reges & pricipes.
Et ſunt qb. ex officij ſui iure pẽdet dexte
ram maxime p̃bere mamillam,ſicut ſa-
cerdotes dñi & doctores,quorꝝ labia
cuſtodiũt ſciam,& lex dñi reqrenda eſt
ab eis. Hi.n. magis à ſubditis plebib⁹ car Mal. 2.b
nalia metũt,qb. ſp̃ualia ſeminãt. Qui ue
ro poſſeſſionib. cũctis renũciant,q reb⁹
tꝑalibus uale dicũt,ſe ſuaq; oĩa monaſte
rio tradentes,& ex toto in ius abbatis
tranſeunt,nullam ſui ſibi curã relinquen
tes decætero,tales utiq; gemino conſo-
lationis lactãdi ſunt ubere. Ideo neutro
hoc carere debent qui talibus præſunt,
ne mutilum et uelut detruncatum uideã
tur pectus geſtare,una deformiter ma-
milla contẽtum. Qui uero utroq; deſti-
tuuntur,locũ hunc in eccleſia & ſibi dã-
noſe tenent,& quantum ad alios peri-
culoſe,ne forte lingua lactãtis adhęreat
palato,dum arẽtia ſunt ubera mr̃is. Pe-
regrina eſt planè hæc laus ab illis in prę
ſenti facta ad ſponſam. Quàm pulchræ
ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa. Si-
mulq; aduerte quòd nõ omnes pulchrę Cant. 4.c

ſunt mãmæ. Nõ eſt.n. ſpecioſa laus ĩ ore
Eccl. 15.b pctõris. Fili,inqt,ſi te lactauerint pctõ-
Prou. 1.b res,ne acqeſcas eis. Vide qũo quorũdã
ubera non modo non uult ſpecioſa hr̃i,
ſed uult ſuſpecta. Idcirco iſta commen-
dat,ut bñ noris ad q̃ te debeas tuto cõ-
ferre. Quàm pulchræ ſunt mãmæ tuæ:
Cant. 4.c meliora ſunt ubera tua uino. Duo ſũt,q̃
Cant. 1.a ponit ĩ laude uberꝝ iſtorꝝ:pulchritudinẽ
& uirtutem. Alterꝝ cõuenit amãti,alte-
rũ lactanti. Quid.n. lactãtis refert ſi pul-
chra ſunt ubera,dũmodo ſint ubera,&
redũdantia lacte ſalubri? Pulchritudinẽ
ergo ꝓ ſe cõmemorat,& lactis grãm ꝓ
ſuis. Et ſi nõ ipſe melius ſapis,pulchritu
dinẽ ad cõuerſationis uenuſtatẽ refert:
ad doctrinã & eruditionẽ,qđ reſtat ĩ co
mẽdatione mãmarꝝ. Dulcius ſugit̃,ubi
uita uenuſtat ſermonis uirtutẽ. Et ſi ſp̃ũa
le aliqd uis,& exp̃ſſũ de pulchritudĩe ea
rũ audire,ad mulierꝝ te ſtudia mitto,q̃
corꝑei decoris & cultus et oꝑam gerũt,
& aſſecutæ ſunt artẽ. Quid.n. magis af-
fectãt in ornatũ pectoris,q̃ ne mãmæ ſu
ꝑexcreſcãt,& deformiter fluitẽt,& pe-
ctoris ipſius occupẽt ſpatia? Iõ excreſcẽ
tes & fluitãtes,faſcijs pectoralib. ſtrin-
gũt,naturæ uitio arte medẽtes. Pulchra
ſũt.n. ubera,q̃ paululũ ſuꝑeminẽt,& tu
ment modico:nec elata nimis,nec tñ æ-
quata carni reliq̃ q̃ſi rep̃ſſa,ſed nõ dep̃ſ
ſa:leniter reſtricta,non fluitantia licẽter.
Hoc qdem exemplo qui ṽba bona,ṽ-
ba ſp̃ũalia debet proferre,mulierꝝ imi-
tet̃ & ſtudia & induſtriã. Caſtigato uta
tur ſermone ṽborꝝ,nõ fluitẽt ubera,nõ
ſine lege ferantur,non pectus & quod-
dam ſecretariũ mentis magis occupent
q̃ ornent,nõ hẽant plus materiæ quàm
grãæ,non plus carnis q̃ lactis. Purus &
prudens ſit ſermo pro tꝑe. Accedat huc
pietas,& pulchritudinis nũeros teneat.
Non hẽat plus oris q̃ pectoris,nec la-
ctis fluxum patiatur. Ex pectore debẽt
ubera prodire,& inhærere illi,nõ ipſum
conuerti in illa. Ex abũdantia cordis os
loquatur,ex illa non totum effundat. Re
ſtringenda ſunt ubera,ne nimis exube-
rent. Videas aliquos dum uerba conſo-
latoria plus æquo ſectantur,in uana de-
uolui:& dum auditores longo pertęſos
ſilentio,& q̃ſi q̃dam ſubtriſtes acedia
exhilarare uolunt,petulantis laſciuia lin
guę poſt utilia profluunt ad ſcurrilia,&
modico frumento multũ zizaniorꝝ aut
præſeminant aut ſuꝑſeminant: loquunt̃
placentia,& doctrinæ panem in riſum
faciũt(ſicut ſcriptum eſt)ſed paulopoſt Eccl. 10
riſum ſine pane,ſine pane ṽbi ſalutaris. 2. Co. 4.a
Non eſt adulterãdum uerbũ dei,nec ad
miſtione corrumpendum ꝑegrina. Suis
ſit cõtentũ uberib. uberib. utriuſq; teſta
menti. Hęc tibi memoriter in pectore hę
reant,hæc tibi conſolatorium & q̃ſi la-
cteum ſermonem miniſtrent,iſta ſugge
rãt qđ alij ſugãt. De pectore tuo erũpãt
radicitus,ut nõ ſint affectata q̃ dicis,ſed
de puro et p̃cordiali ꝓlata affectu,iuxta
illud: Si uis me flere,plorandũ eſt primo
tibi ipſi. Cõpaſſionis & gratulationis af
fectus intus naſcat̃ tibi,ſed ꝑ ſcripturę ſa
cræ ṽba ac ſi ubera q̃dã ad educationẽ
audiẽtiũ ꝓfluat. Pudice qdẽ,ut ĩ re ſeria,
& petulãtia abſit,& ſerenitas adſit. Ad
pulchritudinẽ.n. mãmarum accedit ſi ſe
paululũ attollãt,& tumeãt modice,tm̃
ut habeant authoritatis quãtũ ſat ẽ,au-
ſteritatis nihil. Iõ & uino meliora dñtur
ubera. Sic.n. in laude eorꝝ ſtatim ſequit̃.
Meliora ſunt ubera tua uino. Vbera gra
tiæ,ubera conſolationis,auſteritatis &
duritię,uino meliora ſunt ac efficaciora,
& accõmodata magis ad cõmutãdum
triſtes & exaſꝑatos affect⁹,ad cõſulẽdũ
imbecilles & teneros. Facilius mouent,
& fouent ſuauius. Verbũ.n. dulce,& mi
tigat inimicos,& amicos multiplicat.
Dulce euangelij ṽbũ,durꝝ legis. Et uide
qũo ṽbũ dulce effera gẽtiũ corda con-
uertit,& q̃ſi marinos & ſalſos fluctus ĩ
lactis ſaporem. Inũdationẽ,inqt,maris Deut. 33.c
q̃ſi lac ſugent. De apl'is hoc dictum eſt
ſub typo Zabulon & Iſachar. Hodie ſi-
quis amarus & turbidus fluit,non deſpe
res. Adhibe ubera,inſtilla lac,forte &
ipſe cras lacteus fluet. Quis ſcit ſi non
modica ſtilla totam maſſam cõuertat?
Dabit enim dominus uerbum euangeli Pſal. 67.

zantib.uirtute multa.Sterilis et infirma
eſt ſeueritas legis, & ſine grã ꝑcipit, &
ſine uenia punit,utroq; ubere caret, ĩde
uel ꝑſignatione uel ꝑfiguratione hæc cõ.
tinet,ſed in actu nõ exhibet. Memento
nõ legis ſed euãgelij miniſtrũ te eſſe,mi
niſtrũ Ieſu,q in paſſione acetũ, & in cœ-
na uini ueteris reprobauit acorẽ. Noua
tianus nõ hẽt mãmã ueniæ,nec Pelagius
grãæ.Ille naturæ inueteratæ & corruptæ
bona ꝑdicat,& ad iuſtitiam ſufficere di
cit:hic diuinæ naturæ bonitatẽ tollit,dũ
pniam negat.Ille(ut ſic dicã)reuocat pe
tentes:hic non ſuſcipit pœnitẽtes.Vetu-
ſtatẽ ille ꝓpinat:hic auſteritatẽ. Nõ hẽt
eius doctrina grãæ lacteã nouitatem,nec
Ibidem hmõi dulcedinẽ.Paraſti,inqt pſalmiſta,
in dulcedine tua paupi deus. Pelagius
diues eſt,nõ eget hac dulcedine:innaſci
tur ei,nõ parat̃.Pelagius dicit, non indi-
geo:& Nouatianus,nõ indulgeo.Alter
ꝑdurus eſt,alter ꝑdiues:Para dñe para ĩ
Ibidem dulcedine tua paupi tuo deus.Tu para,
tu repara,& non niſi in dulcedine tua.
Magna multitudo dulcedinis, q̃ de ube
ribus tuis dñe ſugit̃.Quoties poſt opus
graues exceſſus ad iſta acceſſi,ꝑſſi inſtã
Rom.5.d tius:& quãtã lactis expſſi copiã, tu dñe
noſti.Vbi abũdauit delictũ, abundauit
& grã.Sufficiebat mihi ut diuitiæ cõpu
tarent̃ ſi uel mererer ueniã: & ecce abun
dauit & grã.Mammaꝝ preſſi unam,et
utraq; influxit ubertim.Ideo ſponſa tua
grãæ lacte potata,& ſatiata ab uberibus
cõſolationis,didicit et ipſa ubera magis
ꝓbere q̃ uinum. Meliora.n.ſunt ubera
eius uino.Vinum uetuſtate aceſcit:ube
ra totum nouum,dulce totũ effundunt.
1.Co.13.b Deniq; & timor foras mittit̃, & chari-
tas nunq̃ excidit.Hoc eſt mandatũ no-
uum eius,ſemper recens dulcedo. Non
põt amor eſſe,& dulcis non eſſe.Melio
ra ergo ſunt ubera tua uino.Vinum non
malum,ſed ubera meliora.Meliora qui
dem ſunt,miſturam tñ nõ refugiũt uini.
Nã in ſequentib.aliquanto poſt dicet:
Cant.5.b Bibi uinum cum lacte meo. Melius tñ
ſi bibat lac ſolum,et ſine uino:qa in uino
terror eſt,in uberibus cõpaſſionis et grãæ
lene blandimentum.Nam uinum licet ĩ
bonum ualeat & ſoleat accipi:hic tñ ex
collatione uberꝝ aliquid durꝝ & forte ſi
gñare vr̃.Meliora ſunt ubera eius uino:
quia melior eſt dulcis & fraterna cõpaſ
ſio,q̃ indignantis animi durus & immi
tis affectus.Quaſi non hñtes ubera Pau Rom.1.d
lus notat,quos ſine affectione uocat.
Non põt in humano pectore uberib.ca
rere pietatis ſponſa ſponſo ſuo adhærẽs.
Ipſi.n.mons uber,mõs incaſeatus, mõs
coagulatus,mons pinguis.Qũo de tan-
ta lactis copia nil ſponſa capiat,cui bñ-
placitum eſt in hoc monte habitare?Et
ſi in hoc monte ſine intermiſſione habi-
tare nondum poſſumus,recurramus fre
quenter,aſcendamus,inebriemur uberi Prou.5.d
bus.Sic.n.ſcriptura hẽt:Vbera eius ine-
briẽt te omni tpe,& in amore eius dele
ctare iugiter.Videte ad quẽ ſenſum ube
rum interpretationẽ deflectat, ad ebrie
tatem & oblectationem amoris. Quid
neceſſe eſt diutius in q̃renda uberꝝ rõne
morari?magis uero quæramus ipſis ine-
briari.Meliora.n.ſunt ubera uino,qa me
lior eſt miſericordia ſuper uitas: melior
eſt amoris affectio quã afflictio carnis, pſal.61.a
& lacteus potus ſpũalis nouitatis,com
punctionis uino.Ibi.n.oñduntur & gu-
ſtant̃ dura,dum uetus hõ repellit̃ & de-
ſtruitur:hic in nouitate uitæ,diuini fauo
ris lactea capimus blandimenta, nec fu
gæ ſed refugij ſignationem.Bonum qui
dem uinum,ſed ubera dulciora. Bona
compunctio,ſed melior unctio. Odor
enim unguentorum tuorum ſuper om- Cant.4.
nia aromata. Iam ſtudia ueſtra ad au-
diendum redintegrata uideo. Auiditatẽ
ueſtram excitauit odor unguentorum
ſponſæ.Indiſcreta quadam eſurie illa uul
tis hodie uberibus ſuperaddi: date indu
cias uſque mane,hodie ſufficiant ubera,
craſtino accedemus ad unguenta,eo uo
tis noſtris præſtante effectum,qui ube-
rum & unguentorum ſponſæ ſuæ & cõ
mendator eſt & dator,Ieſu Chriſto qui
uiuit et regnat in ſecula ſeculorum,Am̃.

Sermo

Sermo 32.

E Xiguum eſt mihi olei & unguẽ
ti frẽs,& uos hodie uaſa affertis
tanta,tam uacua. Nec ducatis
ad iniuriam,ꝙ uacua uaſa ur̃a dico.Ego
nõ inania ꝑ hoc, ſed magis capacia uo-
lo intelligi,eo ꝙ auida & idonea ſint uo
bis ad capiẽdum ingenia. Quis iſta im-
plere ſufficiat?Attẽditis ad unguẽta ſpõ
ſæ quanta ſit illi aromatum copia,q̃ſi nõ
& inſtrumẽti habẽda ſit rõ ꝑ qđ ad uos
manare debent?Copioſa quidem ma-
teria,ſed nihilominus attẽdite qd mini-
ſter queat.Fiat qđ uultis, non cauſabor
inopiam,ne uos me nõ obſeruatæ ſpon
ſionis incuſetis. Inſtillabo modicũ qđ
hẽo olei uaſis ingẽtib.atq; utinam aliqs
Heliſæus iubeat,cuius uirtus nr̃o ꝓuen-
tum bonũ conatui tribuat. Quid ergo?
Nõne hic multi aſſidẽt Heliſæi,multi ꝓ-
phetæ,aut certe filij ꝓphetaꝝ: & hi oẽs
iubent:& ſi merita inferius eſſent,nume
rus ipſe magni unius alicuius poterat ui
cẽ ſupplere.Inſtillabo ergo aliqd de reli
quijs unguentoꝝ.Nam ipſa in capite li
bri copioſe & ſufficiẽter effuſa memini-
ſtis,& forte fæx illoꝝ nõdum eſt exina-
nita.Nunqnid & ego modo ſum exhau
ſturus illam?Ne ſperetis id à me. nec.n.
præſumo. Fertilis apud ſponſam eſt un
guentoꝝ apotheca.Nõ eſt qđ dicatis:
Exhaurite,exinanite uſq; ad fundamen
Deu.33.d tum in ea.Vtinã cõtingat mihi in hac fæ-
ce intingi in oleo,ſicut ſcriptũ ẽ de Aſer.
Frẽs, ſi nõ meremur in olei doliũ,in un-
guentoꝝ copiam,cum euang. Ioan.im
mergi,ſi nõ meremur tam uberẽ unctio
nẽ,nunqd deſperabimꝯ uel intinctionẽ,
nunqd ſaltem odorem? Nã & odor hic
tm̃ commendatus eſt:& odor,inqt,un-
guentoꝝ tuoꝝ ſuper oĩa aromata: Vbe
ra ꝓſunt ut creſcas,unguẽta ne deficias.
Meliora ſunt ubera tua uino,et odor un
guentoꝝ tuoꝝ ſup oĩa aromata. Et ut
hodiernũ capitulũ cũ heſterno copule
mus,dicamus ubera tenerorum eſſe,un
guenta fortium.Vbera ꝓſunt ut creſcas,
unguenta ne deficias. Meliora ſunt,in-
quit,ubera tua uino.Cõferamus inter ſe
iſta tria,uina,ubera,unguẽta.In uino ue
teris hominis defectio,in ubere noui re-
fectio,in unguẽtis q̃dã delectatio.Vino
carnalis ſenſus inebriat̃ & ſopit̃ & ob-
ruit̃,ubere nouus nutrit̃, unguẽtis adultꝯ
deliciat̃.In primo hõ uetus cõficit̃,ĩ ſcđo
nouus reficit̃,in tertio iã appropinquãs
ad ꝑfectionẽ ineffabili lætitia afficit̃. An
nõ ordo bonus ut de refectione ad dele
ctationẽ accedas, poſt lactis primitias
ad unguentoꝝ delicias?Et à principio
cantici hꝯ utraq; iſta unguẽta & ubera,
& commemorata & copulata ſunt ĩ ꝓ-
conis ſpõſæ.Nec exigua hoꝝ grã, q̃ to-
ties replicat in laudẽ dilectæ,nõ cõtẽtus
commemoraſſe ſemel.Nõne delectatũ
putas laudib.iſtis,q̃s tãto affectu, tã fre
quẽter recẽſet?Eſt & qđ ad te trahas de
tãta ſedulitate iteratæ laudationis:inui-
tationẽ tuã puta hãc iterationẽ:curre &
tu ĩ odorẽ unguẽtorum iſtoꝝ, imò cura Cant.4.c
magis ut hæc ĩ te unguẽta redoleãt,ut et
tu audire dignus ſis, qa odor unguẽtoꝝ
tuoꝝ ſuper oĩa aromata. Nec tm̃ ſemel
hoc audias,ſed iterato has tibi laudatio
nes os dilecti loq̃tur. Recentia in te ſint
et q̃ſi noua ſp unguẽta,nõ areſcãt,nõ ex
ſiccent̃,nõ exinaniant̃. Oleum exinani-
tum nomẽ dilecti.Sed uide ut exinaniat̃
uſq; in te,non exinaniatur à te. Bonum Cant.4.c
eſt ſi cum ſponſa inchoes ab unguentis:
ſed nõ bonum ut cõſummeris in unguẽ
tis.Alioqn tibi dicit Paulus: Cũ ſpũ cœ Gala.3.a
peris,nunc carne cõſummaris.Bñ unge
ris,ſi ſpũ ungeris.Ideo ſic ungere, ut ca-
ro in te immutet̃ ꝑꝑ oleum.Oleum non
immutetur aut minuat̃ ꝑꝑ carnẽ. Oleũ
imò & unguentum non de capite tuo di
ſcedat,ſed exuberet & deſcendat uſque
ad pedes:quia utraq; in Chr̃o Ieſu non
tam uncta,quã ꝑfuſa ſunt unguento.In
tret oleũ interiora tua, ipſis imbibat̃ af-
fectibus,ut carnalitas omnis in te mute
tur ꝑꝑ oleum.Erit.n.qñ & caro immu-
tabitur ꝑꝑ oleum.Vnctus eſt & ꝑfuſus
oleo lætitiæ ꝓ conſortibus ſuis. Ideo ſo-
lus añ reſurrectionis tp̃s dicere potuit: Pſa.44.b
Caro mea immutata eſt ꝑꝑ oleum.Iure Pſal.108.d
anticipauit communis horam immuta

tiõis caro imunis à carnalitate. O hora
optabilis, ó dulce unguẽtũ, qñ & ꝑ qđ
caro diſſoluta aſcẽdet in incorruptionẽ.
Nã ante illũ ſtatum qd niſi deſcendat in
corruptionẽ? Vidiſtis heſterno die frẽs,
aſpexiſtis lachrymabilib⁹ oculis carnẽ
miſeram commutatam, carnem deſcen
dentem de corruptibilitate in corruptio
nem. Et qdẽ ſatis lẽte & cũ mora deſcen
dẽtẽ, nec poſſe penitus corrũpi. Videba
tur uelle corpus qđ occupauerat hr̃dita
te poſſidere ipſa corruptio: & ne deſine
ret putreſcere, nõ ſinebat ꝑputruiſſe. Co
hibebat uires q̃ſi nollet ſubſtãtiã celeri
ter conſumere, ut diutius inficere poſſet.
Nã cũ fuerit caro redacta in puluerem,
qd hẽt ultra corruptela qđ faciat? Oĩs
1. Pet. 1. d caro fœnum, & oĩs gl'ia eius q̃ſi flos fœ-
ni. Exſiccatum eſt fœnũ, & cecidit flos.
His ꝟbis ꝓpheta uelocitatem defectio
nis expꝛ̃ſſit, q̃a facile caro florida & uita-
li pubeſcẽs calore, & roſeo colore pul-
chra, ſed de terra ſucciſſa uiuentium, ex-
ſiccat̃ qdẽ ſubito, ſed nõ cõputreſcit tã
cito. Ergo fœni collatione celeritatẽ ſu-
bitę cõmutationis oñdit, nõ lẽtæ & pu-
tridæ corruptionis expꝛ̃ſſit horrorem. Vi
deres in illo cadauere oſſa quę tecta fue
rãt, q̃dã denudata, q̃dã qdẽ adhuc non
tam tecta quã polluta & inuoluta putre
dine. Graſſabatur in carne miſera longa
corruptio, & attingẽs à fine uſq; ad finẽ
fortiter, miſerabil'r diſſipabat oĩa. Pote-
ram & ego dicere diſſipabat oĩa carnis
eius, eo ꝙ diſſipatio uirtuti diuinę diſpo
ſitionis ſeruiebat. Miſera commutatio,
ſed pulchra rõ qua deo placuit ut carnis
gl'ia non niſi ꝑ putredinẽ deducat̃ in pul
uerẽ. Sæuiat mors, ſæuiat & graſſet̃ ipſa
corruptio ĩ carnem humanã, depopulet̃
eam quãtum p̃t, deducat eam primo in
ſaniẽ, deinde ĩ cinerẽ. Nã hucuſq; p̃t &
nõ amplius quam in puluerẽ deducere,
.ſ. carnis gl'iam. Nõ ad nihilũ cõſumere
ualet carnis ſubſtãtiam, nec penitus cõ
Iob. 14. b ſumere, nec ꝑpetuo poſſidere. Donec
atterat̃ cœlũ, nõ cõſurget, ſed tñ tũc cõ-
ſurget. Tunc.n. effundet dñs de ſpũ ſuo
Ioel. 2. g ſuꝑ oẽm carnem: tũc caro ſctõꝝ erit im
mutata ꝑꝑ oleũ, eo ꝙ ſpũs dñi unxerit
eã. Oẽs.n. reſurgemus, ſed nõ oẽs immu
tabimur. O quãta uirt⁹ unguẽti illius, à
cuius facie corruptionis tã uetuſtæ iugũ 1. Cor. 15. g
cõputreſcit, & caro q̃ conſumpta fuit à
ſupplicijs, reuertet̃ ad dies adoleſcentiæ
ſuæ, adoleſcẽtiæ q̃ nõ diſcedat alia ętate
ſuccedẽte. Efficax oĩno unguentũ, ꝑ qđ
tã inueterata ſanabit̃ cõtritio, et tã anno
ſa ſanies in ſanitatẽ incorruptibilẽ con-
uertet̃. Eccl'ię ꝓpriũ eſt hoc unguẽtũ, iõ
Chr̃iani dñr filij eius à ſponſo ſuo xp̃o.i.
uncto. Etiam accipimus hoc unguẽtum
in baptiſmate. Sed ſicut ibi oꝑatũ eſt ad
ſctificationẽ, ita & in fine tꝑum oꝑabit̃
ad gl'ioſam illã immutationẽ, qñ caro
immutata erit ꝑꝑ oleũ. Quis ſcit ſi nõ in
terim morb. ſinat̃ deſæuire, ut ex uiolen
tia morbi uirtus declaret̃ remedij? Bñ er
go unguẽti huius odor commẽdat̃, eo ꝙ
gratiam eius ac ſi de lõge adhuc odora-
mus. Quod aliud dabis antidotũ tã effi
cax ad mitigãdũ oẽm mẽtis q̃ põt acci-
dere deſolationẽ, q̃ꝫ ꝙ fidiſſima ſpes eſt
reſurrectionis futuræ, & felicis illius cõ
mutationis? Non hẽt doctrinã gentiliũ
reſurrectionis credulitatẽ, & Iudęorum
traditio nõ tenet q̃litatẽ. Illi non credũt:
iſti minus plene, ſed paꝝ pure de ſpũali
reſurrectionis gl'ia, & angelica ſil'itudi-
ne ſentiũt. Gẽtiles unguenti h⁹ odorem
nõ trahũt. Iudæi qdem nõ ipm & pro-
priũ, ſed neſcio quẽ aliũ & adulterinum
ꝓ eo. Apud ſolã eccl'iam unguenti illius
odor & integer & ꝓprius exiſtit. Iõ o-
dor unguẽtoꝝ eius ſuꝑ oĩa aromata. Bo
na unguẽta ĩpaſſibilitas & patiẽtia. Per
illã caro reſuſcitata lædi nõ poterit: per
iſtã mẽs pia inter ꝓuocationes & iniu-
rias illæſa cõſiſtit. Per illã q̃eto & incõ-
cuſſo iure carnis nr̃æ terrã hr̃ditate poſ-
ſidemus: ꝑ hãc ꝟo ipſam aĩam: In patien
tia, inq̃t, ur̃a poſſidebitis aĩas ur̃as. Ip̃a Luc. 21. d
patientia quid aliud eſt, niſi uelut quidã
futuræ impaſſibilitatis odor? Illic mala
nulla inferuntur: hic uero patientię bñfi
cio, ac ſi unguẽto quodam mitigatorio,
etiam quæ illata ſunt, non ſentiuntur. Ef
ficax & utile omnino unguentum qđ in

tẽr carnis uexationes aĩm ab iniuria tue
tur, & continet ne fatiſcat, ne deficiat,
ne laboret. Ego utilitatẽ unguẽti h⁹ p̃di
co, tu forte uoluptatẽ q̃ris. Ne ĩ hoc qdẽ
deero, & adhuc uob̃ excellẽtiorẽ unctio
Iacob. 1. a nem demõſtro. Oẽ gaudiũ, inq̃t, exiſti-
mate fr̃es, cũ in tẽtationes uarias incide
ritis. An nõ tibi ur̃ excellẽtiori unguẽto
ꝑfuſus, q̃ nouit ĩ aduerſis gaudere, q̃ꝫ qui
didicit in ipſis nõ contriſtari? Minus.n.
eſt quo dolor excludit̃, q̃ quo lętitia ſua
det̃. Deniq; & inimicos nõ modo tole-
Luc. 6 rare, ſed amare iubet̃ ſpõſa Xp̃i. Diligi-
te, inq̃t, inimicos ur̃os. Bona ergo ei⁹ un
guẽta, q̃ in triſtibus lætitiã redolent, &
hoſtib. dilectionem p̃ſtant. Dilectio.n.
maior eſt oĩb. ſacrificijs & holocauſto-
matib. Iõ odor unguẽtoꝝ tuoꝝ p̃cellit
oĩb. aromatib. Bonũ planè orõnis aro-
Matt. 5. c ma, bonum incẽſum. Sed audi qd euãge
lium p̃ferat. Si offers, inq̃t, munus tuũ añ
altare, & ibi recordatus fueris q̃a fr̃ tu⁹
hẽt aliquid aduerſum te, dimitte ibi mu
nus tuum añ altare, & uade prius recon
ciliari fr̃i tuo. Aduertis ſatis q̃uo unguẽ-
tũ recõciliationis aromati p̃fert orõnis.
Quid eſt reconciliatio, niſi iterata aĩoꝝ
diſſidẽtium cõciliatio? Et de cõciliatiõe
Pſal. 132. a & charitate fraterna dicit tibi pſalmus:
1. Co. 12. d Ecce q̃ꝫ bonũ & q̃ꝫ iucũdũ habitare fr̃es
in unum. Hæc eſt excellentior uia iuxta
Paulũ, & alijs maior chariſmatib. q̃ꝫ o-
Pſal. 132. a dor unguẽtoꝝ cũctis aromatib. Vnguẽ
tum hoc deſcẽdit de capite in barbã &
orã ueſtimẽti. Xp̃s.n. caput nr̃m pri⁹ di
lexit nos, ut nos diligamus eũ. Iõ & ſpõ
ſa ſe currere dicit in odore unctionis.i. in
æmulatione dilectionis. Nõ dicit unguẽ
ti, ſed unguentoꝝ: eo ꝙ gemina ſit dile-
ctio. Vna q̃ diligimus ip̃m, qm̃ ip̃e prior
dilexit nos. Alia q̃ diligimus inuicẽ, ſicut
& ipſe dilexit nos. Vtriuſq; dilectionis
hẽmus ab ipſo & exẽplũ & donũ. Ipſe
.n. dilectionis & uiã monſtrat, & mini-
ſtrat uirtutẽ. Iõ ſcriptũ eſt: In odore un-
guẽtoꝝ eius curremus. Ipſa cõnexio &
ſuauitas, & amor pr̃is, & filij, & mutua
complexio ꝑ ſpm̃ amboꝝ, non'ne gra-
to nos odore ꝑfundit, & ad ſil'em nos in
uitat æmulationem, ut & nos unum ſi-
mus, ſicut & ipſi unũ ſunt? Felix quidẽ
q̃ ſeq̃tur & currit in odore charitatis il-
lius, ſuauitatis illius, dilectionis illius, un
ctiõis illius. Ipſe.n. ſpũs utroſq; q̃ſi per-
ungit. quos tanta amoris dulcedine cõ-
iungit. Imitemur unctionem iſtam, cur-
ramus in eius odore. Diuinæ illius & eſ
ſentialis unitatis æmula eſt et q̃ſi imago
fraterna charitas, & quædam uelut um
bra unguenti illius & dulcedinis & amo
ris mutui. Ecce.n. q̃ꝫ bonum & q̃ꝫ iucun Pſal. 132. a
dũ habitare fr̃es in unum. Sicut unguen
tum in capite qđ deſcẽdit, &c. Atq; uti
nam de capite nr̃o, qđ ſurſum eſt, q̃dam
unguenti iſtius in nos umbra deſcẽdat,
ut et ipſi audire mereamur, qm̃ odor un
guentoꝝ tuoꝝ ſuꝑ oĩa aromata. Percur Cant. 4. a
re aĩo uirtutes reliquas, uſum & oꝑa ſin
gulaꝝ recenſe: nihil in illis tam ſuauiter
redolet quantum pura de corde chari-
tas. Quem odorẽ tibi ſpirẽt ieiunia, quẽ
odorem eleemoſynæ, ſi in illis charitas
nõ pollet? Caſtitas ipſa & tolerãtia paſ
ſionũ, ſi nõ fuerint charitate cõdita, qd ti 1. Co. 13. b
bi ſuauis odoris refundẽt? Si tradidero,
inq̃t Paulus, corpus meũ ita ut ardeã, &
q̃ſi aroma incẽſum liq̃ſcã totus in igne,
charitatẽ aũt nõ hẽam, nihil mihi ꝓdeſt.
Nõ põt gratis ſuſcipi, quod non cũ gr̃a
offertur. Charitas radix eſt, quaſi rami
uirtutes cæteræ de illa pullulãt, & iõ pin
guedinis illius ꝑticipes eſſe debẽt. Quid
ꝓdeſt ramus ĩ bona oliua, ſi nõ in eo ſen
tit̃ radicis pinguedo & gr̃a? Ita qdẽ nec
uirtutes, nec oꝑa uirtutũ, ſi nõ in eis cha
ritatis & dilectionis uirt⁹ redoleat. Ma
ria cuius ẽt mõ tibi nomẽ de euãgelio ſo
nuit, qd ĩ ea aliud q̃ꝫ dilectio redolebat?
Dimiſſa ſunt ei, inquit, pc̃tã multa, qm̃ Luc. 7. g
dilexit multũ. Bonus h⁹ unguenti odor,
cuius gr̃a ueteris corruptelæ fœtorẽ de-
leuit oĩno, & totã eccl'ię domum ſuauita
te grata perfudit. Dum eſſet rex in accu
bitu ſuo, nardi piſtici alabaſtrum con-
fregit, & effudit ſuper caput recumben
tis. Et nardus illa dedit & adhuc dat &
in finem ſeculi dabit odorem ſuum. Bo
num in ara pectoris ſui Chriſto dño in-

cendit aroma,ac ſi unguentum exinani-
tum cor eius liquefactum flamma cha
ritatis: Sepulto dño, uide q̃ officioſa,q̃
ſedula monumẽtum frequẽtat. It & re-
dit,uidet angelos.apł'os inuitat,abeunti
bus illis nõ abijt illa. Ardens eſt,inquit,
cor meum:deſidero uidere deum meũ:
q̃ro & nõ inuenio eum.Nõne tibi anxie
tas iſta q̃rentis,eximiæ quoq; dilectiõis
vr̃ odorem ſpirare? Hæc uerba dum in
eius memoria cantant, nõne q cantant
& ipſi quoq; inflammant? Deniq; & ip
ſe Ieſus q deſiderat,unguẽti illius fragrã
tiã odorat,et q̃ſi currit ad illã ĩ odore ue
Mar. 16.b hementis amoris. Quidni ad cognata li
benter recurrat unguenta? Quaſi in ma
tutino feſtinat ad illã, & ſurgens mane
prima ſabbati,primo apparet Mariæ,et
ungit eam oleo lætitiæ p̃ conſortib.ſuis,
dum ſe iã reſurrexiſſe manifeſtat in gl'ia.
Iã aromata illius in unguẽta cõuertit,et
deſideria eius in dilectionẽ commutat.
Aroma mihi ur̃ offerre,q orat & optat.
Tũc aũt unguento pfundit, cũ eius quẽ
amat,potit copia:cũ pñtia delectat.Bo
num qdem orare et deſiderare dñm,ſed
amare & hr̃e & frui melius. Et(ut ita di
cã)cũ non hẽs,bonum eſt mẽdicare, ſed
melius mãducare. Si potes abſentẽ ama
re,quãto magis cum adeſt,cũ copiã ſui
indulget,cum experiẽtia dulcis alimen
ta miniſtrat amori? Tunc.n.& ſpũalius
& pfuſius ungit aĩa, cũ illi q unctus eſt
ſpũ & uirtute,arctius iũgitur. Tunc p̃ci-
pue dilecto placet,tũc ſuauius redolet,
cum tota fuerit in ip̃m trãsfuſa, cũ adhę
rẽs illi uni,oris fragrat unguẽto,unguen
to illo qd' de ſponſo redundat in ſpon-
ſam. Iucũde oĩno & ſuauiter redolet co
habitatio iſta in unũ,ſicut unguentum ĩ
capite qd' deſcẽdit,&c. Iõ odor unguen
tor̃ eius ſup oĩa aromata. Et ſi unguẽta
ẽt ipſi ſpõſæ alia ſint:nulla talia ſunt,q̃le
illud,qd' deſcẽdit in ipſam,hora hac ma
xime q̃ dilecto cohæret,qñ iter eius ube
Cant. 1.d ra morat,qñ cubat in ſecretario cordis.
Deniq; qñ rex eſt in accubito ſuo, tunc
nardus ſpõſę ſpargit odorẽ ſuũ,odorem
bonũ ſup oĩa aromata,odorem ſponſi,
magis ṽo odorẽ ſpõſum. Ipſe eſt.n. dile
ctæ ſuæ unguẽtũ,ipſe eſt odor:nam ipſe
in dilecta ſua cõplacet ſibi,ipſe redolet.
Aque utinã unguẽtũ hoc de capite nr̃o
non diſcedat,& odoris eius fumus aſcẽ
dat de cordib.noſtris in ſcl'a ſcl'or̃. Am̃.

Sermo 36.

Dies iſta dñicæ reſurrectionis an
nua celebritate ſolennis, de un-
Luc. 24.b guentis repetito tractatu me cõ
Ioan. 19. pellit inſtaurare ſermonem. Veniunt ho
die mulieres cũ aromatib.uenit & Ni-
codemus terens miſturam myrrhæ &
aloes quaſi libras centũ: Maria Magda
lene ipſa præuenit ungere corpus Ieſu in
ſepulturam. Videtis quãta myſteria ce-
lebrantur in unguentis? Magna myſte-
ria, & quis ad iſta idoneus? Quis digne
unguentor̃ aſſignabit diſtinctionẽ,pro
prietatem exponet? Diſputatio hæc ex
perientis eſt,non coniicientis. Nõ eſt.n.
facile cuiquã de unguentis tractare, niſi
quẽ ipſa docuerit unctio. Hodie unctus
eſt dñs oleo lætitiæ præ conſortib.ſuis,
non tñ ſine conſortibus ſuis. Qũo.n.cõ
ſors eſt qui non congratulatur,non con
gaudet,qui de ſurgente non conſurgit in
nouam lætitiam? Opportuna quidem
occaſio de unguentis uobiſcum diſſere-
re,ſed multo magis opportuna unguen
tis redolere. Vos exigitis à me ſermonẽ,
& ego à uobis unguentor̃ odorem de-
poſco. Qua rõne cum ſctis mulieribus
dñi Ieſu frequentatis monumentum, ſi
nullum ſpũale defertis ad illud unguen-
tum? Caro dñi hodie glorioſe eſt immu
tata pp oleum. Non'ne condignum ur̃
ut corda nr̃a immutentur & conuertan
tur in oleum ſpũale,in oleum exultatio-
nis & lætitiæ? Inſtitueram de unguentis
ſermonem,& ecce diſputatio nr̃a hæſit
in oleo. Et quid oleo cũ unguentis? Mul
tum qdem,& ſi non p omnem modum
idem eſt,accedit tñ ex parte aliq̃ & aſſi-
milat eis. Oleum.n.quamuis nõ fragrat,
mitigat tñ: non bñ olet, ſed bñ ungeris
ex eo. Hic aũt non tam unctionem q̃ o-
dorem commendat in unguentis ſpõſę.
et odor,inqt,unguentor̃ tuorum ſuper
omnia

omnia aromata. Nõ omnis anima odo
riferis abundat unguentis, ſicut & mu-
lier illa in Regum libro loquit ad pphe-
4.Re.4.a tam: Non eſt in domo mea niſi paululũ
olei quo ungar. Non habet hæc mulier
unguẽta odoriferis ſpeciebus cõpoſita,
ſed oleum ad unctionem ſimplex & exi
guum. Maria Magdalene,non legis ſed
Mar.14.a euangelica mulier unguentũ defert nar-
Luca.7.g di ſpicati p̃cioſi: nec exiguũ,ſed libram
integrã. Et ipſe Simon redarguit à dño,
q nec oleo qdem caput ei9 punxerit, cũ
illa caput ei9 pfudit unguẽto. Vides qũo
unguẽta oleo p̃ferunt, & odorifera un-
guenta? Nam p̃ter hoc q unctionis hñt
effectum,quodã odoris ſpũalis bñficio
p̃rogant. Vnctio qdem parcior eſt,ſed
fragrãtia ſe diffundit in plures. Etiã q ſo-
lus ungit,non ſolus odorat. Virtus eſt
cõis,in oẽs ſe ſpargit, Ergo unctio tibi,
odor & aliis & tibi. Bñ ungit & bñ re-
dolet,q diligit bona corã deo,& puidet
bona corã hoib. Gaudete,inqt Paulus,ĩ
dño ſp,& iter̃ dico gaudete: modeſtia
ur̃a nota ſit oĩb. hoĩb. Gaudete ad un-
Phili.4.a guenta modeſtiæ. Notitiam referto ad
odorem. Audi qũo ipſe Paulus odorem
2.Cor.2. ad notitiam trahit. Et odorem,inqt,no-
titiæ ſuæ p nos manifeſtat ĩ oĩ loco. Bo-
num ergo unguentum, & bonus odor
ſpũalis in dño exultatio: & modeſta ex-
hibitio,lætitia & notitia. Bñ ungit, cui
1.Co.10.g dñs in conſciæ interioris gaudio placet,
q delectat in ipſo: & bñ olet q cum Pau
lo oĩb.p oĩa placet: & non placet niſi in
dño: ĩ c9 modeſto habitu, diſcreto ope,
ſermone docto,interioris alacritatis &
gr̃æ fragrant unguenta. Bñ ungitur qui
gl'iat in dño: & bñ olet,p quẽ dñs gl'ifi-
catur corã hoib9. Et ipſi q redolet,odor
flecteris, ad ſenioris arbitriū reflexa, &
q̄ſi fracta ſit uoluntas, nō murmur reſo-
net, non q̄rimonia: eſto cinamomum cō
fractum, uiſibile ſpiramētum emitte, eo
ꝙ uirtus humilitatis in infirmitate uexa
tionis, & uelut fractionis ꝓficit & ꝓba
tur. Et ſpiramentū & uiſibile dr̄. Spira-
mentum, qa tranqllitas ſeruat in corde:
uiſibile, qa relucet in facie. His annectis
& omnia ligua Libani. Et uide ꝙ nulla
niſi Libani ligna ponit, nec aliq̄ q̄ ſunt
Libani p̄termittit. Cum oīb. inqt, lignis
Libani. Ligna Libani & imputribilita Cant.4.d
tem hn̄t, qa cedrina ſunt: & puritatem,
eo ꝙ ſunt Libani. Sola eccl'ię ligna ſūt,
q̄ hn̄t myſterium fidei in conſcia pura,
& quandam q̄ſi imputribilitatem con-
tinentiæ: ſola eius ligna & puritatem &
ꝑpetuitatem hn̄t. Bonum planè lignum
uir eccl'iaſticus, in quo concurrūt & ob-
uiant ſibi fortitudo diſciplinæ, & decor
fidei. Fortitudo & decor indumētū eiꝰ. Prou.31.d
Erūpunt his diebꝰ ligna quędā, quę nō
plātauit pr̄ cœleſtis, ligna quę nō ſunt
plantata i Libano nr̄o. Fortitudinē prę
tēdūt operis, iniuriarū iſenſibilitatē, par
ſimonię tolerātiā. Cedrina uidētur, ſed
Libani nō ſunt, qa imūda eſt eorū mēs ad Tit.1.d
et cōſcientia. Infidelibꝰ.n. nihil eſt mū-
dū. Fortitudo qdē quę oſtēdat et uire-
ſcit i cōuerſatione, i cōfeſſione putreſcit.
Quod ibi q̄ſi fulget, hic fœtet: In opere
qdē uidet pietas, i iterrogatione ifideli-
tas putret. Fortitudo lapidis, fortitudo
eorū, & caro ęnea eſt. ſ. nō degnerāt à
patre ſuo de quo i Iob ſcribit: Induratū Iob.41.e
eſt cor eius q̄ſi lapis, ſtringit tāq̄ mallea
toris icus. Male fortes ſunt non ꝓ fide,
ſed cōtra fidē. Nō.n.emolliuit oīpotēs
cor eorꝝ, nō emolliuit, nō emūdauit, nec

fide candidum fecit: iō non ſunt Libani
Rom.14.d ligna. Oē qđ non eſt ex fide, pctm̄ eſt:
q̄uo non magis quod eſt contra fidem?
Non ſunt ligna Libani, quæ fidei non ir-
rigat puritas. Steriles ſunt uirtutes, quæ
non fœcundanť ꝑ fidem: ſed ipſa fides ſi
ne uirtutib. mortua eſt. Candorem eius
nulla incontinentiæ fœdat putredo. In
eccl'iaſticis lignis utraq; obuiāt ſibi: for-
ma fidei, & opis fortitudo. Talis cedrꝰ
noſtro plantať in Libano. Hic eſt & ali
bi non eſt puritas fidei, & ꝑpetua & q̄ſi
incorrupta ꝑſeuerantia uirtutis. Hic.n.
emittiť myrrha & aloe cum oīb. primis
unguentis. Hæ ſpēs ea ēt q̄ ꝑ ſe corrupti-
bilia ſunt, à corruptione illęſa ſeruare no
ſcunť. Quid.n. hęc poſt ligna Libani un
guenta ꝓduceret, ſi nihil ī eis eſſet diſtā-
tię? Nam etſi uñr ſil'a, diſtinctionem tñ
recipiunt. Illa.n.i. Libani ligna incorru-
ptibilitatem in ſe hñt: iſta.i. myrrha &
aloe, non hñtib. exhibent. Illa imputribi
lia ſunt, iſta imputribilitatem conferūt.
Bonum ergo lignum, & ỽe plantatum
in ꝑadiſo dñi, in monte illo egregio, in
monte Libano, qđ & ip̄m ſe cōtinet ne
ꝑ illicita defluat, & ſermonis ſui myrrha
à tali fluxu alios reddit īmunes: cꝰ corpꝰ
q̄ſi cedrinū eſt, & à labijs myrrha diſtil-
lat. Myrrha, inq̄, & aloe cū oīb. primis
Cant.4.d unguentis. Poſſumus ꝗdem & hæc ad q̄
tuor cardinales uirtutes interp̄tando de-
flectere, ſi intelligamus in cedro fortitu
dinem, in Libano fidem, q̄ ipſam prudē-
tiam informat: in myrrha tēꝑātiā, conti
nentiam & iuſtitiam: in aloe puritatem.
Nam hꝰ arboris gūmi dř ſtomachū pur
gare. Per myrrhā ergo exteriora cōſtri-
cta ſunt, ꝑ aloe interiora in hypocriſi fi-
cta non ſunt. Hēs iam in his hæc q̄tuor
exp̄ſſa. Primo cōſtantiam, ne ad tp̄s cre
das, & in tꝑe tentationis recedas. De-
niq; prudentiam, ut ſit rōnabile obſeqū
tuum. Sic myrrha mortificandæ carnis
ſequeť, cum habueris zelū, ſcđm ſciam.
Quarto loco aloe, cū ip̄m cor offerť &
adoleť, ut ſil' ſit & in myrrha mortifica-
tio carnis, & in aloe emundatio cōſciæ
ab oꝑib. mortuis, ad ſeruiendum deo ui
uenti: ne ſimus ſeruiētes ad ocl'm, nec q̄ſi
hoīb. placentes, ſed magis deo. Non ne
btā ỽe ſponſa, cui tot blādimenta dñr?
Multū īmiſſum eſt ei, q̄ tot emittit mu-
nera grata dilecto. Nam in his oīb. ipſe
gl'iať, & ſponſæ ſuæ applaudit munerib.
Ieſus Xp̄s: qui uiuit & regnat per om-
nia ſecula ſeculorum. Amen.

Sermo 37.

Cant.4.d FOns hortoꝝ, puteus aquaꝝ ui-
uentium q̄ fluunt impetu de Li-
bano. In capl'i principio iſtius
fons dicta eſt ſponſa, & nunc in fine fon
tis eam impartit uocabulo dilectus ſuꝰ.
Ab ubertate inchoat, & in ſenecta ube-
ri multiplicať, origini finis rñdet. Multæ
ſunt emiſſiones eius, ſed ipſa emiſſionib.
non exhauriť. Non areſcit mora, nō ex-
ſiccať emanatione. In initio hꝰ capl'i dř
fons ſignatus, hic innuiť non exſiccatus.
Ibi q̄les ſint emiſſiones eius, hic q̄ ſint ī-
defeſſæ doceť. Copioſi ex hoc fonte riuu
li gr̄aꝝ emanant, & ſꝑ tñ fons manet.
Ab eo in quo inchoat non ſe cohibet: iō
hic & ibi fons dř. Sed & iam uide quo
in loco eius aq̄ fluunt: ubi niſi in hortis?
Fons.n. eſt hortoꝝ, & delicate fluit, qui
non ab hortis egrediť, q̄ non lauat, ſed ri
gat. Cꝰ in hoc oīs uſus eſt, nō ut auferat
fœditatem, ſed ut fœcūditatem afferat.
Bonus quidem fontis uſus mundare, ſed
melior fœcundare. Ille abluit inq̄namē-
ta: iſte q̄ſi ablutione q̄dam, gr̄aꝝ com-
portat augmenta. Ille germina lota red-
dit: hic læta. Ille patens eſt in ablutionē
pctōris & menſtruatæ: hic ſignatus de-
licijs ſpōſæ: Tota pl'chra es amica mea,
Cant.4. & macula nō eſt in te. Iō nō niſi fōs hor
toꝝ dř fons deliciaꝝ. Deniq; q̄ uarius
& multiplex eſt cœleſtiū deliciaꝝ mo-
dus, tantus uř & numerus hortoꝝ. In a-
lio rubēt roſæ, ī alio cādēt lilia, colorēq;
flores uiolæ purpureū reddūt. Tot hor-
ti ſūt quot uirtutū plātatiōes ſil' collectę:
ubi tm̄ flos unus eſt, q̄s ibi hortū eſſe dif
finiat? Sic nec una caſtitatis plantatio,
nec una iuſtitię, horti p̄t ītegritatē exple
re. Salōmō q̄ delicatꝰ & tenellꝰ dictꝰ ē,
Eccles. ipſe ſibi fecit hortos & pomœria, cōſe-

uit ea cuncti gñis arborib. Non arbore
cōſeui, inq̄t, ſed arborib. nec unius gñis,
ſed cuncti gñis. Extruxi, inquit, mihi pi-
ſcinas aquaꝝ ut irrigarē ſyluā lignoꝝ
germinantium. Diues q̄dem in delicijs,
qui non rara ligna, & q̄ p̄ paucitate nu-
merari & ſcribi poſſent, ſed integram
poſſedit ſyluam lignoꝝ germinātium.
In horto q̄ppe ſapīæ nihil ſterile, nil non
germinans. Sic & ſponſa plures hēt hor
tos, & cuncti gñis uirtutum copioſe uir-
gultis eſt conſita. Et in ſequentib. ſpon-
ſæ ſponſus applaudit dicens: Quæ habi
Canti.8.d tas in hortis, amici auſcultāt te. Fac me
audire uocem tuam. Iure oīo. Quid.n.
niſi dulce auſcultare illi, q̄ in hortis mo-
rať, & de hortis loquiť? Non audiť foris
uox eius, nec extra hortū: iō amicus eſt
q̄ in hortis cōmorať cum ea. Nec tam in
hortis eſt q̄ hortus ipſe. Ipſa hortus, &
ipſe fons, hꝰ hortos doctrinæ ſuæ fluen-
tis irrigans. Felix ſponſa q̄ non hēt niſi
hortos irrigare. An non in hoc frequen-
ti conuentu tot horti quot aī? ꝑꝑ unani-
mitatē hortus unus: ꝑꝑ differentes gr̄as
horti plures. Vtinam in his hortis nulla
radix amaritudinis ſurſū germinet, nul-
lum ſit lignū inutile, nullū qđ hortum
ſponſæ dedeceat, nullus ſit hic hortus
oleꝝ, quia olera herbaꝝ cito decident.
Pſal.36.a Qui.n. inquit, infirmus eſt, olus mandu-
Rom.14.a cet. Vos aūt olerib. non indigetis q̄ſi in-
firmi. Qđ.n. infirmum eſt in uobis, for-
tius eſt ſcl'arib. Illoꝝ infirmitas q̄eſcit ī
licitis, ad ꝑfecta ur̄a laborat. Illoꝝ infir
mitas eſt uti cōceſſis: ur̄a q̄dem citra ꝑ-
fectum ſubſiſtere. Quid eſt in uobis eſſe
infirmum, niſi non eſſe ꝑfectum? Quid
eſt in uobis eſſe infirmū, niſi ſūmū non
app̄hendere? Et q̄d forte niſi ut app̄hen
datis contendere? Iō infirmum nr̄m for-
tius eſt ſcl'arib. & (ut ſic dicam) melior
eſt infirmitas monachi, q̄ ſcl'aris bñfa-
ciens. Oꝑa q̄ penes nos putanť infirma,
quāti crederenť ſi ab ipſis fieri uiderenť?
Perfectoꝝ ſolidus cib. eſt: quot tñ in no
bis impꝑfecti ſunt, eſum oleꝝ dedignanť.
Quæ ſcl'arib. licēt infirmis, nr̄is nec ex-
hibenť, nec ipſi exigunt. Apud nos ꝑfe-
cta ꝓfeſſio, q̄uis infirma expletio. Per-
fectæ plantationes, ſed incrementa infir
ma. Irrigādæ ſunt ut creſcāt, ſed ſp̄ualib.
aq̄s. Paulꝰ bñ nouit q̄b. aq̄s quemlibet
1.Cor.7.b hortū irriget. Coniugatis, copulæ mari-
1.Theſ.5.d talis uſum diſpenſat: conſolať puſillani-
mes, ſuſcipit infirmos, carnalib. potum
lac p̄bet, ſapiam loq̄ť ſp̄ualib. q̄ dijudi-
cant oīa: ſapiam aūt non hꝰ ſcl'i, ſed quę
ex deo eſt, ſapiam abſconditam in my-
1.Cor.7.b ſterio. Et ſiq̄s alius loq̄ť decorē domus
1.Co.2.d dñi, locum habitationis gl'iæ eius, thala
mi đlicias, gaudiū quo gaudet ſpōſus ſu
ꝑ ſpōſam, & quo uiciſſim ipſa gaudens
gaudet in dño: planè hic hortū oleꝝ irri
Ibidem. gare talib. debet aq̄s. Aīalis.n. hō nō ꝑ-
cipit ea q̄ ſunt ſp̄us dei. Et oīo q̄ſq̄s ſp̄ua
lia uel agenda præcipit, uel intelligēda
ꝓponit, nōne tibi uř aromaticis in hor-
tis q̄ſi fons purus manare? Et bñ purus,
cui nō eſt neceſſe inter auditoꝝ ꝑfectio
nem, q̄ in hortis auſcultant, niſi de ſp̄ua-
lis uitæ puritate diſputare, & q̄ſi ꝑadiſi
īcolis đ ꝑadiſi ꝓpinare fluctis. Iuxta hūc
ſenſū: hortū, auditores ītellige: fōtē, do-
ctores. Sed ſi fōs ſunt, q̄uo puteus? No-
ſtis.n. q̄tū iter ſe diſtēt hi noti fontes et
putei. Puteꝰ īfodiť, fōs gratis fluit. In illo
aq̄ recōditæ ſūt, ī iſto q̄ſi ꝓpoſitæ, & ſe-
ipſas offerētes ultro. Magna eſt in iſtis
dr̄ia, nec p̄ñt utraq; in alterutris īueniri.
Nō p̄t uel fōs putei uel puteꝰ fontis ꝓ-
pria & domeſtica uendicare ſibi, ut erq;
naturæ ſuæ cōtineť limitib. Corꝑalia &
terrena anguſta ſunt, ſp̄uales abūdāt di-
uitiæ. Ad ſp̄ualia ſi referamꝰ iſta, in eodē
erit īuenire fōtē & puteū, & alterutra ab
īuicē ꝓpria cōicari. Cōicemus ergo hęc
ſi uultis inuicem ꝓpria, & in eodem aſſi
gnemus utraq;. Accipiamus ī fonte ſuf-
ficiētiā doctrinæ, in puteo ſecretū. In illo
abūdātiā, ī iſto alta myſteria. Et q̄dē bo
nꝰ doctor q̄ quaſi de quodā alto puteo,
ita de abdito ſapię theſauro copioſe ꝓ-
1.Cor.2.c fert noua & uetera, puteꝰ ē: q̄a q̄ dei ſūt,
nemo nouit niſi ſp̄us đi. Sp̄us.n. oīa ſcru
tať, ēt ꝓfunda dei, & q̄ſi fons q̄dā ꝓdu-
cit ī mediū, et ỽtutū hortos irriguos red
dit. Hētis ergo ī puteo occl'tationē, ī fōte

copiam. Profuſionem ĩ fonte, & ſenſuũ
ꝓfunditatem in puteo. Puteus altus eſt,
ſed non indiget hauritorio. Fons eſt, &
gratis fluit. Qui ſitit, ueniat & bibat de
aquis ſponſæ, de aquis Berſabee, ut no
uus ex ea Salomon naſcatur. Et Berſa-
bee puteus ſeptimus interpretatur. i. pu-
teus quietis, puteus ſapiæ. Nam ſapia in
ſpũalium catalogo munerꝝ aſcendenti
ſurſum ſeptima occurrit. Sicut & puteus
Eccl. 1.a ſapiæ, ita & fons ſapiæ legiť. Et forte in
his duob. gemin⁹ eius modus exprimi-
tur. Vnus q fit p̱ inueſtigationem, alter
q fit p̱ inſpirationẽ. Fõtis aq̃ ultro ꝓrum
punt. In puteo ỽo terrę ꝑrũpiť moles, et
ſoliditas penetrať, ut ad aquã uiuã ꝑtin-
gas. Vtraqꝫ alteri neceſſaria eſt, & indu
ſtria grãæ, & grã induſtriæ, & uicariam
opem ſibi cõicant. Inuanũ. n. laborat, q
puteum fodit, ſi nõ ipſe fons uitæ gratis
affluat. Sed & tibi gratis foderis puteũ,
& receptaculũ aq̃rũ p̃parraueris, ſi fuerit
neglectus puteus tuus. Et ſi tu ſqualeas,
non deſcendent in illũ aq̃ uiuæ, nõ fluẽt
impetu de Libano. Aq̃ q̃ deſcendunt de
Libano, neſciunt colligi niſi in puteum
candidũ. Et aq̃ q̃ cum impetu fluunt, uo
lunt puteũ hr̃e capacem. Altum & ca-
pacem efficies cordis tui puteum, ſi cu-
ras terrenas egeras, ſi locum efficias in
aĩo tuo lętitię ſpũali, ſi os tuum ap̱ias ut
attrahas ſpm̃, & fluant in uentrẽ tuum
flumina aq̃ uiuæ. Ad hoc opus p̃parata
ſunt foramina tua in die natiuitatis tuę,
ſicut ſcriptum eſt de principe Tyri. Ca-
pacitas ĩtelligẽtiæ naturalis, q̃ ĩ die crea
tionis p̃ cæteris aĩantib priuilegiat⁹ es,
ingentis receptaculi uicẽ tenet ad com-
prehendẽdas cõtinendaſqꝫ aq̃s uiſionis
Gen.16.d & uitæ. Legimus. n. uiuentis & uidẽtis
puteũ. Qui ſi poſt pc̃tm̃ uitĳs, ul' ĩnatis,
uel ſup̱additis obſtruſus ur̃, ap̱iat illũ fi-
des, ſpes in altũ inſtãter diffodiat, dila-
tet amor. Ociũ & exoccupatio cohære
re ſitu turpi nõ ſinat. Siqdẽ feriatas mẽ
tes ab anxĳs curis uolũt hr̃e feſtiua gau
dia, & uacationẽ ſibi uendicat uiſio dei.
An nõ tibi quidã puteus altus ur̃ ille, in
quo reconditi ſunt oẽs theſauri ſapię &
ſciæ dei? An Mariam q̃ſi puteum aq̃ pu
riſſimæ inficiaberis, q̃ conſeruabat oĩa
uerba de Xp̃o, conferens in corde ſuo?
Eſto & tu talis pute⁹ ꝓ modulo tuo, pu Luc.2.g
teus altus & amplus. Iſaac poſt calum- Gen.2.d
niæ puteũ, poſt puteũ inimicitiarꝫ, poſt
hos, inqꝫ, duos puteos relictos, duos pu
teos effodit: puteũ latitudinis, & puteũ
ſatietatis. In illo cœpit non rixari cum
uitĳs, in iſto cœpit fructu deliciari uirtu-
tis. Noluit cũ Philiſtæis puteum hr̃e cõ-
munẽ, qui interp̃tanť potione cadentes.
Puteos inimicitiarꝫ, & calumniæ reliqt
Philiſtæis. Corruunt planè, q bibunt de
erroris & ſchiſmatis puteo. Tales pu-
teos fodiunt authores, bibũt auditores.
Sic confodit Arrius, ſic Donatus. Alter
fidei calumniam induxit, alter fr̃nitatis
copulam ĩ p̱tes diduxit. Ille trinitatis æq̃
litatem hr̃tica diffinitione diſtinxit gra-
dibus: iſte eccl'iæ unitatẽ ſua p̃ſũptione
diſtraxit p̱tib. Dathan & Abiron pu- Num.16
teos calũniæ foderũt aduerſus Moyſen
& Aaron, & inciderunt in foueam ipſi,
quam fecerunt: quos terra uiuos abſor-
buit: potione quã ipſi foderũt, p̃cipitati
ſunt, nomen Philiſtæorꝫ interp̃tãtes euẽ
tu. Bonus aũt puteus, de c⁹ aqs q bibe-
rit, exaltabit caput, non potione cadet.
Quaſi foueã fodit, q terreni ſenſus acu-
mine ſcripturæ ſoliditatem penetrat, &
uiolẽter ſcindit hortulum eccl'iæ quod-
dam incognitũ dogma ꝓducens & ob-
ſcura myſteria: ſed & q ſubtili ſcrutinio
& doloſa machinatione fr̃nę charitatis
ſolida p̱forat, & diſcordiæ uenã ap̱it: q
ſe conſpirationum claudit, & ſignat in
puteo, nõ acqeſcẽs egredi, ſed magis ac
magis ĩgrediẽs ĩteriora ſchiſmatis, & ei⁹
effodiẽs abyſſũ. Philiſtęorꝫ ẽ hic pute⁹,
nihil tibi ſit cõe cũ illo. Sẽſim primo, &
ſecreto creſcũt, & de terrenæ & brutæ
mẽtis erũpũt uiſcerib. donec poſtea cũ
ĩpetu fluãt, ſed nõ fluũt d̃ Libão. Nõ hæ
aq̃ fideles ſũt, ñ aq̃ uiuę. Nõ p̃t ſibi cõſta
re diſcordia, ñ p̃t ĩter p̱iẽtes ſchiſma ppe
tua pax ſeruari. Ip̃m ſchiſma ĩfidũ ẽ ſibi,
neqt ſibi coherer̃ diuti⁹, qd̃ charitatis p̱-
tentat diſſoluere glutinũ. Siqs te ad hos
puteos

puteos inuitauerit, dirũpe (ſi potes) pu-
teos Philiſtinorꝫ, & aq̃s peſtilẽtes exſic
ca: relique Philiſtęis puteos ſuos, puteos
inimicitiarꝫ. Sectare puteos cœleſtium
deliciarꝫ, puteos aquarꝫ fidelium, & aq̃
rum uiuentium, q̃ fluunt impetu de Li-
bano. Eſto flos horti, & horti concluſi,
ut non diripiaris: & uidebis q̃uo tibi di
rumpet dñs fontes & torrentes. Cõuer
ſare in horto, ſi forte & ipſe conuertaris
in puteũ, & de uentre tuo flumina fluãt
aquæ uiuæ. Quænã ſunt aq̃ uiuæ, niſi aq̃
non deficientes? Et quidem bñ hauſtus
aquarꝫ æſtum deſiderĳ ſine defectu refri
gerant, ſcl'i oblectamenta ul'r falſam p̃fe
runt refrigerĳ ſpẽm, & ſcl'arem concupi
ſcentiam ſedant ad horã, ſed q̃ſi ſub ipſo
ortu ſtatim areſcũt, nec fluunt uena p̱en
ni, q̃ſi torrens raptim tranſeunt, & non
eſt inuenire in hoc torrente aq̃s uiuas.
Gen.26.d Alio quodam Iſaac fodit in torrente, &
aq̃s uiuas inuenit. Eſt. n. torrens, qui ſua-
uis ur̃, ſed ſalutaris non eſt nec ſempiter
nus quidem, ſicut ſcl'aris ille, quem p̃di-
ximus, fluxus uoluptatis. Et eſt torrens
ſalutaris qdem, ſed ſempiternus: ſi tñ ef-
2.Pet.1.d foderis in eo, aq̃s uiuas rep̱ies. Hẽmus,
inquit Petrus, firmiorẽ ꝓpheticũ ſermo-
nem, cui bñ facitis attendentes, tanqꝫ lu
cernæ lucenti in caliginoſo loco, donec
illuceſcat dies, & lucifer oriať in cordib.
ur̃is. Non extingueť in nocte iſta lucer-
na. interim. n. uſus eius neceſſarius eſt.
Sed cum dies æternus eluxerit, ꝓpheti-
cæ lucerna ceſſabit doctrinæ, & l'rarĳ ſer
1.Cor.13.b monis exſiccabiť torrens. Siue. n. ꝓphe-
tiæ euacuabunť, ſiue linguæ ceſſabunt, ſi
ue ſcia deſtrueť, futuræ manifeſtationis
reſpectu turbidus (ut ſic dicam) ĩ modũ
torrentis fluit ſacræ ſermo ſcripturæ, in-
ſtruens nos p̱ ſpeculum & in ænigmate.
Illius aũt, q̃ eſt facie ad faciẽ uiſiõis, ỽæ
puræ ſunt & p̱ẽnes aq̃. Non deerunt illę
tibi, non tu illis. Cum mortalitatis tran-
ſierit torrens, tranſibunt cum mortalita
te myſteria nubila, & ſine uelamine ſere
na ỽitas pp quam hic torrentem effo-
deras, hilariter erumpet. Iſtic locus eſt
ſpeculo, illic directæ ſpeculationi. Solet
tñ aliquo modo hæc ſpeculatio locum
alienum peruadere, & in loco p̱agrina-
tionis ſe uiantib. hilariter oñdẽs, inuitat
ad p̃riam. Vere qdẽ feſtiuus, ſed furtiu⁹
adhuc iſtius æterni & luminis radius, et
fluminis riuus. Non emicat, nõ emergit
niſi in hortis, & in hortis aromaticis. O'
altitudo diuitiarꝫ ſapiæ & ſciæ dei, q̃ꝫ ſi-
milis es puteo? Nõ potes exhauriri. Aq̃s
uiuas effũdis, & aq̃s ſalubres & uberes.
Quis dabit hortulo meo has aquas, &
cordi meo hunc puteum deliciarꝫ? Ab Pſal.18.d
occultis meis munda me dñe, & ab alie Pſal.50.b
nis parce ſeruo tuo. Fac me Libanum,
aſp̱ge me & mundabor, laua me & ſup̱ Pſal.18.d
niuẽ dealbabor. Emunda me à delicto
maximo, & erunt ut complaceãt eloqa
oris mei, & meditatio cordis mei in cõ-
ſpectu tuo ſp̱. Fac me Libanum ut has ti
bi ſp̱ aq̃s effundam. Erunt, inquit, ut cõ-
placeant. Quid eſt complaceant, niſi ut
utraqꝫ placeant, & utriqꝫ placeant? Cui
utriqꝫ, niſi mihi & tibi? Quæ utraqꝫ, niſi
eloqa laudis, & meditatio cordis? Aq̃
iſtæ uiuentes ſunt, qa ſp̱ complacent, ſp̱
fluunt: ſed non fluunt niſi de Libano, nec
lente qdem, ſed cum impetu. Magnus ĩ-
petus uiolenti ſenſus amoris, & dulces
tñ nõ difficiles aditus impetus hẽt. Ma-
gnus ĩpetus eius, qa uſqꝫ ad affectũ p̱tin
git efficaciter, & exhaurit ſuauiter. Ma-
gn⁹ ĩpet⁹ ei⁹, c⁹ uehemẽtiæ reſiſtere nil
p̃t. Cũ ĩpetu, ĩqt, d̃ Libano: Exp̃ſſit cãm
redũdãtiæ, noĩe Libani. Mũditia locus
eſt redũdãtis lætitiæ, & aq̃s ſapiæ ſalu-
taris effundit, de cãdido ꝓrũpit, & cãdi
di⁹ reddit. Cõgere ĩ unũ, & q̃ſi ĩ aceruũ
accumula delicias iſtas. Vide & cõſide
ra puteũ, Libanũ, ĩpetũ, aq̃s uiuas. Dep̃
hẽdes ĩ his (ſi aĩo aduertas) aq̃s iſtas &
ſerenas eẽ, & ſecretas, & uehemẽtes, &
ñ d̃ficiẽtes. Pute⁹ ſecretũ d̃ſignat, ſereni-
tatẽ Liban⁹. In ĩpetu oĩs ali⁹ exhauriť
affect⁹, aq̃ uiuæ neſciũt exhauriri. Bon⁹
ẽt Liban⁹ fides, eo q fide corda mũdẽť.
Ab hoc Libano ſerenæ ĩtelligẽtiæ aq̃ ui
uæ fluũt: qa niſi credideritis, nõ ĩtellegi-
tis. Intellect⁹ ãt bon⁹, c⁹ cõtẽplatio ma- Acto.15.c
net ĩ ſcl'm ſcl'i. Hic eſt ỽe uiuens. Nã uita Ioan.17.a

æterna hæc eſt ut cognoſcamus unum
ueꝝ deũ, & quẽ ipſe miſit Ieſum Xp̃m.
Et ipſe Xp̃s nr̃ eſt Libanus, delectatiões
uiuas fundens cũ impetu in ſinum dile-
ctæ. Ipſe Libanus, & ipſe riuus: ſiqdẽ ip-
ſe eſt candor lucis æternæ, & emanatio
ſynceriſſima. Delectabilis planè puteus
affectus eſt ſponſæ, in quem æterni can-
doris radij, ac ſi qdam de Libano riuuli
& colligunt & effũdunt, ut flores & hor
tos irrigent ſponſi. Bonus ergo Liban9,
in quem nihil ingnatum incurrit: & ma-
gnus impetus, qui nullo compeſci obi-
ce põt. Deniq; illi aq̃ cum impetu fluũt,
quem nec ꝑſecutio nec nuditas nec gla
dius ſepare põt à charitate dei. Tot cre-
dentib. ppl'is obiecti ſunt obices ſcãda-
loꝝ, tot oppoſitæ moles tormẽtoꝝ, &
tñ ſꝑ fluunt aq̃ de Libano. Aquę.n. ppl'i
ſunt. Magni obices, ſed maior impetus.
Si coneris compeſcere, plus increſcit, &
perrũpit obſtantia. Repulſus exurgit in
cumulum, & impedimento lucra conq-
rens, ſe diffundit uberius. Puto amori ẽt
ipſi obices coopant in bonum, & incre
mẽta capit uexata uirtus in iniurijs. Nõ-
ne me ſilente iſta pñt ꝑcutere conſcias
eoꝝ quoꝝ amor in certis locis & horis
fluit, q qdem ad tp̃s diligunt, & in tpe
tribulationis recedunt? Quid dico tribu
lationis? Etiam exiguæ & dubiæ tenta-
tionis nunq; molẽ ſed obicem paſſi, faci
le compeſcunt, & reflexo ꝓpoſito impe
tu irreuocabili ad ſcl'aria ruunt. Si incla
maueris iuxta ꝓphetam: State, ſtate: nõ
Naum.2.c eſt q reuertat. Nulla illos perſuaſio reuo
cat, nec ꝑſecutio pia magr̃i, non infelici
tas, q̃ frequenter & ferè ſꝑ eſt in uijs eo-
rum. Fluunt & ruunt & corruunt, ut bi
bant in uia de torrente uoluptatis, q̃ nõ
exaltabit, ſed conquaſſabit in terra ca-
pita eoꝝ. Bti qdem imaculati in uia, qui
ambulant in lege charitatis, q ambulãt
in impetu ubicunq; fuerit impetus ſpũs,
& non reuertunt, nec aliquo ſeparantur
obſtaculo à charitate dei, q̃ eſt in Xp̃o
Ieſu dño nr̃o, qui uiuit & regnat per om-
nia ſecula ſeculorum, Amen.

Sermo 38.

Affectiones dulces & ſanctæ, ſunt
ſponſæ aromata. Nam ipſa eſt hortus.
Auſtro flante iſta fluunt in delicias ſpõ
ſi, ſed aquilonis hæc iterum inclemen-
tia ſiſtit. Frigidus eſt enim uentus a-
quilo, & ad flatum eius aromata con-
gelant. Quandiu dñe aduerſitatis aqlo
regiones nr̃as p̃met? quandiu incumbet
hortulis nr̃is? quandiu Ieſu bone, con-
ſtringet aromata nr̃a rigor aquilonis?
Parce dñe, parce ab aqlone ſponſæ tuę.
Diu eſt ꝙ urget, ꝙ p̃mit, ꝙ icubat ſpũs
hic durus & uehemens. Cumulata nos
undiq; premit aduerſitas. Dic ei dñe ut
ſurgat, ut cedat, ut ſinat locum eſſe reſpi
randi infortunij. Pauꝑtas ſterilis eſt, &
graues undiq; parturit caſus. Res infir-
mæ facile lædunt, & infelicitatis abyſ-
ſus aliam inuocat in uoce cataractaꝝ *Pſal. 41.*
tuaꝝ. Occulte aduerſum nos uocas ad-
uerſa: & qũo ſi dicas aqloni, inſurge, p̃-
me, poſſide? Fumus inqt Eſaias, ab aqlo
ne ueniet. Nobis aũt non tam fumus q̃
flãma iam iminet ollæ ſuccenſæ à facie *Eſa.14.*
aquilonis. Ab aquilone frigus, & ab aq
lone flãma. Ita eſt dñe. In duritia manus
tuæ aduerſaris mihi, miæ tuæ uenas re-
ſtringit, iõ exæſtuat aïus meus, & in me
ditatione mea exardeſcet ignis. Grauis
iſte anxiæ ſolicitudinis ignis eſt, & calo
re eius aromata non fluunt, ſed magis ſi
q̃ ſinis fluere, ſiccant flucta, p̃ſertim ubi
magis magiſq; aduerſitatũ aperire ſe ur̃
occaſio. Dñe, dolor meus in conſpectu *Pſal. 37.*
tuo eſt, & gemitus meus à te nõ eſt ab-
ſconditus. Solicitudinis meę rõ nota eſt
tibi, ſed mœroris magis dicere debuerã:
ſolicitudo.n. in mœrorem iam cœpit to-
ta tranſire. Vbi conſilij non fulget occa-
ſio, ubi bonę ſpei ſe uel umbra nõ offert,
ibi nõ ſolicitudinis ſed mœroris ſũt par
tes. Multi gemitus mei, & cor meũ mœ
rens. Paruuli petunt panem, & non eſt q *Thre.1.*
frangat eis. Deeſt.n. qui frangat. Nõ di- *Ibid.4.*
co de ꝟbi pane, ſed hoc quotidiano cor
poris alimẽto. Non põt tñ cœleſtis illi9
panis pinguedine repleri aïa mea: dum
quotidiani h9 panis inopia maciẽ q̃dã
mœroris iducit. A uoce gemit9 iſti9 ob-
litus ſum comedere panem illum cœle-
ſtem. Durus aqlo exterior aduerſitas,

ſed multo durior mentis anxietas. Alte
ra fr̃es uos urget: me premit utraq;. Ego
cõi attritione laboro in uobis, & dome
ſtica q̃dam p̃ uobis, quia ꝓ uobis. Hinc
infortunij caſus, hinc forenſes inſurgunt
calumniæ. Alij ſubmurmurant, & alij i-
ſultant: & qđ nõ eſt humanæ induſtriæ
ꝓuidere ne contingat, impropãt cũ ac-
ciderit. Quidam irritãt, qdam irrident,
aduerſum fortunã ad fatuitatem trahen
tes. Succeſſus bonos qb. exuberant, ſibi
imputant, & quaſi aut prouidentiæ aut
meriti credunt, non muneris eſſe diuini.
Iob.12.a Abundant inqt Iob, tabernacula p̃do-
num, & audacter ꝓuocant deum, cum
ipſe oïa dederit in manus ipſoꝝ. Quidã
& p̃dones & ꝓuocatores ſunt: q qđ dei
eſt, ipſi tollunt, dũ ſibi tribuunt, & diui-
næ donum gr̃æ ad ꝓpriæ inflectunt effe
ctum induſtriæ. Quid impenſa deſuper
uobis bñficia impropatis nobis? An qa
clementiæ diuinæ circa nos ocl's bonus
eſt, iõ ur̃ erga nos neq; eſſe? Cur uos di-
uina bñficia paratiores reddũt ad dero-
gandum, q̃ ad erogandum? Vides dñe
quot ex partib. aqlonis nos flabra mo-
leſtant, undiq; perflant incõmoda mur-
mura, ꝓbra. Inter h9 dolores diſtractus
& conſtrictus aïus, auſtri leuia neſcit fla
bra recipe. Exurge dñe, non præualeat
aqlo, ſatis eſt ꝙ iandiu inſurrexit, ꝙ in-
cubuit: dic ut ſurgat, ut diſcedat, ut ce-
Hiere.1.c dat auſtro. Succenſa iam pridem eſt ol-
la à facie aqlonis, ſed tu dñe auſtrũ emit
te, q faciat medium fornacis h9 q̃ſi uen-
tum roris flantẽ. Non audeo continuos
auſtri flatus rogare, ſufficit ſi mõ iterpo-
latione eius aqlonis malignitas tẽpet.
Extendis (ſicut in Iob legimus) aqlonẽ
Iob.26.b ſuper uacuum, non ſuꝑ hortum. Non eſt
uacuus hortulus ſponſæ, in quo ſuꝑius
annumeratæ plantantur tot aromaticæ
ſpẽs. Et qũo quibunt meditationis aro-
mata læta ꝓfluere, ubi à mœrore libera
non ſunt ſtudia, ubi contriſtat aduerſi-
tas, aqlo ſtringit? Eſto dñe zelotes, ęmu
lare ſponſam, dic aqloni ut ſurgat, & cũ
auſtro dimidiet tpa ſua. Sic quidem fiet
ſecđm multitudinem doloꝝ meoꝝ i cor
de meo, ſi conſolationes tuæ lætificent
aïam meam. Videtis fr̃es, qual'r aqlo ad
menſuram ſui auſtrum parturiat: & for
te ubi abundauit aquilo, ſuꝑabundabit
& auſter. Auſter.n. & ꝓſpe flabit, & q̃s
intulit aqlo cõpẽſabit iniurias. Ergo ſur-
gat aqlo, ſæuiat, quantumlibet fremat,
dũmodo occaſionem & q̃ſi uim p̃ſtet
flatib. auſtri. Nõne tibi uñr graues ꝑtu-
liſſe aqlonis flatus, quos in epl'a ad He-
bræos Paulus alloqt? Magnum, inquit, *Heb.10.f*
certamẽ ſuſtinuiſtis paſſionum, & in al-
tero qdem opprobrijs & tribulationib.
ſpectaculũ facti, i altero ſocij tal'r cõuer
ſantiũ effecti: nã & uinctis, inqt, cõpaſſi
eſtis. Sed iter tãta aqlonis flabra nullas
ſibi uices uendicauit auſter? Imò planè. *Ibidem.*
Deniq; audi qđ ſeqt: Et rapinam, inqt,
bonoꝝ ur̃oꝝ cũ gaudio ſuſcepiſtis, co-
gnoſcentes uos hr̃e meliorem & manẽ
tem ſubſtantiam. Quid cum apl'i irent
gaudentes à conſpectu concilij, qm̃ di- *Acto.5.g*
gni habiti ſũt ꝓ noïe Ieſu cõtumeliã pa-
ti: nõne tibi ur̃ cõtra aqlonis graues ipe
t9 leniter ipis auſter aſpiraſſe? Cõſidera
triſtia illa ſabbata ſepulturæ dñicæ. Nõ
ne uelut ad aqlonis flatũ, apl'oꝝ corda
ifidelitate & timiditate q̃dã diriguerũt?
Reſurgẽte dño cœpit auſter lenis hortũ
ei9 ꝑflare. Totis his deniq; q̃dragita die-
b9 i ml'tis argumẽtis dñicę reſurrectiõis
& ꝟitatis fides, & ꝟitatis fiducia ſẽſim i
cremẽta ſũp ſert. Ipſo die pẽtecoſtes, qñ
fact9 ẽ ſpũs uehemẽs i cœnaculo ubi erãt
apl'i ſedẽtes, ſoluta ẽ oïs cõgelatę mẽtis
frigiditas, ſicut torrẽs i auſtro: & deïceps
ꝟbi ꝟtutũq; ꝓfluxert aromata. Sed nũ
qd idcirco aqlo dur9 qeuit? Nõne ml'to
uehemẽtius ꝑſecutoꝝ inſurrexit ꝓcella,
& impetus hæreticæ tẽpeſtatis? Nũqd
non æmulatione q̃dam tẽtationis aqlo,
auſtro ſe oppoſuit gr̃æ? Quaſi ſolus hor
tũ ꝑflare conat quodã rigore duri ſpũs,
aromata reſtriger uolẽs ne fluerẽt, ſed tã
to lati9 fluxert: aduerſitatis & ꝓſpitatis
alternis motib. nũc ꝓuocata, nũc pacata
ſpõſa xp̃i. Eccl'ia ei9 arõata ꝟtutũ ꝓferre
ñ d̃ſtitit ul' ñ d̃ſinit. In ꝑſecutiõe ꝟt9 eni-
tuit, in pace auctus eſt numerus, In illa

fortes ꝓbanť:in iſta fouenť ifirmi. Quid
ergo primitiuã eccl'iã nunc memoro, cũ
adhuc etſi nõ tã uehemẽtes frequẽtes,ta
men aquilonis impetus ſuſtinet hortus
ſponſi? Alternãt circa illum uices auſter
& aqlo. Grauis impetus hoc tpe eccl'iã
impulit,& qdem ab aqlone. Nam inde
eſt origo ſchiſmatis,inde oriť,& ibi mo
Cant.4.b rať,ſolus illic aquilo pmit. Dic ei dñe ut
ſurgat & diſcedat,uoca & dic auſtro:ue
ni pfla hortum meũ, & fluent aromata
illius. Non dico auſtrum felicitatis & ſe
curitatis terrenæ:nam hic auſter frequẽ
ter aromata ſtringit & exſiccat,ſed au-
ſtrũ uoca grãæ tuæ. Et ſi ita neceſſe eſt,
& aqlonem in illũ ſterilẽ hortum mitte,
non obſtinationis,ſed uexationis aqlo-
nem,ut ipſa uexatio det intellectũ audi
tui ad obediendum. Aqlonis rigore fla-
gella hortũ tuũ,hoc quaſi ꝟbere excita
torporẽ eius,ut auidius ad auſtri ſe lenia
ſpiramina conferat. Tã partib. q; tpib.
auſter & aquilo, circa hortum nrm ui-
ces alternant. Sicut.n.nunc flat auſter,
nunc aqlo:ita hic auſter,& illic aquilo.
Aliquoties aũt & ſil'flant, ſed alter fo-
ris,& alter intus. Foris aqlo,& int⁹ au-
ſter. Ille furens,& iſte fouens. Fremat aq
lo,& tumultueť foris,tantũmõ hortos
intus non pflet,intrò non penetret, inti-
mam,q eſt in Xpo,non conſtringat cor
dis lętitiam. Qñ dñe ex integro gelidus
Iob.30.b ille ſpũs qeſcet,qñ erit ut iam nõ timeať
à facie frigoris eius? Fundata eſt ciuitas
tua, hortus plãtatus in laterib. aqlonis.
Hic uentus in ſcripturis dexter uocatur.
Iõ Iob talem ſup eo deponit q̃relam. Ad
dexterã(inqt) Orietis calamitates meæ
illico ſurrexerunt. Iure uentũ illũ dextrũ
uocauit,q nihil ei quit ſiniſtrum inferre:
qn ẽt coronæ gl'iæ uiro iuſto cõporta-
uit augmẽtum, qñ uirtus ꝓbata enituit,
& qñ ꝓuocata excreuit. De uicino ĩ hor
tum tuum impingit: ſitus eſt.n.ĩ laterib.
aqlonis. Effice illum nobis dñe dextrũ,
tempa illum flatib. auſtri. Coopať.n.no
bis ẽt aquilo in bonum tuæ dilectionis,
ẽt auſtro afflante. Siue iuſſus ſiue pmiſ
ſus ſurgere aqlo tribulationis, non nos
terreat. Modicum.n.& conſolationis
auſter ſuccedet, etſi non interim interci
dat. Vbi.n. abundauit afflictio,abunda-
bit & grã. Sed qd uobis fres,de exterio
ri diſputo tribulatione? Alius ſolet uos
aqlo purgere. Ab hoc uob deus aqlone
parcit,alios interponẽs q ſcl'aris tumul-
tus & tribulationis impulſus frequẽtes
excipiãt. Exterior uos cura grauis nulla
pſtringit,qa de iure nulla cõtigit,nec tñ
immunes uos ſinit. Quos exterior cura
non ualet,interior afficit tędio. Bñ cum
illis agiť in hac parte ꝙ exteriorib. non
patent,ſed nihilominus aqlonẽ nõ effu-
giũt,dũ ſibi in ĩteriorib. nõ placẽt. Feſti-
ua prius gaudia ꝟtunť in faſtidiũ, & hi-
larẽ mẽtis faciẽ triſtitia cõmutat. Felix,
cui nõ eſt hęc cõmutatio. Sed qs tñ eſt?
qs.n. eſt quẽ non aliquoties & tædium
cõficiat,& exultet triſtitia? Deniq; ubi
ꝓſpo ferebamur nauigio, ibi paulopoſt
uadoſa incurrimus: & ſcd'a fluctib. au-
ra,turbo aduerſus erupit. Etiam ubi nõ
erat rõ,inſtat turbatio. Cã non eminet,
& ira ĩminet. Iraſciť hõ iræ quam irratio Ioan.3.b
nabil'r patiť,& c⁹ deteſtať motum,neſcit
exortũ. Spũs hic durus ubi uult ſpirat:
& neſcis uñ ueniat, & forte quò uadat.
An magis quo euadat? Nã ſæpe ad ma-
lũ talis affectio uadit,ſed frequẽter eua-
dit ad bonũ. Nõ ptingit quò pgit,ſed fa
cit deus ẽt de tentatione ꝓuentum. Qñ
uult ipſe ĩducit aqlonẽ,qñ uult dicit, aq
lo ſurge. Et ſi interĩ de eius moleſtia q̃re-
ris,ſcito te tali magiſterio & cõmemo-
rari & cõmoneri. Cõmemoraris ut aq-
lonis uiciniã attendas,cõmoneris ut ri-
gorẽ eius effugias. Nõ ſubeſt tibi dũ ĩ la
terib. aqlonis ſit⁹ es eius uiciniã fugere,
ſed tñ uiolẽtiã euadere potes. Dũ hic ſu-
mus,ſp uicinus eſt,nõ eſt ſp uiolẽt⁹,ſed
poſtq; gyrauimus p aqlonẽ, ſæpe refle-
ctimus p meridiẽ. Etiã cũ impulſum nõ
ſentis,habe ſuſpectã uiciniam eius. Qñ
tñ eius turbines euades niſi lenis auſter
uocatus adueniat, & ſic expandas ad
auſtrũ alas tuas, ut ĩ cœleſtẽ plumeſcas
uolatum, ſi tñ ſe intermiſcere nitiť aqlo,
& naſcentes in nouitate pẽnas gelido
restringere

reſtringere ſpũ? Pẽnas à uolatu, & aro-
mata reſtrĩgit à fluxu. Strĩgit inq̃, nõ tol
lit. Vehemẽs.n. tædiũ & amaritudo cor
dis uirtutes ipſas exercet,nõ euertit. Hic
turbo ꝓpoſitũ ſctm̃ impellit quidẽ, non
tollit. Stingit lætitiam,non tollit conſtã
tiam. Tædio afficiť aĩus,ſed non confici
tur. Triſtať,ſed obluctať triſtitię ſuę. Nõ
eſt minus fortis ſic affecta uirtus,ſed mi
nus felix q illi conuicio, cum quo rixať
bellum indicit. Quaſi ſuum non eſt faſti
diũ cũ quo fœdus nõ cõtrahit. Moleſtũ
patiť,non propitiať illi. Deniq; non ipſe
aĩus hoc opať,ſed magis aqlo,in c⁹ late
rib. habitat. Iõ deteſtať illđ, eo ꝙ aduer
ſus uirtutem eius molimina ſentit. Qui
ſentit, ipſe ſcit quanto cũ tædio illud bo
næ conuerſationis tædium tolerat, qũo
faſtidit faſtidium illud,quãta cũ amari-
tudine obluctať amaritudini illi, amari-
tudini uiolentæ, q de iugitate exercitij
diſciplinaris inuito ſe ingerit. Ad auſtrũ
aĩus ex uoto ſe ꝟgit, & ecce aqlo aduer
ſanti & inuito ſe ĩportune ĩmergit. Durꝝ
eſt ſuſtinere à facie frigoris h⁹,& fugere
non ſubeſt ad uotũ. Laborat aĩus & di-
ſciplinæ tædio,& h⁹ tædij odio. Mole-
ſta eſt utraq; affectui,& non dulceſcere
qđ elegeris,& ſentire qđ oderis. Mole-
ſtum utrũq;,& ꝓpugnare diſciplinã, &
ꝓpulſare deſidiã. Qũo Ieſu bone, tãtam
tandiu toleras uexationẽ dilectæ ſpõſæ
tuæ? Deſidiã inuita patiť, & q̃ſi uolũta-
riam in ſe ſic puniendo pſeqť. Aegerri-
me tolerat ꝙ non ad uotũ in te q bonũ
eius es,ſolum deliciari ualet. Sibi ĩputat
qđ ſuffert inuita. Stimulator ab aqlone
uenit illi,ſed ſtimulus iſte ad p̃ces ſpon-
ſam inſtigat. Hoc ſtimulo caſtigata, ad
ſupplicationes ſe confert,q̃ ſe prius ĩam
plexus parauerat. Mitiga ſpõſæ tuæ Ie-
ſu bone,à diebus his malis. Niſi.n. adiu-
ues eam,habitabit in apuilone aĩa eius.
Quis.n. conſurget aduerſus aqlonẽ, niſi
tu deus q uenis ab auſtro? Bonũ aroma
ꝓpoſitũ ſctm̃ & cõſcía pura,ſed nõ fluit
illi q boni iſtius delicijs nõ fruiť. Veni Ie-
ſu bone,ueni pfla hortum tuũ, ut fluant
aromata eius ſicut torrens in auſtro. Ip-
ſa eſt hortus,eſto tu auſter. Te irrigante
erit aĩa eius ſicut hortus irriguus, & te
flante non deficient eius aromata,q ui-
uis & regnas in ſecula ſeculorꝝ. Amen.

Sermo 39.

e Xple Ieſu bone,qđ iubes, trãſ-
fer auſtrum de cœlo,& induc il
lum in hortũ tuũ, in aĩam ſpõſæ
tuæ. Hoc flatu leni ſolue tædiũ, ſolue tri
ſtitiã ab eius affectu. Nã utrũq; in uitio
eſt,& pp ſpẽm aqlonis utrũq; mentem
ligat,pcutit, & pellit à puro ꝓfluuio q̃-
dã lætitiæ. Quid timor,nõne & ipſe ri-
gore gelido cõſtringit affectus? Ab alie
nis pce dñe ſpõſæ tuæ. Quid magis alie
nũ ab ea, q; timor q nõ eſt in charitate,
cũ ipſa tota ſit in charitate? Ille ſeruilis
eſt,illa in libertatẽ uocata. Vidiſtis fres
heſterno uirꝝ meticuloſe ĩcedere,ut ĩſti-
tutiõis prima ſubiret elemẽta,q; morãte
& q; nutãte ꝓpoſito diſciplinæ rudimẽ
tis ſe paſſus eſt inſigniri. Et bñ noſyis dũ
adhuc ſcl'aris erat, q̃ largos eleemoſina
rũ riuulos manus eius fundebant. Quid
erat cauſæ, niſi ꝙ mẽtẽ in hac pte timo-
ris pſtrinxerat aqlo? Auſter.ſ. illã ex pte
afflauit,ſed nõ pflauit, iõ eleemoſynarꝝ
prõpte pfudit aromata. Sed abrenũcia
tionis p̃cioſiſſimus ille aromaticuſq; li-
quor poſt multos conatus uix tandẽ ab
eius aĩo tenuiter exprimi potuit. Planè Mat.19.c
ſil'is erat euãgelicõ iuueni, q apud dñm
de legis obſeruatione gl'iatus,euãgelicę
pfectionis coarctatione ꝓpoſita triſtis
abſceſſit. Niſi ꝙ ille triſtis abſceſſit, hic
quãuis triſtis,acceſſit tñ. Videte timoris
aqlonẽ flantẽ ſub lege:iõ de p̃cipuis ele-
ctiſq; aromatib. rara flnxerũt ĩ ea. Iõ die
pẽtecoſtes qñ ſpũs uehemens flauit ab
auſtro,tot hoĩm milia,ꝟitate, ꝟbo uita Acto 2.a
ſpũal'r ꝓduxerũt,ñ eos rei familiaris cura
cõſtrixerat de reliq̃. Libera qdẽ ab hoc
aqlõe ſatis duro corda largi⁹ ꝓfluũt ĩ cõ
tẽplatiõe & charitate dĩ. Nõ accepiſtis,
iqt,ſpm̃ ſeruitutis iterꝝ ĩ timore,ſed acce Rom.8.c
piſtis ſpm̃ adoptiõis filiorꝝ,ĩ quo clama
m⁹ abba pr. Ille aqlõis ĩgrat⁹: iõ illi taq;
graui & põderoſo p̃mẽtiq; ſe dr. Surge,
hic taq; lęt⁹ gratuſq; ĩuitať ut uẽiat & p-

det hortulum ſpõſi. Ille pœnam hẽt, hic ꝓflua gaudia. Ille minax eſt, hic blandi-
Ioan. 14. b mentis delicĳſq; manans. Rogabo, in-
quit, pr̃em meum, & alium paracletum
dabit uobis: hoc eſt auſtrum inuitare, &
Cant. 4. d dicere ut ueniat & pflet hortũ ſuũ. Per-
fla hortũ meũ, & fluent aromata eius.
Quidam fructus niſi p̃ſſi coactiq; liquo
rẽ nõ fundũt. Fructus aũt q ſunt in hor-
to tã delicate depicto, p̃ſſionẽ nõ expe-
ctant, cogi neſciunt, ſed auſtro pflante
fluunt ultro. Intuemini mundi ſapiam,
nõne uiolenter exp̃ſſa ur̃, & longo ela-
borata tã exercitio q̃ ſtudio? At in nr̃æ
authorib. ꝓphetiæ, & uelox & uehemẽs
ſapiæ ꝓrupit abyſſus. Vultis uelocitatẽ
Mat. 10. b audire? Cum ſteteritis añ reges & p̃ſi-
Mar. 13. b des, nolite p̃meditari, dabit uobis in illa
Ibidem. hora qd loq̃mini. Vultis uehementiam?
Ego (inqt) dabo uobis os & ſapiam, cui
non poterũt reſiſtere aduerſarĳ ur̃i. Qñ
hæc tam ſubita & tam ſerena ꝓfluerẽt,
niſi hoc auſtro afflante? Audiuiſtis iam
uñ uenerunt aromata ũitatis tam pro-
flua & parata tp̃e ſuo. Charitas nõne &
ipſa diffuſa eſt ĩ cordib. nr̃is p ſpm̃ ſctm̃,
q datus eſt nobis? Multa ſunt aromata
q̃ ꝓfluunt p ſpm̃, nec niſi p ſpm̃, gaudiũ,
pax, patientia, longanimitas, bonitas,
benignitas, fides, mãſuetudo, modeſtia,
Gala. 5. d continentia, caſtitas. Hæc non mõ ꝓue
nerunt, ſed ẽt ꝓfluxerunt. Q ꝓfluũt, co
pia deſignat: ꝙ ad flatũ auſtri, coactio
tollit. Charitas nõ põt cogi, gratis fuit,
non neceſſitate ſed arbitrio fert, auſtro
tñ flãte. Arbitrĳ. n. qd cõferret libertas,
ſi non aſpiraret auſter gr̃æ? Nam etſi ar-
bitrium ubi eſt ſp liberꝝ eſt, nõ tñ liberꝝ
ad omnia, id eſſe damus: nec electionẽ
nec executionem oĩm liberam hẽt. In eli
gendo ſp eſt libertas, ſed nõ eſt ſp ad eli-
gendum. Eligere nanq; niſi libere nõ p̃t,
ſed eſt aliqd qđ non eligere per ſe põt.
Sui iuris uoluntas eſt: libera eſt cum ad-
eſt, ſed nõ eſt aĩus ad omnem, quã opor
tet adeſſe uolũtatẽ, liber cum abeſt. Nec
magis ſui iuris eſt q̃ intenſam hẽat uolũ
tatem quam hẽt, nec quam hẽat uolũta
tatem bonam. Sed quantũ poſt lapſum
in libertate conſiſtit arbitrĳ, qđ uult ani
mus, ſp libere uult, ſed non eſt liberꝝ ei
qđ libet ẽt qđ oportet uelle. Eſt. n. liber
tas q̃ ſine uoluntate non eſt, & ſine qua
non eſt uoluntas: & eſt libertas q̃dam
quam non ſp comitat̃ uoluntas. Illa eſt
in uoluntate, hæc eſt in q̃dam uolendi
facultate. Illa eſt ĩ ipſa, hęc q̃ſi ad ipſam.
Iſtam poſſumus, & illam cogimus. Et
uiſus q̃dam eſt uidendi uirtus in oculo,
& uiſus nihilominus q̃dam paſſio in ui
dendo. Sic & in aĩo dr̃ ĩtellectus & po-
tentia naturalis ad intelligendũ, & uſus
potentiæ in arbitrio. Sil'r hæc occurrit
diſtinctio, ut uno ſub noĩe & aptitudo
intelligat̃, & actus. Vtrobiq; arbitrĳ li-
bertas eſt, & ad arbitrandum, & in arbi
trando: & cum in malo eſt, ſp ſerua eſt.
Illa qdem eo ipſo quo infirma tã ad bo-
num, q̃ contra maiũ. Libera eſt uolũtas
mala, ꝙ uoluntas, ſed ſeruilis eo ipſo ꝙ
mala. Oĩs. n. q facit pctm̃, ſeruꝰ eſt pcti.
Pctm̃. n. cum occupat, ſtringit & ligat: Ioan. 8. d
captiuat dum cogit. Sed tu dñe conuer
te captiuitatem nr̃am ſicut torrens ĩ au-
ſtro. Emitte ſpm̃ tuum, & renouabit̃ an Pſa. 125. a
tiq̃ libertas: renouabit̃, inq̃, non recrea- Pſa. 103. d
bit̃. Nam ſi obliterata eſt, ablata tñ non
eſt. Manet q̃ creata ẽ, ſed mouere ſe ne-
quit ad qđ eſt data, uiuit tñ & uiget. Nã
& in phreneticis non minuit̃ inata rõna-
litas, ſed in ſic affectis nullius eius motꝰ
exiſtere ualet. Cum fuerit curata grauis
paſſio, non reddit̃ ſed reſuſcitat̃ conſopi
ta rõ. Sic & concreata hoĩ libertas arbi
trĳ, non eſt penitus uel ex parte ablata,
ſed pctõ ligata: eadẽ eſt q̃ facta eſt, ſed ẽ
al'r affecta. Et (ut ſic dicam) eſt libertas
cõdõnis, eſt libertas diſpoſitionis, eſt li-
bertas affectionis. Prima naturæ eſt, &
iõ ſp bona eſt: ſed niſi ſanata fuerit, non
ſcđa erit ad bonum, nec tertia in bono.
Prima ĩ naturali aptitudine cõſiſtit, ſcđa
ĩ habitu bñ uel male cõſtitutę mẽtis, ter
tia ĩ uſu. Iõ niſi fuerit aptitudo naturalis
adiuta p gr̃am: nec habitus nec actꝰ uo-
luntatis ad uirtutẽ ſpectabit. Inualida eſt
arbitrĳ libertas: ꝓpea ubi arbitriũ ſuccũ
bit, efflet auſter, & ſtatĩ aromata fluent.
Nõ hẽt gñõſam hanc libertatẽ & uere li
beram, q̃ eſt ad bonum & in bono, niſi

ſpũs liberauerit. Idcirco dñe emitte ſpm̃
tuum, ut conferat & uelle & poſſe per
gr̃am, q primo poſſibilitatẽ ad utrunq;
contulit, dum naturam hoĩs condidit.
Tres ſupra enumerauimus libertates. In
tertia uelle qdem abeſt, in ſcđa ſubeſt.
In prima conſiderat̃ ad duas reliq̃s potẽ
tia naturalis. Ergo prima uocet̃ potẽtia,
ſcđa ptãs, tertia uoluntas. Non ur̃ idem
naturalem potentiam ad aliqd hr̃e, & il
lud poſſe. Multa ſiquidẽ ad q̃ natural'r
potentes ſumus, non ſtatim illa poſſu-
mus, ubi cõnata facultas aut infirmita-
te p̃pedit̃, aut arte uſuq; d̃ſtituit̃. Frequẽ
ter ad horam ocl's uidere non põt, cum
tñ naturali deſtituit̃ potẽtia uiſus, adeſt
habitus, & abeſt uſus. Natural'r potens
eſt uidere, ſed actual'r non põt. Sic & na
turalis libertas arbitrĳ manet quidem,
ſed impedita pctõ: iõq; nõ ualet hr̃e ter
tiam illam libertatẽ, q̃ eſt in bono, nec
ſcđam q̃ eſt ad bonũ. Prima manet mu
tata qdem, non ĩminuta: reliq̃ nec mane
re dicẽdę ſunt. Non. n. poſt pctm̃, liberꝝ
nobis relinqt̃ bonũ uelle: iõ nec reſidua
libertas eſt, q̃ conſiſtit in bona uolũta-
te: ſed p gr̃am hæc ultima inſpirat̃, & ſe-
cunda reparat̃, & prima natural'r creat̃.
Dicta hæc eſt de libertate, q̃ bonum uo
lumus, q̃m eſt ex gr̃a. Sed eſt alia liber-
tas nihilominus p gr̃am, q̃ non mõ bñ
uolumꝰ, ſed bonũ ipm̃ affectuoſe. Illa li
bertas ſp in uoluntate eſt, iſta nõ ſic. Sp
enim libere uolumus, affectuoſe non ſp.
Affectus ad libertatem non ſpectant ar
bitrĳ. Nec tñ planè libera eſt bonæ uo-
luntatis libertas, ſi affectuoſa nõ fuerit:
ſed cũ auſter afflauerit, ſtatim affectio-
nes aromaticæ fluent. Nõ p̃munt̃ ut ex-
primant̃: libere fluunt. Voluntatẽ ſctãm
frequenter tædium quoddã & triſtitia
comitat̃, ſed affectiões dulces cum illis
iter non hñt. Aromaticæ ſunt odoratu,
& tactu pariter gratæ: dulciter ſentiun-
tur, & dulciter recolunt̃: dulciter fluũt,
& dulciter ꝓfluunt. Sibi fluunt, & alĳs
ꝓfluunt. Aromatici utriq; ſunt intꝰ affe-
ctus, & foris afflatus. Ad iſta põt aſpira
re libertas arbitrĳ, ſed de arbitrĳ liberta
te non pendent. Sicut affectiones malæ
contra bonam uoluntatẽ ſæpe ſunt, ſic
bonæ affectiões etſi cum ipſa ſunt ex ea
tñ non ſunt, libera eſt ſine iſtis, & q̃ſi li-
beralis reddit̃ ex iſtis. Voluntatẽ ipſam
liberiorem efficiũt, ſed eius libertate nõ
fluunt. Fluunt aũt cum auſter pflauerit.
O' dulcis auſter & uere optabilis, cꝰ ſpũs
hyemalis rigoris horrida ſoluit̃ facies et
iucũdæ nouitatis ũna tẽpies arridet in
hortis, & noua tẽpies, & autũnalis uber
tas. Nã ĩ fluxu aromatũ, fructuũ ſignat̃
maturitas. Ecce q̃ bonum, & q̃ iucũdũ
in cubilib. & in hortis aromatum aurã
hanc expectare tam dulcẽ, renouantem
& recreantem fructus ſpũs, ꝓfundentẽ
aromata, ſpargentẽ odores. Mitte dñe
hunc ſpm̃ nobis q poſt Aquilonis hor-
rorem hortulũ nr̃m noua facie ueſtiat,
luctum nr̃m ũtat ĩ gaudiũ. Aut ſiqd bo-
ni ſignat Aqlo, illũ cũ auſtro ſil' inuita.
Iũgãt officia, & ptes ſuas aſſequat̃ uter-
que. Aqlo ſtringat, auſter reſoluat. Strĩ
gat ille laſciuiã, hic aĩm ĩ gaudia ꝓflua la
xet. Ille cõtinẽtia p̃ſtet, iſte cõſciam ex-
hilaret. Iſte cõtineat, & ille repleat. Fa- Pſal. 118.
ctus ſum, inqt, ſicut uter in pruina, iuſtifi
catiões tuas nõ ſum oblitus. Bonꝰ uter
ſic congelatus & infuſus. Foris cõtinen
tiæ pruina, intus repletio iuſtitiæ. Boni
utres fiunt qñ exteriora gelido quodã
cõtinẽtiæ ſpũ ſtringũt, & interiora rigãt
ꝓfluis gaudĳs. Et ut auſtri flatũ ad ĩterio
ra reflectas, pfla ĩqt. Qui pflat, & ĩpene-
trabile nihil ẽ illi: ſpũs iſte ſubtil'ẽ, acutꝰ,
& mobil', pflãs ñ iflãs. Scĩa iflat: charitas
pflat. Charitas ĩterior ẽ q̃ ſcĩa, & ad ſecre
tiora ptigit. Oĩa ĩteriora pflat ſpũs, q ſcru I. Cor. 8. a
tat̃ ẽt ꝓfũda dei. Vbi pflauerit & q̃ſi pfla
uerit iſta: ibi ſciarꝝ arõata util'r fluũt, me
ditationes, or̃ones, ſuſpiria, ſingultus, la-
chrymæ, ipſa colloquia. Omnia uelut
aromata fluunt, quæ de charitate du-
cunt originem. Omnia quæ procedunt
de ea, quaſi aromatica ſunt, gr̃a plena.
Cara ſunt, & copioſa ſunt. Aromatica
ſunt, & fluẽtia ſunt. Plena ſunt q̃ de cha
ritatis plenitudine ꝓcedũt. Plena ſunt,
& exp̃ſſa ñ ſũt, nec torcularis uiolẽtiã pa

tiunt̃ eius aromata. Torculari hoc hor
to non legis extructum: nã uicẽ torcula
ris obtinet auſter. Afflata q̃ȝ calcata me
lius fluũt. Gratuita,n. (ut diximus) ſunt
non extorta metu,ſed ſpũ fuſa ſunt. Qui
dam Aqlonem & auſtrũ ad h⁹ ſcl'i ad-
uerſa & ,pſpa trahunt. Et quidem gemi
na hac tentatione uexata eccl'ia dei,bo-
næ ſp affectionis & opinionis abundat
aromatib. Iõ his tẽtationib. pflandũ di-
mittit,eo q abũdare nouit, & inopiam
pati. Locus iſte extorſionẽ latiorẽ exo-
ptat. Sed torcular hoc tm̃ q̃ſi leniter te-
tigiſſe ſufficiat. Sequens ſermo ad mu-
tuas inuitationes ſpõſi & ſpõſę trãſibit,
ſi gratiam nobis præſtare dignetur Ie-
ſus Chriſtus qui uiuit & regnat deus.

Sermo 40.

Q Vàm longe frẽs, à conuerſatio-
ne mea ſunt ṽba uoto℞ iſto℞.
Auiditatem dñs nouit,ſed auſu
deſtituor. Quidni? Non eſt hortus mi-
hi,q̃lem ſupra Xp̃s depinxit: nõ poma,
qb. auide ueſcit̃, non fructus aromatici,
non frons irrigans,non altus puteus aq̃-
rum uiuẽtium: magis aũt in hortũ meũ
aſcendit horror ſpina℞ & ueprium. Nõ
audeo te bone Ieſu in talem hortum uo
care,niſi forte ut euellas & diſperdas et
diſſipes primo,& plantes poſtea, & ſic
tpe congruo de plantatione comedes
dextræ tuæ. Felix aĩa q̃ te ĩuitare digna
eſt ad fructus iam maturos, ad fructus
paratos,& acerbitatis nihil hñtes. Atq̃ȝ
utinã acerbitas ſola nr̃is accuſet̃ in fru-
ctib. Vtinam ĩmaturi ſint,dũmodo ma
li non ſint. Frequenter poma q̃ gñe bo-
na ſunt,tpe nondum grata ſunt, ſed ĩma
turitate ſola diſplicent. Felix hortus c⁹
oẽs fructus & natura boni ſunt, & tpe
congrui. Neutrum deeſſe nouit pomis
ſuis ſponſa,ad quo℞ comeſtionem dile
ctum ,puocat. Veniat dilectus meus in
Cant. 5. a hortum ſuum,ut comedat fructum po-
mo℞ ſuo℞. Vide q̃ȝ moroſe & modeſte
& poſt multa p̃conia facta ſit hæc inui-
tatio. Non.n. p̃ſumit hæc dilectum inui-
tare,non ſitit delicias,donec ſatis ſe no-
uit deſcriptã. Quid.n.? Putatis'ne Ieſum
delectabilem illum aduẽtum pñtiæ ſuæ
illis indulgere,qui p̃dictis non ſunt p̃diti
dotib. nec laudib. digni? Temerariæ prę
ſumptionis puta,ſi prius q̃ȝ aptus ſis ad
contẽplationis uſum,Ieſum inuitas. Tu
illum ad deliciandũ tecũ ſolicitas, q for
te ſordes adhuc delictis? Hortus tuus
ſentib. horret & ſterileſcit,& illic Ieſum
inuitas? Inuita illum nõ ut iam delectet̃,
ſed ut deleat qđ non plantauit dextera
ſua. Inuita illũ ut purget primo poſtea
plãtet. In utroq̃ȝ labor eſt, ſed cũ dele-
ctatione decerpe ueniet fruct⁹ maturos.
Veniat,inqt,dilectus meus. Non tm̃ blã
dit̃ & applaudit pñti, ſed ẽt in abñtem
inardeſcunt uota ipſits. Falſus amor &
ſimulationis abñtem obliuiſcitur, pñti
blandit̃. Nõ ſic ſponſa, nõ ſic,ſed abñtẽ
deſiderat,pñte lætat̃, Veniat,inqt,dile-
ctns meus ĩ hortum ſuum. Ad me quid
auſtrũ inuitat? Ipſe ueniat, & ſufficit mi-
hi. Ipſe auſter eſt meus, ipſe aroma eſt
meum. Ipſe auſter meus,ipſe amor me⁹.
Deus ab auſtro uenit,& auſter uenit cũ
eo. Deniq̃ȝ ipſe plenus eſt gr̃æ & ṽita-
tis. Bñ auſter meus q ſerenus illuſtrat,
& ſuauis illabit̃. Auſter meus eſt Xp̃s
meus,ipſe hortũ pflat,ipſe comedit po-
ma. Veniat dilectus meus in hortũ ſuũ,
ut comedat fructum pomo℞ ſuo℞. Pu-
tationis tp̃s iam tranſiit, flores peperunt
fruct⁹ quos parturierũt,hyems abijt,re-
ceſſit uer,æſtatẽ iam inclinatã maturior
autũnus impellit. Veniat iam dilectus
meus in hortũ ſuũ, ut comedat fructus
pomo℞ ſuo℞. Ecce iã uenit plenitudo
tpis: iõ ueniat dilectus meus ĩ hortũ ſuũ.
Poma p̃matura ſunt: iõ comedat fructũ
pomo℞ ſuo℞. Ficulneæ prima poma Mar. 11. b
deſiderat. Cũ nõdũ tp̃s eſſet fico℞, ac-
ceſſit ad ficũ ſecus uiã, ṽtit folia, & ni-
hil fructus inuenit. Añ tp̃s comedẽdi, &
añ tp̃s fructũ, acceſſit ad eã mãe eſuriẽs.
Noui ego ficulneã matutinos à pría pue
ritia fruct⁹ ferẽtẽ, fruct⁹ primitia℞, fruct⁹
gr̃æ uirginalis. Nec erat hęc fic⁹ plãtata
ſec⁹ uiã,ſed ĩ horto, & ĩ horto cõcluſo,in
horto quẽ circũdat diſciplinæ maceria,
& arctæ cuſtodiæ ſepes. Fœcũda planè

fic⁹ & pulchertima ĩter al's ſpẽs: frequẽ-
ter declinauit ad eã dñs Ieſus, illđ forte
Cant. 2. a dicens: Sub umbra eius quẽ deſiderauẽ-
rã ſedi, & fructus ei⁹ dulcis gutturi meo,
Sed utinã fructus quos ,ptulit ſeruaſſet.
Vtinam improba furis manus non dep̃
data eſſet eã. Nunc aũt optimos fruct⁹
tulit, & eos q renaſci non pñt. Alij ſuc-
creuerunt in locũ eo℞.i. p uirginali con
tinentia,amara pnía. Q̃z dulcius illo na
tiuo fructu q̃ȝ hoc ſubſecutiuo & te & di
lectũ cibabas? Væ miſerę tibi, qñ ueniet
dilectus tuus,q̃ tibi mens,q̃ facies,quis
uultus erit? quò te ṽtes p̃ pudore,q̃ pu-
dicitiæ fruct⁹, pdidiſti? quò te ṽtes? Cũ
accedet, cum ṽtet folia tua, & ſolitos
fructus non inueniet,pudebit illũ p̃ con
fuſione. Tua recole ṽba uoti uirginalis,
conſecrationis tuæ ṽba recẽſe. Sub his
folijs attende,qa iam nõ eſt ,pprius fru-
ctus,fructus integritatis,fructus uirgini
tatis. Tales cõſecrati ſunt,ſed iam abla-
ti ſunt. Non bñ conueniũt cõſecratio &
corruptio. Læſa uirginitas cõdonari ſo-
Pſal. 86. a let,ſed redonari non ualet: Gl'ioſa dicta
ſunt de te ciuitas dei,ſed ignominioſa fa
cta ſunt in te. Cum cõfuſione duplici &
rubore decętero in planctu agnoſce ptẽ
tuam. Quis dabit capiti meo aq̃ȝ & ocu
lis meis fontẽ lachryma℞, & plorabo
lapſam nõ uilẽ de plebe,ſed q̃ſi primã in
uirginali grege? Quis, inq̃ȝ, dabit mihi
fontem lachryma℞? Nam ipſa q̃ lapſa
ẽ,lachrymis tota peffluit, p ora irrigua
lachryma℞ riui defluunt. Alta ſuſpiria
& anxij gemitus ,pdunt qđ contigua ſp
culpæ confuſio ſupprimit. Vide miſerã-
dam in miſera facie, deiectũ uultum, fra
ctas genas. Singultus ſermones interci-
debat, à lapſu continere uoluit, à lachry
Eſa. 22. a mis cõtinere nõ ualet. Age,qđ agis,fru
ctus dignos pníæ. Innouet te dolor,mœ
rore conſumere,cũ ,ppheta dic: Nolite
ĩcũbere ut cõſolemini me,amare flebo.
Flebo & ego tecũ, Fõte dilect⁹ tuus &
Ioan. 11. d ipſe collachrymabit̃ tibi, q Laza℞ fle-
uit. Forte plus ille flet. Plus dolet q plus
diligit. Miſerationes eius multæ ſunt,iõ
Thre. 3. c inqt ,ppheta; nõ ſumus conſumpti. De-
niq̃ȝ nec tu conſumeris qa cõſiliarius eſt
tibi & cõſolator, cõuertens aĩam tuam.
Qũo (ut dicã qđ intelligi uix põt) nõ p-
mouebit (impaſſibil'r tñ) eius affectum,
